



Firmicus Maternus


GAUDEO.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM Lollianum Astronomicω̃n Lib. VIII. per NICOLAVM PRVCKNERVM Astrologum nuper ab innumeris mendis uindicati.

HIS ACCESSERVNT.

CLAVDII PTOLEMAEI Pheludiensis Alexandrini ἀποτελεσμάτων, quod Quadripartitum uocant, Lib. IIII

De inerrantium stellarum significationibus Lib. I

Centiloquium eiusdem.

EX ARABIBVS ET CHALDEIS.

HERMETIS uetustissimi Astrologi centum Aphoris. Lib. I

BETHEM Centiloquium.

EIVSDEM de Horis Planetarum Liber alius.

ALMANSORIS Astrologi propositiones ad Saracenorum regem.

ZAHELIS Arabis de Electionibus Lib. I

MESSAHALAH de ratione Circuli & Stellarum, & qualiter in hoc seculo operentur, Lib. I

OMAR de Natiuitatibus Lib. III

MARCI MANILII Poëtæ disertissimi Astronomicω̃n Lib. V

Praemittitur, ~~Postremo~~, OTHONIS BRVNFELSII de diffinitionibus & terminis Astrologiæ libellus isagogicus.

BASILEAE EX OFFICINA IOANNIS HERVAGII, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XXXIII

ORNATISSIMO SIMVL AC DOCTISSIMO VIRO OTHONI BRVNFELSIO, MEDICINAE DOCTORI, NICOLAVS PRVCKNERVS S. D.



ECTE mihi facere uideris doctissime OTHO, qui uigilias hactenus ita locaueris tuas, ut nihil tandem in te desiderari posset, quod ad disciplinatum illum orbem, quem ἐγκυκλοπαιδείαν uocant Græci, non faciat: Vt nihil interim dicam, de linguarum omnimoda cognitione, quam in hoc solum parare tibi permiseris, ut & tibi usui, cæteris uero, hoc est, rudioribus nobis, utilitati esset: qua etiam, quantū esseceris, quantum'q; præstiteris, exactissimæ illæ tuæ lucubrationes, uel tacentibus nobis loquuntur, toti'q; tantum non orbi, palàm faciunt. Quàm uero Medico nunc tibi gratulandum sit, uir optime maxime, qui simul atq; cognoueris rerum summam (absit inuidia uerbo) tibi deesse, ad rem medicá, hoc est, Astrologiam ipsam, sine qua Medicina omnis, manca cum sit, tum nihili duxerim etiá, illam ipsam Astrologiam inquam, tam magno, infatigabili'q; labore & sudore perdidiceris, quis est qui ignoret? modo rem omnem expendat. Nec audire soles eos, qui artem ipsam per se nobilem, ceu parum necessariam, imò nec conducibilem quidem medico diiudicant, quando uidere cogimur quotidie, tot uitæ discrimina, tot mortes, tot patientium, ut ipsi eos uocant, funera, solo Astrologiæ neglectu, ne dicam contemptu, prouenire, ut uel denuo uetus illud in Medicos olim Adagium locū habeat, Plures periisse manu Medicorum, quàm gladio. Quotusquisq; enim est, qui non uidet in mille nos uitæ pericula per horum ignorantiam præcipitari? Quis non uidet uerum esse, quod dici solet uulgo, solis Medicis permissum, impune occidere? Vtinam tam falsum esset, quàm ut optamus omnes, quam'q; ut uidere cogimur, magno nostro malo. Neq; hoc dixerim, neq; candidus lector aliter interpretet̃ uelim, perinde ac iniquo essem animo in Medicos ipsos, in'q; ipsam Medicinam, absit hoc procul, absit inquam à me, ut qui plus cæteris eam demirer & colam, & si prorsus ἀνιατρολόγητος, ut Vitruuiano utar uerbo, ut quæ cæteris præpolleat, tantum abest ut improbem, uel ut atro notem calculo. Quid enim melius, quid homini ipsi conducibilius, aut utile magis, atq; ipsa rerum cognitio? Felix à Poëta pronūciatur, qui potuit rerum cognoscere causas. Nec moror ibi ego quosdam de primatu, adeo'q; excellentia professionum anxie disceptantes, dum suam quisq; mordicus tenet, alteri parum tribuit, de lana caprina, & asini umbra, magnas sæpe suscitare solent tragœdias, hoc solum sibi prudentiores, quo stolidiores. Sed ad Medicos redeo, qui uel maximè ideo mihi repræhendendi uidentur, quod Astrologiam arti medendi cum primis necessariam, tanto studio negligant, solum cōtenti, quid ille uel alius quispiam Agyrta, uel præstigiator effutiuit temere, uel insipienter excogitauit, suo interim ita addicti autori, ut eum Pythagorico ritu persequantur, αὐτὸς inquiunt ἔφη, cum nihil præterea habeāt quod respondeāt, ut nuper quidam primæ notæ, ut sibi uidebatur Medicus, pluris se facere aiebat unum Auicennam quàm omnes alios Medicos, siue uetusti illi essent, siue recentes, parentum more illum ab se coli, mori'q; uelle cum suo Auicenna. Vnde nihil mirum, si Astrologos contemnunt, cum & suis parum tribuant. Stultum profecto, imò impudens audax'q; facinus, rem criminari, quam ignoras, id quod & Theologi quidá uerum umbratiles illi faciunt, neglecto Dei uerbo, è suggestu in bonas artes inuehūt, aquā & ignem interdicentes, non tam artibus, quàm ipsarum professoribus. Primo uaná esse Astrorum scientiam, secundo prædictiones esse nugas, electiones sacrilegium: & si maximè uera esset, non tamen omnes stellas esse cognitas: habitum cœli aliū nunc esse, quàm qui olim: non conuenire inter autores, & his quædam similia nugamenta deblaterant. Nónne uidentur tibi probe officio perfungi? nónne egregiū argumentandi genus? nónne digna demonstratio atq; præclara? Quis tam firmam ac solidam argumentandi uim infringere,

infringere, & tam inexplicabilem probandi rationem, & hunc Gordii nodum dissolue-re possit: Perinde atq; hęc, & similia, in unā quamq; artem, adeoq; in ipsam Theologiā reiici non possint. Quis enim omnes herbas, plantas, arboresq; omnes nouit unquam? Quis omnium perscrutatus est uires? nonne multa adhuc latent? An ideo Theologia ua-na est, quod multa adhuc nescimus de Deo, de angelis, & reliquis multis? Quanta uero discordia & dissensio inter Theologos? Facile igitur percipi potest, quantam ii habeāt eru ditionem, qui ita suam ipsorum inscitiam orbi exponunt, scilicet hoc illud est, homines imperiti, nihil æquum esse censent, nisi quod eis collibuit, omnesq; insanire putant, qui non secum sentiāt. At nos neq; hastam abiecimus, neq; clypeum, res adhuc in uado est, stat salua. Disrumpatur licet ista furia, fremant omnes licet, dicam quod sentio. Astrolo-giam Medicinæ esse partem quandam, nec minimam illam, idq; experimento compro batum, uti uidere licet in electionibus, quas qui negligit, nescio quo pacto ægroto mede-bitur. Possem huius rei exempla subiicere plura, ubi neglecta temporum electione, in uitę discrimen ægroti redacti sunt. His ipsis diebus quidam, qui eo morbo laborabat, qui Her nia, siue hydrocœle maius, aduenit Chirurgicus, strenue contēnit astra, neq; doceri uult, incipit curam, incidit nouacula, Tauro ascendente, cuius domini Venus & Luna eo tem pore infortunati erant, ut Astrologorum more loquar: sextam domum Virgo tenebat, in qua & Luna ab angulo & domo cadebat: decimæ præerat Saturnus, ipse uero domui oppositus. Venus horoscopi domina, erat iuncta Marti partiliter, in linea decimæ, quæ Medici hac in re est. Quid tu præsagires boni OTHO doctissime? An non iudicares fu turum periculum ex Marte, idq; propter Medicum. Verum quid accidit inquis? quinto statim die uita functus, uerumq; compertum est, quod priuatim ego amicis quibusdam antea dixeram. Quod non semel in aliis quoq; comprobaui. Quis igitur inficias ibit Ele-ctiones rem esse Medico pernecessariam, ad usumq; humanum accommodam? Motus ergo ego hac de re, uolensq; multis consulere, id oneris lubens mihi desumpsi, ut perle-cto IVLIO FIRMICO, emendatoq; quo ad licuit, denuo ædendum existimaui. Cum uero tu Lauream, iamdudum meritam, adeptus es, nouusq; nobis prodis Do-ctor, quod felix faustumq; sit, uolui & ego, in tui nominis gloriam & famam, renatum iam FIRMICVM, perinde ac nouum, suoq; restitutū nitori tibi dicare. Adiecimus præterea, uel præcipuos autores, hac in re neutiquam contemnendos, quò in promptu haberes, quos potissimum sequi tutò posses. Audaciam hanc nostram boni æquiq; facito. Ben feldii Mense Martio, Anno restitutæ salutis M.D.XXXIII

DE DIFFINITIONIBVS ET TERMINIS ASTROLOGIAE LIBELLVS OTHONIS BRVNFELSII.



ASTROLOGIA, est ſtellarum cœliq́ꝫ actionum, atqꝫ ſignificationum cognitio, Latine ſcientia ſyderalis dicta.

Dioptice, Aſtrologiæ pars, ☉ & ☽, cæterorumq́ꝫ aſtrorum diſtãtias, per inſtrumenta ueſtigans.

Meteoroſcope, Aſtrologiæ pars, quæ eleuationum differentias, aſtrorumq́ꝫ exquirit diſtantias.

Gnomonice, Aſtrologiæ pars, docens rationem umbrarum & ſolariorum, idq́ꝫ ueruto ſiue gnomone.

Αςὴρ ſtella una eſt, ut inquit Macrobius.

Αςρον ſignum ſtellis coactum, quod nos ſydus uocamus. Sic ſtellæ quidem ſingulares, ut Erraticæ quinqꝫ & cæteræ, quæ non admixtæ aliis, ſolæ feruntur.

Sydera uero quæ in aliquod ſignum, ſtellarum plurium compoſitione formantur, ut ♈. ♉. Andromeda, Perſeus, Corona, & quæcunqꝫ uariarum genera formatũ, in cœlum recepta creduntur.

Horoſcopus eſt ſignum quod aſcendit.

NOMINA PLANETARVM GRAECA:

♄ φαίνων. ♃ φαέθων. ♂ πυρόεις. ☉ ἥλιος. ♀ φωσφόρος. ☿ στίλβων.
☽ σελήνη.

Altitudo planetarum uocatur, quia in ipſa parte conſtitutæ ſtellæ, homines faciunt beatos, uel quando naturali quadam ſublimitate magnitudinis eriguntur.

Deiecti planetæ uocantur, quãdo eorum opprimitur autoritas, faciuntq́ꝫ miſeros, pauperes, ignobiles, & inopes.

σύνεργοι, uel munifices, terna numina, decanis ſingulis applicata. De quibus uide Firmicum libro ſecundo capite quarto.

Stellarum fines, ſignorum appellantur propriæ partes, quæ ſtellis ſingulis diuidũtur, Græce τὰ ὅρια.

Gaudere tunc dicuntur planetæ, quando in genitura in oportunis ac felicioribus conſtituti locis, maiorem uim habent, ac plurimum bonam fortunam decernunt.

Stellę matutinæ ſunt quinqꝫ, ♄ ♃ ♂ ♀ & ☿. Appellantur eædem & ueſpertinę, & occidentales, & abſconſæ. Græce ἀφανῆται καὶ συνοδικαὶ καὶ ἀκρονύκται.

Matutina uocatur ſtella, quæ in ortu exiſtens, ☉ ex oriente præcedit ut Lucifer.

Veſpertina, in ortu, quæ orientem Solem ſequitur.

Abſconſæ ſtellæ, quas orbis ☉ tegit.

Ακρονύκται, quæ tunc oriuntur cum ☉ in interitum uergit.

Protegi ſtellæ dicuntur, quotiens oportuna radiatione cum ☉ præceſſerunt.

Numen Solis optima radiatione protegitur, quotieſcũqꝫ matutino ſtellarum ortu fuerit ornatum.

♄ matutinus uocatur, cum xii. partibus ☉ anteceſſerit.

♃ matutinus cum xi. partibus receſſerit antecedendo.

♀ octo partibus Solem antecedens, matutina uocatur.

Sic ♂ in octaua parte conſtitutus matutinus uocatur.

Aries ſignum tropicum uocatur, quia ☉ in eo ſigno cõſtituto, uernum tempus facit.

Ignitum ſignum uocatur ♈, quia quicunqꝫ in genituræ horoſcopo ipſum habuerit, ad ignem cholericamq́ꝫ naturam pronus erit.

Platic

Platicæ uitæ locus eſt, in eo ſigno in quo eſt horoſcopus conſtitutus.

Ἀνατολὴ orientalis cardo, domus prima.

Δύσις, occidens.

μεσουράνιον, medium cœli.

ὑπόγειον, imum cœli.

Ortus latine, prima pars horoſcopi, quæ in omni geniture tempore ab orientali parte primum emergit, ac per triginta deinceps partes educitur.

Occaſus pars cœli in ſeptimo ab horoſcopo loco partiliter expoſita, Græce διάμετρον δυτικόν.

Medium cœlum, ab horoſcopo decimum ſignum uocatur.

Imum cœlum, quod in quarto ab horoſcopo loco conſtituitur.

θεὰ eſt tertius ab horoſcopo locus, id eſt, tertium ab horoſcopo ſignum.

θεός, illud ſignum quod contra hoc ſignum in diametro fuerit conſtitutum, id eſt, nonum ab horoſcopo.

Bona fortuna in quinto ab horoſcopo locus, Græce ἀγαθὴ τύχη.

Ἀγαθοδαίμων, id eſt, bonus dæmon, fortunæ ex diametro, id eſt, in undecimo ab horoſcopo loco.

Pigra atq; deiecta loca tunc uocantur, quando nulla cum horoſcopo ſocietate coniunguntur.

Ἀναφορὰ, ſiue inferna porta uocatur primus deiectior locus, qui in ſecundo ab horoſcopo ſigno conſtituitur.

ἐπικαταφορὰ, uel ſuperna porta, dimeter ſigni antedicti, id eſt, octauus ab horoſcopo locus.

Nouiſſima loca ſunt, malæ fortunæ, mali dæmones.

Mala fortuna ſextus ab horoſcopo locus, Græce κακοτύχη ἢ κακοδαίμων.

Aſpectus diameter, qui eſt à ſigno, uſq; ad aliud ſignum ſeptimum, ut eſt ♈ & ♎.

Trigonus aſpectus, qui eſt à ſigno, quo initiamus, uſque ad ſignum quintum, ut eſt ♈ ad ♌.

Dextrum trigonum uocamus, quod ab eo ſigno, à quo incipimus retro eſt.

Siniſtrum trigonum, quod eſt ante, ut ♈ dextrum trigonum eſt ♐, ſiniſtrum uero ♌, & ſimili modo ♌ dextrum trigonum eſt ♈, ſiniſtrum uero ♐.

Quadratus aſpectus, qui eſt ab eo ſigno, quo inchoamus, uſq; ad quartum, ut ♈, ♊ & ♋.

Quodcunq; retro eſt, quadratum dextrum uocatur. ut ♈ & ♑.

Hexagonus aſpectus, qui eſt ab eo ſigno quo initiamus uſq; ad tertium.

Dator uitæ, dominus geniture.

Οὐράνια στοῖχια, cœleſtes imagines, ſiue cœleſtia ſigna.

κακοποιοὶ, planetæ fortunantes.

καλοποιοὶ, infortunantes, aliàs malefici & infortunantes.

Ἀποτέλεσμα, iudicium ſeu ſententia aſtrologica, latine prædictio uel iudicium.

Signa ſecundaria, quæ in elementis ipſis cernuntur, ut Cometæ, motus terræ, pluuiæ, immodicæ ſiccitates, ita ſic dicta, quia ſecundas uires habeant, quando prima uis in cœlo, ſtellisq; cœleſtibus ineſt, ſecundaria in elementis quæ in ipſis cientur.

Stellæ corruptiuæ, quæq; cœleſtium ſtellarum decreta adiuuãt, ſunt ea quæ in elementis cum exuperantia & ui quadam maiore fiunt, ut ſiccitates & pluuiæ nimiæ, ſic dictæ corruptiuæ, quia omnis elementorum exuperantia corruptionem inducit.

Secundæ ſtellæ, quæ ſecundam ac proſperam uim inſitam habent.

Cuſpides cœli, anguli, τὰ κέντρα, cardines, idem.

Ἐπαναφόραι, domus ſuccedentes.

Ἐκλίψεις, luminarium deliquia, atq; obſcurationes.

Androdas, annus 63. sic dictus, quia latenti ratione uariis hominem periculorum discriminibus semper afficit.

Hebdomatici & Enneatici anni, anni septeni & noueni, grauia semper mala hominibus portendentes.

Plenæ parteis in figura uocantur, in quibus decani fuerint inuenti.

Vacuæ partes, ad quas nunquam decanorum numerus accedit.

Septentrionalia signa uocantur, quæ mouentur ab initio Arietis usq; ad finem ♍.

Meridionalia, quæ uergunt ab initio Libræ, usq; in finem Piscium.

Directæ ascendentia uocantur ab initio ♋ usq; in finem ♐.

Tortuosæ ascendere dicuntur, ab initio ♑ usq; in finem ♊.

Concordantia signa sunt ♈ & ♓. ♉ & ♎. ♊ & ♑. ♋ & ♐. ♌ & ♏. ♍ & ♎.

Maxima medietas circuli uocatur, quæ est ab initio ♌ usq; in finem ♑.

Medietas ☉ eadem quæ & medietas maxima, quia ☉ in omni hac medietate habet principium, sicuti habent planetæ in suis terminis.

Medietas minima, quę est ab initio Aquarii usq; in finem ♋, & uocatur medietas Lunæ, quia Luna similiter habet, in omni hac medietate principium, sicut ☉ in maxima.

Medietas calida, quæ est ab initio ♈ usq; in finem ♍.

Decuriæ, signorum facies.

Stellæ fixæ uocantur, quia earum motus post centum annos uix cernitur, quod humanæ uitæ spacium longissimum uidetur.

πλειάδες Latine Vergiliæ, sic dictæ, quod extremo uere, cum æstas incipit, exoriuntur. Babylonii uocant Atarage.

Hyades à ueteribus dictæ Suculæ, quidam in ore, alii in fronte ♉ constitutas uolunt.

λαμπαδιάς inter Hyades fulgentior & dux. Chaldaice Aldebram.

Anhelar, Apollinis astrum, in capite Geminorum emicans stella.

Abrachaleus, Græce ἡρακλέους ἄστρον in ipso ♊ occipitio.

Azabenæ ad Chelas sitæ stellæ ♄ & ☿ qualitates retinentes.

Sunt autem Chelæ Latinis cornua, qualia ferè imaginantur in ♋ & ♏.

Νεφελώειδης συστροφὴ, id est, nebulosus globus. Nebula, quæ est in pectore ♋, aliàs Præsepe, & Chaldaice Meellephi.

βασιλίσκος lucida stella, quæ est ad cor Leonis.

Asini ad præsepe ipsum constituti stellę.

Vindemitor Græce προτρυγήτωρ, Chaldaice Almucediem Alaraph, stella lucida, quę est ad alam ♍ Septentrionalem.

σταχύς spica, Chaldaice Abzumon Alazel, in ♍ constituta.

ἀντάρις, cor Scorpii, notà & lucida stella in tribus illis in dorso ♏ distinctis.

νότιος, pisciculus ille qui ab austro est, Latine Borealis.

συνδεσμὸς, stellarum series inter Pisces atq; Arietem, Latini uocant nodum cœlestem.

Arcturus notus est.

ὀφιουχὸς, Serpentarius.

ἀφητικὰ loca, loca Ilegialia uel Hilech, ut Chaldei uocant, aliàs Climacterica.

Climacterici anni, uel anni progressionis, sic dicti, quod ex ascēsionibus planetarum, secundum Climatis rectum aut obliquum circulum cognoscitur tempus, quo planeta sit ad eum locum peruenturus.

Significator regni, planeta, qui plures potiores'q; prętogatiuas in medio cardine habet.

Dominator, seu hospitator interlunii, dominus loci in quo cōiunctio ☉ & ☽ facta est.

Interlunium, id est, nouilunium, Græce σύνοδος.

Planeta ἐπικρατήτωρ, id est, dominator, qui dominatum inter alios obtinet.

Planeta οἰκοδεσπότης, id est, planeta paterfamilias, idem quod dominus genituræ, uocatur & κύριος γενέσεως.

κάκωσις

κάκωσις, malus habitus, undecimi loci afflictio.

σχῆμα, tota illa cœli constitutio.

Dirigere, est gradum quendam Aequatoris coascendētem uel condescentem arcui cuipiam eclipticæ, aut alii interuallo currenti, hylech & sydus maleficum, uel radium eius inuestigare. Nam quotiens hac uia maleficum sydus, aut radii malefici hylech occurrūt, uitam incidunt, & discrimen imminere portendunt.

Dies lacio Solis super terram.

Hemisphetion nostrum, terræ illa medietas, quæ nostro horizonte describitur.

βιοθάνατοι, qui uiolenta morte pereunt.

Eminentia, superlatio, uel sublimitas planetæ uocatur, in coniunctione, cum in summa circuli superioris, qui Græco nomine ἐπίκυκλος uocatur, planeta ipse fertur, altero planeta, partes demissiores tenente. Eum locum Augem etiam uulgato nomine uocant. Pontanus, elegantissimus scriptor, apicem & culmen appellitat.

ἀναιρετικὰ loca, loca in ipsa figura cœli lætalia, mortis periculum afferentia.

περίπατος planetæ profectio ad locum lætalem, quæ hodie inepte uocatur abscisio, & planeta ille, planeta abscisor.

Planeta permeator, uel recensor, planeta περίπατος, αἱρετικὸς πλανῆτα, planeta condicionarius, uel qui est eius conditionis, siue nocturnæ, siue diurnæ.

δεσπότωρ, horæ dominus.

ὁρικράτωρ, finium dominus.

ὕπαυγος planeta sub radiis ☉ positus, id est, subradiatus, quod uerbum, quia uidebatur asperius, placuit neotricis combustum uocare.

Decani, decuriæ, idem. Singuli decem signorum gradus, Hali & Guido facies, suo more appellarunt.

παρανατέλλοντα, simulachra quæ cum decuriis exoriuntur.

Dominus plenilunii uel nouilunii, non ille planeta, qui signo dominatur in quo oppositio uel coniunctio fit, sed potius signi dominus, quod coniunctionis uel oppositionis tempore horoscopat.

Traiectiones uocantur, quas transcurrentes stellas, nouo nomine hodie quidā sic uocant, quales sunt capræ saltantes, faces, & trabes ignitæ.

Signifer, Græce ζωδιακός.

Gradus uocantur, singulorum signorum 30. parteis, æquis dimensionibus partitæ. Veteres latini etiam parteis uocauerunt.

Mensis, totum illud spacium, quo ad ☉ ☽ ipsa regreditur.

Annus, spacium illud temporis, dum ad eum locum reuertitur ☉, unde duodecimo ante mense discesserat.

Solstitialia signa uocātur, quod ☉ ubi ad ea profectus fuerit, antequàm eius ad septentrionem euectio aut in austrum declinatio, manifestior facta sit, stare aliquando creditur, & sunt ♋ & ♑.

Almugea Chaldaice planetarum inter se aspectus.

Noxii & minaces aspectus, aspectus quadranguli, oppositiq́, atq; diametri.

Aspectus beneuoli, qui sunt ex triangulis & sexangulis.

Stellæ positæ in hemisphetio superiore, dicuntur aspicere horoscopum dextra irradiatione, siue hexagona, siue tetragona, aut trigona fuerit.

Sinistra radiatione sese contuentur, quæ in hemisphetio collocantur inferiori.

Aspectus platicus, πλατικός, qui est à signis tantum, & signa quidem ipsa sese aspiciūt.

Partilis aspectus, cum à stella ad stellam immorantur tot cœli partes quot configurationem ipsam constituunt. Verbi gratia, cum ascendente ab ortu, prima Arietis parte ab occasu præcipitat se in hemisphetion inferius, pars Libræ prima, in qua malefica constituta sit, aut in parte, haud ita multum distante.

Cardo cœli exorientis, hodie ascendens.

Ἐποχαὶ gradus quibus deprehenduntur planetæ in zodiaco.

Μοῖρα, unius gradus spatium.

πρῶτα λεπτὰ, prima minuta.

δεύτερα λεπτὰ, secundaria minuta.

Circulus meridianus, quem ☉ quum super hominum uerticem uenerit, ipsum diem medium efficiendo designat.

στοιχειωματικοὶ, qui sigilla atque imagines ex mixturis ad stellarum cursus faciunt, tum ad sanandos morbos, tam uel ad effectus alios, uel corporis, uel animi, procurandos.

μαθηματικοὶ dicti sunt primum Pythagoræ discipuli, eò quod Geometriam & Gnomonicam, Musicam, cæterasque item disciplinas profiterentur, μαθήματα ueteres Græci appellabant. Vulgus autem quos gentilitio uocabulo Chaldeos dicere oportet, Mathematicos dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati, ad perspicienda mundi opera, & principia naturæ procedebant, ac tunc deniq; nominabantur φυσικοί. Autor Aul. Gellius.

κύβος, figuræ quadrantal.

γραμμὴ μῆκος ἀπλατὲς, id est, linea & longitudo illatibilis.

ἅμαξα, currus cœlestis. Nostri ueteres à bubus iunctis, Septentriones appellatũt, id est, à septem stellis, ex quibus quasi iuncti Triones figurantur.

VENTORVM NOMINA EX GELLIO.

Eurus uentus ab oriente uerno spirans, id est, ab æquinoctiali, aliàs ἀπηλιώτης, à Romanis nauticis Subsolanus cognominatus.

Aquilo Boreas, qui ab æstiua & solstitiali orientis meta uenit, ab Homero appellatus αἰθρηγενέτης. Boream autem dictum putant ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit uiolenti flatus & sonori.

Vulturnus ab oriente spirat, Græce εὐρόνοτος, eò quod inter Nothum & Eurum sit.

Caurus, Græce ἀργέστης aduersus Aquiloni.

Alter Fauonius, Græce ζέφυρος, is aduersus Eurum flat. Vide de hac re Strabonem libro Geographiæ primo.

Affricus Græce λίψ, is aduersus Vulturnum flat.

Auster Græce νότος, quoniam est nebulosus & humectus, uentus meridionalis, νοτὶς enim Græce humorem significat.

Septentrionarius, siue Græce ἀπαρκτίας, obiectus directusq; in Austrum.

Circius Gallis in primis cognitus uentus, ex sua terra flans, sæuissimus & turbinosus.

Iapix à finibus Apuliæ perspirat.

Fatum Græci πεπρωμένην uel εἱμαρμένην uocant. Est autem, ut inquit apud Gellium Chrysippus, sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum, & cathena uoluens semetipsa sese, & implicans per æternos cõsequentiæ ordines, ex quibus apta cõnexaq; est.

Apparitio planetæ uocatur, dum planeta, qui aliquandiu sub radiis latebat solaribus, mane aut uespere apparere incipit.

Dicitur autem planeta latere sub solaribus radiis, quando quindecim gradibus ante uel post Solem fuerit.

Hayz siue similitudo planetæ est, dum planeta diurnus in die super terram, nocte sub terra: Et planeta nocturnus die sub terra, nocte super terram. Dumq; planeta masculinus in signo & quarta masculinis & orientalibus. Planeta uero fœmininus in signis & quarta fœmininis, & occidentalis compertus fuerit.

Bonæ configurationes planetarum existimantur, bonorum coniunctiones cum bonis, boniq; aspectus, scilicet trinus & sextilis luminarium ad inuicem, uel cum planetis, uel planetarum inter se.

Malæ configurationes, malorum coniunctiones, & aspectus eorundem oppositiones & quartæ.

Maxima

Maxima debilitas planetæ uocatur cum est combustus.
Retrocessio quoq; nonnihil uiribus eius diminuit.
Combustus planeta uocatur, cum à Sole minus sui orbis medietate distat, aut tantum præcisæ ante & post.
Medietas orbis ♄ & ♃ est nouem graduum.
Medietas ♂ & ♀, & ☿ septem graduum.
Medietas ☽ duodecim graduum.
Medietas ☉ quindecim graduum.
Progreditur planeta, dum motus eius in Ephimeride scriptus augetur.
Retrocedere dicitur planeta, dum minuitur.
Statio planetaria dicitur, ubi nulla graduum, aut minutorum motione uariatur.
Velociter planeta mouetur, dum secundam signorum consequentiam, motus eius uerus, uelocior est, motu eius medio.
Tardius incidere dicitur, dum retrograditur, aut quàm sit eius motus medius, pergit.
Auctus lumine uocatur planeta, dum à Sole, uel Sol ab eo retrocedit.
Minutus lumine planeta, qui ad Solem, uel Sol ad eum accedit.
Argumentum latitudinis Lunæ, est distantia capitis Lunaris, à capite Draconis sui.
Inimici uocantur planetæ, cum domos habuerint oppositas. Verbi gratia, Saturnus & Luna. Nam ♋ domus ☽ opponitur ♑ qui est domus ♄.
Est & inimicitia planetarũ, ratione exaltationum suarum. In eum modum ♃ inimicatur ♂, cum eius exaltatio sit in ♋, & ♂ in ♑, quæ sunt signa opposita.
Concordant planetæ in natura, qualitate, substantia, & potestate. ♂ concordat cũ ☉ in caliditate. ♀ cum ☽ in frigore & humiditate, ♃ & ♀ in natura.
Luna dicta est à lumine, quod per luminis solaris refractionem collucescat.
Sol nomẽ suum sortitus est, quod solus inter astra tanquam princeps & antesignanus plurimum potest, uel quod à se lumen habeat suum, à nullo alio mutuo accipiat.
Vagæ, uel uagantes stellæ uocantur, quæ uulgo planetæ, uel errones.
Præfulxiones, quas alio nomine Lunæ facies appellant. Sunt autem numero decem, scilicet coitus, genna, ortus, surgens in cornua, orbe diuisa semi, diuidua, quæ διχότομος uocatur, plenilunium, rursus semi diuisa orbe, & diuidua surgens in cornua. Quidam undecimum adiiciunt, Plesiphahen, siue ut aliis placet, Plesioselinon.
Coitus Lunæ uocatur, cum in eodem signi alicuius gradu cum Sole est.
Genna, Luna uocatur, cum recessit à coitu Solis gradibus quindecim.
Surgere in cornua dicitur Luna, cum iam ab Sole recedens sexangulam efficit figurã.
Diuidua Luna, quæ ab Sole abiuit partes nonaginta, mundi sexangulam faciens figuram.
Semidiuisa orbe Luna, quæ in consequentia Solis distat partibus 120. △ habens.
Plesioselinos Luna, cum à sex signis & partibus quatuor, in consequentibus 150. non amplius in oppositione.
Plenilunium fit, cum Luna in consequentia Solis distat partes 185.½
Apocrusis uocatur Luna, cum declinauerit in oppositione à Sole parte una.
Epactæ, sunt Solaris, Lunaris'q; anni differentiæ.
Annus Solaris habet dies 365.
Annus Lunaris habet dies 354.
Differentia inter hæc dies undecim, atq; hi uocantur Epactæ.
Spectantium signa uocantur, quæ æqualibus horis restituunt dierum & noctium magnitudines. Nam quia maxima hora est, Sole existente in Cancro horarum quindecim, minima Sole existente in Capricorno.
Aequalẽ inter se inuicem potestatẽ dicunt signa habere, quæ uidelicet ęqualem habent anaphoram, & si inuicem se consequantur ut Aries & Pisces, Virgo & Libra. Et si ad tria

uel quatuor, uel quinq; æqualis anaphoræ, ut ♉ & ♒, & ♊, & ♑, & ♋, & ♐, &
♌, & ♏. Hæc quidam audire ſe inuicem aiunt, non etiam ſeinuicem ſpectare, propter
terræ obumbrationem.

Diurnas ſtellas, uocāt Iouem & Saturnum, aſſeruntq; factionis ipſius Solis eſſe, quod
non plures faciunt occaſus, neq; figuras, gaudent enim interdiu ius ſuum dicere, necnō
diurnis in domibus.

Nocturnæ ſtellæ uocantur Martis & Veneris, Lunæ familiares. Multarum ſiquidem
ſunt figurarum, ſæpéq; in occaſum ueniunt & obſcuratæ.

Promiſcua ſtella Mercurius, quorum enim figuræ ſeſe accommodarit, eorum familia
ris efficitur, matutinus Soli, Lunæ ueſpertinus.

Domos ſtellarum, & zonas, ſeu cingula uocant, duodecim zodiaci dodecatemoria,
quæ ſigna quoq; nominant.

Apoclimata, declinationes.

Centra quatuor ſunt, horoſcopium, occaſus, meridies, & ſub terra locus, uel hypogiū.

Dodecatemorion uocatur, quod pars ſignorum ſic duodecima.

Figuras ſtellarum ad ſe inuicem atteſtationes uocāt, nempe triangula quadrata, ſexan-
gulos, & diametros.

Dextrum uocant triangulum, & quadratum, & ſexangulū, figuram, à qua abiuit ſtel
la. Siniſtrum uero quo it, ut Sole exiſtente in Leone dextrum Arietis, & Leonis △. Sini-
ſtrum autem Sagittarii, dextrum quadratum Tauri & Leonis ſiniſtrum Scorpionis, de-
xtrum ✳ Geminorum & Leonis ſiniſtrum Libræ.

Septem radios quælibet diffundit ſtella, tres quidem ſurſum, & totidem deorſum,
unum porrò in diametrum quorum dextri ſunt qui ſurſum, ſiniſtri qui deorſum.

Parallagen uocant, cum per parcium effiguratum ſtellæ iſoſcelis lineæ mutationem
habuerint, ut Sol in Arietis partibus 19. Saturnus Libræ partibus 20.

Contactus & agglutinatio dicitur congreſſus & conſiſtentia duarum ſtellarum, uno
in dodecatemorio, parte ferè una, ac contactus, quæ & κόλλησις nominatur, Latine ag-
glutinatio dici poteſt, uel copula, fit cū in parte ſe contingunt, aut corpore, aut quauis fi-
gura antecedens ſtella conſequentem, & ſi contingat celerius ire, unam quæ antecedat
conſequente, tum altera præuenit una in parte alteram, eámq; contingit, uel non abeſt
longius tribus partibus.

Effluxus fit, quando poſt contactum diſtinguitur celeriter ſtella, tardius mota. Siue ut
placet Porphyrio, Effluxus uocatur, cū ab aſtro aſtrum effluit celerius, tardiore, aut à co-
pula proxime facta, aut à contactu per figuram, cum plures quàm cōueniat ad figuram
conſtituendam, partes medias habere inceperint.

Orbiculari ſtella dicitur, cum conſequens in præcedentem figura radium iaculatur.

Diſiuncta dicuntur ſigna & auerſa, quæ inter ſe figuram non faciunt.

Circumuallari dicitur ſtella, cum in huiuſmodi figura fuerit, nempe obſepta, ueluti ſi
ſit Luna in Virgine, Mars in Ariete, comprehendit Virginem, Leonem, & Libram. Ra-
dius autem Martis, unus quidem fertur in Leonis triangulum, alter autem in Libram
diametro, circumuallata igitur uocatur Luna à malis ſtellis.

Vocatur & obſeſſio hæc, cum binæ ſtellæ in medio unam quodammodo intercluſe
runt, nulla in medium alia intermittente radium.

Medius iaculatus uocatur, cum in medios gradus ſtella radium proiecerit.

Tranſuectio dicitur, cum ſtella ſtellæ alteri copulat̃, & illa rurſus alteri, tranſuehit enim
occaſum unius in occaſum alterius.

Complexus dicitur, cum uni ſtellæ differentes & uariæ ſtellæ congregātur, tum enim
uaga ea ſtella illarum uim ſibi aſciſcit.

Auerſio dicitur, cum dominus horoſcopi non copulatur domino horoſcopi ſignifi-
cantis, quæ ſunt de interrogationibus.

Præcellens dicitur ſuperans in ſigno poſitus duodecimo planetes eũ, qui in quarto, ut ſuperat qui in Libra eſt, eũ qui eſt in Capricorno, & qui in Capricorno, eũ qui eſt in ♈.

Apheres dicitur planeta, cum ab ortu in occaſum mouetur, hoc eſt, à conſequentibus in antecedentia.

Proſtheres contrà uocatur, hoc eſt, cum ab occaſu in ortum mouetur, nempe ab antecedentibus in conſequentia.

Hypaugus planeta dicitur, cum ipſum ſol comprehenderit uel occultarit, ſub ſplendore ſuo, ſuis'q; radiis.

Fulxio ſiue emerſio eſt, cum fugiens planeta Solis lucem primum emicuerit.

Matutina emerſio, cum in ortu primum apparuerit.

Veſpertina emerſio cum in occaſu primum emerſerit.

Sunt præterea bina in cœlo loca, diametro inter ſe diſtincta, quæ etiam eclipticas cõiunctiones uocant, quod in ipſis fiunt eclipſes Solis & Lunæ, dum in ipſis fuerint, unus'q; eorum coitus uocatur, Anabibazon, ☋ quem recentiores caudam Draconis appellãt, alter Catabibazon ☊, quem caput Draconis uocarunt.

Confinium dicitur, cum in eiuſdem terminis fuerint ſtellæ, ſiue in facta glutinatione & copula, ſiue figura ut quandoq; ſe inuicem ſpectantes in terminis eiuſdem ſtellæ.

Inanis curſus κενοδρομία dictus eſt Græce, cum Luna nulli copulatur, neq; per partes, neq; per figuram, neq; per agglutinationem, & ne quidem intra partes 30. ferè in coitum eſt uentura.

Exhalma, quæ & exaltatio dicitur, eſt, cum per inceſſum Sol aut Luna, aut ſors fortunæ ex geneſi ſignum exeuntes, in ſequens ſignum inciderint.

Ecptoſis ſiue delapſus dicitur, cum ab horoſcopo eductus annus in illud inciderit ſignum, ubi antecedens coniunctio fuerit in geneſi.

Liberatoria loca ſunt in hemiſpherio ſupra terram quinq;, medium cœli, & utrinq; bina ſigna, nempe ipſum conſequens & antecedens, & horoſcopus & occaſus.

Liberationes uero quatuor, Sol & Luna, & ſors fortunæ, & eueniens dominus ipſius geneſis.

In ſplendoribus ſuis ſtellæ dicuntur collocatæ, cum in domo ſua aut ſublimatæ, aut terminis ſuis ſunt poſitæ.

Participatio eſt, cum eiuſdem ſigni fuerit compar, uel clementer ipſum ſpectat planetẽ.

Particeps ſigni eſt ſimul dominus.

Simul dominatur, cum unius domus eſt alterius ſublimitas.

In diuerſum reſolutio, quæ ἀνατάχυσις nominatur, eſt cum diurnæ nocturnatũ, aut nocturnæ diurnatum domos aut ſublimitates obtinuerint, aut quando poſitæ in ſignis ſtellæ bene denuntiant, & ſignorum domini in malitia fuerint incommodi.

Malitia uocatur, cum quis pernicioſis radiis percutitur, aut obſidet, aut in cõtactu pernitioſi, aut in copula fuerit, aut in diametrũ uenit, aut ſuperexcedit, aut dominatu poſſidetur à pernitioſo male affecto.

FINIS

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI, VIRI CONSVLARIS, AD MAVORTIVM LOLLIANVM MATHESEOS LIBRORVM VIII. GENERALIS ELENCHVS.

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI I. PINACIDION.

Primi libri Præfatio.
Matheſeos aduerſus æmulorum argumenta. Cap.i
Obiectorum diſſolutio generalis. cap.ii
Argumentorum aduerſantium confutatio. cap. iii
Obiectorum diſſolutio particularis. cap.iiii

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI II. PINACIDION.

Secundi libri Præfatio.
Zodiaci ſignorum diuiſio, ac naturæ conditio. Cap. i
Stellarum domicilia, nomina, ac poteſtates in ſignis. cap.ii
Stellarum altitudo deiectioq́ꝫ, earumq́ꝫ conditio. cap.iii
Signorum decani, eorumq́ꝫ domini. cap.iiii
Signorum per tricenas partes diuiſio. cap.v
Stellarum fines, in unoquoq́ꝫ zodiaci ſigno. cap.vi
Diurna uel nocturna ſtellarum gaudia. cap. vii
Stellarum ortus & occaſus, eorumq́ꝫ conditio. cap.viii
Matutinarum, ueſpertinarumq́ꝫ ſtellarum partes. cap.ix
Stellarum omnium erraticarum ducatus. cap. x
Trigonorum domini, eorumq́ꝫ qualitates. cap.xi
Signorum natura, formæ, qualitatesq́ꝫ. cap. xii
Signorum ortus, ſecundum diuerſa climata. cap.xiii
Signorum uentis ſubiectiones. cap.xiiii
Signorum duodecatemoria. cap.xv
Circa horoſcopum conſideranda. cap.xvi
Cardines eorumq́ꝫ ſuccedentes. cap.xvii
Geniturae cardines. cap.xviii
Quatuor loca ſecunda. cap.xix
Pigra, deiectaq́ꝫ figuræ loca. cap.xx
Locorum figuræ ordines. cap.xxi
Locorum duodecim poteſtates. cap. xxii
Locorum duodecim nomina apoteleſmataq́ꝫ. cap. xxiii
Geniturarum qualitates, quæ nobiles ſint, quæue mediæ. cap. xxiiii
Stellarum aſpectus omnes. cap.xxv
Signorum inter ſe cognatio. cap. xxvi
Super humano corpore ſignorum dominia. cap.xxvii
Vitæ humanæ dator. cap. xxviii
Vitæ humanæ cronocrator. cap. xxix
Temporum diuiſio. cap.xxx
Annorum per dies diuiſio. cap. xxxi
Antiſciorum apoteleſma. cap.xxxii
Mathematici conditio. cap. xxxiii

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI III. PINACIDION.

Tertii libri Præfatio.
Mundi thema. Cap. i
Signorum primum Aries. cap. ii

Saturni

Saturni decreta per singulas cœli stationes. cap.iii
Iouis decreta, per singulas cœli stationes. cap.iiii
Martis decreta per singulas cœli stationes. cap.v
Solis decreta per singulas cœli stationes. cap. vi
Veneris decreta per singulas cœli stationes. cap.vii
Mercurii decreta per singulas cœli stationes. cap.viii
Mercurius cum Sole per duodenas cœli stationes. cap. ix
Mercurius cum Luna per duodenas cœli stationes. cap.x
Mercurius cum Saturno per duodenas cœli stationes. cap.xi
Mercurius cum Ioue per duodenas cœli stationes. cap.xii
Mercurius cum Marte per duodenas cœli stationes. cap.xiii
Mercurius cum Venere per duodenas cœli stationes. cap. xiiii
Lunæ decreta per singulas cœli stationes, cap.xv
Lunæ decreta, si in loco fortunæ fuerit inuenta. cap.xvi

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI IIII. PINACIDION.

Quarti libri præfatio.
Applicatio Lunæ ad reliquos planetas, sed primum eius deuectio à ♄ ad cæteras erraticas stellas. Cap. i
Defluxio Lunæ à planetis ad planetas, & primum Lunæ. Defluxio à Saturno ad cæteras erraticas stellas. cap. ii
Lunæ defluxio à Ioue ad cæteros planetas. cap. iii
Lunæ defluxio à Marte ad cæteros planetas. cap.iiii
Lunæ defluxio à Sole ad cæteras planetas. cap.v
Lunæ defluxio à Venere ad cæteros planetas. cap.vi
Lunæ defluxio à Mercurio ad cæteros planetas. cap.vii
Lunæ defluxio ab omnibus planetis ad nullum. cap.viii
Generalia Lunæ decreta, theorica'q; notanda. cap. ix
Platica partilis'q; simul fortunæ exploratio. cap.x
Dæmonis locus, partili exploratione repertus. cap.xi
Genituræ dominus, eius'q; decreta fatalia. cap.xii
Solis ac Lunæ decreta, quum fuerint cum domino genituræ coniuncti. cap.xiii
Generales genituræ dominorum aphorismi. cap.xiiii
Planeta, actus uitæ nostræ significans. cap. xv
Triginta sex signorum decani, eorum'q; decreta. cap.xvi
Signorum partes masculinæ, fœmininæ'q;. cap.xvii
Lunæ decreta, cum singulis planetis in cardinibus. cap.xviii
Lunæ coniunctionis defluctionis'q; theorica. cap.xix

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI V. PINACIDION.

Quinti libri præfatio.
Simplicia cardinum decreta, sine alicuius planetæ testimonio. Cap.i
Horoscopi decreta, cum omnium planetarum societate. cap.ii
Saturni decreta per singula zodiaci signa. cap. iii
Iouis decreta per singula zodiaci signa. cap.iiii
Martis decreta per singula zodiaci signa. cap. v
Solis decreta per singula zodiaci signa. cap.vi
Veneris decreta per singula zodiaci signa. cap.vii
Mercurii decreta per singula zodiaci signa. cap.viii
Lunæ decreta per singula zodiaci signa. cap.ix
Planetarum decreta in aliorum finibus, & primum Saturni. cap. x
Iouis decreta in aliorum planetarum finibus. Cap.xi

Martis

Martis Decreta in aliorum planetarum finibus. Cap.xii
Solis decreta in aliorum planetarum finibus. cap.xiii
Veneris decreta in aliorum planetarum finibus. cap.xiiii
Mercurii decreta in aliorum planetarum finibus. cap.xv
Lunæ decreta in aliorum planetarum finibus. cap.xvi
Quinti libri institutiua peroratio. cap.xvii

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI VI. PINACIDION.

Sexti libri præfatio.
Regiæ signorum stellæ, earumque decreta. Cap.i
Planetarum radiationes, earumque decreta, & primum planetarum radiatio trigona. cap.ii
Saturnus cum cæteris planetis trigonus. cap.iii
Iupiter cum cæteris planetis trigonus. cap.iiii
Mars cum cæteris planetis trigonus. cap.v
Sol cum Luna sola trigonus. cap.vi
Venus cum Luna sola trigona. cap.vii
Mercurius cum Luna sola, trigonus. cap.viii
Planetarum omnium radiatio quadrata. cap.ix
Saturnus cum cæteris planetis, quadratus. cap.x
Iupiter cum cæteris planetis, quadratus. cap.xi
Mars cum cæteris planetis, quadratus. cap.xii
Sol cum Luna sola, quadratus. cap.xiii
Venus cum cæteris planetis, quadrata. cap.xiiii
Mercurius cum Luna sola, quadratus. cap.xv
Planetarum omnium diametra radiatio. cap.xvi
Saturnus cum cæteris planetis, diameter. cap.xvii
Iupiter cum cæteris planetis, diameter. cap.xviii
Mars cum cæteris planetis, diameter. cap.xix
Sol cum Luna sola, diameter. cap.xx
Venus cum Luna sola, diametra. cap.xxi
Mercurius cum Luna sola, diameter. cap.xxii
Planetarum omnium hexagona radiatio. cap.xxiii
Planetarum omnium parilis radiatio. cap.xxiiii
Saturnus cum cæteris planetis pariter. cap.xxv
Iupiter cum cæteris planetis pariter. cap.xxvi
Mars cum cæteris planetis, pariter. cap.xxvii
Sol cum cæteris planetis, pariter. cap.xxviii
Venus cum cæteris planetis, pariter. cap.xxix
Mercurius cum Luna sola, pariter. cap.xxx
Catholica siderum promiscue positorum, decreta. cap.xxxi
Generales cuiusque genituræ Ephodi. cap.xxxii
Temporum diuisio Chronocratori debita. cap.xxxiii
Saturni decreta, quum temporum dominus fuerit. cap.xxxiiii
Iouis decreta, quum temporum dominus fuerit. cap.xxxv
Martis decreta, quum temporum dominus fuerit. cap.xxxvi
Solis decreta, quum temporum dominus fuerit. cap.xxxvii
Veneris decreta, quum temporum domina fuerit. cap.xxxviii
Mercurii decreta, quum temporum dominus fuerit. cap.xxxix
Lunæ decreta, quum temporum domina fuerit. cap.xl

FIRMICAE

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI VII. PINACIDION.

Septimi libri Præfatio.
Expositorum, uel non nutritorum genituræ. Cap.i
Geminorum genituræ cum suo sexu. cap.ii
Seruorum, seu captiuorum genituræ. cap.iii
Dominorum numerus in seruis. cap.iiii
Libertinorum & liberorum genituræ. cap.v
Monstrosorum fœtuum genituræ. cap.vi
Eunuchorum, Hermaphroditorum'q; genituræ. cap.vii
Corpore uitiatorum genituræ uariæ. cap.viii
Filiorum cum patribus diffidentium genituræ. cap.ix
Parentum mortis tempus & conditio. cap.x
Orborum filiorum natalia, genituræ'q;. cap. xi
Adoptiuorum filiorum genituræ. cap.xii
Fratrum cuiusq; nati numerus. cap.xiii
Incestorum natalia, seu genituræ. cap.xiiii
Pædiconum natalia, seu genituræ. cap.xv
Cinædorum, impurorum, sterilium'q; genituræ. cap.xvi
Vxorum, maritorum'ue numerus. cap.xvii
Coniugatorum adinuicem affectus. cap.xviii
Sponsalium, seu nuptiarum tempora. cap.xix
Vxorum suarum interfectorum genituræ. cap.xx
Literarum expertium genituræ. cap.xxi
Gladiatorum, uel Athletarum genituræ. cap.xxii
Causidicorum, seu Oratorum genituræ. cap.xxiii
Medicorum Podalyriorum genituræ. cap.xxiiii
Calliopæorum Musicorum genituræ. cap.xxv
Damnatorum fatales genituræ. cap.xxvi
Mortalis exitus uarius, incertus'q; finis. cap.xxvii

FIRMICAE MATHESEOS LIBRI.VIII. PINACIDION.

Octaui libri præfatio.
Ἐννενηκοντάμοιρος, seu nonagesima pars, Cap.i
Videntium se, & audientium stellarum theorica. cap.ii
Signorum partes, per eorum membra diuisæ. cap.iii
Signorum, partium'q; suarum dimensio & magnitudo. cap.iiii
Sphæræ Barbaricæ prima apotelesmata. cap.v
Clara sidera, cum ♈ orientia, occidentia'q;. cap.vi
Clara sidera, cum ♉ orientia, occidentia'q;. cap.vii
Clara sidera, cum ♊ orientia, occidentia'q;. cap.viii
Clara sidera, cum ♋ orientia, occidentia'q;. cap.ix
Clara sidera, cum ♌ orientia, occidentia'q;. cap.x
Clara sidera, cum ♍ orientia, occidentia'q;. cap.xi
Clara sidera cum ♎ orientia, occidentia'q;. cap.xii
Clara sidera cum ♏ orientia, occidentia'q;. cap.xiii
Clara sidera cum ♐ orientia, occidentia'q;. cap.xiiii
Clara sidera cum ♑ orientia, occidentia'q;. cap.xv
Clara sidera cum ♒ orientia, occidentia'q;. cap.xvi
Clara sidera cum ♓ orientia, occidentia'q;. cap.xvii
Barbaricæ sphæræ apotelesmata secunda. cap.xviii
Partium Arietis myriogenesis. cap.xix

Partium

Partium Tauri myriogenesis Cap. xx
Partium Geminorum myriogenesis. cap. xxi
Partium Cancri myriogenesis. cap. xxii
Partium Leonis myriogenesis, cap. xxiii
Partium Virginis myriogenesis. cap. xxiiii
Partium Libræ myriogenesis. cap. xxv
Partium Scorpionis myriogenesis. cap. xxvi
Partium Sagittarii myriogenesis. cap. xxvii
Partium Capricorni myriogenesis. cap. xxviii
Partium Aquarii myriogenesis. cap. xxix
Partium Piscium myriogenesis. cap. xxx
Sphæræ Barbaricæ tertia apotelesmata. cap. xxxi
Generale totius operis apotelesma. cap. xxxii
Totius operis superioris peroratio. cap. xxxiii

DVODECIM SIGNA ZODIACI.

♈ Aries
♉ Taurus
♊ Gemini
♋ Cancer
♌ Leo
♍ Virgo
♎ Libra
♏ Scorpius
♐ Sagittarius
♑ Capricornus
♒ Aquarius
♓ Pisces.

SEPTEM PLANETAE.

♄ Saturnus
♃ Iupiter
♂ Mars
☉ Sol
♀ Venus
☿ Mercurius
☽ Luna.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM MATHESEOS LIBER PRIMVS.

PRAEFATIO.



LIM TIBI HOS LIBELLOS MAVORTI, DEcus noſtrum, me editurum eſſe promiſeram, uerum ſæpius incōſtantia uerecūdiæ retardauit, & ab iſto ſcribendi ſtudio, dubia trepidatione reuocauit, cum præſertim fragilitas ingenii mei, nihil ſe ſcire tale poſſe conciperet, quod dignum fore tuis auribus iudicaret. Cum enim audaculam nimis, & ſuper uires meas, pollicitationem illam recordarer, qua tibi omnem diuinæ Matheſeos diſciplinam dicaturū me eſſe ſpoponderam. Hæſitantem ſæpius animum, hinc pallor, hinc ruſticus quidam timor inuadebat. Nam cum eſſes in Campaniæ prouinciæ faſcibus conſtitutus, cuius te adminiſtrationis merito maxima honoris dignitate nobilitas, ocurreretq́; tibi rigor hyemalium pruinarum, qui te à rebus agendis ſemotum, ac prolixi laborum itineris diuerſitate confectum, & animum ſimul, & membra, aliquantiſper relaxare ſuaderet, ad me primum, in has oras Siculas, ad ea potiſſimum ſtudia, quibus ab ineunte ætate, uterq; noſtrum deuinctus erat, ſuauiſſime diuertiſti. Vbi & languentis, & fatigati corporis mei ſeniū enixus es fidis & religioſiſſimis amicitiæ releuare fomentis. Cum autem ad priſtinum me ſtatum ſolatiis, ac medelis tuis, ſanitas reſtituta reuocaſſet, recolentes inuicem priſtinos actus, & leuioris ætatis illecebras, ad memoriam, reuocantes honeſtas, & uarias ſermonum fabulas inuicem cōferebamus. Sed poſteaquam de actibus, & proceſſibus noſtris confabulati ſumus, ſcrutatus à me es (ſicut meminiſti) totius Siciliæ, quā incolo, ſitum, & unde oriundus ſum, & omnia quæ ueteres fabulæ prodiderūt, cum ueræ rationis explicatione quæſiſti. Quid uelit ex ſe Scylla, quid'ue Charybdis, quid cōcurrentium in freta fluctuum turbulenta confuſio, quos diſiuncta, ac ſeparata maria, certo horarum tempore, ac ſpatio, contraria undarum colliſione coniungunt. Quid faciant ignes, qui ex Aetnæ uertice erumpunt, quæ natura eorum, quæ'ue ſubſtantia, ex qua origine, ſine iactura montis, tanta proficiſcātur, & anhelent incendia. Qualis ſit lacus, qui prope alueum Symæthi amnis oſtēditur, cui Paliſcus nomen eſt, qui ſemper craſſitudine lurida ſordidus, liuentibus ſpumis obatreſcit, & ſtrepente * coniugio ſtridulus, argutum murmur exibilat. Cætera etiam omnia mecum recolens, & requirēs, quæq́; tibi à primo ætatis gradu, & Atticæ, & Romanæ literæ, de admirabilibus prouinciæ Siculæ tradiderunt. Ad ultimum ad Archimedis ſphæram ſermonem, atq; orationis tuæ ordinem tranſtuliſti, oſtendens mihi diuini ingenii tui prudentiam, atq; doctrinam. Quid nouem illi globi: quid quinq; Zonæ, quæ diuerſo naturæ genere colorantur: quid duodecim facerent ſigna: quid quinq; ſtellarum ſempiternus error operetur: quid ſolis quotidiani curſus annuiq́; reditus: quid lunæ uelox motus, aſſiduaq́; luminis, uel augmenta, uel damna. Quantis etiam conuerſionibus maior ille, quem ferunt, perficeretur annus, qui quinq; has ſtellas, lunam etiam, ac ſolem, locis ſuis, originibusq́; reſtituit, qui mille quadringentorū, & ſexaginta unius annorum circuitu terminatur. Quæ ratio orbem lacteum faceret: quæ defectionem ſolis, ac lunæ: cur ſeptentriones nunquam cœli rotata uertigo, ad occidentem transferat, orientiq́; reſtituat: quæ ſit Aquiloni pars terræ, quæ uero Auſtro ſubiecta: quæ ratio terram ipſam, in media parte compoſitam, librata æqualitatis moderatione ſuſpendat. Quatenus oceanus, quod Atlanticum aiunt mare, terræ ſpatium, in modū inſulæ, undarum ſuarū cir-

confusione concludat. Hæc cum omnia mihi à te, Mauorti, ornamentum bonorum facili demonstrationis magisterio traderentur, ausus sum etiam ipse aliquid inconsulti sermonis temeritate proferre, ut promitterem me tibi editurum, quicquid Aegyptii ueteres sapientes, ac diuini uiri, Babyloniiq; prudentes, de ui stellarum, ac potestatibus diuinæ nobis doctrinæ magisterio tradiderunt. Fui itaq;, sicut ipse nouisti, in ista promissione temerarius, & me (ut uerum tecum loquar) frequenter seuera obiurgatione reprehendi, cupiebámq;, si permitteret, mutare promissum: Sed trepidationẽ meam hortatio sermonis tui erexit, coëgitq; aggredi, quod frequenter ex desperatione deserui. Nam cum tibi totius orientis gubernacula, Domini, atq; Imperatoris nostri Constantini Augusti, serena, atq; uenerabilia iudicia tradidissent, nullum prætermisisti tempus, quo nõ à nobis exigeres, quod tibi inconsulta pollicitatione promiseramus. Proconsuli itaq; tibi, & ordinario consuli designato, promissa reddimus, orantes, ac ueniam postulantes, ne in istis libris, pondus, & perfectæ gratiã orationis requiras, néue tractatus maximi, aut graues, firmæq; sententiæ, doctrinæue, atq; eloquentiæ monumenta tuo iudicio requirantur. In nobis tenue est ingenium, & sermo subtilis, & (quod uere confitendum est) Matheseis permodica. Quæ omnia cum nos uaria desperatione turbarent, aggressi sumus tamen scribendi laborem, ne licet in arduis, ac difficillimis promissionibus constituti, prudentiæ tuæ, Lolliane doctissime, iudicia falleremus. In uestibulo itaq; orationis, atq; in ipsis principiorum primordiis cõstituti, nihil aliud agere debemus, nisi ut iis respondeamus, qui totam uim Matheseos, multiplici orationum genere, labefactare conantur, qui sententiis, ac disputationibus suis, omnem hanc philosophiam, diuinámq; scientiam, putant se posse, elati sermonis autoritate, perstringere. Quos, sicut ego iudico, & sicut ipsis rebus probatur, non infirmitas ipsius, falsitásq; doctrinæ, sed contradicentium studia sollicitant, ut certis, ac definitis rebus, quas non tantũ animo, ac ratione cernimus, sed ipsorum oculorum acie, ac iudicio conspicimus, argumentationis pugnaci licentia resistatur. Si nanq; nimis abditis, ac subtilibus disputationibus suis, ex ipsis primũ mathematicorum responsis, quasi per cuniculum quendam, ad labefactandam hanc totam scientiam, ire conantur. Qui quanto uehementius pugnant, quantóq; magis omnes persuadendi uias quærunt, tanto fidem astrologiæ uehementius, fortiúsq; communiunt. Neq; enim esset eius uera substantia, nisi contra eam tantis argumẽtorum uiribus niterentur. Nec hoc est admiratione dignum, cum sciamus inter istos, quãta sit de ipsa deorũ natura dissensio, quantísq; disputationum argumentis, uim totam diuinitatis conentur euertere: cum alii deos non esse dicant, alii esse quidem, sed nihil procurare definiant, alii, & esse, & rerum nostrarum curam, procurationémq; suscipere, & tanta sint hi omnes in uarietate, & dissensione uersati, ut longum, & alienum sit, hoc præsertim tempore, cũ aliud opus aggressi sumus, singulorum enumerare sententias. Nam alii, & figuras his pro arbitrio suo tribuunt, & loca assignant, sedes etiam constituunt, & multa de actibus eorum, uitáq; describunt, & omnia, quæ facta, & constituta sunt, ipsorum arbitrio regi, gubernaríq; pronunciant. Alii, nihil moliri, nihil curare, & ab omni administrationis cura, uacuos esse dixerunt, afferúntq; omnes uerisimile quiddam, quod auditorum animos ad facilitatem credulitatis inuitet. Quæ uero de animæ immortalitate dicta sunt, diuini illius Platonis, & acerrimi, atq; ardẽtissimi Aristotelis, cõtraria sibi, ac repugnãtia dicta demonstrant. Nam de bono, ac malo, diuersæ inter se, mobilésq; sunt sententiæ: quarum explicationem nunc prætermittendam puto: neq; enim hoc genus disputationis intrauimus, nec ad hæc refutanda, uel confirmanda, animum nostrum, consiliúmq; formauimus, Sed omnia hæc ideo breui oratione perstrinximus, ut contradicentium contentiosa commenta, cunctis hominibus, patefacto sui studio panderentur. Libet itaq; recensere quæ de Mathesi dicatur, & curæ est omnia, quæ ab illis dicta sunt, breui oratione perstringere: Explicaturi enim Matheseos, atque astrologiæ substantiam, non debemus diutius in alienis operibus immorari.

Varia de Diis opinio.

Matheseos

MATHESEOS ADVERSVS AEMVLORVM ARGVMENTA CAPVT I.



RIMVM itaq; de moribus hominum coloribúsq; conueniunt, dicentes, Si stellarum mixturis, mores hominibus, colorésq; tribuuntur, & qua si quodam picturæ genere, atq; artificio, stellarum cursus, mortalium corporum lineamenta componunt, hoc est, Si ☽ facit candidos, ♂ rubros, ♄ nigros: cur omnes in Aethiopia nigri: in Germania candidi: in Thracia rubri procreantur: quasi ☽ & ♂ in Aethiopia uim suam, uirésq; non habeant: & potestatem suam, fingendíq; licentiam, in Germania, ac Thracia Saturni deserat stella. De moribus uero illud addunt. Si ♄ facit cautos, graues, tardos, auaros, ac tacitos: ♃ maturos, bonos, benignos, ac modestos: ♂ crudeles, perfidos, ac feroces: ☉ religiosos, nobiles, ac superbos: ♀ luxuriosos, uenustos & honosto gratiæ splendore fulgentes: ☿ astutos, callidos, & concitati animi mobilitatibus turbulentos: ☽ acutos, splendidos, elegantes, & popularis splendoris gratia præualentes: cur quædam gentes sunt sic formatæ, ut propria sint morum quodammodo unitate perspicuæ: Scythæ soli immani feritatis crudelitate grassantur. Itali fiunt regali semper nobilitate præfulgidi: Galli stolidi: leues Græci: Aphri subdoli: auari Syrii: acuti Siculi: luxuriosi semper Asiani, & uoluptatibus occupati. Hispani elata iactantiæ animositate præposteri. Ergo Scytharum rabiem, nunquam mitigat Iupiter: nec Italis aliquando ☉ denegabit imperia: nec leuitati Græcorum Saturni stella pondus imponit: nec Asiana lasciuitas, sobria Iouis moderatione corrigitur: nec Siculorum acumen, frigido ortu aliquãdo Saturni obtunditur: nec Syriorum auaritia, lasciuis Veneris radiationibus temperatur: nec Aphrorum maliciosa commenta, & bilingues animos salutare Iouis sydus impediet: nec Hispanorum iactantiam, pigrum poterit Saturni lumen hebetare: nec Gallicam stolliditatem ☿ sapientissimum sydus exacuet. Illa uero ipsorum interea potentissime & uehementer contra nos posita peroratio est, quod aiunt: Ex istius artis instituto, omnia, ex rebus humanis uirtutum officia tolli. Si temperantia, fortitudo, prudentia, iustitia, stellarum decretis, non nostris tribuuntur uoluntatibus, Iam non ex assidua uirtutum lucubratione, sed ex solis stellarũ influxibus pendeamus. At contrà, si quis societatis, charitatísq; uinculum ruperit, & conciliationis humanæ iura neglexerit, totum'q; se feritati, perfidiæ'q; tradiderit, facinus suum, & animi peruersas cupiditates secutus, stellarum iudiciis ascribat. Sit iniquus, sit perfidus: sit maleuolus, sit irreligiosus, quia hæc uitia mala, Mercurii, cum Marte perficit constellatio, iam non sibi, sed impellentibus stellis uitio tribuat, Cur animum nostrum fortitudinis studio roboramus: cur erecta mente, sublimíq; constantia, & diuinarum uirtutum magisterio formati, in acerbis casibus constituti, mortem, dolorésq; cõtemnimus: si gloriæ laudem, & potentissimæ dignitatis insignia, nec appetentibus nobis, Sol, Iouis bona cõiunctionis societate largitur: frustra igitͬ cõsilio, ac ratione, errãtis animi uitia cõprimimus, frustra luxuriosas libidinũ illecebras tẽperamus, frustra grauitatis instinctu æquitatis modestiã, iurãq; conquirimus, si ☿, Iouis, ac ☽ bonis radiationibus temperatus, ad desideria nos & cupiditates istius uirtutis inflãmat. Etiã singulos homines, hac disputationis oratione conueniunt. Frustra habes, ô bone uir, delectum bonarum rerum, ac malarum fugiendi cupiditatem, si te sentis ad illas aliunde compulsum. Quid te honestis prouisionibus, ac diligentiæ suffragiis munis: si totum hoc tibi, non scientia, sed aut ♄ præstitit, aut ♃: Contemnamus igitur (si uidetur) deos, & religionum sanctas uenerabilésq; cerimonias, sacrilego desperationis ardore publicemus, si sine ipsorum numine, stellis tantum iuuantibus, omnia consequi possumus. Quid inuocas arator deos: sine cura numinis tui, stellarum tantum influxu, genio segetis, sulcus æquatus est. Tu, qui per aperta iuga, uinearum aciem, distinctis componis ordinibus, frustra deuoues uitium palmites Libero tuo, religiosa cum trepidatione cuiusquam, si sine præsidio

diuinitatis, stellarum cursu, aut denegantur, aut dantur. Tu, qui promulgas leges, ac iura sancis, tolle scita, restringe tabulas, & istis nos seuerissimis animaduersionibus libera. Illum sacrilegum ☿ (ut mathematici uolunt) illum adulterum ♀ fecit, illũ ad neces hominum ♂ sydus armauit, illum mutare tabularum fidem, illum uenena miscere, illum quiescentium securas animas, etiam lethæi fluminis obliuione purgatas, ☿ cogit nefariis carminibus excitare. Ecce ille incestis inflamatur ardoribus, illum uides puerorũ cõplexibus inhærentem, causam huius tanti mali, Marti tribuimus, aut ♀, & ille, te iubente, manu carnificis, sine causa percussus est, in illum perperam dicta sententia est, si nõ suo studio, sed stellarum uitiosa coactus est radiatione peccare. Non habetis magistratus iustam animaduertendi substantiam, quia scitis nos ad ista uitia malignis stellarum semper fomitibus incitari. Hæc, atq; alia simili oratione componunt, quærẽtes utrum nam stellas animantes aut inanimantes esse dicamus, ut istius quæstionis conclusione confusi, difficile animi nostri iudicium, sententiam'q; promamus: quicquid enim horum dictum fuerit, syllogismorum aculeis in contrarium uertunt, ut ad arbitrium ipsorum cõstrictus, respondentium sermo consentiat. In quibus rebus, & disputationibus, ingenia quidem nos eorum laudamus, propositum uero institutum'q; uitamus, quia nobis fidem suam astrologia, responsionum, apotelesmatum'q; diuinis, ac manifestissimis autoritatibus comprobauit. Addunt etiam quidam (ut nobis ex alia parte cõsentiant, & ut eblandito consensu, totam istam scientiam, dubitationis desperatione conturbent) habere quidem doctrinam istam uim maximam, sed ad liquidum propter partium, minutiarum'q; breuitatem, ac uelocissimum syderum cursum, cœli'q; pronum totatæ uertiginis lapsum, neminem peruenire posse mortalium, ut ista eorum uerisimili definitione sermonis, totius scientiæ substantia subruatur. Nos uero, licet sit nobis tenue ingenium, & angustæ orationis penè inefficax sermo, cum deberemus ipsius tantum rei ueritate refutare quæ dicunt, & responsionum, apotelesmatúmq; constantia, diuinæ istius scientiæ confirmare præcepta, respondebimus tamen, à te, decus nostrum, Lolliane ueniam postulantes, ut in refutationibus omnibus, ueritatis fides, non orationis splendor, ac substantia requiratur.

OBIECTORVM DISSOLVTIO.
CAPVT II.


T primum quidem uellem, ut profiteretur iste uehemens Mathematicorum accusator, qui artem istam tam elata oratione persequitur, Vtrum nam ceperit aliquod ipsius scientiæ experimentum, an sciscitãti ei, nemo uera responderit, an uero aspernatus audire, & sperans aures suas, istis responsionibus pollui, seuerus, & uehemens, & totius quodammodo diuinitatis iura perturbans, argumentorum suorum aculeos, licentia exercitati sermonis exacuerit. Si quærenti ei uera responsa sunt, & respondentis sententiam fides secuta est ueritatis, cur notat, quod admirari debuerat: cur diuinam scientiam, proditoris animo, perfidus accusator impugnat: Si uero erraticis responsionibus is qui Mathesin se scire profitebatur, non potuit implere, quæ dixerat, sed responsa eius, mendacia promissionis immacularunt, imperitia tantum illius, temeritásq;, non Mathesis ipsa pulsanda est, & fallax infamanda promissio, omni enim malo dignus est, quod per illum fiat, ut tam præclaræ artis studium, falsis responsorum mendaciis obumbret. Qui uero quærere aliquid aut audire noluit, nec iudicium aurium suarum, uera respondentibus commodauit, ueritus scilicet, ne rigidas cogitationes suas, fides ueritatis infringeret, inique facit; si notandum putat, quicquid potuit, uel non potuit obtusa mentis intentione percipere: Iniusti sunt enim semper (sicut nouimus) iudices, qui de incognitis sibi, pronunciãt rebus: nõ habent etiam iudicandi autoritatem, qui ad statuendum aliquid imperita licentia temeritatis adducuntur, neq; ad effectum sententiæ, inexanimatis partis allegationibus, proferuntur

cuntur. Vnde si impugnat is, qui à prudentissimo Mathematico, & audiuit aliquid, & credidit, & probauit, malicioso mentis instinctu, & pugnaci studio, notabilia contradicendi uota concepit. Si uero interroganti ei imperitus professor falsa respondit, non Mathesis, sed hominis fallax, ac temeraria notetur inscitia. Qui uero, nec audire uoluit, nec iudicare, frustra sibi pronunciandi uendicat partes, quia eius rei, cuius experimentum capere noluit, non est idoneus, ut possit notare substantiam. Quod uero nos in isto studio quidam, opposita scientiæ eius difficultate, deterrent, libenter amplectimur. Vere enim sunt res arduæ, atque difficiles, & quas non facile possit animus, terrenis sordium laqueis impeditus, licet ipse ignea sit diuinitatis immortalitate formatus, facili inquisitiõis ratione percipere. Diuinitas eius, quæ sempiterna agitatione sustentatur, si in terreno corpore fuerit inclusa, iacturam quandam diuinitatis suæ patitur temporalem, cum uis eius, atque substantia coniunctione, & societate terreni corporis, & assidua dissolutione immortalitatis, hebetetur. Vnde fit, ut omnia, quæ ad inuestigationem diuinatũ artium pertineãt, difficili semper uobis cognitione tradant. Quapropter, quia nos libẽter, ac facile in ista parte cõsensimus, ostendentes, cur diuinæ res, difficili inquisitione cernantur, confiteat etiã ipse, necesse est, quod animus, qui immortalis est, si à uitiis, ac libidinibus terreni corporis fuerit separatus, ac suæ originis, & seminis constantiam retinens, uim suæ maiestatis agnouerit, omnia, quæ difficilia, atque ardua putantur, facile diuinæ mentis inuestigatione consequatur. Dic mihi, quis in cœlo iter maris uidit? quis attritu lapidum, scintillam latentis ignis excussit? quis potestates cognouit herbarum? cui se tota natura diuinitatis, & ostendit, & prodidit, nisi animo, qui ex cœlesti igne profectus, ad regimen, & gubernationem terrenæ fragilitatis, immissus est? Ipse huius scientiæ rationem, ipse computos tradidit, ipse solis, ac lunæ, & cæterarum stellarum, quæ à nobis errantes, à Græcis uero planetæ dicũtur, cursus, regressus, stationes, societates, augumenta, ortus, occasúsque monstrauit, & in fragilitate terreni corporis constitutus, breui maiestatis suæ recordatione, hæc omnia, ut traderet, non didicit, sed agnouit. Ecce agnoscitur, & inueniẽ quo insigno, Saturni gaudeat stella, & quando frigus eius fomento alieni ardoris, incalescat. Ecce motus, & cursus eius, per dies singulos horásque colligimus. Prædicimus etiam, quando retrogradus ad stationem pristinam reuertatur, quando tarditatis eius pigros cursus, regali maiestatis autoritate uicinum solis numen exagitet, quando profectus ab eo solis ardor, tardæ agitationi quietam tribuat potestatem, post quantum tempus ad eandem signi partem, unde semel recesserat, pigra rursus molitione perueniat. Hæc & in ♃ stella eadem ac pari ratione cernuntur, licet enim breuiori temporis spatio, simili tamen etiam ipsa per duodecim signa, agitatione percurrit. ♂ etiam, quem uides, ignitis fulgorum ardoribus, sanguinolentum, & minaci luminis corruscatione terribilem, ecce cum ad Saturni humectam uenerit domum, ignes suos, natura alieni frigoris temperat, & licet sint incitatiores huius syderis cursus, eadem tamen etiam ipsi, ratione cernuntur. Veneris quoque, & ☿, quotidiana nobis obsequia monstrata sunt. Hæ enim stellæ, breui interiecto spatio, circa solis orbem percurrũt pariter, aut sequũtur, aut una subsequẽs stella, alteri præeundi concedit obsequia. Scimus quãdo uespertino quãdo matutino ortu nobis appareant, quãdo solis orbe absconsæ lateant: quãdo ex radii eius splendore liberatæ, lucido sui nitore præfulgeant. Quid de lunæ uobis cursu uidetur? quã didicimus, quando supplementis solennibus, attriti orbis nutriat damna, quando pauperata luminibus, iacturam propriæ maiestatis agnoscat, hæc enim cum uicina soli, siue crescens, siue deficiens fuerit, radios luminis sui, quasi solem uenerata, submittit, ut fraternis ignibus rursus ornata, cum longiores cursus sui fecerit metas, renata fulgidi splendoris, ac renouata luminis ornamenta circunferat. Ecce aliud maius addiscimus, quod cum acciderit, imperitos homines, monstrosa semper timiditate perturbat, Cum ☉ medio diei tempore,

Animus uitijs pollutus.

Animi uis.

Stella ♄.

♃

♂

♀, ☿

☽

Eclipsis.

lunæ radiis, quasi quibusdam obstaculis impeditus, cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat lumina, quod, Optatii, & Paulini consulato (ut de recentioribus loquar) cunctis hominibus futurum, Mathematicorum sagax prædixit intentio. Quando rursus luna, terrenarum altitudinū adumbrata regionibus, simili ratione deficiat, quod frequenter fieri, lucidæ noctis serenitate, peruidimus. Hæc omnia Mathematicorum collegit ingenium, & computatione solerti, diuinæ disputationis secreta perdidicit. Vellem itaque mihi, tu, quicunque es, quærenti ea respondeas, quid difficilius putas esse, cursus syderum inuenire, quos nūc inuentos exposui, qui modo per altum, modo per latum, modo per demersum feruntur, qui nunc se Austri, nunc Aquilonis regionibus, ac flatibus iungunt: nunc decedūt, nunc abscundunt, nunc directo cursu, nunc retrogrado, nunc statiua tarditate subsistunt, & intentionem quærentium, ex ista cursus sui uarietate, confundunt, an inuentis stellarum cursibus, definire postea, quid per omnem terrarum ambitum, mixtura ipsarum, radiatióque perficiat. Qui enim ad consentiendum, ipsa rationis ueritate, compelleris, quod cursus hos syderum assiduæ obseruatione computationis inuenimus, consentias necesse est, quod inuento stellarum cursu, facile postea officia ipsarum, potestatésque iudicemus. Difficilia sunt enim semper, & ardua, ad quæ rudes, & indocti, inconstantia trepidationis accedimus: Nec facile possumus consequi ratione, quicquid non præcedentia nobis magisteria tradiderint: sic prima literarū signa, cum quadam fastidii aspernatione cognoscimus. Sic in incognito itinere constituti, in primis uestigiis penè deficimus. Vides, ut primos discentes computos, digitos tarda agitatione deflectant? Ille quem uides natantem, ex crebra submersionis trepidatione deficere, post paululum, assidua brachiorum agitatione firmatus, per summas elapsus undarum spumas, facili se mobilitatis leuitate suspendit. Quoniam hæc omnia, hoc est literas, computum, musicam, cæteráque, quæ discimus, tunc facili ratione percurrimus, cum primæ originis uiam, confirmata ingenii conceperit disciplina. Ergo quia constat difficilius fuisse inuenire stellarum cursus, quàm definire quid faciant, de inuento enim earundem cursu, nulla dubitatio est, quem uolentibus discere, primum calculo, deinde ipsa oculorum uisione monstramus, quid impugnatis scientiam? cuius principiis, ac parti consentientes, totam eius substantiam roboratis.

Omne principium difficile

ARGVMENTORVM CONFVSIO.

CAPVT III.



SEQVITVR ut de coloribus, ac moribus disputemus: & omnem istum calumniosæ quæstionis locum, ueris argumentorum uiribus refutemus, ut discussis omnibus, atque purgatis, securi ad ipsius scientiæ uenerabilia secreta, ueniamus. Cur, inquit, omnes in Aethiopia sunt nigri? in Germania candidissi figuras hominibus, & colores, stellarum cursus, diuersa radiationis commixtione largitur? Oportebat nos quidem in ista quæstionis parte, copiosa oratione pugnare, ut astuta, & calumniosa commenta, adulti sermonis uiribus uincerentur: sed coartauimus omne dicendi studium, solis ueritatis uiribus, ne copiosæ orationis illecebris, affluentiáque sermonis, & argumentationis licentia, captas iudicantium aures, ad falsarum opinionum ineptias transferamus. Et primum quidem uellem ut is quærenti mihi respondeat, an in hoc ipso populo, in quo nunc constituti sumus, una sit omnium hominum, similísque forma, licet sit omnium una natura? Opinor, hoc eum esse dicturum, quod ciues nostri omnes, dissimili sint uultus uarietate formati, nec eadem sit omnium, similísque forma. Et si dubitat (quod non opinor) aspiciat, cum in unum se locum, totius populi multitudo collegerit, quod in theatris, ne

uel contionibus fieri consueuit, & oculorum suorum aciem, iudiciúmque, ad formam totius transferat turbæ, & ostendat mihi (si potest) duos saltem aliquos, in tantis millibus hominum, qui iisdem, ac similibus membrorum lineamentis uideantur esse formati. Prodeant simul patres, liberi, fratres, cum enim sit unico omnium necessitudo sanguine iuncta, diuersa tamen formarum designatione cernuntur. Nec inuenitur aliquis, ita similis, ut non uultus eius, ab alterius uultu ex aliqua parte dissentiat. Vnde constat, generis quidem nostri substantiam, & ipsam nudi, ac solius corporis formam, ex quatuor elementorum commixtione, prouidi numinis artificio esse formatam. Colores uero nobis, ac formas, mores etiam, & instituta, de nulla re alia nisi stellarum perenni cursus agitatione distribui. Habent enim stellæ proprium sensum, diuinámque prudentiam, nam puro diuinitatis animatæ conceptu, summo illi, ac rectori Deo, qui omnia perpetuæ legis despositione composuit, ad perennis procreationis custodiendum ordinem, infatigabilibus consensionibus obsequuntur. Nec enim est aliquis homo, quem tam sacrilego desperatio temeritatis exagitet, ut in terra, ubi omnia uidet esse mortalia, dicat esse prudentiam, illic uero, ubi omnia immortalitatis perpetuitates ornantur, non prudentiam esse, non rationem, aut prouisionis ordinem, obstinata mentis animositate definiat. Quis dubitat? quod per has stellas, terrenis corporibus, diuinis ille animus necessitate cuiusdam legis, infundatur? cui descensus, per orbem solis, tribuitur, per orbem uero ☽, præparatur ascensus. Mens enim illa diuina, animúsque cœlestis, per omne mundi corpus, in modum circuli collocatus, & nunc intrinsecus, nunc extrinsecus positus, cuncta regit, atque componit, & propria originis generatione conceptus, se ad procreanda, & conseruanda omnia, ignita, ac sempiterna agitatione perpetuat, nec hoc officium aliqua fatigatione deponit, ut seipsum, atque mundum, omniáque quæ intra mundum sunt, perpetua sui, atque infatigabili mobilitate sustentet. Ex hoc animo, hi sempiterni stellarum ignes, qui globosæ rotunditatis specie formati, circulos suos, orbésque, celeri festinatione perficiunt, maiestate diuinæ illius mentis animati, parte animi, ad terrena corpora transferunt, & spiritum ex illis perpetuis animi fomitibus mutuantur. Hac ratione immortalis animus in nobis caducam terreni corporis fragilitatem, confidentia suæ maiestatis exornat, ut ipse autori suo, originíque, ex aliqua parte respondeat. Qui diffusus per cunctos animantes, qui terrena conceptione gignuntur, facit, ut diuino animati fomento, perpetua generationis propagatione uigescant. Quare nunc, cum simus cum stellis quadam cognatione coniuncti, non debemus eas sacrilegis disputationibus, propris priuare potestatibus, quarum quotidianis cursibus, & formamur pariter, & creamur. Vnde, quod tu, per nos fieri posse definis, ut homines, à cultu deorum, religionúmque, profano mentis furore, reuocemus, qui omnes actus nostros, diuinis stellarum dicimus cursibus confici, falleris, & contrarium putas, & à uera nimium ratione dissentis. Nos enim timeri deos, nos coli facimus. nos numen eorum, maiestatémque monstramus, cum omnes actus nostros, diuinis eorum dicimus agitationibus gubernari. Colamus itaque deos quorum se nobis origo, stellarum perenni agitatione coniunxit, & maiestatem eorum, gens humana, supplici semper ueneratione suscipiat. Inuocemus suppliciter deos, & religiose promissa numinibus uota reddamus, ut confirmati animi nostri diuinitate, ex aliqua parte, stellarum uiolentis decretorum potestatibus resistamus. Hoc debere nos facere, uir diuinę sapientiæ Socrates docuit. Nam cum quidam ei de moribus suis, cupiditatibúsq; dixisset, quas ille simili ratione collegerat. Sunt, inquit (ut dicis) agnosco, confiteor, & uir prudentissimus, latentia corporis uitia, facili cõfessione detexit, sed hæc, inquit, omnia, à me, prudentia, ac uirtutũ autoritate, superata sunt, & quicquid uitii ex praua cõcretione corpus habuerat, animi bene sibi conscia diuinitas temperauit. Hinc intelligi datur, stellarum quidem

Quatenus stellarum uis in nos distribuatur.

In terra nõ esse prudentiã.

Diuina mente omnia gubernari.

Socrates.

esse, quod patimur, & quod nos incentiuis quibusdam stimulat ignibus, diuinitatis uero esse animi, quod repugnamus. Nam quod ad leges pertinet, quibus peccata hominum, seuera correctione plectuntur, eas recte prudentissima constituit antiquitas. Animo enim laborantia, per eas opem tulit, ut per ipsas, uis diuinæ mentis, perniciosa corporis uitia purgaret. Sed iam ei, qui ad istam nos necessitatem quæstionis adduxit, dilata responsione ea, quæ de moribus, & coloribus parabatur, cuius fundamenta, ex aliqua parte iacta sunt, ostendamus etiam leges potestati fatorum necessitatique seruire, & hoc eas semper facere, quod fatorum decreuit autoritas. Quod ut probemus, longiora repetere debemus exempla. Ecce ille iuuenis, integer uiribus, diues, innocens, & modestus, nullo domestici facinoris exagitatus impulsu, nulla timoris trepidatione compulsus, laqueo se suspendit, & perdidit. Alterius iam palpitantis, laqueum rupit inimicus: & qui se ob dedecus uitæ, morti, propria animaduersione, dederat, soluto laqueo, iudicantis sententia liberatur. Quis hoc alius, nisi uis fati, necessitasque perficit? ut ministri necis, qui ad exhibendum reum fuerant destinati, oppressum, malis suis hominem, & conscientiæ animaduersione damnatum, ex medio imminentis mortis periculo liberarent? Ille rursus, cui omnes innocentiæ testimonium perhibebant, stricto gladio, tanquam cogeretur, incubuit, & minacem mucronis aciem, costis innocentibus condidit. Ille uir integer, sobrius, ac pudicus, cuius uitam semper sumus institutúmque mirati, ecce per præcipitia proiectum corpus, flebili laceratione dispersit: Ille autem iustus, uitam suam misera mendicatione sustentat. Ille uero, quem famosi sceleris maculauit infamia, felicibus subleuatur augumentis, & maximis honorum cumulatur insignibus. Ecce pirata, post infinitas innocentium neces, in cruento sinu, felices suscipit filios. Ille autem innocens, & ab omni scelerum contagione semotus, ab omni felicitatis munere scelestorum hominum separatur inuidia. Cui hæc tribuis? quis ita fieri permittit? cui tantum de nobis licuit? Da manus, & aliquando istis nos contentionum conflictationibus libera, ut hæc omnia, quæ fragilis & caduca consueuit ferre mortalitas, fortuitis stellarum cerni cursibus, etiam tua confessione confirmes. Quid de honoribus malorum, ac fuga, exiliísque bonorum dicemus? Vides illum seruilibus maculis infectum, sordes, ac labem generis sui, consularium fascium nobilitate protegere? Ille ingenui sanguinis ornamenta circunferens, honorum debitis est priuatus insignibus. Ille in primo ætatis gradu positus, nulla præferens ornamenta uirtutis omnes honores, præcipiti celeritate continuat. Ille, iam deficientis ætatis senio confectus, & testimonio egregiæ uitæ ornatus, cursus nunc primos, in adeundis honoribus auspicatur. Quæ istum senem ratio retardauit? aut quod illi omnium honorum ornamenta, uitæ meritum pollicebatur? Quis illum iuuenem ad tantum honorum cumulum, de quo nihil adhuc tale sperare poteramus, cursus repentinæ felicitatis impegit, nisi uis illa, quam dicimus fati, quæ stellarum agitatione perficitur, operata est, ut illum cogeret, hunc retardaret? Quid iam de damnationibus loquar malorum, peccatorum, aut criminum? Merito dicebas pauloante, frequenter uidimus huiuscemodi iniurias, omnium consentiente iudicio, innocentibus irrogatas. Prudentissimum illum Atheniensium, & singularis iustitiæ uirum, qui uitæ, atq; uirtutũ merito, sapiẽtis cognomen acceperat, infamis testulæ iactus exegit. Socrates uero, cuius prudentia, testimonio diuinitatis ornatur, formatis moribus hominum, & diuina institutione compositis, falsis accusationibus obrutus est, & acerbæ delationis oneratus, inuidia indefensus, & proditus, seueræ animaduertentiũ potestati succubuit. Quoties fortuna Imperatorẽ Alcibiadẽ, quoties exulem fecit? Quid de ista sortis uarietate dicemus? Patiebatur hæc Alcibiades, ad ciuilem imperandi modum, Socratis diuinis magisteriis institutus, & cum semper, & ubique prospere duxisset exercitum, fortunæ tamen cõtra se sæuientis inuidiam uitare non potuit

Indicat exemplis fatorum uim, atq; necessitatem.

Fortuna uaria.

Vim fati stellarum agitatione perfici.

Socrates.

Alcibiades.

potuit. Sed illum forsitan (ut quidam uolunt absit enim, ut hoc nostra oratione firme-
mus) prauarum cupiditatum desideria ceperant, & incautæ temeritatis fefellit improuisa
uis. Vis ergo aliud proferamus exemplum? ut uel sic ad confessionis angustias coarteris?
Platonem cum illis animi uirtutibus, cum illa sapientiæ doctrina, uendidit fatum, & il- *Plato*
lam diuini animi disciplinam, tyrannicis crudelitatibus, ac ludibriosis Dionysii potesta *Pythagoras.*
tibus tradidit. Si hæc non sufficiunt, ad Pythagoræ naufragia reuertamur, qualis ille uir
fuerit, omnibus notum est: cuius uirtutem, sapientiam, prudentiamque, & diuini animi
commenta, & hominum, & deorum probauere iudicia. Ecce ad summum cuncta per-
didicit, & ne quid deesset eius diuino ingenio, peregrinis etiam magisteriis imbutus, ad
omnia sapientiæ secreta penetrauit. Et ut uerius loquar, diuini animi intẽtione primus,
immo potius solus, in ista positus fragilitate terrena, naturam, & originem prouidi nu-
minis, ac diuinæ maiestatis inuenit, salutare enim illum (ut quidam uolunt) & proui-
dum numen, per dies singulos sequebatur, cuius monitis, atque præceptis, purgatis animi
sordibus ad omnia peruenit ornamenta uirtutis, extorrem tamen, atque exulem, ciuium
suorum seuerissima decreta fecerunt. Ipse patriam fugiens, totámque Græciam, ad aliena
primum transiuit imperia, Sybarim, & Crotonam exul incoluit. Sed nec ibi illum diu-
tius fortuna detinuit: Nam nunc per Locros, nunc per Tarentum, & per omnes penè Ita
liæ oras fugitiuus errauit, ecce ad ultimum flamma sæuiente circundatur, & cum illo pa
riter miserorum turba, incendio grassante conficitur. Quid ais? etiam nunc derogas fa-
to? & stellarum uim, obstinata animositate contemnis? cum uideas bonorũ malos exi-
tus, malorum prosperos actus, & nocentium securitates: cui hæc tribuis? cuius hæc pu-
tas fieri decretis? iniqui sumus, si, cum hæc omnia nobis fatorum imperia decernant, ad-
huc rigidæ contradictionis animositatibus repugnamus. In summa tibi respõdendum
est, quia hoc nos facere, præsentia hortantur exempla, & ille qui nocens est, fato cogen-
te seruatur, & ille qui innocens, damnatur, fatali necessitate compulsus, seueræ animad-
uersionis sententiam pertulit. Ad te nunc singularem uirum Plotine ueniemus, ut alle- *Plotinus.*
gationes nostras, recentium exemplorum patrociniis muniamus. Quas ille philosophiæ
non attigit partes? cum doctrina eius, uitæ sequeretur insignia? Cũ id, quod docebat, nõ
alienæ, sed propriæ uirtutis ostenderetur exemplo? cuius ex ore, tanquam ex adyto quo-
dam, diuinæ sententiæ proferebantur. Fuit nanque ille uir ad omnia uirtutis ornamenta
compositus, & omni diuinarum dispositionum studio formatus, iustus, fortis, proui-
dus, temperatus, & qui se crederet fortunæ impetus, prouidentiæ posse ratione superare.
Primum itaque locum sibi quietæ sedis elegit, ut ab omni humanæ conuersationis strepi-
tu separatus, fortunæ se liberaret inuidia, solis diuinæ institutionis uacaturus insignibus,
ut contra omnes fortunæ minas, integro se, & incorrupto præsidio uirtutis armaret. Ista
itaque confidentia mentis erectus, etiam corporis sui curam, tuitionémque suscepit, utque ni
hil uacuum, ac nudum relinqueret, ubi se posset licentia fortunæ sæuientis exerere, in
salubri se, ac pura regionis parte constituit. Nam ad collocandam sedem, amœnum sibi *Campaniæ*
Campaniæ ciuitatis solum elegisse narratur, ubi semper aëris quieta moderatio, cunctos *laus.*
incolas, salubri uegetatione, sustentat, ubi nec uis hyemis est, flagrantis nec solis acces-
sio, sed composita temperies, ex utróque moderatur, ubi ægritudine aliqua laborantibus
hominibus ingentium fontium calore, & feruescentium aquarũ salutari fomento, con-
ciliata sanitas irrigatur. Illic constitutus, honorum primum contempsit insignia, illos ue
ros honores putans, quoscúnque illi diuinũ prudentiæ magisteriũ contulisset. Nulla illũ
diuitiarũ desideria ceperant, sed has putabat esse diuitias, quibus animus ornatus, autorẽ
possit propriæ originis inuenire. Ecce in quadã parte oratiõis suæ (sicut mihi uidetur) impro
uidus, & incautus, & uim fatalis necessitatis aggreditur, & hoïes fortunæ decreta metuẽtes,
seuera oratiõis obiurgatione castigat, nihil potestati stellarũ tribuẽs, nihil fatorũ necessita-
tibus reseruãs, sed totũ dicẽs in nostra esse positũ potestate. Longũ est enũerare qd de rebus

singulis

singulis senserit, qua se ratione, fatali sorte subtraxerit, qua uim istam, hoc est, stellarum, atq; fati, sententiarum argumentatione turbauerit. Sed hæc adhuc integer, incolumisq; narrabat, nunquam ille ad Socratis finem, Platonis'ue exitum, cõtorsit oculos, uel mentem, utiq;, sicuti suspicari datur, multa illorum mentibus, multa uitiis ascribens. Ecce se illi, ista confidentiæ animositate securo, tota fatorum potestas imposuit, & primum, membra eius frigida, sanguinis torpore riguerunt, & oculorum acies, splendorem paulatim extenuati luminis perdidit. Postea per totam eius cutem, magnis humoribus nutrita pestis, erupit, ut putre corpus, deficientibus membris, corrupti sanguinis morte tabesceret. Per omnes dies, horásq;, serpente morbo, minutæ partes uiscerum defluebant, & quicquid pauloante integrum uideras, statim confecti corporis exulceratio deformabat. Sic corrupta, ac dissipata facie, tota ab illo figura corporis discedebat, & in mortuo (ut ita dicamus) corpore, solus superstes retinebatur animus, ut ista grauis morbi continuatione confectus, & tormentis propriis coactus, ac ueræ rationis autoritate conuictus, uim fati, potestatémq; sentiret, & ut confecti corporis laceratione quassatus, sententiam fortunæ pronunciantis exciperet. Quid nunc de huius famosa dicis morte: cur eum non potuere uirtutes, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia, ab istis fortunæ animaduersionibus liberare: Sensit itaq; etiam iste uim fati, & excepit finem, quem illi stellarũ ignita iudicia decreuerant, & istius ualitudinis acerbitate confectus, proprio exemplo, non sermonis licentia, cunctos homines docuit uim, potestatem'q; fatorum, nulla posse ratione contemni. Scis etiam rursus, ut ad antiquiora redeamus exempla, quæ Milciades post uictoriã passus sit: quę Themistocles sustinuerit post triumphos, post quiescentiam, erumnarum calamitatibus implicati, ab iis scilicet, quibus per illos, & libertas reddita uidebatur, & patria. Quis contra illos, sæuientis populi rabiem concitauit: quis conflauit inuidiam: quis tam acerbum induxit odium: ut beneficiorum, & redditæ libertatis immemores, graui furoris instinctu, & effrenatæ leuitatis erroribus nocentes, ac strenuos uiros, populari animaduersionis acerbitate percuterent, nisi uis, necessitásq; fati, infatigabili quæ semper potestate dominatur: Ad Romana nunc (si placet) reuertamur exempla. Ecce ignauus ille uir & omni infamia, maculationéq; pollutus, (Syllam dico, qui a primo uestigio pubescentis ætatis, in scurrarũ gremiis, per damna uenundati pudoris adoleuit, toties prospere duxit exercitum, & ut toties felix diceretur, fecerunt Romani innumerabilia reipub. naufragia: Respice, quoties laceratis patriæ uisceribus, ciuili sanguine cruentatur. Ecce innumerabiles proscriptionum tabulas ponit, & cruentarum pecuniarum parricidali collatione ditatur. Sed nunc, licet sit omnia facinora eius enumerare difficile, pauca tamen enumerabimus, ut ex istis, uim fatalis necessitatis agnoscas. Septem milia ciuium nostrorum in medio sinu urbis Romæ, Syllana animaduersione ceciderunt. Mihi crede nulla uis alia, nullum peccatorum meritum, nulla deorum uoluntas, sed fatorum necessitas, istam multitudinem, Syllanis manibus impegit, quod nunc putas esse iudicium: quem rationis ordinem: ut ille, qui nunquam fuit memor sexus sui, qui ultra commendationem gratiæ puerilis ætatis, senex exoletus, in aliena ætate, flagitia corporis detinebat, uitiis obsessus, Romana gubernaret imperia: Nunc sciebamus in prætura, à præturæ petitione deiectum, cui uir grauissimus Censorinus, ueris ac firmis accusationibus spoliatæ prouinciæ crimen obiecit, qui legatus bello Cymbrico, degeneris animi timore prostratus, Imperatorem Marium, & Romanum reliquit exercitum, Is, cum tantis pollueretur infamiis, regalis postea maiestatis autoritate decoratus, exercitum nostrum in dispendia nostra conuertit. Permitte mihi longiore oratione, Syllanorum scelerum replicare discrimina, omnia enim hæc ad disputationis meæ meritum cõferentur, si plurimis infortuniorũ generibus, integre, ac uerissime fuerit fatorũ necessitas explicata. Iussione Syllana, Sulpitius tribunus pl. parricidalis pręcepti nefandã aniaduersione pcussus est, quo flagitio, tyrãnica, & scelerata eius cupiditas imbuta, oĩa statim

Plotin miserrima iors. *Milciades* *Themistocles* *Sylla.* *Enũerat Syllæ facinora.* *Censorinus.* *Sulpitius.*

statim, sine aliqua dubitatione, genera crudelitatis exercuit, ut effrenatas animi sui cupiditates, per dies singulos ciuilis sanguinis profusione saciaret. Prætorio uiro, minori scilicet Mario, qui iudicio omnium, benemeritus de rep. uidebatur, Syllana iussione, elisa sunt prius crura, deinde deiecta de statu corporis brachia, humerum tenus dissoluta, ceciderunt, tertio amputata lingua, uocem reliquit in faucibus: ad postremum, omni corporis parte mutilata, oculi, qui fuerunt spectatores, & superstites, egeruntur, & in tam angusto corpore, à nefario patriæ carnifice, tot sunt inuenta supplicia, & uix anima tantis uulneribus erogata est, cum hincinde membris fluentibus, minutatim spiritus carperetur. Sed forsitan circa solos uiros, talis est feritatis atrocitate grassatus. Ecce in proscriptionum tabulis, etiam mulierum, ac matronarum nomen adscripsit, ut per omne humanum genus cruentam gladii exereret potestatem. Nec dum habet modum, quoniam nec cruenta cupiditate, nec infinita ciuium strage saciatur. Romanus ille populus, subactis omnibus gentibus, post peragratum orbem, atque possessum extremum etiam oceani littus, seruire cõpulsus est nefario Syllanæ potestatis imperio, at ille debilitatis omniũ animis metu, & miserrima horroris trepidatiõe possessis, inter leges Portias, legésque Sempronias, cum omnium ciuium gemitu, etiam tertiam proscriptionis tabulam posuit. Nec hoc contentus malo, ne quod ætatis tempus uacuum à sceleribus reseruaret, Lucretium, iam priuatus occidit, & deposita regia potestate, animi tamẽ in illo perniciosa crudelitas perseuerat. Vis ne aliquid tibi, quia in Syllanis temporibus immoramur, de Lacu Seruilio referam? in quo multorum senatorum capita, ad ostentationem immanissimi facinoris, sectis ceruicibus pependerunt. Reip. uulnera, inter ipsa deorũ puluinaria constitutus, inter sacras etiam cerimonias positus, semper Sylla securus, ac superbus aspexit. Quid potest crudelius fieri? liberis, & uxoribus miseras orbitates titulo publicatæ calamitatis ingessit, nihil pietati, nihil fidei, nihil fortitudini, nihil prouidentiæ licuit contra Syllam. Vbi nũc sunt, qui peccata nostra, humana, ac diuina credunt posse lege puniri? ecce Sylla nefariis cædibus pascitur, ecce tyrãnico grassatur imperio, nec cupiditates eius, potestas aliqua diuinitatis impugnat. Quid sentis? quid iudicas? refutas quod dicimus? Ostẽde nobis ordinẽ rerum. Vbi sunt leges? ubi iudicia? humano, & diuino sumus destituti iudicio, quia omnia hæc, quæ diximus, Sylla commisit impune. Ergo facinora eius, cũ tantis cædibus pascerentur, nulla ultricum dearum flagella castigant, nec est qui dolorem suum uerbis, ac lachrymis prodat. Defunctis per illum etiam supremus ignis eripitur, & hoc non potuit uidere iustitia? Dicis peccata hominum, per dies singulos mulctari diis ultricibus? omnia hæc, sicut uides, impune gesta sunt, & fecit de his omnibus fortuna quod uoluit, & quicquid singulis fata decreuerant. Syllanæ feritatis animaduersione completa sunt. Et ut hoc scias, nos uera ratione dixisse, ipsum post hæc mala, prosper sectatur euentus, perpetuæ Dictaturæ cumulatur insignibus, & proprio arbitrio deponit imperia. Laceratæ reip. artus, & cruentæ pecuniæ, iussu eius, ad ignobiliorũ hominum diuitias conferuntur. Post hæc mala, quieta securitate fruitur, & abundantia scelerum saginatus, decreto amplissimi senatus, & populi, nomine prosperæ, & perpetuæ felicitatis ornatur. Vbi nunc sunt qui negant actus nostros stellarum fortuitis cursibus gubernari? Ille crudelis, perfidus, quẽ scimus per omnia crudelitatis genera grassatũ, securus omnia dignitatis ornamẽta cõsequitur. Marius uero post triumphũ Iugurthæ, cæterarum'que gentium, quas subegit, posteaque urbem Romã, & externis, & domesticis periculis liberauit, post triũphales purpuras, post pictas, aureásque palmatas, ferreis stringit uinculis cathenarum: ecce exul in paludibus Minturnarũ latitat, ecce carceris squaloribus premit. Vides ut ad crepidinẽ dirutæ Carthaginis fugitiuus accedat? Quis deus, aut exulem Marium, aut felicem fecerat Syllam? Paulus imperator, militi Mario promittebat imperia, legatus Sylla Romanum deferebat exercitum, & tamen postea iudicio fortunæ ille exul factus est, ille felix. Nimis longa oratione, uim, necessitatem'que fati, stellarum etiam potestatẽ, Syllanæ'que dominationis facta crudelia, isto sermone defleuimus. Scipio post tot triumphos,

Marius miserè cruciatur.

Lucretius.

Lacus Seruilius.

Scipio.

phos, post deletam Carthaginem, Numantiámq; prostratam, post peragratā Græciam, Asiam, Bithyniam, Syriámq; lustratam, post Dictaturæ irreprehensibiles actus, intra priuatos parietes, domesticorum insidiis, acerbo mortis cruciatu, & nefariis frangentium gulam manibus oppressus, priuata quodammodo animaduersione cōfectus est. Quid *Regulus.* Regulo fides profuit? ut illum uis fati, post miseram captiuitatis infamiam, inter hostiles manus, peruigili crudelitatis atrocitate prosterneret. Quæ uis alia, dissolutis Persarū *Crassus.* regibus, cum Romanis fascibus, captiuum tradidit Crassum? & utiq; uir strenuus fuerat, & uirtutes eius, quæ propria ostentatione lucebant, Romanos protegebāt exercitus. *Pompeius* Pompeii, post quintum consulatum, post tot, & tam insignes triumphos, ad Nili fluminis ripam, ceruices inuictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat, semi *Cato.* uiri hominis gladius, nefario genere mortis incidit. Quis manus in suam necem Catonis armauit? Quis impuris, & effœminatis Antonii cupiditatibus, cum lugubri, mise- *Cicero.* róq; omnium fletu, uenerabilem Ciceronis tradidit sanguinem? Cæsar quos sua indulgentia, ab omni liberauerat metu, ad exitium postea propriæ salutis armauit. Vides, ut semper ubiq; fortuna dominetur: uides ut uarii sint hominū, mutabilésq; semper euentus. Fortis ab ignauo superatur: bonum prostrauit inferior: iusto iustitia non profuit: cautos prouidentia sæpe decepit: pudicis, ac sobriis, impudicus, ac dissolutus, in honoris petitione prælatus est. iacent strenui, laudantur improbi, & quicquid huic profuit, illum incauta imitatione decepit. Hæc nobis omnia stellarum cursibus conferuntur, his nos fortuna uarietatibus conficit. Vnde tot exemplis, ac tot rationibus moniti, atq; formati, fatalis necessitatis legem, non argumentorum licentia, nec uerborum copia, sed ueritatis probabili, ac recto iudicio cōprobemus. Sed iam huic nostræ allegationi, etiam ipsi, qui contradicebant, ex aliqua parte consentiunt, dicentes, Esse quidem quandam uim fortunæ, ac fati, quam εἱμαρμένην uocant. Sed huic necessitati, disputationis suæ licentia, quædam tribuit, quædam contradicit lex, necessitásq; fatorum, ut nō posse uideatur ali- *Εἱμαρμένη.* quid, & posse. Hanc nanq; εἱμαρμένην uolunt naturæ hominū, cæterorúmq; animantium, quadam societate coniungi, ut quia sic facti, ac procreati sumus, ut certo uiuentes tempore, completo uitæ cursu, ad diuinum illum spiritum, qui nos sustentat, resoluta fragiliate corporis, referamur, subiici nos censeat, ad complendum istum finem, fato pariter, ac sorti, ut & nos, & omnes animantes, unus, ac similis dissolutionis terminus fatalis sciti lege conficeret. Omnia uero, quæ ad cursum uitæ pertinent, in nostra uoluntate esse posita, ac potestate, ut nostrum sit quod uiuimus: fati uero, ac sortis, solum uideatur esse, quod morimur. Nescio, quid ista diuersitas cōclusionis operetur, nescio cui possit persuaderi, quod dicitur. Confiteatur si quis esse fatum, & dicat, finem omnium fatalibus necessitatibus subiacere, & cum disputationibus suis, aliquid ex ista quodammodo confessione præiudicet. Potestatem eius, in minoribus is partibus minuit, auget in maioribus, multa, ac potiora concedens, ut actus quidem nostros, in nostra dicat esse positos potestate: Finem uero uiuendi, ad fatalis sortis licentiam reuocet, & in tam inepta disputatione, licentia se argumentationis extollat, ut cum fato, animaduertendi quodámodo licentiam tribuat, & totius potestatis concedat imperium, id tamen quod minus est, ei deneget, regendi scilicet hominis potestatem. Si enim procreatos nos fatum producit in lucem & ad terrenas conuersationes uenientibus hominibus, uitæ ianuas pandit. Si ipsius est, sicut ipsi cōfitentur, quicquid à nobis, completo uitæ cursu, necessitate mortis exigitur. Si initiū nobis, finémq; uiuendi, fatalis legis necessitas statuit, quid est aliud quod non sit in eius positum potestate? cum & initia uitæ, per fatum nascentibus confetantur, & dies mortis, finísq; uiuendi, decretis ipsius, ac iudiciis terminentur. Ecce ille, nōdum corporis deformatione completa, in maternis uisceribus, præmatura festinatione præmoritur, illum completa deformatione corporis, etiam maternorū uiscerum angustiis liberatum, uitalis spiritus aura non uegetat. Illum, in primis uitæ incunabulis constitutum, inter initia uagientis infantiæ, fugientis animæ deserit uita. Ille puerili fragilitate dece-

te deceptus, occumbit. Ille iam pubescentis ætatis, etiam ad omnes uitæ actus, quos pauloante dicebas in nostra positos potestate, integra magisterii institutione cōpositus, mortis repentino casu subtrahitur. Ille uero uiuendi prolixitate, omni penè sensu carens, ac uoluptate etiam uergentis ætatis, & uitiosæ senectutis inualidus, inuitus longam, ac tædiosam lucis sustinet sarcinam. Quis est, qui aut illum non natum, aut illum primo natalis die, aut illum post paululum, aut illum iuuenem, aut illum senem applicat morti? Inueniat quæso is aliquid quod sequamur, inueniat quod nos possit instruere, quod laborantibus nobis, rationem ueritatis ostendat. Fatum undiq; dicturus est, & necessitatē mortis humanæ, quæ omnibus animantibus, quæ terrena congregatione gignūtur, uiuendi tempus, propria iudicii dispositione distribuit, ut longiorem uiuendi substātiam, aliis deneget, aliis largiatur. Absurdū est confitentē necessitatē fati, derogare postea fato, & periniquū est, ut ab eo in sequentibus orationis partibus uitetur, quod præcedenti confessionis professione fuerat roboratum. Quidnam de mortium uario exitu dicemus? Ille cogente fato, suspēditur laqueo: at ille gladio percutitur: ille mari, fluminibúsq; submergit: ille sæuientibus flammis, igníq; traditus in cinerem, fauillásq; conuertitur: ille per præcipitia iactatur: ille cadentium tectorum ruina comprimitur, illius animam pestiferum ueneni uirus exclusit: ille paulatim tardo febrium ardore decoquitur: ille cita ardentium uenarum deflagratione feruescens, uiolentia repentini caloris exæstuat: illū sæuientiū ferarum incōsulta laniat rabies: ille occasum patitur illæsus: illius uenenati serpētis ictus, omnes uenas stringit in mortem. Hinc mortium uarietatem nobis fata describunt. Hæc sunt illa stellarum decreta, quæ pauloante protulimus. Hinc illi illustrium uirorum miserabiles exitus, malorum, nocentiúmq; felices: hinc uario cursu uita hominum, fortuna semper decernente, transigitur: hinc constat ortum finémq; uitæ, actus etiam nostros uniuersos, studia, cupiditatésq;, & quicquid illud est, quod ad humanæ rationis cōuersationem pertinet, fatalis necessitatis ineuitabili sententia contineri. Cedamus itaq;, fide ueritatis oppressi, & confiteamur, ueræ rationis secuti iudicia, nihil in nostra, sed totum in fato tum esse positum potestate, ut quicquid, uel facimus, uel patimur, totum hoc fortunæ nobis iudicio conferatur.

Varia mors.

Omnia fatis permittenda.

DISSOLVTIO PARTICVLARIS.
CAPVT IIII.

EXPLICITIS his omnibus, atq; tractatis, quæ fati uim, stellarum'q; decernentium leges, ueræ rationis disputatione monstrarunt, ad illam quæstionem, quam in prima istius orationis reliquimus parte, reuertamur, de coloribus scilicet hominum, ac moribus, ut omnifariam ista quæstione purgata, securi & constantiæ confidentia roborati, totū tibi, quicquid de isto studio Lolliane, promisimus, explicemus. Qui requirit, Cur in quibusdā regionibus corpora hominū nigro semper colore sordescūt? cur uero alibi puro candoris splendore præniteant? Huic, qui has requirit causas, breui disputationis oratione respondebo, præsertim cum ad istam partem, multorum sapientum dociles sententiæ proferantur. In omne cœlum, cuius est rotunda formatio, quod terras, maria, cæteráq;, quæ intra se sunt, omnia ignei spiritus circūfusione complectitur: quinq; Zonarum ipsarum, non una similísq; substantia est, nam quædam ipsarum uniformes sunt, nec alienam habēt admixtionem, quædam uero commixtæ temperationis sunt moderatione cōpositæ. Harum quæ media est, corusci solis incensa luminibus, & sempiterni ardoris adustione torrida, ignito colore perpetui ruboris inficitur: duæ uero, quæ extremas mundi cōtinent partes, dextris, leuísq; lateribus inhærentes, cæruleo colore signatæ, atris semper nubibus inundantur, & concreta glacie, sempiternis pruinis, & duratis gelu niuibus obsidentur. Inter has duas frigidas, & illā igneam, quæ per mediā mundi ducitur partē, duæ sunt residuæ constitutæ, quas frigoris, & caloris mixta temperies, clementi moderatione formauit. Hę sunt duæ Zonæ, quæ omne animantium genus in terræ finibus, ex illa tranquilla commixtionis moderatione progenerant, per quas, ad omnium, quæ gignuntur, ortus, &

Quinq; Zonæ.

Zonæ temperatæ.

occasus per omne æuum obliquus signorum ordo cõuertitur. In quo sol & luna, quinque etiam stellæ erraticæ, quæ planetæ à Græcis uocantur, certa, ac definita semper agitatione discurrunt, ut ad harum stellarum cursum, omne animantium genus, perpetua sibi generis propagatione succedat. Istarum quinq; Zonarum uis, atq; natura, quarũdam gentium homines uniformi colore progenerat, tamen ut in ipsa unitatis facie, corpora hominum, quantacunq; stellarum radiatione uarientur. Quæcunq; igitur gens hominum, illi adiacet Zonæ, quæ sempiterna adustione ignibus incenditur, licet sit sub eius Zonæ partibus collocata, quæ est composita moderatione formata, ad fingendos tamen colores hominum, ignem sibi ex uicinæ societatis coniunctionibus mutuatur, ut homines ad imitationem inustarum rerum, atri semper forma coloris infuscet. Quæ uero partes glacialibus adiacent Zonis, quæ uiduatæ, ac desertæ solis ardoribus, perpetuis pruinarum niuibus opprimuntur, gentes illas hominum, quas in uicino posita Zona progenerat, nitore faciunt omnes splendidi candoris ornari. Sed & in his regionibus, quæ candidos homines procreant, & in illis rursus, quæ nigros, ad uariandas hominum formas, stellarum plurimum potestas operatur, & unicuiq; homini, licet coloris sit una substantia, diuersam tamen speciem deformationis assignat. Vnde enim sese singuli propria corporis lineatione cognoscunt, unde filios, fratres, cognatos: unde ciues, peregrinos, uicinos, amicos, hospites, norunt: si non singulis uarios, diuersósq; uultus stellarum potestas ascribit: Consideremus itaq; conciliationem generis humani, & retractando inueniemus quàm nefaria, & impia poterant illic scelera committi, si cunctorum una facies, populos illos, æqua similitudinis formatione cõfunderet: Ad sororẽ frater, deceptus similitudine, quasi maritus intraret, traheretq; alius, contracti imprudentia alieni iuris uxorem: alii de filio erratici contentionis conflictatione certarent: alii nescirent qui essent illi, qui sibi pauloante seruierant. Alter ingenuis natalibus natus, quasi seruus ex confusa similitudine, obstinati ducẽtis errore traheretur, nisi uniformem istam colorum similitudinem, maxima uultuum dissimilitudo uariaret, quæ omnia compositis stellarum mixturis, ac rationibus temperantur. Ecce illius candor, ex aliqua parte nigri coloris tenui adumbratione sordescit: illius nigram faciem, splendor modici candoris illuminat. Quid iam de comarum crinibus dicam: ad quas uarius color latenter irrepit: quid de oculorum acie: qui semper diuersis luminibus colorantur: Ecce corpora ipsa, etiam in illis gentibus, & cæteris omnibus, nunc longa, nunc parua sunt, nunc tenui exilitate subtilia, nunc obesa crassitudine latiora. Vnde manifestis rationibus comprobatur, Zonarum quidẽ esse, quod nigri, uel candidi sunt, stellarum uero, quod in illa uarietate coloris, dissimiliũ formarum uarietatibus corporantur. De moribus uero gentium, superuacua disputatio est, nam & Asianos plurimos uidemus, immò penè omnes, sobrietatis insignia præferentes, & Græcorum leuitas, frequenter modestæ grauitatis pondus accipit: & effrenata Scytharum rabies, quandoq; humanitatis clementia mitigatur, & in finibus Galliarum populus sapientiæ prudentia conualescit: Aphrorúmq; subdolas mentes, honestæ fidei ornamenta condecorant: & à plurimis Hispanis iactantiæ uitia deferuntur: & Syriorũ auaritiam mutauit repentina profusio: nec est inter illos acutos Siculos stultos inuenire difficile: & ab Italis frequenter dominationis imperia translata sunt. Nec huius rei longè tibi, aut ex antiquis libris, proferemus exempla, Dominus, & Augustus noster, ac totius orbis Imperator, pius, felix, ac prouidus princeps, Constantinus scilicet maximus, Diui Cõstantini filius, Augustæ, ac uenerandæ memoriæ principis, qui ad liberandũ orbem à tyrannicis immoderationibus, & ad cõprimenda domestica mala, fauore propitiæ maiestatis electus est, ut per ipsum seruitutis squalore deterso, securæ nobis libertatis munera redderentur, utq; captiuitatis iuga, fatigatis iam, & oppressis ceruicibus, poneremus, quem pro nostra semper libertate pugnantem, incertissima inter casus humanos, nunq; belli fortuna decepit, apud Tharsum genitus, à primo ætatis gradu imperii gubernacula retinens, quæ prosperis nactus fuerat auspiciis, Romanum orbem, ad perennis felicitatis augumẽtum, salubri

Zona torrida

Zonæ frigidæ.

Zonarum, & stellarum uis.

Varii hominum mores

D. Constantinus.

salubri gubernationis moderatione sustentat. Sol igitur optime, maxime, qui mediam coeli possides partem, mens mundi, atque temperies, dux omnium, princepsque, qui caeterarum stellarum ignes flammiferatum luminis tui moderatione perpetuas: Tuque luna, quae in postremis coeli regionibus collocata, ad genitalium seminum perennitate menstruis semper incerta luminibus, solis augusta radiatione fulgescis: Et tu Saturne, qui in summo coeli uertice constitutus, radiationem syderis tui, pigro cursu, & tardis agitationibus prouehis: Et tu Iupiter, Tarpeiae rupis habitator, qui mundum, ac terras, salutari semper, ac benigna maiestate laetificas, sed secundi globi possides principatum: Tu uero gradiue ♂, rutilo semper horrore metuende, qui in tertiis coeli regionibus contineris: Vos etiam fidi ☉ comites, Mercuri, & Venus, Constantinum maximum principem, & eius inuictissimos liberos, dominos, & Caesares nostros, cōsensu uestrae moderationis, & Dei summi obsequente iudicio, perpetuaque eis imperia decernente, facite etiam nostris posteris & posterorum nostrorum posteris, infinitis seculorum continuationibus, imperare, ut omni malorum acerbitate depulsa, humanum genus quietae felicitatis munera consequatur. Nobis uero tenuem ingenii spirate substantiā, ut uestro praesidio fulti, facile ea, quae Lolliano promisimus, compleamus, & quicquid ex diuino sapientum magisterio concepimus, ueris sententiarum definitionibus explicemus. Vt autem ad te me Lolliane conuertam, omnia quae hic dicuntur rigida iudicationis autoritate discutias, Omnis enim (sicut nosti) natiuitas, si mollis fuerit, fructum dabit, licet praecocem, sed mox quidem, ad ulti temporis spatio, mitiorem.

☉ ☽ ♄ ♃ ♂ ☿ & ♀

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM, LIBER SECVNDVS.

PRAEFATIO.



MATHESEOS scripturi libros, eos, qui eadem discere uolunt, primum instituere debemus, ut rectis initiis formati, facilius pronunciandi scientiam consequantur. Non enim potest quis ueram eius scientiam consequi, nisi fuerit primis institutionibus eruditus. Fronto enim noster Hipparchi secutus antiscia, ita apotelesmatum sententias protulit, tanquam cum perfectis iam, & peritis loqueretur, nihil de institutione, nihil de magisterio praescribens. Sed nec aliquis penè latinorum de hac arte institutionis libros scripsit, nisi paucos uersus Iulius Caesar, & ipsos tamen de alieno opere mutuatus. M. uero Tullius, princeps ac decus Romanae eloquētiae, ne quid intentatum relinqueret, quod non fuisset diuinum eius ingenium assecutū, uersibus heroicis, etiam ipse de institutione, pauca respondit. Vnde nos omnia, quae de ista arte, Aegyptii, Babyloniique dixerūt, docili sermonis institutione, trāstulimus, ut ii, qui ad explicanda hominū fata formantur, pedetentim imbuti, omnē diuinitatis scientiam consequantur. Sed quia mentionem antisciorum fecimus, hunc locū nō debemus cum dissimulatione transire, Antiscia Hipparchi secutus est Fronto, quae nullam uim habent, nullámque substantiam, & sunt quidem in Frontone pronunciationis, atque apotelesmatū uerae sententiae, antisciorum uero inefficax studium, quod quidem secutus est, quia rationem ueram non fuerat assecutus. Antiscia enim illa uera sunt, sicut & Nauigius noster probat, quae Ptolemaeus posterior, uera definitionis inquisitione monstrauit: quae qualia sint, in posterioribus huius libri partibus ostendemus, monstrantes, quae pars, in quam partem radios mittat, nam apotelesmata & Fronto uerissime scripsit, quae Graecorum libris, ac monumentis abundantissime continentur. Hac itaque interim disputatione seposita, ad institutionis nostrae reuertamur exordia.

Iulius Caesar. *Cicero.* *Antiscia Hipparchi.* *Nauigius.*

ZODIACI SIGNORVM DIVISIO, AC NATVRAE CONDITIO CAPVT I.

Zodiacus.



ODIACVS, orbis in quo duodecim ſigna infixa ſunt, per quem planetæ, ☉ etiam ac ☽, curſus ſuos dirigunt, obliqua ſemper agitatione torquetur. Signa autem ipſa duodecim his nominibus appellantur. Aries ♈, taurus ♉, Gemini ♊, Cancer ♋, Leo ♌, Virgo ♍, Libra ♎, Scorpius ♏, Sagittarius ♐, Capricornus ♑, Aquarius ♒, Piſces ♓. Horum ſignorum diuerſa ſunt genera, nanque alia ſunt ex his maſculina, alia fœminina. Maſculina itaque ſunt, ♈, ♊, ♌, ♎, ♐, ♒. Fœminina uero ♉, ♋, ♍, ♑ ♏, & ♓.

SIGNA ZODIACI.



STELLARVM DOMICILIA, NOMINA, ET POTESTATES IN SIGNIS CAPVT II.



X his xii ſignis ☉ quidẽ, & ☽ ſingula ſunt ſigna ſortiti, cæteri uero quinque planetæ, hoc eſt ♄, ♃, ♂, ♀, & ☿, bina: in quibus ſinguli imperium habent, ac domicilium conſtitutum. Sed has ſtellas, non eodem nomine, quo nos, aut Græce, Aegyptii nominant. Nam qui à nobis Saturnus dicitur, ab Aegyptiis φαίνων uocatur: quem nos ♃ uocamus, Aegyptii φαέθοντα uocãt: qui à nobis ♂, ab illis πυρόεις dicitur: quæ à nobis ♀, ab illis φωσφόρος uocatur: quem nos ☿ dicimus, illi ςίλβοντα uocant. Eſt itaque ſolis ♌, & in hoc ſigno habet domicilium & poteſtatẽ, Lunæ ♋. Vides quam apte, qua abſconſe, & maſculini quidem ſigni ☉ dominum eſſe, fœminini uero ☽, ut pro qualitate generis ſui, ſimilia ſibi ſexus uterque ſui, domicilia uendicarent. Cæteri uero quinque planetæ, bina, ſicut ſuperius diximus, habẽt ſigna, in quibus imperii ſui exercent poteſtatem. Sed ex ipſis duobus ſignis, quæ ſinguli poſſident, unum maſculinum eſt, aliud fœmininum. Quod ut maniſeſtius intelligi poſſit, omnia ſpecialiter explicemus. ♄ habet domicilium in ♒ & ♑, ex quibus ♒ maſculinũ eſt, ♑ fœmininũ, & ♃ in ♐ & ♓ habet domicilium, ſed ex his maſ. ♐ eſt fœ. uero ♓: ♂ in ♈ & ♏ domiciliũ collocauit, ex qbus maſ. eſt ♈, fœ. uero ♏: ♀ domus ſunt ♉ & ♎, ex quibus ♎ maſ. ſignum eſt, fœ. uero ♉: ☿ domicilium habet in ♊ & ♍, ex quibus ♊ maſ. ſignum eſt, ♍ uero fœmininum.

Varia planetarũ nomina.

Planetarũ domicilia.

STELLARVM ALTITVDO DEIECTIOQVE, EARVMQVE CONDITIO. CAP. III.


CIRE etiam debemus, quæ sint stellarum altitudines singularum, in quibus naturali quadam sublimitate magnitudinis eriguntur, quæ'ue sint earum deiectiones, in quibus cõstitutæ, oppressa auctoritatis suę potestate, minuuntur. In altitudinibus itaq; suis gaudentes constitutæ, maximæ felicitatis insignia decernunt, quoties in hominum genituris, maxima stellarum pars partiliter altitudinum suarum signa possederit. Tunc uero homines infelicitatum infortuniis opprimuntur, quoties stellarum pars maxima in iis partibus constituta fuerit, in quibus humili deiectione, multum de sua potestate dimittunt. Altitudines autem dictæ sunt ob hoc, quod cum in ipsa parte fuerint stellæ, in qua exaltantur, in opportunis scilicet genituræ locis, homines faciunt beatos. Deiectiones autem earum, faciunt miseros, pauperes, ignobiles, & inopes, & in quos se infelicitas assiduis continuationibus conferat. Hac ex causa Babylonii ea signa, in quibus stellæ exaltantur, domicilia earum esse uoluerunt. Nos autem scire debemus, hac institutione formati, omnes stellas melius decernere in altitudinibus suis, quã in domiciliis. ☉ igitur in ♈ parte xix exaltatur, in ♎ uero xix deiicitur, ☽ exaltatur in ♉ parte iii, in ♏ iii parte deiicitur. ♄ exaltatur in ♎ parte xx, in ♈ rursus xix parte deiicitur. ♃ exaltatur in parte ♋ xv, deiicitur uero in ♑ parte xv. ♂ exaltatur in ♑ parte xxviii, deiicitur uero in ♋ parte xxviii. ♀ exaltat̃ in ♓ parte xxvii, deiicit̃ uero in ♍ parte xxvii. ☿ exaltatur in ♍ parte xv deiicit̃ uero in ♓ parte xv. Hac ex causa Babylonii, cum per hæc signa exaltentur singuli planetæ, ita etiam domos eorum esse uoluerunt, dicentes quidem domicilium ♄ esse in ♎, ♃ in ♋, ♂ in ♑, ☉ in ♈, ♀ in ♓, ☿ in ♍, & ☽ in ♉.

Altitudo stellarum.

Deiectio stellarum.

SIG.	AL.	GR.	DE.
♈	☉	xix	♄
♉	☽	iii	o
♊	o	o	o
♋	♃	xv	♂
♌	o	o	o
♍	☿	xv	♀
♎	♄	xx	☉
♏	o	iii	☽
♐	o	o	o
♑	♂	xxviii	♃
♒	o	o	o
♓	♀	xxvii	☿

SIGNORVM DECANI, EORVMQVE DOMINI. CAP. IIII.


Singula signa in tres partes diuiduntur: singulæ autem partes singulos habent decanos, ut sint in singulis signis terni decani, quorum singuli ex xxx parte denas possident, & dominium suum, ac potestatem, in decem partes exerunt. Sunt autem infinitæ potestatis, & licentiæ, & qui fata hominum, potestatis suæ auctoritate designent. Sed & ipsi decani singulis stellis deputantur, & cum in ipso decano stella fuerit, licet sit in alieno domicilio, sic tamen est habenda, quasi in suo sit domicilio cõstituta. Suo enim in decano posita, hæc eadẽ perficit, quæ in signo suo cõstituta decernit, sic igitur.

♈ primus decanus ♂ eſt.	ſecundus ☉	tertius ♀.
♉ primus decanus ☿ eſt.	ſecundus ☽.	tertius ♄.
♊ primus decanus ♃ eſt.	ſecundus ♂.	tertius ☉.
♋ primus decanus ♀ eſt.	ſecundus ☿.	tertius ☽.
♌ primus decauus ♄ eſt.	ſecundus ♃.	tertius ♂.
♍ primus decanus ☉ eſt.	ſecundus ♀.	teritus ☿.
♎ primus decanus ☽ eſt.	ſecundus ♄.	tertius ♃.
♏ primus decanus ♂ eſt.	ſecundus ☉.	tertius ♀.
♐ primus decanus ☿ eſt.	ſecundus ☽.	tertius ♄.
♑ primus decanus ♃ eſt.	ſecundus ♂.	tertius ☉.
♒ primus decanus ♀ eſt.	ſecundus ☿.	tertius ☽.
♓ primus decanus ♄ eſt.	ſecundus ♃.	tertius ♂.

Quidam uero uolentes húc locum ſubtilius explicare, terna numina decanis ſingulis applicarunt, quos munifices appellandos eſſe uoluerunt, hoc eſt ſynergos, ita ut per ſingula ſigna, nouem poſſint munifices inueniri, ut ternis munificibus, decani ſinguli præfe-*Munifices.* cantur. Rurſus nouem munifices, quos in ſingulis ſignis dicunt eſſe cóſtitutos, per infinitas diuidunt numinum poteſtates, ab iis enim dicunt repentinos caſus, dolores, ægritudines, frigora, febréſq; decerni. Et quicquid illud eſt, quod ſolet, nec ſperantibus, nec ſcientibus euenire. Per hos etiam uolunt monſtroſos ab hominibus edi partus. Sed hanc nos partem, in iſto inſtitutionis libro neceſſario præterimus, nam & Græci, qui ſecreta iſtius conati ſunt diſputationis attingere, in primis ueſtigiis conſtitutionis, iſtum tractatú, cum quodam diſſimulationis faſtidio reliquerunt. Sed nunc noſtræ inſtitutionis ordo, unde receſſerat, reuertatur.

SIGNORVM PER TRICENAS PARTES DIVISIO. CAP. V.

Singula ſigna xxx partes habent. Eſtauté pars in ſigno tantus locus, quãtum ☉ aut ☽ orbis in circuitu cóplectit̃: ſed una pars in minuta diuidit̃ ſexaginta, & ſic deinceps.



STELLARVM FINES IN VNOQVOQVE ZODIACI SIGNO. CAP. VI.

LICET autem ipſum ſignum alienæ cuiuſpiã ſit poteſtatis, & alicuius planetæ proprium habeat domicilium, partes tamen eius, quaſi propriæ, ſtellis ſingulis diuiduntur, quæ partes, ſtellarum fines nominantur, hos fines Græci ὅρια uocant, ſed hoc ſubtili debemus inquiſitione colligere, nam cũ *ὅρια.*

in fini

in finibus ſuis ſtella fuerit inuenta, ſic eſt tanquam in ſuo domicilio conſtituta, quod to-
tum, ut manifeſtius intelligi poſſit, debemus ſpecialiter explicare, ut ex iſtis finibus, geni-
turarum ſecreta noſcantur.

♈ dominus eſt, ſicut diximus ♂, uerum fines eius ſingulis ſtellis hactenus diuidũtur. *Fines Arietis*
A prima uſq; ad vi partẽ poſſidet ♃, à vii uſq; ad xii ♀, à xiii uſq; ad xx ☿, à xxi uſq; ad xxv
♂, à xxvi uſque ad xxx ♄, & hæ ſunt Arietis partes, tali ratione diuiſæ.

♉ domina eſt ♀, cuius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad octauã ♉
♀ poſſidet, à ix uſq; ad xiiii ☿, à xv uſq; ad xxii ♃, à xxiii uſq; ad xxvii ♄, à xxviii uſque ad
xxx ♂, & hos ſtellæ in ♉ poſſident fines.

♊ ☿ dominus eſt, cuius ſigni fines hactenus diuidũtur, à prima parte uſq; ad vi ☿ poſ- ♊
ſidet, à vii uſq; ad xii ♃, à xiii uſq; ad xvii ♀, à xviii uſq; ad xxiiii ♂, à xxv uſq; ad xxx ♄, &
hi ſunt ♊ fines.

♋ domina eſt ☽, uerum eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad ♋
vii ♂ poſſidet, ab viii uſq; ad xiii ♀, à xiiii uſq; ad xx ☿, à xxi uſq; ad xxvii ♃, à xxviii uſq;
ad xxx ♄. & hi ſunt ♋ fines.

♌ dominus eſt ☉, ſed fines eius hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad ſextam ♃ ♌
poſſidet, à ſeptima uſq; ad undecimã ♀, à duodecima uſque ad decimã octauam ♄, à de-
cimanona uſque ad uiceſimam quartam ☿, à uiceſima quinta uſque ad triceſimam ♂,
& hi ſunt Leonis fines.

♍ ☿ dominus eſt, uerum fines eius hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad ſepti- ♍
mam ☿ poſſidet, ab octaua uſque ad decimam ſeptimam ♀, à decima octaua uſque ad
uiceſimam primam ♃, à uiceſima ſecunda uſque ad uiceſimam octauam ♂, à uiceſima
nona uſque ad triceſimam ♄, & hi ſunt ♍ fines.

♎ domina eſt ♀, ſed eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſque ad ſex- ♎
tam ♄ poſſidet, à ſeptima uſque ad decimam quartam ☿, à decima quinta uſque ad uice
ſimam primam ♃, à uiceſima ſecunda uſque ad uiceſimam octauam ♀, à uiceſimano-
na uſque ad triceſimam ♂, & hi ſunt ♎ fines.

♏ dominus eſt ♂, ſed eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad ſepti- ♏
mam ♂ poſſidet, ab octaua uſque ad undecimam ♀, à duodecima uſq; ad decimamno
nam ☿, à uiceſima uſq; ad uiceſimam quartam ♃, à uiceſima quinta uſque ad triceſimã
♄, & hi quidem ſunt ♏ fines.

♐ dominus eſt ♃, cuius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſque ad duo ♐
decimam poſſidet ♃, à decima tertia uſque ad decimam ſeptimã ♀, à decima octaua uſq;
ad uiceſimam tertiam ☿, à uiceſima quarta uſq; ad uiceſimam ſeptimam ♄, à uiceſima
octaua uſque ad triceſimam ♂, & hi ſunt fines ♐.

♑ dominus eſt ♄, ſed eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſque ad ſe- ♑
ptimam ☿ poſſidet, ab octaua uſque ad decimam quartam ♃, à decima quinta uſq; ad
uiceſimã ſecundam ♀, à uiceſima tertia uſque ad uiceſimam ſextam ♄, à uiceſima ſepti-
ma uſque ad triceſimam ♂, & hi ſunt fines ♑.

♒ dominus eſt ♄, ſed eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad ſepti ♒
mam ☿ poſſidet, ab octaua uſque ad decimam tertiam ♀, à decima quarta uſque ad uice
ſimam ♃, à uiceſima prima uſque ad uiceſimam quintam ♂, à uiceſima ſexta uſq; ad tri
ceſimam ♄, & hi ſunt fines ♒.

♓ dominus eſt ♂, ſed eius ſigni fines hactenus diuiduntur, à prima parte uſq; ad duo- ♓
decimam ♀ poſſidet, à xiii uſq; ad decimam ſextam ♃, à decima ſeptima uſque ad deci-
mamnonam ☿, à uiceſima uſque ad uiceſimam ſeptimam ♂, à uiceſima octaua uſque
ad triceſimã ♄, & hi ſunt fines ♓.

STELLARVM OMNIVM FINES IN SIGNIS.

♈	♃ 6	♀ 12	☿ 20	♂ 25	♄ 30
♉	♀ 8	☿ 14	♃ 22	♄ 27	♂ 30
♊	☿ 6	♃ 12	♀ 17	♂ 24	♄ 30
♋	♂ 7	♀ 13	☿ 20	♃ 27	♄ 30
♌	♃ 6	♀ 11	♄ 18	☿ 24	♂ 30
♍	☿ 7	♀ 17	♃ 21	♂ 28	♄ 30
♎	♄ 6	☿ 14	♃ 21	♀ 28	♂ 30
♏	♂ 7	♀ 11	☿ 19	♃ 24	♄ 30
♐	♃ 12	♀ 17	☿ 23	♄ 27	♂ 30
♑	☿ 7	♃ 14	♀ 22	♄ 26	♂ 30
♒	☿ 7	♀ 13	♃ 20	♂ 25	♄ 30
♓	♀ 12	♃ 16	☿ 19	♂ 27	♄ 30

DIVRNA, VEL NOCTVRNA STELLARVM GAVDIA CAP. VII.


XPOSITIS atq; monstratis stellarũ finibus, nunc explicare debemus, quæ stellæ per diem gaudeant, & cuius conditionem sequantur, quæ uero per noctem gaudentes, cuius pari modo conditionem imitentur. Per diem igitur gaudent ☉, ♃, & ♄, conditionem itaq; ☉ sequuntur ♃ & ♄. Ideo in diurnis genituris, in opportunis semper locis positi, maiorẽ uim habent, ac ut plurimum bonam fortunam, felicitatẽmq; decernunt. Per noctem autem gaudent ☽, ♂ & ♀, conditionem itaq; ☽ sequuntur ♂ & ♀, nam ☿, quoniã ad utranq; naturã se accõmodat, ideo modo diurnus est, modo nocturnus, sed Orientalis diurnus est, Occidentalis uero nocturnus, hic fortior, q̃ illic, permixtis tamen stellis, inter utrunq; concedens. Ast superiores stellæ, secundum diuersas inuicem radiationes, quandoq; felicem fortunam, quandoq; infelicem, malãmq; decernunt. Nam si deficientem ☽ ♀ exceperit, aut ♂ in nocturna genitura, tunc prospera omnia, feliciáq; decernunt. Si uero plena lumine, uel crescens, ♀ uel ♂ aliqua se radiatione coniunxerit, maximas calamitates, maximáq; facit infortunia concitari. Sed ideo ♀ crescenti lunæ contraria est, quia natura li quodam inuidiæ sibi stridore dissentiũt. Hæc nos, in hoc institutionis libro, summatim dixisse sufficiat, omnia enim plenissime, & de ☾, & de cæteris stellis, in sequentibus libris, specialiter explicabimus.

Quæ signa p̃ diẽ gaudeãt.

Quæ per noctem gaudeãt

Venus lunæ crescenti contraria.

STELLARVM ORTVS, ET OCCASVS, EARVMQVE CONDITIO, CAP. VIII.


TELLAE autem quinq;, scilicet ♄, ♃, ♂, ♀, & ☿, matutinæ fiunt, aut uespertinæ, aut Occidentales, seu absconsæ, quæ à Græcis, ἀφανῆται καὶ συνοδικαὶ dicuntur, aut ἀκρονύκται. Qua autẽ ratione tales fiant, uel qua ex causa hæc accipiant nomina, nunc explicemus. Matutinæ sunt in ortu, quæ præcedentes ☉ orbem oriuntur: uespertinæ uero in ortu quæ Orientem ☉ sequuntur: absconsæ autem, quas ☉ orbis tegit, ἀκρονύκται quæ tũc oriuntur cum ☉ occidit. Hæ stellarum figuræ, quando prosint, & quando noceant, in libris posterioribus explicabimus, neq; enim hoc à nobis sine causa dictum est. In summa tamen dicendum uidetur, quod omnibus stellis noceat uicinitas ☉. Quidam uero uolunt ♂ prospere cadere, cum ☉ radiis fuerit oppressus, naturalem enim malitiam, solem ueneratus amittit. Scire etiam illud nos oportet, cum quo stellæ matutinæ gaudeant, cum quo uespertinæ. Tunc enim proteguntur, quotiescunq; opportuna radiatione cum ☉ præcesserint, cæteræ nanq; stellæ in matutino ortu constitutæ gaudent, & tunc numen ☉ optima radiatione protegitur, quotienscúnq; matutino stellarũ ortu fuerit ornatũ. Inefficaces uero stellæ fiunt, quoties ☉ orbem, uespertino ortu fuerint subsecutæ. In ☽ uero positæ lumine, eiúsq; radiationibus maxime proteguntur, uel cum eius orbem aliqua radiatione precesserint. Quid autem stellarum mixtura in genituris operetur, quãdo stellæ matutinæ efficiantur, quando uespertinæ, ostendere etiam debemus, hoc est quot à ☉ p. stellæ recedentes, matutinæ efficiantur.

Αφανῆται καὶ συνοδικαὶ, aut ἀκρονύκται.

Omnibus stellis nocet uicinitas Solis.

MATVTINARVM, VESPERTINARVMQVE STELLARVM PARTES. CAP. IX.


XPLICAVIMVS satis supérq;, qua ratione stellæ uespertinæ, quãue matutinæ fiant: nunc sciendum, quod ♄ stella, cum à ☉ xii recesserit partibus, id est cum præcedens orta fuerit, matutina erit. Simili modo etiam ♃ xi partibus recedens, matutinum se facit pręcedentem: ♀ autem viii: ♂ etiam præcedens, & in viii parte constitutus, matutinus efficitur: ☿ quoq; præcedens, & in viii parte cõstitutus matutinus est. Vespertinæ uero sunt, cum in ista parte numero constitutæ, ☉ subsecutæ fuerint.

PLANETARVM ORTVS, ET OCCASVS.

♄	DI	MA	xii	VE
♃	DI	MA	xii	VE
♂	NO	MA	viii	VE
☉	DI	MA	o	VE
♀	NO	MA	viii	VE
☿	CON	MA	viii	VE
☽	NO	MA	o	VE

STELLARVM OMNIVM ERRATICARVM DVCATVS CAP. X.



TELLARVM ducatus, nunc tibi Mauorti, decus nostrum, explicabimus, ut nihil, quod ad hanc diuinam Matheseos disciplinam attinet, à nobis prætermissum esse uideatur. A ♄ igit̃ incipiẽtes, quid unusquisq; planetarum, ex suo fato decreuerit, breui conabimur sermonis expositiõe detexere.

Saturni natura atq; significatio. ♄ quidem natura frigidus & siccus, ex accidẽti uero quãdoq; humidus, obscurus, asper, grauis, fœtidus, uorax, tenax, multæ cogitationis, altæq; memoriæ: cuius significatio est agricultura terrarum, aquarũmque habitatio, rerum dimensio, ac pondus, & quicquid ad rem rusticam pertinet. Itidem quæcunq; ex artificiis manu perficiuntur, ut cemẽtaria, fossoria, carpentaria, atq; id genus. Tum summa egestas, longa uita, & difficilis, exiliũ, discrimina, doli, nequitię, proditiones, solitudo, sed in deliberando acerrimũ ingeniũ, sermo certus, stabilis amicitia, longa prouidẽtia, regaléq; consiliũ. Item uiolentia, captiuitas, dãnatio, pertinacia, perfidia, ira, omnísq; odiũ boni, metus, angustia, dolor, pœnitẽtia, funera, luctus, orbitásq;. Significat quoq; hæreditates antiquas, prauos, senésq; tales, sed & seruos, mancipia, mercenarios, eunuchos, uilésq;, ac famosos homines, maleficos, fures, uespillones, pollinctorésq;. Significat quoq; & magicam artem, longas in homine cogitationes, sermonem ratum, sed altum intellectum, ac profundam rerum scientiã. *Quæ membra habeat.* Ex corporis etiam partibus, dextrã aurẽ, splenémq;, ac melancholiã habet.

♃ ♃ natura quidem calidus & humidus, sed adeo temperatus, ut eius proprie uirtus, ad mortalium corpora nutrienda, ac per multiplices nepotum soboles propaganda, stabili fatorum decreto sit accommodata. Cuius sanè significatio est, formæ dignitas, animi nobilitas, sana sapientia, & intellectus, somniorum interpretatio. Tum iura, leges, statáq; religio, tum pietas, modestia, gratia, fides, & quicquid æquus bene instituti uiri potest animus concipere. Verum ex accidenti aliquando, ob nimiam fortasse de se confidentiam, inconsultum significat rerum aggressum, atq; difficilem quandoq; ex tali causa, operum exitum. Signicat etiam patientem animum, sed ultionis auidum, in omníq; ut plurimũ contentione uictorem. Significat quoq; pontifices, regulos, duces, tribunos, ac dignissimi cuiusq; magistratus autores. Tum spem, gaudium, continentiam, liberalitatem, hominum conciliationem, publicum commodum, maturum consilium, sermonem grauem, iocundum, & festiuum, ac publico semper emolumẽto accommodatum. *Membra.* Ex corporis autem partibus, aurem sinistram, & epar habet.

♂ ♂ natura quidem calidus & siccus, iracundus, uehemens, incitata sæpius iracundia præceps. Cuius significatio est proditio, pugna, cædes, audacia, temeritas, elatio, seditio, controuersia, præda, insidiæ, latrocinia. Tum uulnera, captiuitates, timor, fugæq; difficultas. Tum perfidia, obscœnitas, incautus amor, facilis offensio, uaria cogitatio, nullum consilium. Significat quoque uiolentos principes, feros, inhumanos, alienæ semi cædis appetentes, periuros, dolosos, inconstantes, maledicos, incompositos, omnia con-

caminantes

taminantes, omnia polluentes, diuináq́, ac humana promiscue habentes. Ingeniosos tamen ad omnésq́ conatus suos, mirabili quadã uersutia, promptos. Significat etiam deformem, inuerecundum, ingratum, partubus perniciosum, & propter hoc mulieribus fortasse infensum. Ex artibus autem Chirurgicam significat, & quicquid cruenti sanguinaria quadam uoluptate perficitur: ex humani uero corporis partibus, epar cum ♃, narésq́ cum ♀ possidet. Ast cum ♄ uel ☿, acerbum notat interitum. *Artes.* *Membra.*

☉ natura siquidẽ igneus, calidúsq́ & siccus, sed mirũ in modũ temperatus, ideóq́ habitabilis Zonæ medium possidens. Cuius significatio est honorificentissima hominũ conciliatio, ambitiosa existimatio, auri, honorúmq́ cupiditas, inimicorum desiderata uindicta, fortitudo animi, corporísq́ honestas, magnificentia, uictoria, perspicua mũdicies, incredibilísq́ apud omnes expectatio, & quicquid ad regium uidetur apicem pertinere. Significat quoq́ reges, ac principes non atroces, non difficiles, non iniquos, sed iustos, affabiles, tractabiles, mansuetos, & omni uirtutum genere honestatos, superbiæ tamen pauxillæ spiritu quandoque inflatos. Significat etiam graue eloquium, maturum cõsilium, seuerum iudicium, & splendidam cuiusq́ rei, magnificámq́ penitus actionem, omnem quoq́ nitorem, & claritatem, ac regium apparatum. Ex corporis uero partibus, uniuersalis caput animantis, spiritúmq́, ac dextrum oculum possidet. ☉ *Membra.*

♀ natura siquidem frigida est, & humida, adeo tamen temperata, ut matutino præcipue exortu, rorem infundat mortalibus genitalem, quo non animantia solũ, ad multimodam accõmodentur generationem, sed uirentia quoq́, in uarios conceptus disponãtur. Cuius significatio est, omnis decor, omnísq́ uenustas, ornata uestimenta, auri subtegmine elaborati cultus, argentíue, aut tyriæ muricis purpura honestati. Tũ balnea, fuci, odoratáq́ opobalsama, gratia, iocus, camœnæ, in chorúmq́ locupletatus applausus. Significat quoq́ formosas in primis uirgines, earúmq́ iocosa sponsalia, amores, elegias, amatorias indignationes, insidias, querelas, paces rursus, atq́ amorum redintegrationes. Significat etiam conuiuia, ientationes, dulciáque tragemata, siue bellaria, & quicquid sapore dulce, ac uolupe est, tam licitos, q̃ illicitos coitus, stupra, incestus, adulteria, & cætera id genus. Significat etiam mutuam hominum dilectionem, pietatem, fidem, credulitatem, summámq́ in omnes humanitatem. Ex habitudine tamen corporis, pinguedinem potius significat, sed uenusto decore ornatam, debilem autẽ, & aduersa sæpius ualitudine fatigatam. Ex artibus uero picturam, odorata mercimonia, & quicquid mirabili, atq́ subtili artificio exercetur. Sed ex corporis partibus unà cum ♂, nares possidet. ♀ *Artes.* *Membra.*

☿ cõmixtæ siquidẽ est naturæ, atq́ ei, cui pariter cõmiscetur, uel aliqua fuerit radiatione coniunctus, promiscuo cõmixtionis assensu, non difficulter adhærens, natura tamen frigidus potius, ac siccus. Cuius significatio est, pueritia, ingenium, ratio, facundia, iocũda deceptio, iocosum'q́ furtum. Tum enthymemata, syllogismi, sophismata, poëtica, musica, astrorúmq́, & totius Matheseos perscrutatio, Significat autem fideles uiros, uates, sortilegos, augures, ac diuina fatorum interpretatione decoros, mercatores quoq́, legatos, oratores, sed qui fraudulenta sæpius calliditate decipiant. Significat etiam acutissimæ cuiusq́ artis lucubrationem, rerum occultarum, ac secretorũ inuentionem, blandũ sermonẽ, sanum consiliũ, delicias, uoluptates, ambitiones, quæstúsq́, ac ærariã tributa, & quicquid gloriæ potius, q̃ utilitatis causa conquiritur. Tum simulatam conciliationem, dubium, atq́ inuolutum affectum, mitem tamen animi cõmiserationem, ingratam uocis modulationem, sed in omni acuto artis cuiusq́ opificio, solertem manũ, accõmodissimum'q́ ingeniũ, tum ad rerũ occultarũ miram inuentionẽ, tum ad earũ celerrimã perfectionem. Ex corporis aũt partibus, os linguámq́, & orationis hũanæ adiutrices manus possidet. ☿ *Corporis partes.*

☽ natura siquidẽ frigida & humida, ex accidenti tamen quãdoq́ solis radiis exæstuãs, ad aliquã etiã caliditatẽ declinans. Cuius significatio est, forma, gaudiũ, gloriæ affectatio, debilis tamen sensus, tenuis memoria, mẽdacia, delatiões, assentatiões, multa edacitas, sed exigua ueneris tentigo. Significat aũt leues rerũ, & aq̃ticarũ p̃cipue, negociatores, negocio ☽


rum initia, & merita ex eis præmia: facultatum diuerſarum, honorúmq; conſecutores: legum, ac bonarum artium diligentes cultores, ac omnium rerum excellentiſſimarum, digniſſimos exploratores. Significat etiam matres, auias & maiores ſorores. Tum aquarũ opera, terræ cultum: principúmq;, ac primatum negocia, & in prima maxime iuuentute, ſummam religionem, ſed minime conſtantem, firmámq; in ea perſeuerantiã. Ex cor-
Membra. poris autem partibus, rationalis præcipue animantis, ſiniſtrum oculum habet.

TRIGONORVM DOMINI, EORVMQVE QVALITATES. CAP. XI.



NVNC tibi Mauorti, decus noſtrum, trigonorũ dominos ordinabimus, ut nihil, quod ad harum ſtellarum cõditionem, altitudinémq; pertineat, relictum eſſe uideatur. Cum enim xii. ſigna, quatuor naturas repræſentent per tria interualla deductas, terna ſiquidem eiuſdem naturę ſint, neceſſe eſt. Nam cum æqui lateri trianguli figura, in ſemet æqua ſit, & cõueniens, ac tres circuli limites terminet ſignifer, hoc eſt, ♈, ♋, & ♑, duodecim etiã ſui partes, in quatuor trigonos diuidet. Ex hac igitur naturæ cognatione, ad ſtellarum dignitaté, aliquid accedere licebit. Trigonis ſiquidem diurnis & maſculinis, diuinæ & maſculinæ ſtellæ, nocturnis uero & fœmininis nocturnæ, & fœmininæ præſidebunt, eò quod maioris,
Trigoni in ea cognitione, conuenientiæ teſtimonium habent. Ignei igitur trigoni, hoc eſt, ♈, ♌,
ignei. & ♐ diuturni, maſculini, ac Septentrionalis, dominorum primus eſt, in die ☉, alter ♃
Terrei. in nocte uero contra, utriuſq; tamen particeps ♄. Terrei autem trigoni, hoc eſt, ♉, ♍ & ♑,
Aërij. nocturni, fœminini, ac Meridionalis, dominorum primus eſt, in die ♀, ſecundus ☽, in nocte uero cõtra, utriuſq; tamen particeps ♂. Aerei demum trigoni, hoc eſt, ♊, ♎, & ♒, diurni, maſculini ac Orientalis, dominorum primus eſt, in die ♄, alter ☿, in nocte uero
Aquatici. contra, utriuſq; tamen particeps ♃. Aquatici poſtremo trigoni, hoc eſt, ♋, ♏, & ♓, nocturni, fœminini, ac Occidentalis: dominorum primus eſt in die ♀, alter ♂, in nocte uero è contrario, utriuſq; tamen particeps ☽. Hæ auté omnes ſunt ſtellarum poteſtates, quas ſi bene conſideratas inuicem comparaueris, quid in unaquaq; genitura, fatali ſuo decreto ſtatuerint, non obſcura ſanè poteris diuinatione retexere.

TRIGONI.



SIGNORVM NATVRA, FORMAE QVALITATESQVE. CAP. XII.



DE signorum fine, & generibus diximus, nũc de ipsorum natura, formis, qualitate, subiectis, anaphoris, explicare debemus, ut totam plenissime huius artis scientiam, tibi manifestissimis expositionibus intimemus.

♈ est signum in cœlo masculinum, equinoctiale, regale, ignitum, forte, ueridicum, quadrupes, semicorporale, oculis languidis, erraticũ, quod à Græcis κριὸς dicitur, indomitum, consonans, impurum, libidinosum, domus ♂, occasus ♀: altitudo solis circa partem xix, deiectio ♄ circa partem xx, trigonum per diem ☉, per noctẽ ♃. Aequinoctiale autẽ ideo dictum est, quod in hoc signo horas noctis, ac diei ☉ æquata moderatione componit, & ideo à Græcis τροπικὸν ἰσημερινὸν appellatũ est, cum enim in ♈ ☉ fuerit, diurnas, nocturnásque horas componit æqualiter, ut scilicet dies horas habeat xii, nox quoque xii. κριὸς autem ideo à Græcis dictum est, quod cũ in eo ☉ fuerit, inter diem, & noctem quodammodo iudicat, quod κρίνειν dicitur, & quod in eo signo inter hyemem positus, & æstatem, ipse rursus iudicetur. Tropicũ uero ideo dictum est, quod in eo signo ☉ constitutus, uernum tempus faciat, Ver enim tũc initiatur, cũ primam eius signi partem ☉ fuerit ingressus. Ignitum deinde ideo dictum est, quia quicũque, in geniture horosc. ipsum habuerit, ad ignem, cholericámque naturã declinabit. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone. *Arietis natura & qualitas.* *κριὸς.* *Initium Veris.*

♉ est signum in cœlo fœmininum, Septentrionale, terreũ, melancholicum, fixũ, unicorporeum, quadrupes, domesticum, uitiosum, paucorum filiorum, libidinosum, diminutæ uocis, uigens in Meridie, obliquum, ponderosum, unius negocii, impar, irrationale, facile, ac membrorum abscissorum. domus ♀, occasus ♂, altitudo ☽ circa partem tertiam, trigonum per diem ♀, per noctem ☽. Positum est autem hoc signum in uento Australi, significat quoque saporem amarum, colorem uiridem, & album, animalia quadrupedia, scissarum ungularum, clima quintum, terras cultas, homines mediocres, omnésque ceruicis ægritudines. ♉

♊ est signum in cœlo masculinum, cõmune, bicorporeum, bipes, rationale, pulchræ uocis, alatum, sterile, uigens in Occidente, medium inter leue & ponderosum, duorum negociorum, par, Septentrionale, acquirens, euacuánsque, domus ☿, occasus ♃, trigonũ per diem ♄, per noctem ☿. Positum est autem hoc signum in uento Subsolano, significat quoque saporem dulcem, colorem mixtum, & temperatũ, animalia rationalia, simiũ quoque, & oẽs oscines aues. Clima sextũ, loca uero omnia excelsa, & aprica, ubi præcipue aucupia exercent. Primates etiã, & astronomos, et oẽs humerorũ molestas ægritudines. ♊

♋ signum est in cœlo fœmininum, mobile, semicorporeum, irrationale, multipes, syluestre, sine uoce, uitiosum, multorum filiorum, nocturnum, uigens in Septentrione, aqueum, flegmaticum, unius negocii, medium inter leue & ponderosum, impar, Septẽtrionale, solstitiale, deiectum, falsidicum, debiléque: domus ☽, occasus ♄, altitudo ♃ circa partem xv, deiectio ♂ circa partem xxviii. trigonum per diem ♀, per noctem ♂. Positum est autem hoc signum in uento Aphrico: significat quoque saporem acrem, & salsum: colorem album, & leucotheũ: animalia aquatica, & serpentia: clima septimum: loca stagnantia, siue fluentia, homines mediocres, & omnes cordis, præcordiorúmque ægritudines. ♋

♌ signum est in cœlo masculinũ, fixum, unicorporeum, quadrupes, irrationale, mediũ inter domesticum & syluestre, libidinosum, uigens in Oriente, igneum, cholericũ, mediæ uocis, leue, unius negocii, par, diurnum, Septentrionale, directum, ueridicũ, forte: domus ☉, occasus ♄, trigonum per diem ☉, per noctem ♃. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone. Significat quoque saporem amarum & acutum: colorem croceum, atque ad rubedinem declinantem, animalia syluestria, & ferocia, clima quintũ, loca uero omnia digna, laboriosique ascensus, castra, prætoria, regias. Principes etiam, duces, potentes, locupletésque uiros: ac omnes pectoris, stomachíque ægritudines. ♌

♍ ♍ signum est in cœlo fœmininum, cõmune, bicorporeum, rationale, bipes, pulchræ uocis, alatum, sterile, uigens in Meridie, ponderosum, duorum negociorũ, terreum, melancholicum, impar, septentrionale, honestum, pulchrum, largum, facile, directum, nocturnum, falsidicum, debileq́, domus ☿, occasus ♃, altitudo ☿ circa partem quintamdecimam, deiectio ♀ circa partem uicesimamseptimam, trigonum per diem ♀, per noctem ☽. Positum est autem hoc signum in uento Australi. Significat quoq; saporem stypticũ: colorem album, purpureum, & leucotheum, animalia rationalia, & aues, clima quintum, loca omnia culta, & florentia. Viros sapientes, industrios, & ioculatores, ac omnes uentris ægritudines, & passiones.

♎ ♎ signum est in cœlo masculinum, mobile, semicorporeum, rationale, domesticũ, bipes, pulchræ uocis, paucorum filiorum, uigens in occidente, medium inter leue & ponderosum, aëreum sanguineum, unius negocii, par, Meridionale, æquinoctiale, directũ, diurnum, forte, ueridicumq́, domus ♀, occasus ♂, altitudo ♄ circa partes xx, deiectio ☉ circa partes xix, trigonum per diem ♄, per noctem ☿. Positum est autem hoc signum in uento Subsolano. Significat quoq; saporem dulcem, colorem uiridem, & leucotheum, animalia uolitantia, & magna præcipue, clima quintum, loca omnia in montium cacumine, seminata, & culta. Mercatores quoq;, ac iudices, diuinos etiam, & obsequiosos homines, & omnes renum, ac uertebrarum ægritudines.

♏ ♏ signum est in cœlo fœmininum, fixum, unicorporeum, irrationale, syluestre, multipes, multorum filiorum, uoce carens, uigens in Septentrione, aqueum, flegmaticum, unius negocii, impar, Meridionale, directum, nocturnum, ponderosum, falsidicum, debileq́, domus ♂, occasus ♀, deiectio ☽ circa partes tres, trigonum per diem ♀, per noctẽ ♂. Positum est autem hoc signum in uento Aphrico. Significat quoq; saporem salsum, & insipidum, colorem uiridem, rubrum, ac leucotheum: animalia reptilia, & uenenosa, marina similiter, & aquea: clima tertium: loca quandoq; cepurica, & hortensia, quandoq; uero fœtida & deserta, medicos quoq; sed fictos, & indoctos, ac mediocres homines, & omnes inguinum ægritudines.

♐ ♐ signum est in cœlo masculinum, cõmune, bicorporeum, cuius prima pars rationalis, altera irrationalis est, pulchræ uocis, quadrupes, libidinosum, paucorum filiorum, uigens in Oriente, sed pars eius secunda, diminutæ uocis est, leue, igneum, cholericum, forte, duorum negociorum, par, Meridionale, directum, diurnum, ueridicum, domesticum partim, partim syluestre, domus ♃, occasus ☿, trigonum per diem ☉, per noctem ♃. Positum est autem hoc signum in uento Aquilone. Significat quoq; saporem amarum, colorem rubrum, uel croceum, animalia rationalia, equos etiam, aues, & serpentes: clima secundum, loca omnia irrigua, montes, & hortos, & quicquid in se aliquid amœnitatis continet: Iudices demum, dei cultores, misericordes homines, somniorum interpretes. uatésq;, & omnes femorum ægritudines.

♑ ♑ signum est in cœlo fœmininum, mobile, semicorporeum, irrationale, quadrupes, domesticum, uitiosum, paucorum filiorum, castum, diminutæ uocis, obliquum, terreum, melancholicum, uigens in Meridie, ponderosum, unius negocii, impar, Meridionale, solstitiale, facile, nocturnum, falsidicum, debileq́, domus ♄, occusus ☽, altitudo ♂, circa partes xxviii, deiectio ♃ cica partes xv, trigonum per diem ♀, per noctem ☽. Positum autem est hoc signum in uento Australi, significat quoq; saporem amarum, & stypticũ, colorem nigrum, uel leucotheum, animalia quadrupedia, & partem aquaticorum: clima primum, loca hortensia, & irrigua, fontésq;, ac flumina, necnõ & pascua, animaliũ præsepia, obscuræ quoque gentis domicilia. Homines uero rudes, ac uiles, sed profundi quosdam ingenii, & melancholicos, ac omnes geniculorũ ægritudines, & passiones.

♒ ♒ signum est in cœlo masculinum, fixum, unicorporeum, rationale, bipes, pulchræ uocis, paucorum filiorum, uigens in Occidẽte, medium inter leue, & ponderosum, par, unius negocii, Meridionale, obliquum, diurnũ ueridicum, forte, aëreũ, sanguineumq;

domus

domus ♄, occasus ☉, trigonum per diem ♄, per noctem ☿, positum est autē hoc signū in uento Subsolano, significat quoq; saporem dulcem, colorem uiridem, citrinū, & leucotheum, animalia rationalia, & aërea. Clima quartum, loca fluentia, atq; irrigua, fontes, maria, lacus, montésq;. Principes quoq; callidos, dolosos, uersipelles, uates demū, magos, sophistas, nuncios etiā & tabellarios, siue cursores, & qui principum negocia nuncient, ac omnes tibiarum molestas ægritudines, & passiones.

♓ sunt in cœlo signum fœ. duplex, humidum, aquosum, biforme, fœcundum, squamosum, maculosum, incuruum, mutum, commune. Sed unus ♓ ad Austrum fertur, alter ad Aquilonem. Est autē domus ♃, occasus ☿, trigonū per diem ♀, per noctem ♂, altitudo ♀ circa partem xxvii, deiectio ☿ circa partem decimam quintam. Positum est autem hoc signum in uento Aphrico. Clima septimum loca ruinosa & humida, piscatores etiā & nautas, & omnes pedum ægritudines. ♓

SIGNORVM ORTVS SECVNDVM DIVERSA CLIMATA CAP. XIII.



Xplicatis signorum generibus ac formis, & natura eorum diligenti ratione perscripta, sicut nobis prudentissimis Græcorum magisteriis traditum est, illud sequenti loco debemus ostendere, quoto anno unumquodq; signum in genituris oriatur. Hoc autē quò proficiat, breui definitione monstramus. Oriuntur autem uariis temporibus ac diebus, & secundū climata. Vnde quæ signa, in quibus climatis, & quo tēpore oriātur, hac ratione monstramus *Clima primū & secundum.*

In climate primo, hoc est Aethiopiæ, atq; in climate secūdo, quod Babylonis est, in cæterisq; omnibus regionibus, quæ his climatis subiacent, hoc temporis cursu oriuntur signa. ♈ oritur anno xx, ♉ uicesimo quarto, ♊ uicesimo octauo, ♋ tricesimosecūdo, ♌ tricesimo sexto, ♍ quadragesimo, ♎ similiter quadragesimo, ♏ tricesimo sexto, ♐ tricesimo secundo, ♑ uicesimo octauo, ♒ uicesimo quarto, ♓ uicesimo similiter anno. *Tertium.*

In climate quod est per Alex. cæterisq; regiones, quæ huic climati subiacēt, oritur ♈ anno decimonono, ♉ uicesimo tertio, ♊ uicesimo septimo, ♋ tricesimosecundo, ♌ tricesimo sexto, ♍ quadragesimo, ♎ quadragesimo, ♏ tricesimo sexto, ♐ xxxii, ♑ xxvii, ♒ xxiii, ♓ xix similiter anno. *Quartum.*

In climate uero Athenarum, cæterisq; regionibus quæ huic climati subiacent, oritur ♈ anno decimo octauo, ♉ uicesimo tertio, ♊ uicesimo septimo, ♋ tricesimo secūdo, ♌ tricesimo sexto, ♍ quadragesimo primo, ♎ xxxxi, ♏ tricesimo sexto, ♐ tricesimo secundo, ♑ uicesimo septimo, ♒ uicesimo tertio, ♓ decimo octauo similiter anno. *Quintum.*

In climate Vrbis, aureísq; regionibus, quæ huic climati subiacent, ♈ oritur anno decimo septimo, ♉ uicesimo secundo, ♊ uicesimo septimo, ♋ tricesimo secundo, ♌ tricesimoseptimo, ♍ quadragesimo secundo, ♎ similiter quadragesimo secūdo, ♏ tricesimo septimo, ♐ tricesimo secūdo, ♑ uicesimo septimo, ♒ uicesimo secūdo, ♓ decimoseptiō. *Sextum.*

In climate uero Hellesponti, cæterisq; regionibus, quæ huic climati subiacent, oritur ♈ anno decimo sexto, ♉ uicesimo secundo, ♊ uicesimoseptimo, ♋ tricesimosecundo, ♌ tricesimoseptimo, ♍ quadragesimosecundo, ♎ similiter quadragesimo secundo, ♍ tricesimoseptimo, ♐ tricesimo secundo, ♑ uicesimoseptimo, ♒ xxii, ♓ uero xvi anno. *Septimum.*

In climate Septentriōis, cæterisq; regionibus, quæ huic climati subiacent, ♈ oritur anno 15, ♉ 21, ♊ 29, ♋ 32, ♌ 37, ♍ 41, ♎ similiter 41, ♏ 31, ♐ 33, ♑ 27, ♒ 21, ♓ 15 similiter anno. Hi sunt signorum ortus, quibus stellæ singulæ ad sui efficaciam promouentur.

SIGNORVM VENTIS SVBIECTIONES. CAP. XIIII.

ILlud etiam nos scire conuenit, quæ signa, quibus sint subiecta uentis: hæc enim nobis scientia, maxime in apotelesmatis, necessaria est. Aquiloni subiacēt signa ♈, ♌, ♐. Austro ♉, ♍, ♑. Apeliotæ, quem nos Subsolanum dicimus ♊, ♎, ♒. Aphrico uero, qui à Græcis λίψ dicitur, ♋, ♏, ♓.

Ἀναφοραὶ καιρικοὶ aliter ab alijs traduntur. Proinde ne mirere lector ſi ab huius traditione hic uariant autores uid. Geor. Val. lib. 4. Aſtrol. ca. 62.

SEPTEM CLIMATA.								
S.	1	2	3	4	5	6	7	Venti
♈	20	20	19	18	17	16	15	Aqui.
♉	24	24	23	23	22	22	21	Auſt.
♊	28	28	27	27	27	27	27	Sub.
♋	32	32	32	32	32	32	32	Aph.
♌	36	36	36	36	37	37	37	Aqui.
♍	40	40	40	41	42	42	41	Auſt.
♎	40	40	40	41	42	42	41	Sub.
♏	36	36	36	36	37	37	37	Aph.
♐	32	32	32	32	32	32	32	Aqui.
♑	28	28	27	27	27	27	27	Auſt.
♒	24	24	23	23	22	22	21	Sub.
♓	20	20	19	18	17	16	15	Aph.

Sic hodie habent ἀναφοραὶ καιρικοί.

CLIMATA

	1		2		3		4		5		6		7		8		
	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	VENTI
♈	24	27	22	40	21	4	19	24	17	43	16	10	14	36	13	4	Aquilo
♉	27	6	25	40	24	18	22	54	21	26	20	3	18	37	17	10	Aufter
♊	31	6	30	28	29	54	29	17	28	38	28	1	27	20	26	37	Subfola-nus
♋	33	20	33	56	34	30	35	7	35	46	36	25	37	4	38	3	Aphricus.
♌	32	41	34	8	35	30	36	54	38	22	39	45	41	11	42	22	Aquilo
♍	31	20	33	8	54	44	36	24	38	5	39	38	41	12	42	44	Aufter
♎	31	20	33	8	54	44	36	24	38	5	39	38	41	12	42	44	Subfola nus.
♏	32	41	34	8	35	30	36	54	38	22	39	45	41	11	42	22	Aphricus
♐	33	20	33	56	34	30	35	7	35	46	36	23	37	4	38	3	Aquilo
♑	31	6	30	28	29	54	29	17	28	38	28	1	27	20	26	37	Aufter
♒	27	6	25	40	24	18	22	54	21	26	20	3	18	37	17	10	Subfola nus
♓	24	27	22	40	21	4	19	24	17	43	16	10	14	36	13	4	Aphricus

Duodecatemoria. CAP. XV.


Vnc duodecatemoria qua ratione perquiras, breuiter ostendam. Quidam enim ex iis putant totam se posse genituræ substantiã inuenire, et quicqud in decreto celatur, ex duodecatemoriis posse prodi, significant. Quid autem sint duodecatemoria, hoc docetur exemplo. Cuius stellæ uolueris duodecatemorion quærere, partem eius duodecies computes, & quantæ fuerint, diuidas, eásque 30 signis singulis reddas, ab ipso signo incipiens, in quo stella est, cuius duodecatemorion quærit, & in quocunque signo ultimus numerus uenerit, ipse tibi partẽ duodecatemorii ostendet. Sed ut manifestius intelligias etiam exemplũ huius rei dicemus. Pone ☉ in ♈ esse p. 5, & mi. 5, duodecies 5 faciũt p. 60. Itẽ duodecies 5 mi. faciũt similiter 60, quę 60 mi. unã faciunt p. ac per hoc fiunt p. 61. ex quibus da ♈, in quo ☉ esse diximus, 30, & ♉ 30, in uenitur ☉ duodecatemorion in p. prima ♊. Quære itaque ne ☽ plena, per diem in fines ♂ duodecatemorion mittat, néue minuta, hoc est deficiens, in Saturni, aut ne ♂ in occasu, aut ne ♀ in Martis, & ♂ in ♀, & à finibus, & decanis, ac cõditionibus, ut prosint uel noceant, accipiant potestatem. Deficit enim ♃ benignitas, cum infirmitate signi, uel partium, uel decani, uel conditionis immutatione, benignitas eius fuerit impedita. Sed
♄ & malitia ♄ fortius crescit, cum ex loci qualitate, uel finiũ, uel decani, uel signi, uel ex horum omnium conditione prouocata fortiorem ad nocendum acceperit potestatem. Simili modo etiam cæteræ stellæ. Vnum tamen sciendum est, quod licet beneuola sit ♃ stella, nihilominus contra impugnationem ♂ et ♄, si eam uiolenta radiatione constringãt, resistere sola non possit. Essent tamen immortales homines, si nunquam in genituris suis ♃ benignitas uinceretur, sed quia sic artifex deus hominem fecit, ut substantia eius, trãsacto certo uitæ spacio, solueretur, necessum fuit, ut retento ♃, per quem uita confertur hominibus, ac salutare præsidium, in extinguendo homine, maleuolarum stellarum malitiosa, ac perniciosa potestas, cum augmẽto malitiæ permaneret, ut maleuolis radiationibus impugnata, compago corporis solueretur.

Iouis stellæ mira benignitas.

CIRCA HOROSCOPVM CONSYDERANDA CAPVT XVI.

Vnc ad expositionem cardinum, locorúmque omnium transferatur intentio, nam cum hæc omnia à nobis fuerint diligenter inuenta, debemus deinceps decreta singula hominis, per quę omnis uitæ eius substantia diuiditur, inuenire, sed interim platice, nam paulo post, cum ad libros apotelesmatũ uenerimus, partiliter ostendemus rationem, qua possint loca singula, secretis inquisitionibus colligi. Debet enim is, qui instituitur, primũ platice institui, ut his apertioribus, leuioribúsque compositus atque formatus, secretiora deinceps genituræ cõfidentius consequatur. Cũ enim locus ipse partiliter fuerit inuentus, consyderandũ est, qualis sit, in quo signo, & in cuius sit finibus, & quæ illi stellæ, quatenus testimonium perhibeant. Illud etiam maxime cõsyderandum est, dominus loci ipsius signi, quo in loco sit positus, uel in quali signo, uel in quibus finibus sit, quæ res diligentissime requirẽda est, & an beneuolarum stellarum testimoniis adornetur, an uero maleuolarum impugnatione pulsetur. Nunc ad platicem, locorúmque definitionem reuertamur, ut sic ordinem cardinum, cæterorúmque locorum, explicare possimus.

CARDINES, EORVMQVE SVCCEDENTES CAP. XVII.


E octo locis solicite legendũ, definitio igitur octo locorũ hæc est. Platicæ uitæ locus est in eo signo, in quo est horoscopus cõstitutus: pecuniæ uel spei, in secundo ab horosc. signum fratrum, in tertio: parentum, in quarto: filiorum, in quinto: ualetudinis, in sexto: coniugis, in septimo: mortis, in octauo, quæ omnia initium ab horoscopo facientes, hac nominum definitione monstrauimus, uitæ, spei, fratrum, parentum, filiorum, ualetudinis, coniugis, mortis.

Sed

Sed hæc, sicut superius diximus, platice, ad informanda initia discentis, dixisse sufficiant. Postea uero, quatenus hæc loca, subtili partium definitione monstrantur, explicare curabimus. Sane illud scire debes, quod ea, quæ in uirorum genituris dicimus, hæc eadem & in mulierum genituris operantur, illud scientes, quod uxorem ♀, Maritum ♂ sidus ostendit. *Quæ de uiris dicuntur eadē de mulieribus intelligenda.*

GENITVRAE CARDINES CAP. XVIII.

IN genituris cardines sunt quatuor, ortus, occasus MC, IMC, quæ loca à Græcis solēt appellari nominibus his, ἀνατολὴ, δύσις, μεσουράνια, ὑπόγειον. *Quatuor cardines.* Ortus est pars horoscopi, quæ in omnis genituræ tempore ab orientali parte primū emergit, ac per 30 deinceps partes educitur, quæ à Græcis ἀνατολὴ appellatur. *Ortus.* Occasus autem est pars cœli, in 7 ab horosc. loco partiliter posita, quæ à Græcis διάμετρον δυτικὸν dicitē, quod (ut facilius intelligas) à parte horosc. computa, per cætera signa p. 180, & in quocūq; signo 181 p. fuerit inuēta, in ipso signo, uel p. geniture constituatur occasus. *Occasus.* Medium uero cœlum est, ab horoscopo decimum signum, sed interdum medium cœli etiam in xi ab horoscopo signo, partiliter inuenitur, quod ut manifestius intelligas, à parte horoscopi computa, per cætera signa, quæ sequūtur p. cclxx, & in quocunq; signo cclxxi pars fuerit inuenta, hæc MC sortita est, quod à Græcis μεσουράνια dicitur. *MC.* Imum uero cœlum, quod à Græcis ὑπόγειον dicitur, in quarto ab horoscopo constituitur loco, quod ut facilius intelligas, computa à parte horoscopi per ordinem lxxxx p. & ubi lxxxxi p. ceciderit, illic IMC locus ponitur. Hi sunt genituarum ac decretorum quatuor cardines, quos diligenti semper debemus ratione colligere, ut omnē substantiam fati, uerissimis pronunciationibus explicemus. *IMC.*

QVATVOR LOCA SECVNDA CAP. XIX.

POst hos quatuor cardines, hoc est, post ortum, occasum, MC, IMC, alia sunt in genituris quatuor loca, quæ sequentem, & secundam habent potestatem, id est dea, deus, bona fortuna, & bonus dæmon, quæ à Græcis hactenus nominantur, θεὰ, θεὸς, ἀγαθὴ τύχη, ἀγαθοδαίμων. Dea est tertius ab horoscopo locus, id est, tertium ab horosc. signum, hic locus à Græcis, sicut diximus, θεὰ dicitur. Deus uero illud signum est, quod cōtra hoc signum in diametro fuerit constitutum, id est, nonum ab horosc. signū, hic locus à Græcis θεὸς dicitur. Bona fortuna, in quinto ab horosc. signo collocatur, qui locus à Græcis ἀγαθὴ τύχη dicitur. Bonus uero dæmon, in diametro huius signi collocatur, id est, in xi ab horosc. loco, hic locus à Græcis ἀγαθοδαίμων dicitur.

PIGRA DEIECTAQVE FIGVRAE LOCA CAP. XX.

REsidua quatuor loca pigra, & deiecta esse dicuntur, ob hoc, quod nulla cū horoscopo societate iungantur. Est autem ex his residuis quatuor locis, primus qui in secūdo, ab horoscopo signo constituitur, qui locus, inferna porta dicitur, uel ἀναφορὰ, in diametro huius signi, qui locus fuerit, id est, in octauo ab horosc. signo, ἐπικαταφορὰ appellatur, uel superna porta. Nouissima uero loca sunt, malæ fortunæ, & mali dæmonis. Et mala fortuna, in sexto ab horoscopo signo constituitur. Malus uero dæmon in xii ab horoscopo signo ponitur. Sed malam fortunam Græci κακὴν τύχην dicunt, malum uero dæmonem, id est, locum in xii ab horoscopo signo, Græci κακοδαίμονα uocant.

LOCORVM FIGVRAE ORDINES CAP. XXI.

NVnc scire debemus ex his duodecim locis, quæ præcedant, quæ'ue sequantur, id est, quæ loca prima sint, quæ'ue secunda, ut omnia diligenti possimus ratione colligere. Horosc. præcedet occasum, MC, IMC præponitur xi locus, id est bonus dæmon, bonæ fortunæ præfertur, ix, id est, deus iii

loco,id est,deæ præponitur ἐπικαταφορά,id est,viii ab horosc.locus,anaphoræ præponit̃ mala fortuna,id est vi ab horosc.locus,malo dæmoni,id est xii ab horosc.loco præponitur.Scienda sunt aũt hæc omnia,ut cum ad apotelesmata uenerimus,cũcta miscentes,& temperãtes,sentẽtias nostras fideli ueritatis tõne firmemus.

LOCORVM XII POTESTATES CAP. XXII.

Locus primus  Nunc xii locorũ specialiter significationes explicare debemus,ab horosc.incipientes,ut expositis per ordinem omnibus,confusionis obscuritas luminetur,& apertius sequentia cognoscantur.

Primus est locus,id est illa pars,in qua horosc.est constitutus,in hoc loco,uita hominum,& spiritus continet̃,ex hoc loco totius genituræ fundamenta noscuntur. Hic locus ab ea parte,in qua fuerit horosc.uires suas per residuas pars 30 extendit.Est autẽ cardo primus,& totius genituræ compago,atque substantia,quæ reliquis aditum præbet.

II Secundus ab horosc.locus,in secundo loco constituitur,& accipit initium à 30 horosc. p.& uires suas per 30 residuas p.extendit. Ex hoc signo spei,ac possessionis incrementa noscunt̃,est autẽ piger locus,ab horosc.alienus, ideo & inferna appellatur porta,quod nulla cum horosc.radiatione coniungitur, nec aliquo miscetur aspectu.

III Tertius locus est,qui in tertio ab horosc.signo constituit̃,qui à 60 ab horosc.p.initiũ accipiens,in 90 desinit.Ex hoc loco,de fratribus,& amicis cuncta dicemus. Huic loco dea nomen est.Est autem peregrinantis locus hic primus,cum horosc. tenui societate coniungitur,respicere enim horosc.de hexagono uidetur.

IIII Quartus ab horosc.locus,id est,imũ cœlũ,in quarto ab horosc.constituit̃ signo,cuius initiũ à p.90 profectũ usq; ad p.cxx peruenit,hic locus ostẽdit nobis parẽtes,patrimoniũ, substantiã,fundamẽta,mobilia,& quicquid ad latentes,uel repositas patrimonii pertinet facultates.Est autem hic genituræ cardo,imum cœlum autem ideo dicitur,quod in diametro MC constituitur.Sed hic locus,cum horosc.maxima societate coniungitur, quia de quadrato horosc.respicit,& per quadratũ ab horosc.uidet̃ aspectũ,ut patet inuestigãti.

V Quintus ab horosc.locus,in quinto ab horosc.signo cõstituitur,quia à cxx ab horosc. p.initiũ accipiens,usq; ad cl p.extenditur.Ex hoc loco filiorũ numerus,& generis æqualitas inuenit̃.Appellatur aũt bona fortuna,quia locus est ♀.Sed & hic locus, cum horosc. maxima societate coniungitur,& interdum in diametro huius signi MC pars constituitur,ideo autem cum horosc.maxima coniunctione sociatur,quia de trigono ab horosc. uidetur,eiúsq; radios capit.

VI Sextus locus in sexto ab horosc.signo constituit̃,qui à cl p.horosc.initiũ accipiens usq; ad 180 extendit̃.In hoc signo causam uitii, ac ualetudinis inueniemus,q locus mala fortuna appellatur,ob hoc,qui locus est ♂.Est autem etiam hic locus piger,quia nulla cum horosc.societate cõiungitur,sed interdum loci ipsius malitia subleuatur,si in eo loco stella collocata,aliæ stellæ in decimo ab horosc.loco inuentæ,prospera fuerit radiatione coniuncta,quæ illam iuuet.

VII Septimus locus,in septimo ab horosc.signo constituitur,quia à 180 p.profectus,usq; ad 210 extenditur,& illic desinit.Est autem initiũ eius in 180 p.cõstitutum. In hoc loco,alius est cardo genituræ,appellat̃ autem occasus à nobis,à Græcis uero,sicut superius diximus, δύσις,qui cardo est contra horosc.cardinem positus.Ex hoc loco qualitatem,& quantitem quæramus nuptiarum,sed & hic locus uiolenta cum horosc.societate coniungitur, & diametro ab horosc.uidetur.

VIII Octauus locus,in 8 ab horosc.signo constituitur,quia à 210 p.ab horosc.profectus usq; ad 240 p.extenditur & illic desinit.Hic locus ἐπικαταφορὰ dicit̃. Est aũt piger locus,quia nec ipse aliqua cũ horosc.societate cõiungit̃.Ex hoc loco,mortis q̃litas inuenit̃.Scire autẽ nos cõuenit,quod nulla in hoc loco gaudeat stella,nisi sola ☽,sed in nocturnis solũmodo genituris,nã si in hoc loco,in nocturna genitura,crescẽs ☽ fuerit inuenta,& eã sic positã,sine societate,uel radiatiõe maleuolarũ stellarũ, ♃ hexagono,uel trigono respexerit in

domo

domo sua, aut in domo ♀, aut in domo ☿ constitutam, aut in domo ♃, aut in finibus earum, quas diximus stellarum, maximas decernit facultates, & ultra modum diuitias, & magnificas potestatum glorias, & nobilitatis ornamenta perspicua pollicetur.

Nonus locus, in 9 ab horosc. signo constituitur, cuius mensura à 240 profecta, usque ad 270 p. extenditur. Est autem diei ac ☉ locus. In hoc loco hominũ sectas inuenimus: est autem de religionibus, & peregrinationibus, & hic locus cum horosc. maxima radiatione coniungitur, de trigono enim ab horoscopo uidetur, eiúsq; radios suscipit. IX

Decimus locus, in X ab horosc. signo constituitur, quia à 270 p. initium accipiens, usq; ad 300 p. extenditur, & illic desinit, sed hic locus principalis est, & omnium cardinum potestate sublimior, hic locus à nobis M C, à Græcis uero μεσουράνημα appellatᵣ, est enim in media parte totius mũdi constitutus. In hoc loco, uitam, spiritus, actus etiam omnes, patriam, domicilium, totámq; conuersationem inuenimus, artes etiam, & quicquid nobis artium suffragio confertur. Ex hoc loco animi uitia, facili ratione perspicimus: huius loci potestas, cum horosco. societate coniungitur, quoniã de quadrato ab horosc. uidetᵣ. X

Vndecimus locus, in XI ab horosc. signo constituitur, qui locus à 300 p. profectus, usq; ad 330 p. constituitur, appellatur autem hic locus à nobis, bonus dæmon, uel bonus genius, à Græcis uero ἀγαθὸς δαίμων. In hoc loco M C frequenter partiliter inuenitur, est autẽ locus ♃, & cum horosc. non parua societate coniungitur, de Hexagono enim horosc. uidet, & de Hexagono ab horosc. uidetur, eiúsq; radios capit. XI

Duodecimus locus, in 12 ab horosc. constituitur signo, qui à 330 p. profectus, usque ad 360 p. constituitur, hic locus à Græcis κακοδαίμων appellatur, à nobis autem malus dæmon. Ex hoc loco, inimicorum qualitas, & seruorum substantia, facili nobis significatione monstratur, uitia etiam in hoc loco, & ægritudines inuenimus. Sed & hic piger locus est, quia nulla cum horosc. societate coniungitur: est autem locus ♄. Sanè patrem, & in uiri, & mulieris genitura ♄ ostendit, matrem ☽, uxorem ♀, ♂ uero maritum. XII

LOCORVM XII NOMINA APOTELESMATAQVE CAP. XXIII.



NVNC quia 12 locorum qualitates, nomina substantiámq; diximus, breui debemus hæc eadem loca significatione monstrare. Initium itaq; sit nobis horosc. cuius principium loca cætera subsequuntur. His itaq; nominibus loca hæc appellari conueniet. Vita, spes, dea uel fratres, parentes, filii, ualitudo, cõiunx, mors, religio uel deus, M C, bonus dæmõ, malus dęmon. Per hęc noĩa, & per hæc loca, totius genituræ substantia quærit̃, quæ cũ diligenter inspexeris, animóq; conceperis, omniáq; cum ista societate cõiunxeris, animaduerte, quæ stellę loca ipsa possideant, conditiones etiã diurnarũ stellarũ ac nocturnarũ diligenter inspicies. Sed & qualia singulis locis beneuolæ stellæ testimonia perhibeãt, quæ uero loca, maleuolæ stellę radiatione percutiant, quemcũq; enim locum beneuolæ stellæ respexerint uel in eodem loco constitutæ, uel de trigono, uel de hexagono omnia quæ quærenda diximus, feliciter proueniunt Si uero sine testimonio beneuolarum stellarum, solæ maleuolæ stellæ, uel ibidem constitutæ, uel de quadrato, uel de diametro, hæc eadẽ infecerint loca, pro qualitate uniuscuiusq; loci, omnia quæ in superiori orationis nostræ parte tetigimus, ac diximus, in singulis locis uidere debere, crebris infortuniorũ calamitatibus cumulãt. Si uero & beneuolæ, & maleuolæ stellæ, pari radiatione respexerint, & felicitas minuit̃, & infortuniũ mitigat̃, & tota loci substãtia, mediocri æqualitatis ratiõe cõponit̃, ut à maleuolis nocentibus, beneuolarũ stellarũ salutari præsidio liberent̃. Inspice etiã, quę stella, in quo loco cõstituta, cuius stellæ domiciliũ, uel fines possideat, & si in aliena domo fuerit cõstituta, inspice dominũ ipsius, quẽ locũ geniturę possideat, & an in primis cardinibus sit geniturę, an uero in secũdis locis, an in pigris, & in altitudine sua, an in deiectiõe, et an in qbus gaudeat signis, an in qb⁹ naturali quodã dolore tristet̃. Si eni domin⁹ signi bene

Stellæ beneuolæ.

Maleuolæ.

Mixtæ

Stellæ locus cõsiderandus

fuerit

fuerit collocatus, felicitatis ipsius partē, etiam illa stella, de qua quærimus, ex hospitis gaudio mutuatur. Si uero dominus ipsius signi aliqua sit ratione deiectus, etiam illa stella, de qua quærimus, licet sit in opportunis genituræ locis posita, & ad præstādum aliquid, facili sit ratione firmata, ex deiectione illius stellæ, quæ signi domina est, participatis deiectionibus impedit, & ex nostris actibus facili potes ratione colligere. Si cuius enim amici tui, uel hospitis, domicilium, aut domum, hospitii gratia fueris ingressus, et dominus domus felicibus subleuetur augmentis, etiam tu particeps felicitatis existes, lætitiæ enim gaudium, hospitis tui felicitatibus mutuaris. Si uero hospes tuus misero sit squallore deformis, & deiectis infortuniorum casibus implicatus, etiam & te, participata doloris, atq; infortunii tormenta conficiunt. Sic & stellas, signorum domini, cum bene fuerint collocati, subleuant, & ad status sui conditionem, habitatorē, atq; hospitem domus suæ, cum æquata societatis ratione cōponunt, & ad sui licentiā, formant hospitis potestatem.

Genitura obseruanda. Quære etiam, si diurna genitura est, quatenus stellæ, quæ diurnis genituris gaudent, positæ sint, & quatenus, quæ nocent diurnis. Si enim stellæ, quæ per diem gaudent, in diurna genitura, principales possederint locos, & in primis cardinibus fuerint inuentæ, maxima felicitatis incrementa decernunt. Si uero stellæ, quas per noctem gaudere diximus, in diurna genitura, principalia loca, uel primos genituræ possiderint cardines, infinita infortunia, continuatis calamitatibus indicant. Hoc & in nocturnis genituris obseruare debemus, sed immutato ordine potestatis, nam si in nocturna genitura, stellæ, aut super cœlestium imaginum formæ, quas diximus gaudere per noctem, principalia loca, uel primos genituræ possederint cardines: simili modo maxima felicitatis augumenta decernunt, si uero in nocturnis genituris, quas diximus diurna conuersatione gaudere, principalia loca, uel primos genituræ possederint cardines, totum felicitatis ornatum, caducis faciunt miseriarum casibus implicari. Hæc omnia, si diligenti ratione fuerint collecta, & *Matheseos usus.* si beneuolarum stellarum, maleuolarumq; mixturas, locorum uim, & signorū, & partium potestates, æquata coniunctionis comparatione sociaueris, totum hominem, à primo usq; ad nouissimum diem, & omnem eius uitam, ac spem, fratres etiam, parentésq;, & filios, ualitudinem, coniugem, mortem, sectam, actus, honores, peregrinationes, domicilium, fundamenta, substantiam, amicorum, ac inimicorum accusationes, periculáq; facili definitionis explicatione designabis. Hæc in hoc institutionis libro, sufficienter interim diximus, uerum cum ad apotelesmata uenerimus, omnia primum platice, dein de subtili interpretatione dicemus, cuncta facili designatione monstrantes, ne pronunciandi scientiam, aliqua trepidatio dubitationis impediat.

Geniturarum qualitates, quæ scilicet nobiles, quæúe mediocres nuncupentur. CAP. XXIIII.

ILlud etiam nos scire conuenit, quod mediocris est genitura, quæ unam stellam præter ☉ & ☽ in domicilio suo constitutam, in principalibus genituræ locis, habuerit collocatam. Mediis etiā felicitatibus subleuatur, qui duas stellas in domiciliis suis, in opportunis genituræ locis, habuerit positas. Vltra modum felix, ac potens erit, qui tres habuerit. Prope autem deorum accedet felicitatē, qui quatuor stellas, in domiciliis suis habuerit constitutas, ultra hunc numerum, humani generis substantia nō patitur. Qui uero nullam stellam, in domicilio suo habuerit constitutam, ignotus, ignobilis, & miseris erit semper actibus implicatus.

STELLARVM ASPECTVS OMNES. CAP. XXV.




Tiam imprimis illud docere debemus, quid sit diametrum, quid trigonum, quid quadratū, quid hexagonū, quid abiectū, qd sit etiā trigonū dextrū, qd sinistrū, quod hexagonū dextrū, quod sinistrū. *Diametrum.* Diametrū est arietis ♎, et libræ ♈, ♉ diametrū est ♏ & ♏ ♉, et cętera oīa signa simili modo. Sed ut nō solum oculis hoc, sed & cōputatione inuenias, breui docemus exemplo.

exemplo. A ſigno ad aliud ſignum, ſeptimum quod fuerit, hoc eſt, diametrum. Sed hæc ſemper maligna radiatio eſt, ac minax. Trigonum eſt à quo initiamus, ſignum quintũ, quod hoc docetur exemplo, ab ♈ uſq; ad ♌ trigonum eſt, & ſimiliter à ♉ uſq; ad ♍, & ſic per omnia ſigna, quodcunq; in ſigno 5 fuerit, hoc eſt trigonũ. Scire etiam debemus, quid ſit dextrum trigonum, quid ſiniſtrum, Dextrum eſt, quod ab eo ſigno, à quo incipimus, retro eſt: ſiniſtrum uero, quod ante, utputa ♈ dextrum trigonum eſt ♐, ſiniſtrum uero ♌, & ſimili modo, ♌ dextrum trigonum eſt ♈, ſiniſtrum uero ♐. Sagittarii uero ♌ dextrum trigonum eſt, ♈ uero ſiniſtrum: ſic & in cæteris omnibus ſignis, trigona quærens: & hæc eſt proſpera felixq; radiatio. *Trigonum. Trigonũ dextrum, & ſiniſtrum.*

Quadratum eſt, ab eo ſigno à quo inchoamus, quod quartum fuerit ſignum, quod hoc docetur exemplo, ♈ quadratum eſt ſignũ ♋, & ♋ ♎, & ♎ ♑, & ♑ ♈. Sed quod ſit quadratum dextrum, quod ſiniſtrum, ſimili ratione, ſicut in trigonis diximus, inuenies. Nam quodcunque retro fuerit, quadratum dextrum eſt, ut ♈ ♑, ſiniſtrum ♋, ſic & in cæteris omnibus quadratis quod retro fuerit, dextrũ eſt, quod autem ante, ſiniſtrum: & hæc minax eſt radiatio, & malitioſa poteſtate compoſita, ac inimicitiæ liuore plena. *Quadratum.*

Hexagona hoc idem ſunt, quod trigona, ſed minoris poteſtatis. Hexagonum eſt itaq;, ab eo ſigno à quo initiamus, tertium, utputa ♈ ſunt Hexagoni ♊: quod uero ſit Hexagonum dextrum, quod ſiniſtrum, ſicut cætera inuenies. Sed ne qua ſit controuerſia, etiam huius rei damus exempla. ♈ dextrum Hexagonum eſt ♒, ſiniſtrum uero ♊, ſic & in cæteris ſignis: quod retro fuerit, dextrũ eſt, & ſiniſtrum, quod ante: ſed Hexagona illa ſunt potiora, quæ habent in medio tropica, uel duplicia ſigna, inefficacia uero, quæ ſignis ſolis diuiduntur. *Hexagonum.*

Diametra, Trigona, Quadrata & Hexagona.



SIGNORVM INTER SE COGNATIO. CAPVT. XXVI.



QVAE ratio coniungat horoſc. trigona, quadrata, diametra, ac Hexagona, diximus radiatione, nunc illud breuiter explicandum eſt, cur quædã loca cum horoſc. monſtrauimus, radiationis ſocietate coniungi, quædam uero auerſa eſſe ab horoſc. & quodammodo aliena, quæ nõ immerito pigra diximus,

dimimus, hæc omnia enim explicare debemus, ut iste institutionis liber, plena Matheseos substantia muniat. Omnia signa inuicem sibi obligata iunguntur. Cur hoc dixerimus, breuiter addisce. Omnia signa triginta habere diximus p. si itaq; has 30 p. duodecies iunctas, unum feceris numerum, perficis 360 p. quæ per omnia xii signorũ corpora diuiduntur, unde omnia sibi signa, inuicem uicinitas coniunctionis associat. Quæcunq; itaq; integro p. numero iũcta 360 p. fecerint, ipsa sibi æqualitatis ac societatis radiatiõe iungunt. exagonũ diximus cũ horosc. & cum cæteris radiationibus societate cõiungi: quid sit autẽ Hexagonum, & ante diximus, & nunc partiliter intimamus. A' parte horos. quæcunq; 60 p. fuerit, ipsa Hexagonum latus demonstrat, si itaq; sexies 60 miscueris, integrum 360 parties numerum: qui itaq; integris sex partitionibus iunctis, omnes 360 p. numeros impleuerit, æquata societate coniungitur. Trigonum uero, id est quintus ab horosc. locus, et à cæteris, siue sit dextrum trigonum, siue sinistrum, maxima diximus cum horosc. uel cũ cęteris societate cõiungi: sed & hoc qua ratione fiat, breuiter explicemus. A' prima horosc. p. profecti, in 120 p. triplicauerimus, primum integrum 360 p. numerum complebimus, hac radiatione coniunctionis, iste locus horosc. coniungit, sed & omnia trigona hac sibi societatis raditione iunguntur. Quadratum quoq; cum horosc. diximus ualidissima radiationis societate coniungi: sed & huius coniunctionis rationem breuiter ostendam. A' p. horosc. prima profecti in 90 p. hunc locum constituimus, quadruplicata itaq; 90 p. integrum 360 p. numerum complemus. Vide quàm opportune quadratum, sit latus dignum, quia quadruplicatus 90 p. numerus omnem substantiam 360 p. complet, ideoq; quadratum nomen accepit, hæc q; in omnibus quadratis ratio est. Diametra diximus, cũ horosc. radiationis societate coniungi, sed & huius coniunctionis rationem explicabo. A' prima horosc. p. profecti, in 180 p. hũc locum cõstituimus, si itaq; 180 duplicauerimus, integrum numerum 360 p. faciemus, unde quia duo integri numeri, id est 180 bis iuncti integram 360 p. substantiam reddunt, maxima sibi hæc loca radiatione societatis iunguntur, hæc in omnibus diametris radiatio est. Quæ uero loca sunt ita posita, ut partes eorũ, nulla uel duplicatione, uel triplicatione, uel quadruplicatione integrũ 360 p. numerum perficiant, nulla cum horosc. nec alio signo, quod sic ceciderit societatis radiatione iunguntur, ac per hoc quodcũq; signum extra hunc numerum fuerit inuentum, pigrum, & abiectum dicitur.

Hexagonum *Trigonum* *Quadratum* *Diametrum*

SVPER HVMANO CORPORE SIGNORVM DOMINIA CAP. XXVII.



EXplicare debemus signa 12 quas partes humani corporis teneant, hoc enim & ad apotelesmata uehementissime proficit, præsertim cum locum ualetudinis, uel uitii uoluerimus inuenire. Caput hominis in signo ♈ est, ceruix in ♉, humeri in ♊, cor in ♋, pectus & stomachus in ♌, uenter in ♍, renes & uertebræ in ♎, natura in ♏, femora in ♐, genicula in ♑, tibiæ in ♒, pedes in ♓: & sic per hæc signa tota membra hominis diuiduntur.

SIGNORVM MEMBRA.

♈	Caput	♉	Ceruix	♊	Humeri
♋	Cor	♌	Pectus	♍	Venter
♎	Renes	♏	Inguina	♐	Femur
♑	Genua	♒	Tibiæ	♓	Pedes.

Vitæ

VITAE HVMANAE DATOR. CAP. XXVIII.



VNC illud explicare debemus, quę stella, quot annos, bene locata plures, male uero collocata, pauciores decernat. Cum datorem uitæ diligenter inspexeris, id est, dominum genituræ, & uideris, quo sit in loco positus, & in quali signo, & in quibus p. sed & dominus signi ipsius, in quo est uitæ dator cōstitutus, simili si ratione perspexeris, quo sit in loco, & in quo signo, & in quibus p. situs: luna quoq;, quatenus datorem uitæ, & beneuolæ stellæ respiciant, facile totius uitæ poteris definire substātiam. Nam si & ipse dator uitæ, bono in loco sit positus, & in bono signo, & in bonis p. integer annorum decernitur numerus, præsertim si datorem uitæ ♃ in diurna genitura, ♀ in nocturna, prospera radiatione sustentent. ♄ ♄
igitur si dator uitæ fuerit, & integrum decreuerit annorū numerum 57 annos decernit, si medie 42 mensésq; sex, si uero male decreuerit 30 annos, aut menses 20, aut dies 30 & horas 12 decernit. Si ♃ dator uitæ fuerit, & bene decreuerit 79 annos decernit, si medie 45. ♃
mēsésq; sex, si male, ānos 12, aut mēses xii, dies xii horas, xii dies 15. ♂, si dator uitę fuerit, et ♂
bene decreuerit 66 ānos decernit, si medie 40, & mēses sex, si male annos 15 aut mēses 15, horas xii. ☉ si bene decreuerit 120 annos decernit, si medie 69, & mēses sex, si male ānos 19, ☉
aut menses 19 dies 19, horas xii. ♀ si bene decreuerit, 82 annos decernit, si medie 45, & mēses 6, si male annos 8, aut menses 8, horas 12. ♀
☿ si bene decreuerit 76 annos decernit, si medie 48, & menses sex, si male, annos 20, aut menses 20, horas 12. ☿
☽ si bene decreuerit 108 annos decernit, si medie 66 & menses 6; si male annos 29, aut menses 29, dies 29, horas 12. ☽
Si itaq; dominus uitæ, uel dator uitæ, id est, dominus genituræ, in domo sua, uel in altitudine sua, uel in finibus suis fuerit, & conditionis suæ stellæ, bonum ei testimoniū perhibeant, id est, bona illum radiatione respiciant, & ipsæ stellæ, quæ testimonium perhibeant, bene sint positæ, maior annorum decernitur numerus, mediam uero ætatem tūc præcipue decernunt, si dator uitæ sit quidem in finibus suis uel in suis domiciliis, aut in ortu, uel dignitate sua, & maleuolis tamen sit radiationibus impeditus, uel in deiecto loco positus, aut nullius stellæ testimonio munitus.

CHRONOCRATOR. CAP. XXIX.



HRONOCRATOREM dixerunt Græci temporum dominum. Sed initium temporum, in diurnis genituris ☉ accipit, & cæteris diuidit, in nocturnis ☽, nec aliam rationem admittas, quia hæc ab omnibus probatur. Cum itaq; ☉ dominus temporū fuerit, tenet dominatum annos 10, menses 9. Simili modo & ☽ cum domina temporis fuerit, tenebit annos 10, menses 9. In diurna itaq; genitura, primū decennium ☉ accipit, secundum, qui in genitura per signorū cursum in secundo loco fuerit inuentus, tertium, qui post secundum fuerit, & simili modo cæteri. Quod ut manifestius intelligas, hoc docemus exēplo. Si in diurna genitura ☉ in ♈ fuerit inuentus, ipse erit decennii dominus, sic & in quocunque alio signo fuerit. Quicūq; itaq; in ♉ fuerit, ipse erit in secundo loco, qui post ♉ fuerit, ipse erit tertius, sic & in cæteris hoc modo. Et etiam in nocturnis genituris à ☽ inchoantes, faciemus. Sed quicunq; decennium sortitus fuerit, licet sit totius temporis dominus, omnibus tamen stellis, totā decennii substantiam diuidit, à se incipiens, & post se illis tradens, qui sunt per ordinem positi, ac primo illi trandens, quicunq; in themate secundus fuerit inuentus.

BIOCRATORVM OMNIA TEMP.

BLA.	BO.	ME.	MA.
♄	57	42	30
♃	79	45	12
♂	66	40	15
☉	120	69	19
♀	82	45	8
☿	76	48	20
☽	108	66	29

CHRONOCRATORVM TEMPORA.

PLA.	☉	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽	☽
MEN.	9	30	12	15	19	8	20	25	9
AN.	10								10

TEMPORVM DIVISIO. CAP. XXX.

QVanta autem sit temporum distributio, breuiter ostẽdemus. ☉ accipit menses 19, ☽ 25, ♄ 30, ♃ 12, ♂ 15, ♀ 8, ☿ 20. Quid aũt ista temporũ distributione fiat in libris apotelesmatũ dicemus, ostendẽtes, quid quæq; stella, suscipiens tẽpus ab alia stella decernat, omnia enim, quæ nobis proueniũt bona, uel mala, ista temporũ ratiõe colligimus: finis etiã uitæ sic inuenitur, & omnis genituræ substantia, & totum quod stellarũ ordo decreuerit. Annum aũt facillimis rationibus inuenimus, nam ab horosc. semper sumit exordium, & primus annus erit in quo est horosc. constitutus, secundus in secundo signo, tertius in tertio, & sic cæteri per ordinẽ. Alii in diurna genitura, à ☉ hoc idem faciũt in nocturna uero à ☽, & habet rationem.

ANNORVM PER DIES DIVISIO. CAP. XXXI.

DIes etiam totius anni stellis singulis diuiduntur. Quatenus autẽ diuidãtur, uel unde initium accipiant etiam hoc monstrare curabo, quando ægritudines, quando imbecillitates, quãdo lucra, quando dãna proueniãt, quãdo gaudia, quãdo dolores. Nã cũ beneuolæ stellæ dies acceperint, ab omni malo liberamur, cũ uero maleuolæ, tũc nos repentini infortuniorum casus impugnant. In quocunq; itaq; signo annus fuerit, eius signi dominus primos accipit dies, & post ipsum cęteri, prout sunt singuli in genituræ themate constituti. Quæ itaq; stella, quot dies sortiatur, hoc etiam docebo. ☉ dies habet quinquaginta tres, ☽ septuaginta unum, ♄ octuaginta quinq;, ♃ triginta, ♂ triginta sex, ♀ triginta tres, ☿ quinquaginta septem. In hoc dierum spatio omnia quæ nobis obueniũt, inuenire possumus: sed prius signorum, ac locorum qualitate perspecta, nam si bene collocata stella fuerit, & aut tẽpus, aut menses, aut dies acceperit, & sit beneuola, oĩa bona decernit. Si uero maleuola stella, tempus, aut menses, aut dies acceperit, & male sit collocata, infortunia pro locorum qualitate decernit. Omnia itaq; prudenti inquisitione pertractans, totam uerissimæ genituræ poteris explicare substantiam.

PROFECTIONIS DOMINI TEMPORA.

SIG.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
PLA.	♂	♀	☿	☽	☉	♀	☿	♂	♃	♄	♄	♃
DI.	36	33	57	71	53	57	33	36	30	85	85	30


ANTISCIORVM APOTELESMA. CAP. XXXII.



EX istis institutis omnibus, quia tractatum antisciorum pauloante distulimus, hunc locum nunc explicare debemus, ne quid à nobis in ista institutiõe, prætermissum uideatur. Antiscia, Græcorũ sunt nobis magisterio tradita, nolo enim aliquis suspicetur, quod nõ sit apud Græcos iste tractatus, nam si Ptholomæus nullam aliam rationẽ sequitur, nisi antisciorũ, & Antiochus, cum dicit, quod Libra Arietem, propter terram, quæ media est, nõ uideat, quasi per speculũ quidẽ antisciorũ rationem attingit. Dorochius uero Sydonius, uir prudentissimus, qui apotelesmata uerissimis, & disertissimis uersibus scripsit, antisciorum rationem manifestis sententiis explicauit, in libro scilicet quarto. Nũc qua ratione colligantur antiscia breuiter explicabo. Initium antisciorũ aut à ♊ & ♋ est, aut à ♐ & ♑ inchoamus.

mus. Itaq; nos instituẽtes, à ♊ & ♋ incipimus. ♊ in ♋ antisciũ mittũt, & ♋ in ♊, ♌ in ♉, & in ♌ ♉, ♍ in ♈, & ♈ in ♍, ♓ in ♎, & ♎ in ♓, ♒ in ♏, & ♏ in ♒. ♐ in ♑, & ♑ in ♐. Si rursus initium à ♐ in ♑ fecerimus, & simili modo in ♊ & ♋ definitur. Hæc itaq; semper omnia, sagaci debemus inquisitione tractare, ne aliquãdo tam honesta professio, falsis apotelesmatũ mendaciis obumbretur. Sed hoc quidé, quod de antisciis diximus, non sufficit, nisi etiam partes explicatæ specialiter fuerint, quæ in quã partẽ mittant. & cuius antiscium rursus ipsa suscipiat. Et illud scire, inter cætera, oportet, quod in tricesimam partem signi nulla pars mittatur, & quod tricesima pars in nullam partẽ mittat antisciũ. *Tricesima pars cuiusq; signi.* Hoc itaq; exemplũ, quod de ♊ & ♋ fecimus, ad omniũ signorum antiscia pertinebit. ♊ pars prima, in uicesimamnonã ♋ partem antisciũ mittit. Rursus ♋ uicesimanona pars in primã ♊ partem mittit antisciũ: secunda in uicesimã octauã, uicesima octaua in secundam: tertia in uicesimam septimã, uicesima septima in tertiam: quarta in uicesimã sextam, uicesima sexta in quartam: quinta in uicesimam quintã, uicesima quinta in quintã: sexta in uicesimam quartã, uicesima quarta in sextam: septima in uicesimamtertiam, uicesima tertia in septimam: octaua in uicesimam secundam, uicesima secunda in octauam: nona in uicesimam primam, uicesima prima in nonam: decima in uicesimam, uicesima rursus in decimam: undecima in decimam nonam, decimanona rursus in undecimam: duodecima in decimã octauã, decima octaua rursus in duodecimã: decimatertia in decimã septimã, decima septima rursus in decimã tertiã: decima quarta in decimã sextam: decima sexta rursus in decimam quartam: decima quinta in decimã quintã, rursusq; con uersim

TABVLA ANTISCIORVM TERTIA.



uersim: & hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens descensum ad descensum perducas. Ita ♊ & ♋ in se mittunt antiscia, nam pars à qua ex ceperit antiscium ad se, ad eam rursus mittit antiscium. Sic itaq; in semetipsis mittũt ♉ & ♌, sic ♍ & ♈, sic ♎ & ♓, sic ♏ & ♒, sic ♐ & ♑. Vt hoc itaq; manifestius intelligi possit, cum scias iam quod signum, in quod signum antiscium mittat, ipsas partes specialiter scripsi, ut omnibus obscuritas solueretur. In quácunq; igitur pars prima antiscium mise rit, ab ea suscipit ipsa rursus antiscium, sic secunda, sic cæteræ. ♊ itaq; & ♋ scripsimus par tes, quod exemplum, & in cæteris signorum partes scrutari conueniat, & eorum scilicet, & signorum, quæq; inuicem in se dicimus antiscium mittere, quorum ut facilior sit in= tellectus, unicam, ut diximus, signorum duorum tabulam, hic inferius describimus, ex qua nobis, ad cætera inuestiganda, facilior sit intellectus.

TABVLA ANTISCIORVM PRIMA.

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.

♊	in	♋
♉	in	♌
♈	in	♍
1	in	29
2	in	28
3	in	27
4	in	26
5	in	25
6	in	24
7	in	23
8	in	22
9	in	21
10	in	20
11	in	19
12	in	18
13	in	17
14	in	16
15	in	15
♓	in	♎
♒	in	♏
♑	in	♐

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.

TABVLA ANTISCIORVM SECVNDA.

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.


1	in	59	16	in	44
2	in	58	17	in	43
3	in	57	18	in	42
4	in	56	19	in	41
5	in	55	20	in	40
6	in	54	21	in	39
7	in	53	22	in	38
8	in	52	23	in	37
9	in	51	24	in	36
10	in	50	25	in	35
11	in	49	26	in	34
12	in	48	27	in	33
13	in	47	28	in	32
14	in	46	29	in	31
15	in	45	30	in	30

CONTRA VMBRATIONES PARTIVM.

Sic ♉ in ♌, ſic ♌ rurſus in ♉, ſic ♈ in ♍, ſic ♍ rurſus in ♈, ſic ♓ in ♎, ſic ♎ rurſus in ♓, ſic ♏ in ♒, ſic ♒ in ♏, ſic ♐ in ♑, ſic ♑ in ♐. Si quæ itaq; ſtellæ in ordinatione geniture, ſe non uiderint, quærendum eſt, an ſibi per antiſcium, ſociata radiatione iungātur: cum enim antiſcium ſic miſerint, ut trigonica ſe per antiſcium, uel quadrata, uel diametra, uel hexagona radiatione coniungant, ſic decernunt, quaſi ſic ſint ſimplici ordinatione compoſitæ, & ſic omnia iſta mixturarum radiatione complentur, quod cum feceris, omnia quæ in fatis hominum quærūtur, facillime poteris inuenire. Eſt autem ratio hæc latens, antiſciorum naturali firmata conſenſu, quam alio tempore explicare curabo. Quantum autem antiſciorum uis ualeat quantúmq; eorum ratio operetur, ex hac genitura diſcere poteris, quam ſubiicio. Is enim in cuius genitura ☉ fuit in ♓, ☽ in ♋, ♄ in ♍, ♃ in ♓ in eadem parte in qua ☉, ♂ in ♒, ♀ in ♉, ☿ in ♒, iiſdem cum ♂ p. horoſc. in ♏ eius geniture pater, poſt geminum ordinarium conſulatum, in exilium datus eſt, ſed & ipſe, ob adulterii crimen, in exilium ſimiliter datus, ſed demum de exilio raptus, in adminiſtrationem Campaniæ primum deſtinatus eſt. Deinde in Achaiæ proconſulatum, poſt uero adſimilem Aſiæ proconſulatum deuectus eſt, ac poſtremo ad urbis Romanæ præfecturam omnium patrum eſt conſenſu promotus. Fortunámq; prius acerbā, atq; aduerſam, in proſperam, ſecundámq; conuertit.

Genitura hæc rationi ac calculo aſtronomico non reſpondet. Non enim pōt eſſe ☿ in 5 ♒, & ☉ in 15 ♓, ut de ♀ interim taceam.

LOLLIANI GENITVRA.



Quicunq; enim hominum, antiſciorum neſciens rationem, ſi ☉ cum ♃ iiſdem par. in quinto ab horoſc. loco, id eſt in bona fortuna uiderit, patrem beatum, felicem, potētem, & cætera de ipſo huiuſcemodi pronunciabit, de exilio uero eius, & aſſiduis inſidiis, nihil poterit pronunciare, niſi intentionem ſuam, ad antiſciorum rationé tranſtulerit. Meminiſti, dixiſſe nos quod ♓ antiſcium in ♎ mittant: & ♎ rurſus in ♓, ☉ itaq; & ♃, in ♓ pariter conſtituti, in ♎ mittentes antiſcium, in hoc ſcilicet ſignum, in quo humiliatur, atq; deiicitur, & in xii locum genituræ, id eſt in cacodæmona, paternū genus oſtendit ignobile, & ipſi patri famoſum decernit exilium. ♃ uero, cuius uim ac poteſtatem, antiſcii radius, ex ſigno ♓ ad ♎ tranſtulit ſignum, ac ſi in duodecimo loco, id eſt in cacodæmone,

cōdæmone,per antiſcium fuiſſet conſtitutus,plurimos & ipſi,& patri eius excitauit inimicos,& eos ſuperiores eſſe perfecit. Ecce etiam aliud,quod patri decreuit exilium, nam in ♍ conſtitutus ♄,ſolem de diametro uidet,& antiſcium eius ☉ antiſcium de diametri radiatione reſpexerit,nam in ♍ conſtitutus, antiſcium in ♈ miſit. Antiſcium itaque eius in ♈ conſtitutum,& ☉ antiſcium,quod in ♎ fuit miſſum,per diametrum ſibi facta contraria,ampliſſimi ordinis decreto,eum in exiliū mitti fecerunt,ob hoc quod ♄ & ☉ antiſcia,in coſmicis conſtituta ſyderibus,de diametro ſe uiderunt. Ipſum uero quæ ratio exulem fecerit,uel quæ ratio adulterum(hoc enim illi crimen obiectum eſt)hac ratione monſtratur. Diximus ♋ in ♊ antiſcium mittere,in ♋ itaque ☽ conſtituta,antiſcium ſuum miſit in ♊,cuius antiſcium,in ♒ conſtitutus ♂, de dextro latere reſpexit, & eſt pernicioſus,quoties de quocunque latere,creſcentis ☽ lumen exceperit,nam ſuperior effectus,cum multis corporis uitiis,poſtremo hunc eundem exulem fecit. Sed ipſe ♂ in ♒ cōſtitutus,in ♏ antiſcium mittit,in quo ſigno,pars horoſco.ſita fuerat,& primum quidem partem uitæ,id eſt horoſco. in I M C conſtitutus,uiolenta radiatione percuſſit. Deinde lunam,antiſcium eius in ♏ conſtitutum plenam,trigonica radiatione reſpexit. Tertio antiſcium eius in horoſcop. parte ſedit. Quarto antiſcium ♂, quod in horoſcop. miſerat,☽ in ♋ cōſtituta,de trigono uidit. Ex omnibus itaq; ne lateribus creſcens ☽,martis percuſſa radiis, multis ualetudinibus oppreſſum,poſtremo exulem fecit,& niſi ♃ in ♓ conſtitutus,horoſcopum de trigono uidiſſet,nunquam fuiſſet de exilio liberatus, & niſi ☽ in altitudine eius(altitudo enim ♃ eſt ♋)de trigono ſimiliter horoſco. uidiſſet, biothanatus interiiſſet. Sed deficere huiuſcemodi ♃ beneficia in prioribus partibus diximus,ob hoc,quia tertio die ☽ in ♌ conſtituta,de diametro plena lumine,♂ radiis impegit. Hic enim dies,id eſt tertius,plurimum in modum in genituris operatur. Quæ uero illum radiatio adulterum fecerit, etiam hoc explicare curabo. In ♒ conſtitutus ♂, antiſcium in ♏ miſit. In occaſu itaque genituræ ♀ poſitā,antiſcium ♂ inuenit. Eſt enim miſera ♀,& multis calamitatibus implicata, ſi in occaſu poſita, uiolenta ♂ radiatione pulſetur,& rurſus antiſcium ♀ in ♌ miſſum,♂ in ♒ conſtitutum in I M C de diametro reſpexit. Sed ex imo cœlo ♂,ſine antiſcii ratione ☿ quadrata radiatiōe coniungit. Ex omnibus itaque rationibus per ſemetipſos, & per antiſcia, in principalibus cardinibus genituræ ♀ & ♂, aut quadratis, aut diametris radiationibus,inimicos ſe genere ſocietatis impugnant. Hæc illum ratio adulterii reum fecit,☿ uero in ♒ conſtitutus, ſine teſtimonio ♃,id eſt in domo ♄, & ♄ in domo ☿,commutatis inuicem domibus,abſconſarum literarum conſcium faciunt. Honoréſque illi maximos, in nono loco, in domo ſua,plena lumine ☽ conſtituta,decernit,præſertim quia in nocturna genitura,conditionis ſuæ ſecuta poteſtatem,in decernendis honoribus, habuit principatum. Doctrinam etiam,& tantam literarum ſcientiam,immutatis domibus, ♄ Mercuriúſq; decernunt, ut oratio eius ac ſtylus,ueteribus autoribus conferatur. Quod uero ♀ de ♉ in ♌ miſit antiſcium,id eſt in domum ☉,& in M C ,de iſtis criminibus Imperator fecit in illum ſententiam dici. Cuius hæc ſit genitura,Lolliane decus noſtrum,optime noſti. Tractatis itaque his uniuerſis,inuenies quanta uis ſit antiſciorum, quam ſi quis diligenti fuerit diſciplina conſecutus, nunquam eum tractantem fata hominum, coniecturæ fallet intentio.

Tertius dies in genituris obſeruandus.

♄ & ☿ in domibus commutatis.

MATHEMATICI CONDITIO.
CAPVT XXXIII.



NVNC tu,quicunq; hos libros legere conaris,cum omnem diuinitatis acceperis ſcientiam,& cum naturæ ſacris imbutus,atque initiatus ſacrati operis diſciplina fueris,ad imaginem te diuinitatis,ſimilitudinémque forma, ut ſis ſemper præconio ueritatis ornatus. Oportet enim eum, qui quotidie de diis,ac cum diis loquitur,animum ſuum ita formare atq; inſtruere, ut ad imitationē diuinitatis ſemper accedat. Quare diſce & exequere omnia ornamēta uirtutis,& cū te his inſtruxeris,eſto facilis acceſſu,ut ſi qs uoluerit aliqd ſciſcitari à te cū nullo

terrore trepidationis accedat. Esto pudicus, & inter sobrios, paruo uictu, paruisq; opibus contentus, ne istius diuinæ scientiæ gloriam, ignobilis pecuniæ cupiditas infamet. Dato operam, ut instituto ac proposito tuo, institutum bonorum, ac propositum uincas sacerdotum. Antistitem enim ☉ ac ☽, & cæterorum deorum, per quos terrena omnia gubernantur, sic oportet animum suum semper instruere, ut dignus esse tantis cærimoniis omnium testimoniis comprobetur. Dabis sanè responsa publice, & hoc interrogaturis ante prędicito, quod omnia quidem illis, de quibus interrogãt te, clara sis uoce dicturus, ne quid à te tale forte quæratur, quod nõ liceat, nec interrogare, nec dicere. Caue ne quando de statu reip. uel de uita Romani Imperatoris, aliqd interrogãti respondeas: nõ enim oportet, nec licet, ut de statu reip. aliquid nefaria curiositate dicamus, sed & sceleratus atque omni animaduersione dignus est, si qs interrogatus de fato dixerit Imperatoris, quia nec dicere poteris de eo aliquid, nec inuenire. Scire enim te conuenit, quod & aruspices, quotiescunq; à priuatis interrogati de statu Imperatoris fuerint, & quærenti respõdere noluerint, exta semper quæ ad hoc fuerint destinata, ac uenarum ordines, inuoluta confusione conturbent. Sed nec aliquis mathematicus uerum aliquid de fato Imperatoris definire potuit, solus enim imperator, stellarum non subiacet cursibus, & solus est, in cuius fato stellæ decernendi non habeant potestatem. Cum enim sit totius orbis dominus, fatum eius, dei summi iudicio gubernatur, & quia totius orbis terrenum spatium, imperatoris subiacet potestatibus, etiam ipse in eorum deorum numero constitutus est, quẽ ad facienda, & conseruanda omnia diuinitas statuit principalis. Hæc ratio & aruspices turbat quodcunq; enim ab iis inuocatum fuerit numinum, quia minoris est potestatis, maioris potestatis, quæ est in Imperatore, non poterit explicare substantiã. Cui enim omnia ingenia, omnes ordines, omnes diuites, omnes nobiles, omnes honores, omnes seruiũt potestates, diuini numinis, & immortalis sortitus licentiæ potestatẽ in principalibus deorum ordinibus collocatur. Quare quicunque aliquid de Imperatore quæsiuerit, nolo ut eum truci, ac seuera responsione conturbes, sed ei docili sermone persuade, quod nullus possit de uita Imperatoris aliquid inuenire, ut persuasionibus tuis monitus, istum furorem temeritatis, correcto mentis errore, deponat. Sed nec deferre te uolo, si quis aliquid male quæsierit, ne cum ille ob illicitas animi cupiditates, capitali fuerit sententia subiugatus, morti eius causa extitisse uidearis, quod alienum est à proposito sacerdotis. Sit tibi uxor, sit tibi domus, sit honestorum amicorũ copia, sit ad publicum assiduus accessus, esto ab omnibus contentionibus separatus, nulla negocia noxia suscipias, nec te aliquando pecuniæ augmenta sollicitent. Esto ab omni crudelitatis ardore sepositus, nunquam alienis iurgiis, uel capitalibus, ac pestiferis inimicitiis gaudeas, sed tibi in omni cõuersatione placeat quieta moderatio. Fuge seditiões fuge semp turbulenta certamina, amicitiæ fidem, fortibus copulationibus stringe, da operã ut in omnibus actibus, fides tua incorrupta permaneat, nunquã conscientiã tuã, falsis testimoniis polluas, nunquã pecuniæ fœnus exerceas, nec alienis in necessitatibus, miserum tibi pecuniæ conferatur augmẽtum, iusiurandi fidem, nec promittas, nec exigas, præsertim si propter pecuniam exactum fuerit, ne propter eius miseram stipem, diuina numinum præsidia implorata esse uideãtur. Errantibus hominibus, præsertim quos tibi amicitiæ necessitudo coniunxit, rectam uiuendi uiã monstra, ut tua institutione formati, præteritis uitæ liberẽtur erroribus, ut non solum responsis, sed etiam consiliis, perditas hominũ possis instituere cupiditates. Nunq; nocturnis sacrificiis intersis, siue illa publica, siue priuata dicanẽ, nec secrete cũ aliquo fabulas conferas, sed palàm, sicut superius cõprehendi, sub cõspectu omniũ, istius diuinæ artis exerce disciplinã. Nolo te uitia hominũ in tractatu genituratũ manifestius explicare, sed quotiescunque ad hunc locum ueneris, responsum tuũ, cum quadã ruboris trepidatione suspende, ne, quod homini malus stellarum decreuit cursus, nõ dicere, sed exprobrare uidearis. Secerne te à spectaculorum semper illecebris, nè quis te fautorem alicuius esse partis existimet, antistites enim deorum, separatos & alienos esse decet à prauis illecebris uolupta

De imperatore nihil respõdendum.

bris uoluptatum. Cum animum tuum his ornamentis, ac præsidiis uirtutis ornaueris, aggredere hoc opus, & posteriores libros, quos de apotelesmatis scripsimus, secura mentis animositate perdisce. Quod si ab his institutis, quæ de moribus diximus, animũ tuũ ex aliqua parte transtuleris, uide ne præposteræ cupiditatis instinctu, aut sacrilego temeritatis ardore, ad huius disciplinæ secreta uenias, nec errantibus animi cupiditatibus, religionis istius arcana cõmittas, non enim oportet perditas mentes hominum, diuinis initiari cęrimoniis, sed nec occupato animo, & perdita cupiditate polluto, inhærere aliquando poterit, istius uenerandæ scientię disciplina, sed patitur semper iacturam maximã, qui eam improba professoris uoluntate deturpat. Immaculatus itaque, purus, castúsq; esto. Quod si te ab omnibus nefariis actibus separasti, qui animum pessundare consueuerũt, & si rectum uiuendi uotum, te ab omni scelerum liberauit inuidia, & si purgatum animum, & memorem diuini seminis geris, aggredere hoc opus, & posteriores hos libros memoriæ trade, ut integram tibi scientiã diuinitatis tradant, ut & animus tuus, latenter præsagam maiestatem accedat, ac ueram diuinitatis scientiam consecutus, in definiendis fatis hominum, & in explicando uitæ cursu, non tantum lectionibus, sed propriis mentis iudiciis instruatur, ut plus tibi diuinitate animi quàm lectionũ magisterio cõferatur.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM MATHESEOS, LIB. III.

PRAEFATIO.



ATHESEOS, qui pertinebat, sermo, totus ad definitionem apotelesmatum, in sententias transferatur, ut patefactis omnibus, atque monstratis, quæ diuini uates ediderunt, studiosis huiuscemodi artis uiris, tota plenissime per nos insinuetur huius prudentiæ disciplina. Scire itaq; nos, principe in loco oportet, Lolliane, decus nostrũ, quod ad imaginem speciémque mundi, formam hominis, ac statum, totámque substantiam, deus ille, fabricator hominis, natura monstrante, perfecerit. Nam ita corpus hominis, ut mundi, ex quatuor elementorũ commixtione composuit, ignis scilicet, aquæ, aëris, & terræ, ut omnium istorum coniunctio temperata animal ad formam diuinæ imitationis, ornaret, & ita hominem, artificio diuinæ fabricationis exposuit, ut in paruo corpore, omnium elementorum uim, atq; substantiam, natura cogente, conferret, ut diuino illi spiritui, qui ad sustentationem mortalis corporis, ex cœlesti mente descendit, licet fragile, simile tamen mundo, pararet hospitium. Hac ex causa, hominem, quasi minorem quendam mundum, stellæ quinque, ☉ etiam, & ☽ ignita, ac sempiterna agitatione sustentant, ut animal, quod ad imitationem mundi factum est, simili diuinitatis substantia gubernetur. Quare illi diuini uiri, atque omni admiratione digni, Petosyris, Necepsóque, quorum prudentia, ad ipsa secreta diuinitatis accessit, etiam mundi genituram, diuino nobis scientiæ magisterio, tradiderunt, ut ostenderent, atque monstrarent, hominem ad naturam mundi, similitudinémq; formatum, iisdem principiis, quibus ipse mundus regitur, & continetur, perenniter perpetuitatis sustentari comitibus.

Homo ex quatuor elementis.

Petosyris & Necepso.

MVNDI THEMA. CAP. I.




VNDI itaq; genituram hanc esse uoluerunt, secuti Aesculapium, & Anubium, quibus potentissimum ☿ numen, istius scientiæ secreta commisit. Constituerunt enim ☉ in ♌ p.xv, ☽ in ♋ par.xv, ♄ in ♑ parte decima quinta, ♃ in ♐ parte decima quinta. ♂ in ♏ parte decima quinta, ♀ in ♎ parte decima quinta, ☿ in ♍ parte decima quinta, horoscopo in

fortaßis Anubem.

♋ parte

♋ parte decima quinta. Secundum hanc itaque genituram, & secundum has conditiones stellarum, & secundum testimonia, quæ huic genituræ perhibent, & secundum istas rationes, etiam hominum uolunt fata disponi, sicut in illo libro Aesculapii continetur, qui μυριογένεσις appellatur prorsus ut nihil ab ista mundi genitura, in singulis hominum genituris, alienum esse uideatur. Videamus itaque quæ stella luminibus, quatenus, uel qua ratione radiationis suæ testimonia commodarit, lumina sunt enim ☉ & ☽. ♄ autem se primum ☽ coniungit, nam ☽ est cōditionem secutus. Ideo autem conditionem ☽ sequitur, quia in fœminino signo cōstitutus, ☽ in fœminino signo constitutæ per diametrum radios excepit. At uero cum idem ♄ in ista scilicet genitura ad ♒ signum transitum fecit ☉ se rursus simili radiatione coniunxit, & rursus ad eam, qua ☉ conditionem componitur, nam in masculino constitutus signo, æquabili se testimonio radiationis associat, cum per diametrum ☉ simili, qua ☽, radiatione respexerit. Hac ratione etiam ♃ in ♐ constitutus est, & per trigonum testimonium ☉ perhibens, eius se primum conditioni coniunxit, & ob hoc in masculino signo constitutus, in eiusdem generis signo constituto, ☉ associatus, eius primum sequitur potestatem, cum uero ad ♓ transitum fecerit, ☽ se rursus pari conditione coniunget, nam simili more, per trigonum in fœminino ipse signo positus, ☽ in eiusdem generis signo constitutam, æquata conditionis radiatione respexerit. Simili modo etiam ♂ stella in ♏ constituta, quia in fœminino est signo, per trigonum ☽ testimonium perhibet, cum uero ad ♈ uenerit, ad ☉ testimonium transitum faciens, in masculino signo collocatus, ☉ trigonica se radiatione coniunget. Sed ista ratio in ♀ commutata est, in ♎ enim constituta, cum sit ipsum signum masculinum ☽ tamen per quadratum testimonium perhibet. Verum cum ad ♉ transitum fecerit, in fœminino signo constituta, & ☉ quadrata radiatione respiciens, ipsi rursus testimonium perhibebit. ☿ uero stellam in ista genitura, communem esse uoluerunt neq;, quia ☉ neque ☽, per quadratum neq; per trigonum, neque per diametrum testimonium perhibet, nec ista se cum ☉, aut ☽, radiatione coniungit. Sed delectari quidem per diem ☉ si matutinus, per noctem uero ☽, si uespertinus fuerit. Hæc omnia quæ diximus, etiam in genituris hominum uolunt obseruari debere, & putant se fatum hominis inuenire non posse, nisi istæ radiationes, sagaci fuerint inquisitione

MVNDI THEMA.



ſitione collectæ. Sed ne te hominum fabuloſa cōmenta decipiant, & ne quis putet à prudentiſſimis uiris genituram iſtam, ſine cauſa eſſe compoſitam, omnia à nobis debēt ſpecialiter explicari, ut ſecreti iſtius prudentiſſima ratio, omnibus diligentiſſimis expoſitionibus intimetur. Non fuit iſta genitura mundi, nec enim mundus certum diem habuit ortus ſui, nec aliquid interfuit eo tempore quo mundus, diuinæ mentis, ac prouidi numinis ratione formatus eſt, nec eò uſq; ſe intentio potuit humanæ fragilitatis extendere, ut originem mundi, facili poſſet ratione concipere, aut explicare, præſertim cum tricentorum millium annorũ maior ἀποκατάστασις, hoc eſt redintegratio, per ἐκπύρωσιν, aut per κατακλυσμὸν ſpatio perficiatur. His enim duobus generibus, ἀποκατάστασις fieri cõſueuit, nanq; exuſtionem diluuiũ, hoc eſt ἐκπύρωσιν κατακλυσμὸς ſequitur, nulla enim re alia exuſtæ res poterant renaſci, nec ulla re alia ad priſtinã faciẽ, formámq; reuocari, niſi admixtiones, atq; concretus puluis fauillarum, omnium genitalium ſeminum collectã conciperet fœcunditatem, ſed ut eſſet, quod mathematici in genituris hominum, ſequerentur exemplum, ideo hanc quaſi genituram mundi, diuini uiri, prudenti ratione finxerunt. Libet itaq; diuinæ iſtius compoſitionis explicare cõmenta, ut coniecturæ iſtius admirabilis ratio magiſterii ſtudio pandatur. Voluerunt itaq; ☽ conſtituere, ut primum ſe ♄ coniungeret, & quæ temporum traderet principatum. Nec id quidem immerito. Quia enim prima origo mundi inculta fuit, & horrida, & agreſti conuerſatione effera, & quia rudes homines, prima & incognita ſibi ueſtigia lucis ingreſſos, poſitę humanitatis ratio deſerebat, ♄ hoc agreſte & horridum tempus eſſe uoluerunt, ut ad imitationẽ huius ſyderis, initiis uitæ, conſtituta qualitas, agreſti ſe conuerſatione, & inhumana feritatis exaſperatione duraret. Poſt ♄, ♃ accepit temporum poteſtatem, nam huic ſecundo loco, luna coniungitur, ut deſerto priſtini ſqualloris horrore, & agreſtis conuerſationis feritate ſe poſita, cultior uita hominum, purgatis moribus redderetur. Tertio uero loco ♂ ſe ☽ coniungens ei temporum tradidit poteſtatem, ut rectum uitæ iter ingreſſa, mortalitas etiam inhumanitatis quadam moderatione compoſita, omnia artium, ac fabricationum ornamenta conciperet. Poſt ♂, dominandi ♀ tempus accepit, ut per gradus creſcens hominum diſciplina, etiam prudentiæ ornamenta conciperet, hoc ideo tempus, quò mores hominum, ſermo doctus excoluit, quoque homines, ſingularũ diſciplinarum naturali licentia, formati ſunt, ♀ eſſe uoluerunt, ut læti, ac ſalutaris numinis maieſtate protecti, errantes actus, prouidentiæ magiſterio gubernarent. Vltimum uero tempus ☿ dandum eſſe putauerunt, cui ſe nouiſſimo ☽ coniungit. Quid hac poteſt inueniri diſpoſitione ſubtilius? purgatis enim agreſtibus ſtudiis, repertis artibus, diſciplinísque compoſitis per diuerſos actus humani ſe generis exacuit intentio, & quia nobile ingenium in homine unum uitæ curſum ſeruare non poteſt, ex uariis inſtitutis moribúsque confuſis, malitiæ creuit improbitas, & uitæ ſcelerum flagitia, gens hominũ hoc tempore, facinoroſis machinationibus, & inuenit & tradidit. Hac ex cauſa, ultimum tempus ☿ tradendum putauerunt, ut ad imitationẽ iſtius ſyderis, inuenta plena malitia, gens hominũ conciperet poteſtatẽ. Ex his itaq;, quæ per ordinem geſta ſunt, & ex his, quicunque hominẽ ſuccedentium temporum mutationem fecerint, genitura mundi diuina coniecturæ interpretatione, compoſita eſt, ac nobis hactenus, & origo & curſus humani generis traditur. Et ut hoc eſſet, quod in genituris hominum ſequeremur exemplũ. Ne quid autem à nobis prætermiſſum eſſe uideatur, omnia explicanda ſunt, quæ probant hominũ ad imitationem mũdi, & ſimilitudinẽ eſſe formatum. Ἀποκατάστασιν uero per ἐκπύρωσιν & per κατακλυσμὸν fieri, & nos diximus, & ab omnibus comprobatur. Subſtantia etiã humani corporis completo uitæ curſu, ſimili ratione diſſoluitur. Quotieſcunque enim naturali caloris ardore, corpus hominis nimis laxatum, humorum inundationibus euaporat, ita ſemper, aut ignito ardore decoquitur, aut nimia deſudatione diſſoluitur, nec aliter prudentiſſimi medicæ artis interpretes, ſubſtantiam humani generis, naturali pronunciant

Mundi incertus ortus.

Mũdi ἀποκατάστασις.

Tempora, ut ſeſe ſint inſecuta.

♄ ♃ ♂ ♀ ☿

nunciant fine dissolui, nisi aut humor ignem dissoluerit, aut calore rursus dominante, extinctus medullitus ignis aruerit. Sic omnifariam ad imitationem mundi, hominem artifex natura composuit, ut quicquid substantiam mūdi, aut dissoluit, aut format, hoc etiam hominem & formaret, & absolueret.

SSGNORVM PRIMVM. CAP. II.

CVr autem initium signorum xii ab ♈ esse uoluerunt, etiam nunc explicādum est, quod ideo in institutionū libro nō explicauimus, quia quæstio ista explicari nō potuisset, nisi fuisset mundi monstrata genitura, quam in eo libro explicare non debui, ne rudes discentium animos expositio ista, obscura interpretatione turbaret. Retractans itaque genituram mundi, quam diximus à sapientissimis uiris prudentissime esse compositam, inueni M C genituræ in ♈ esse positum: ob hoc itaque, quia frequēter, immò semper M C in omnibus genituris possidet principatum, & quia hic locus supra uerticē primum est, & quia ex hoc loco totius genituræ fundamēta colligimus, opportune ex hoc signo initium signis omnibus datum est, præsertim cum maxima pars stellarum, sed & ambo lumina, scilicet ☉ & ☽, radios suos in hoc signum miserint. Inde omnibus genitibus sydetum initium ex hoc signo inchoari conuenit. Nunc quia hæc dicta sunt, atque monstrata, definiendum est per singula genituræ loca, quid constitutæ singulæ stellæ decernant. Et quamuis quidam putent platicam istam dispositionem esse, discentis tamen ingenium, facili institutionis magisterio componit, ne quasi in tenebris constitutus, mathematicus caduca erroris confusione turbetur. Sed licet Platonice definita, hæcà quibusdam putentur, partiliter tamen in hoc libro multa dicuntur. Tunc enim habebunt efficaciam suam stellæ si in locis suis singulis partiliter fuerint collocatæ.

forte platice.

SATVRNI DECRETA PER SINGVLAS COELI STATIONES. CAP. III.

Saturni in genituris primus locus.



Aturnus per diem in horosc. partiliter constitutus, id est in ea parte in qua est horosc. faciet cu fūmo clamore edi partum. Erit aūt iste qui nascitur maior omnibus fratribus, aut si quis ante eum natus fuerit, à parentibus separabitur. Semper autem deus iste, per diem in omnibus quatuor cardinibus facit primos nasci, aut primos nutriri, aut eos fratres, qui ante se nati fuerint, recedere. Facit quoq; inflatos, ac superbiæ spū subleuatos. Si uero ♄ per diē in horosc. constituto, ♂ alium genituræ possederit cardinem, uel in anaphora cardinis fuerit, multorum malorum significat aduentum. Maxima enim faciet pericula, & labem patrimonii: frequenter uero, si nulla istis beneuola stella in bono genituræ loco posita, se forti radiatione coniunxerit, & si crescentis ☽, ♂ radios exceperit, biothanatos facit. Si uero per noctem ♄ in parte horosc. fuerit constitutus, is qui sic eum habuerit, maximis languoribus impeditur, & magno semper labore deprimitur. Quibusdam uero circa aquam dabit actus, sic tamen, ut semper laboriosis conuersationibus atterantur, opprimantúrq;.

Biothanati.

II In secundo loco ab horosco. ♄ constitutus, facit ægritudines graues, & euersiones maximas. Vxoris etiam & filiorum interemptor est, & maximarum turbarū frequentiúmq; concitator, sed & paternam ac maternam substātiam dissipat. Ipsum uero qui natus fuerit tardiorem in omnibus actibus facit, quibusdam etiam perpetuas indicit corporis ualitudines. Si uero sic constituto ♄, ♂ in quolibet genituræ cardine fuerit, & ☉ per quadratum, uel per diametrum uiderit, aut ☽ crescentem simili ratione respexerit, faciet miseros, pauperes ac destitutos, & qui corpus suum quotidianis operibus opponant. Si uero per diem, in hoc loco fuerit, tarde, & gradatim augumenta patrimonio dabit. Ipsos uero absconsos, latentes, & animo pauperes reddit, & habere se aliquid, semper negantes. Quibusdam uero ex aquaticis actibus uel ex humidis negociis, uitæ subsidia largitur.

III In tertio loco ♄ ab horosc. constitutus, facit pigros, tardos, & nullam patrimonii substantiam requirentes. Si uero cum ☿, ac ☽, in hoc loco fuerit, facit cum stultitia malitiosos, sacrilega contra diuinitatem uerba iactantes, perdentes semper patrimonium suum, fures

fures, sed quos in furto prosper nunquam sequatur euentus. Si uero his ita positis, quacunque se ♂ ratione coniunxerit, accusatores, sycophantas, malos, maleuolos, inuidos, malitiosósque faciet, & semper mala morte pereuntes.

In quarto loco ♄ ab horosc. partiliter cõstitutus, id est, in I M C, si per diem hunc locũ tenuerit, faciet pecuniarum auidos, custodes auri, & argenti. Per noctem uero si fuerit in hoc loco, paternum patrimoniũ dissipat, et citam patris mortem facit, ægritudines etiam graues, & frigidos horrores corporis, & infirma ætate faciet semper infames. Si uero ☽ de quadrato uel diametro uiderit, aut ipsa in eadem parte fuerit in qua ipse est constitutus, sterilitatem filiorum faciet, cogítq; eum, qui natus fuerit, alienos sibi filios adoptare, aut tutorem pupillorum facit, & ex latentibus doloribus, perpetuæ ualetudinis uitio deformat. Matrem uero eius qui natus est, cito uiduam reddit, & ex mulieribus, graues ei ualetudines irrogat, ac stomachi facit perpetuis doloribus, angoribúsq; plurimis fatigari. IIII

In quinto loco ♄ ab horosc. cõstitutus, si per diem in in isto loco fuerit, reges faciet, ac duces, & maxima largitur insignia potestatis. Si uero sic ♄ posito ☉ in parte horosco. fuerit inuentus, & coniunctionem ☽ crescentis ♄ exceperit, perpetuas tribuit felicitates, & maiorum potestatum ornamenta decernit. Si uero sic ♄ posito, non ☉, sed ♃ in horoscopo fuerit, faciet minoris loci magistratus, & cui singularum ciuitatum gubernacula credantur, faciétq; dominos maximi patrimonii, ita ut ex suis opibus, alios sustentare possint. Si uero neq; ☉, neq; ♃ in horosc. fuerit, sed coniunctionem tantum ☽ crescentis ♄ exceperit, & sit in quinto loco constitutus, dabit substantiam, & hæreditates, erunt tamen frequenter isti sine uxore, aut indignis sibi matrimoniis copulati. Si uero per noctẽ, istum genituræ locum ♄ tenuerit, in processu ætatis, quantulocúmq; dominio homini partem felicitatis assignat, iuuentutẽ uero eius incõstantẽ facit, tardũ etiam in omnibus actibus hominẽ & pigrum demonstrat, quosdã aũt, si deficiens se ei ☽ coniunxerit, facit patrimonium amittere, & quicquid ante quæsitum fuerit, misera laceratione deperdere. V

In sexto loco ♄ ab horosc. constitutus, omne patrimonium dissipat, male enim semper in isto constituitur loco, facit etiam ægritudines, præsertim si deficiens se ei ☽ coniunxerit, uel si eum per diametrum deficiens respexerit, uel si quadrata ei deficiens fuerit, faciet enim infelices, infames, & erraticos, qui scilicet in uno nunquam possint consistere loco. Si autem sic cõstitutum ♄, uel de quadrato, uel de diametro ♂ respexerit, uel si cum eo, in ipso signo fuerit, faciet latentes corporis dolores, uel ptisicos, aut dyssentericos, & si sic eos positos, nullius beneuolæ stellæ radiatio mitigarit, faciet eos, q̃ nati fuerint, ex istis ualetudinibus infeliciter deperire. VI

In septimo loco ♄ ab horosc. constitutus, id est in occasu partiliter, si matutinus fuerit, in diurna scilicet genitura, bonus erit, & hominibus maximam decernit substãtiam, sed tunc cum fuerint limen senectutis ingressi, maximam enim sic positus, senectutis largitur ætatem, & pecuniarum custodes facit, latentes uero corporum dolores indicit, facit enim hæmorrhoicos, aut neruorum dolore contractos. Si uero in hoc loco uespertinus fuerit, fistulas circa podicẽ facit, & simili modo hæmorrhoicos, præsertim si ita eũ positũ, qualicũq; ♂ radiatione respexerit, facit etiã rheumaticos, & quibus frequenter apostemata nascantur, & quos semper uxorũ casus graui doloris acerbitate cõpressos concutiant. VII

In octauo loco ♄ ab horosc. constitutus, si per diem fuerit hactenus collocatus, procedente ætatis tempore, augmenta patimonii largitur, quibusdam uero si in hoc loco constitutus, in ♂ signo fuerit, uel in ♂ finibus ex alienis mortibus pecunias decernit. Si uero per noctem in hoc loco fuerit constitutus euersionem patrimonii faciet, si ☽ eum quadrata, uel diametra radiatione respexerit. malum etiam si sic cõstitutum ♄, in eius domo ☽ constituta, præcedentibus radiationibus respexerit. Quod si ☽ sic positam cum ♄, ♂ ex aliqua parte qualibet radiatione respexerit, biothanatos faciet. Quod si ♂ similiter, & ♃, ☽, & ♄, sic ut diximus collocati, opportuna radiatione respexerint, bonos, ac bonæ uitæ opinionísq; faciet, sed circa affectus uxoris semper instabiles, bona aũt raditio trigonica est, aut hexagona. VIII

IX In nono loco ♄ ab horoſcopo per diem conſtitutus, magos famoſos faciet, uel philoſophos opinatos, uel ſacerdotes templorum, in magica ſemper opinione clariſſimos, facit etiam pro qualitate ſignorum, aruſpices, uates, mathematicos, ac uera ſemper interpretatione fulgentes, & quorum reſponſa ſic ſint, quaſi quadam diuinitatis autoritate prolata. Quoſdam autem facit in templorum cultu ſemper perſeuerare, ac præpoſitos interdū religionum, ſomniorúmq; diuinos reddit interpretes, ſed & frequenter facit philoſophos capillatos. Si uero per noctem hoc in loco fuerit conſtitutus, faciet iras deorum, imperatorum odia, præſertim ſi ☽ minuto lumine ad eum feratur, quacunq; ratione, maiora autē à diis uel ab Imperatore ei, qui ſic natus fuerit, decernuntur mala, ſi ſic poſitum cum ☽, ♄, ♂ ex aliqua parte reſpexerit. mitigantur uero, ſi de opportuno loco ♃ ei radius acceſſerit, & ſi in ſuis finibus fuerit, uel in domo ♃, aut ☉, uel in altitudine ſua, ſi tamē ſe trigonica Ioui radiatione coniunxerit.

X In decimo loco ♄ ab horoſc. conſtitutus, hoc eſt partiliter in MC, faciet Imperatores, duces, præfectos, prætorios. Si ſic poſito ♄ in his locis in quibus exaltatur, ☉ in horoſc. parte fuerit conſtitutus, ♄ autem, ſicut ante diximus, in MC, ſi per diem fuerit inuentus, faciet honeſtos, ac honeſtis moribus, agricolas, ſed locupletes, & quorum poſſeſſiones, aut mari, aut fluuiis, aut ſyluis ſemper adiaceant. Dabit etiam ſubſtantias maximas, magnam gloriam, & à maioribus perſonis hæreditates, præſertim ſi ſic ei poſito, ♂ nulla ſe radiatione coniunxerit. Quod ſi ♂ eum ſic poſitum reſpexerit, ualidiſſima coniunctione, hæc quæ diximus, minora præſtabit. Si uero per noctem in MC fuerit inuentus, infelicitates decernit, ac patrimonii amiſſionem faciet, denegabit nuptias, ac filios, præſertim ſi malignæ ſtellæ, uel ſigno, uel loco, uel finibus fuerit inuentus. Quod ſi beneuola ſtella, ſic poſitum per noctem ſaltem, ♄ bona radiatione reſpexerit, id eſt ♃, aut ♀, ea quæ pauloante diximus denegari, ex aliqua parte largitur. Sed ſpecialiter ♄ ſtella, per noctem in omnibus cardinibus conſtituta, mala geniturę maxima decernit, uxorē enim perimit, filios proſternit, & acerbos dolores orbitatis ſemper indicit. Quod ſi ſic poſitus coniunctionem ☽ deficientis exceperit, is qui ſic ♄ habuerit, erit paupertatis onere adeo confectus, ut & quotidianæ uitæ alimenta uix habeat, præſertim ſi ☽ in fœminino ſigno conſtituta, deficiens lumine ſe ♄ coniunxerit. Quod ſi ſic ♄ poſitus, radios ☽ creſcentis exceperit, inæqualitatem uitæ decernit, ut non ſit in eo, qui ſic ♄ habuerit, unus uitæ, ſimiliſque curſus ſed ut ſemper ſe mutabili diuerſitate conuertat. Si uero ſic poſito ♄, ☿ ſe ſtella ſociauerit, acumen cordis maximum dabit, & longam uitæ ſubſtantiam, præſertim ſi dominus genituræ, uel dator uitæ fuerit. Quod ſi contrarius fuerit ei, qui dominus genituræ, ſeu qui dator uitæ fuerit, ex iis annis, qui decreti fuerint, triginta annos ſubtrahit, ſed & potiora mala decernit, quotieſcunq; ſit collocatus contra dominum genituræ, quē Græci οἰκοδεσπότην uocant, hoc eſt ſi contra datorem uitæ fuerit conſtitutus, præſertim ſi ♂ eum quadrata, uel diametra radiatione reſpexerit: faciet enim, ſi ſic fuerit collocatus, paralyticos, ridiculos, gibbos, nanos, incuruos, hermaphroditos, & quęcunque his ſunt ſimilia, decernit autem hæc ſecundum corpora ſignorum, atq; ſubſtantiam. Quod ſi ſic ♄ poſito ab eo recedens ☽, ♂ ſe cōiunxerit, in nocturnis ſcilicet genituris, faciet inſanos, lunaticos, melancholicos, languidos. Quod ſi ſic ♄ conſtitutus, in nocturna genitura, in extremo cornu deficientis ☽ exierit, phthiſicos faciet.

♄ per noctē in cardinibus

οἰκοδεσπότης.

XI In undecimo loco ♄ ab horoſc. conſtitutus, mediocria decernit bona, & quando aliquid malignum fuerit largitus, eum qui natus fuerit, in eo loco, & in eo ordine collocabit, in quo fuit pater eius ante collocatus, ſed poſt trigeſimum ætatis annum, nam ante illum, quicquid quæſierit, amittet, nec poterit dignitatem, uel patrimonium conſequi, niſi prima triginta annorum ſpatia tranſierit.

XII In duodecimo loco ♄ ab horoſcopo conſtitutus, tumultus, ſermonis diſcrimina, uel propter ſeruos pericula decernit, & diſtringit ſeruitio, qui ſic eū in genitura habuerit collocatum, faciet etiam maximas ægritudines, ſed & ualetudines non modicas, præſertim

si sic ♄ posito, ☽ ex aliqua parte se coniunxerit, & si etiam beneuola stella, in genituræ cardinibus fuerit collocata. Nam si sic ♄ posito, beneuola stella in quocunq; genituræ cardine fuerit inuenta, hæc mala, quæ diximus, ex parte aliqua mitigantur, quæ omnia mitiora erunt, atque leuiora, si per diem ♄ sic fuerit inuentus, fortiora uero & uehementiora, si istum locum in nocturna genitura possederit. Sed in his omnibus locis ♄ posito, partem eius diligenter inquire, ut inuenias in quo loco, & in quibus finibus δυοδεκατημόριον eius sit collocatum, ut ex eo, & eius finibus, omnem ♄ inuenias potestatem.

IOVIS DECRETA PER SINGVLAS COELI STATIONES. CAP. IIII.

IVpiter si in primo cardine partiliter in parte horosc. fuerit constitutus, in iis præsertim signis, in quibus gaudet, uel in suis domiciliis, ac etiam in suis finibus, uel in altitudine sua, faciet nobiles, gloriosos, ac magnos semp, præpositos ciuitatum, & pro mensura genituræ, bonos, uenustos, beneuolos, lætos, diuites, præsertim si per diem in horosc. partibus fuerit inuentus, & si nulla maleuola stella sic eum posita, ex aliqua parte respexerit. Nam si ♃ sic positū, maleuolæ stellæ, contraria radiatione respexerint, totum quicquid ♃ decreuerit, ex maxima parte minuitur. Si uero per noctem in horosc. parte fuerit inuentus, faciet primum nasci inter fratres, uel qui ante ipsum natus fuerit, interimet, uel in longinquis eum separabit, ac constituet regionibus ac locis, ut ipse in paterna domo habeat principatum. Facit autē bene nutriri, & parentes in maxima felicitate cōstituit. Quod si sic per noctem ♃ posito, maleuola stella restiterit, omnem paternam, ac maternam substantiam dissipat. Semper autem Iupiter, in cardinibus genituræ collocatus, aut primos nasci faciet, aut fratres eius maiores interimet, ut ipse (sicut superius dixi) solus in domo paterna habeat principatū. Quod si per noctem, uel diem, in horosc. constituto ♃ crescens ☽, quacunq; se radiatione coniunxerit, faciet maximos administratores, rectores ciuitatum, & maximis negociis sæpe præpositos. *Iouis prima statio.*

In secundo loco Iupiter ab horosc. constitutus, extraneas hæreditates decernit, & ab extraneis faciet adoptari, dabit autem magnorum nobilium maximarū possessionum dominia, si sic posito ♃, ☿ & ipse bene positus, bona se radiatione coniunxerit. Quod si sic positū ♃ in societate ☿ scilicet ♂ uel ♄, ex aliqua parte respexerit, frequēter mutabit statum, & de bonis actibus ad malos trāsferet. Et erit q sic ♄ habuerit, semp in omni uita uaria diuersitate mutabilis, ut nunc scilicet abundet diuitiis, nūc pauptatis onere deprimat. II

In tertio loco Iupiter ab horosc. cōstitutus, nec bonus est, nec malus, sed æquabili semper moderatione componitur, ut interdum talium natorum patrimonia dissipentur, interdum uero illis inspiratæ diuitiæ conferantur. III

In quarto loco Iupiter ab horosc. per diem partiliter cōstitutus, id est in MC maximos facit uiros iuridicos, uel legum latores, aut legum interpretes, ac iuris peritos. Facit etiam iumentorum amatores atq; cultores, pro qualitate signorū, nuncios regum, ducum uel iudicum, & quibus primi cursus publici cura, sollicitudoq; mandetur, & qui cursu, publico iussu, principum, uel ducum, uel iudicum, hùc atq; illùc frequenti discursione mittantur. Faciet etiam notos principibus, publicis actibus appositos, & qui deorum se præsidio comittant, & à diis remedia postulent, & qui cæteris directum iter, frequenti significatione demonstrent. Plurima autem, qui sic habuerint ♃, futura prænoscunt, & habēt in templis honores frequenter maximos. Alii autem pro qualitate signorum, thesauros inueniunt. Semper enim sic positus ♃, usq; ad mortem felicem decernit senectutē. Si uero sic ♃ constitutus, in diametro ☉ fuerit collocatus, nobilem patrē facit & gloriosum, sed patrimonium eius, circa medium ætatis tempus dissipabit, & rursus postea colliget. Erit autem is qui sic eum habuerit circa feminarum coitus & tardior, & à filiorum affectibus separatus. Si uero per noctem, sic fuerit inuentus, mediocres in substantia faciet homines, & processu temporis etiam feliciores reddet. IIII

V In quinto loco Iupiter ab horoſc. conſtitutus, magna felicitatum augmenta decernit, facit enim eum, qui ſic natus fuerit, in magiſtratibus publicis honoratum, præſertim ſi in domiciliis ſuis, uel in finibus, uel in altitudine ſua, uel in domo ☉ fuerit inuentus. Quod ſi ſic poſito ♃, ♂ ſe bona radiatione coniunxerit, faciet duces, qui habeant etiam uitæ, ac necis poteſtatem. Quod ſi ſine ♂, ſic poſito ♃, ☿ & ☽, ſe aliqua parte coniunxerint, faciet procuratores regũ rationales. Quod ſi ſine his omnibus, ♀ ei ſe ſola, ex aliqua parte cõiunxerit, faciet affluẽtis decore felicitatis ornatos, nam ſi, ſicut ſuperius diximus, cum ♂ ſic fuerit cõſtitutus, is qui ſic eum habuerit, regali ſemper erit poteſtate perſpicuus, & ſententiæ eius ſic erunt, tanquam ab eo coniunctis hominibus diuina documenta profe‑rantur. Erit autẽ qui ſic eum habuerit, forti corpore, & ualidis oſſibus. Et ſi coniunctionẽ cum uento ☽ creſcentis exceperit, diuinæ atque immortalis penè ſubſtantiæ homines procreabit. Seruare autem ſemper oportebit, ſi ſic ♃ fuerit collocatus, quo uento currẽs ☽, ad eum feratur, difficile enim iſta ratio colligitur, nam ſi in Aquilone conſtituto ♃, ex Auſtro recedens ☽ creſcenti, ac pleno lumine ſe iunxerit, in quinto ſcilicet loco ♃ ab horoſc. cõſtituto, & in iis ſignis, in quibus gaudet, uel in domiciliis ſuis, uel in altitudine ſua, per diem duntaxat, faciet inuictos Imperatores, & qui totius orbis gubernacula teneant, præſertim ſi ſic ♃ collocato in iis ſignis, in quibus gaudet uel in quibus exaltatur, ☉ trigonica ſe radiatione coniunxerit. Gaudet autẽ per diem ♃, ſolis radiatione adornatus, præſertim ſi in matutino ortu fuerit conſtitutus. Quod ſi ſic poſitus ♃, ſicut diximus, deficientẽ exceperit ☽, faciet honeſtis moribus homines, & moderatæ dignitatis gratia ſubleuatos, & quibus nunquam ſe onus paupertatis imponat. Quod ſi ſic poſito ♃, ſine coniunctione ulla uentorũ, quam diximus, creſcens ſe ☽, ſimplici radiatione coniũxerit, faciet adminiſtratores, conſulares, frequẽter etiam cõſules ordinarios, præſertim ſi diurna genitura fuerit. Si uero ☿ ſe ei ſocietatis radiatiõe coniũxerit, longos annos, & uitæ maxima ſpatia decernit, dabit etiã utriuſque ſexus filios, aut geminos, præſertim ſi ipſe fuerit dominus genituræ, uel dñs partis horoſc. uel dominus eius ſigni, in quo eſt dominus genituræ collocatus. Quod ſi in nocturna genitura, contra datorem uitę fuerit collocatus (nõ enim gaudet ♃ in nocturnis genituris) eius ætatis, quęcunque decreta fuerit, duodecim annos aufert. Sed & ſi in nocturna genitura, ♂ ei, uel ♀, uel ☽, contrario ſe curſu monſtrauerint, maximis eũ, qui ſic natus fuerit, faciet uitiis implicari, ſecundũ naturã ſcilicet ſignorũ atque ſubſtantiã, In humanis em̃ ſignis, ſic poſitus, faciet libidinoſos, & circa amores inſana cupiditate prępoſteros, facientes ea, quæ mulieres facere conſueuerũt. In quadrupedibus uero ſignis ſic poſitus, uenatores faciet & ferarũ amatores, & quos ſemper ſyluarũ deſerta delectent, & aſſiduis laboribus implicatos. In terrenis uero herbarios faciet, & plus uolentes ſcire quam patiatur humanæ naturæ ſubſtãtia. In aquoſis autẽ, piſcatores, & quibus circa fluuiũ uel mare aut paludes ſit uitæ ſubſidiũ, laborioſos ſanè, & ex iſtis artibus ſæpe uiuentes. Quod ſi ſic poſito ♃, in nocturna genitura reſiſtẽtibus ei iis, quos diximus ☽ ab eo receſſerit, inæqualem uitam faciet: nam is qui ſic eum habuerit in frequentiores miſerias incidet. Sed ab hoc malo, ex aliqua parte temperabitur, ſi ſic eo poſito recedens ☽, ♀ ſe opportuna radiatione coniũxerit. Quod ſi ſic poſito ♃, recedens ab eo ☽, nullius ſtellæ habuerit coniunctionẽ, maximas infelicitates, labores, miſeriáſque decernit. Si autem ſic poſito ♃, recedens ab eo ☽, & quodãmodo fugiens, per quadratum, ſiue diametrum, ſe radiis ♂ obiecerit, biothanatos faciet, ſecundum naturalem ſigni formam atque ſubſtantiã. Si enim per diametrum, ſic à ♃ recedentem ☽, ♂ hac quam diximus radiatione reſpexerit, in nocturna genitura, faciet rixas, pericula, & magna ſemper cũ inferiore certamina. Vnde per noctem in hoc ſigno ♃ frequenter malas decernit ærumnas, & calamitates.

♃ non gaudet in nocturnis genituris.

VI In ſexto loco ♃ ab horoſc. conſtitutus, maxima mala decernit, faciet enim natos frequenter exponi, maxime ſi in ſexto loco conſtitutus, ipſe dñs eius ſigni fuerit, in quo eſt horoſc. uel in quo eſt M C. conſtitutũ, præſertim ſi in nocturna fuerit genitura, & ſi per diametrum ☉, ♄, uel ♂ reſpexerit, & ſi ſic poſitus ☽ deficientem de quadrato uiderit, uel

cum

tum eodem ☽,in eodem signo fuerit deficiens. Quod si sic positus,sine maleuola cuiuspiam stellæ radiatione,crescentis ☽ lumen exceperit,hæc quę diximus,ex parte aliqua mitigantur,& facit aurifices,aut eos qui nexo auro uestes pingunt,facit interdum & argentarios.Sed nihilominus etiam si eas artes fuerit largitus,easdem crebra euersione desubitat.Locus enim sextus habet malitiæ propriam prærogatiuam,& quæcunq; stella in ipso loco fuerit,ad decernenda mala,maximas uires,ex loci uitio,semper mutuabitur. *Sextus locus semper perniciosus.*

VII In septimo loco ♃ ab horosc.cōstitutus,id est in occasu partiliter,in diurna scilicet genitura,faciet locupletes,diuitésq;, & longæ ac beatæ senectutis spatia decernit, sed filiorū locum,& coniugis,nocturnus maxime uersat,nam & carissimam,& morigeram uxorem amittant necesse est, & amari filii,uel filię miseram uideant mortē.Si uero per noctē, in eo loco genituræ fuerit inuentus,is qui sic eum habuerit,crescente ætate,augmenta patrimonii consequetur,mediocris uero substantiæ erit,& tantarum facultatum,ut ad bene beateq; uiuendum,nihil ei desit.

VIII In octauo loco ♃ ab horosc.constitutus,labefactat frequenter patrimoniū, & inimicos facit maximos,ac seditiones frequenter suscitat ex populo, facitq; malitiosis semper ætatibus occupatos.Facit etiam ignobiles,& stulta lætantes animositate,præposteros, & quorum etiam furor ad insaniam usq; procedat,præsertim si sic posito ♃,cardinem aliquem genituræ maleuola stella possederit.Quod si in eo loco constitutus,uel secum habuerit ☿,uel eum trigonica radiatione respexerit, & ei crescens ☽ se bona radiatione coniunxerit,faciet aut procuratores regum,aut rationales,aut quibus nunciandi potestas cōcedatur,qui tamen semper in prima ætate moriuntur.

IX In nono loco ♃ ab horosc.constitutus,si diurna fuerit genitura,faciet eum qui natus est,futura quæcunq; dicere,ac reddit deorum semper interpretem.Quidā aūt & sacerdotia consequuntur,aliis facit de templis conferri aliquid muneris,sed interdū facit & damna,& æstus corporis,& animi.Si uero per noctē in eo loco fuerit cōstitutus,facit semp falsa somnia somniātes, & q de diis aliqd frequenter mentiant̄,& qui de deorū sortibus spem sibi aliquā polliceant̄,seq; ex hoc uexatos semper in uita sua,potissimū existiment.

X In decimo loco ♃ ab horosc.cōstitutus,id est in MC,partiliter per diem,publicorū negociorū faciet principes maximorūmq; decem primos,& quibus à populo honores maximi conferant̄,claros etiam & qui se uelint semper gratia ostentationis exerere,sed in uita luxuriosos reddit.Quosdā etiā facit magnorū uirorū,aut imperatorū negocia tractare, alios per totam uitā suam faciet coronatos,sed & maximas felicitates decernit,sic positus, si nulla ei maleuola stella,in MC posita,restiterit.Quod si sic posito ♃ in MC, maleuola stella restiterit,quicqd eis in prima ætate dignitatis honoris,diuitiarū,collocatū fuerit, totum in uita posteriore minuitur,dissipatur,ac funditus euertitur,nisi occasus,id est septimus ab horosc.locus alterius beneuolæ stellæ fuerit omine munitus. Si uero per noctem in decimo loco fuerit constitutus,honestos quidē moribus facit,sed qui cito fallantur,& quorū patrimoniū frequenti,ac cita dissipatione depereat,fluátq;.

XI In undecimo loco ♃ ab horosc.per diem cōstitutus,maximas decernit felicitates, magnásq; diuitias elargit̄,dat etiā clarissimas potestates, fascésq;,ac procōsulare decernit imperiū,si ☉ & ♀ bona se ei radiatione coniungant,& si ☽ ab Austro recedens,♃ in Aquilone constituto,plena se coniunxerit,id est,si tali ad eū cursu feratur,qualē in quinto loco descripsimus.Minuuntur autē hæc omnia,& efficaciam suā perdunt, si in nocturna genitura sic fuerit cōstitutus.Si uero ♂,♃ sic constituto,fuerit contrarius,in viii loco genituræ positus,magnis,ac potentibus felicitatibus faciet gaudentes, ac maximis diuitiis cultos,sed totum,quicquid eis honorum,uel dignitatum collatum fuerit, miseriarum atq; infelicitatis incursione mutabit.

XII In duodecimo loco ♃ ab horosc.cōstitutus,maximas decernit felicitates,facit super inimicos potētes,& qui eos crebra potestate deterreant,præsertim si partiliter horosc.maleuola stella possederit.Vel si sic ♃ cōstituto,id est in xii loco ab horosc,♂ in occasu genitutę,

hoc est in vii ab horosc. loco fuerit inuentus biothanatos enim sine dubitatione perficiet. Maiora autem erūt hæc mala, & fortiori calamitate præualida, si in xii loco ♃ constitutū, per diametrum ☉ Saturnúmq; respexerint. Erūt aūt pauperes, ac erumnosi, si sic ♃ constituto, in nocturna genitura, deficiens se ☽ per diametrum opposuerit. Si uero neq; ei ☉, neq; ♄ in diametro fuerit, & bona genituræ tamen loca possederint, nec deficiente lumine, ♃ se ☽ contulerit, faciet eos qui sic habuerint ♃, quodam subtili artificio sæpe pollentes, aut aurifices, aut ex auro uestes pingētes, aut inauratores, aut in usu uarios, aut ex argento quædam facientes opera. Appetitur autem atq; laudatur, quæcūq; ars fuerit, si sic ♃ constituto ♀ sese stella opportuna societate cōiunxerit. In ♃ quoq; δυοδεκατημόριον diligenter inquire, ut eius uires, solerti ratione reperire queas.

DECRETA ♂ PER SINGVLAS COELI STATIONES CAP. V.

Martis locus primus.



Ars in horosc. partiliter cōstitutus, in nocturna genitura, & in masculinis signis, faciet militares: matutinus autem si fuerit partiliter in horosc. constitutus, sine radiatione ♃, faciet largiores uiros, plus uolentes donare, q̄ patrimonii ipsorum substantia patiatur, ita ut profusi esse uideantur, sed quo actus omnes, semper ratione publicent. Si uero per noctem, horosc. in ♂ domicilio sit constitutus, in signo scilicet masculino, & in eodem signo, id est in horosc. ♂ fuerit inuentus, & ♃ cum eo sit partiliter in eodem signo, aut solida eum radiatione respexerit, faciet bellorū duces, sed quibus omnis cōmittat̄ exercitus, & mortis, ac uitæ dominos reddet, quorū aduentum, ciuitates semper aut prouinciæ maximè perhorrescāt, felices, fortes, graues, & quorū iræ, magnis semper indignationibus proferantur. Sed nec coniugem, nec filios sic positus, charo diligere permittit affectu. Per diē uero, si in horosc. partiliter fuerit inuentus, callidos, audaces, furiosos, peregrinos facit, sed in omnibus semper instabiles, qui quicquid ausi fuerint nulla poterunt ratione cōplere, sed semper de manibus eorum, quicquid nacti fuerint, defluit, patrimonia quoq; eorū, qui sic ♂ habuerint, dissipantur. Sed & omnis uitæ substantiā, uxores etiam, ac filios amittunt, nec aliqd illis de paterna substantia reseruatur, sed hæc prima quidē ætate depereunt. Quod si sic ♃ depositū ♂ per diem ipse in domicilio suo constitutus, uel in altitudine sua, uel in finibus suis, trigonica radiatione respexerit, aut si cum ipso partiliter fuerit, mala eius ex quacūq; parte mitigant̄. Sed & ego scio, quod in plurimis genituris inueni, multos ♂ in horosc. cōstituto, in exiliū datos, & bene & strenue res pub. administrasse, déq; eis benemeritos fuisse. In secūdo loco ♂ ab horosc. cōstitutus, si per diem in hoc loco fuerit in-

II uentus, maxima mala, & magna decernit infortunia, præsertim si in matutino ortu fuerit constitutus. Faciet enim alienari à parentibus, & à domo sua, & in finibus semper errare peregrinis. Quod si sic posito ♂, uel cū ipso crescens ☽ fuerit, uel in diametro constituta, uel sic quadrata se radiatione coniunxerit, faciet tardos, debiles, & qui uulnera de ferro frequenter accipiant, debilitabit autē à frigore, aut ex quadrupede uulneratos quosdam faciet, aut natos exponi, alios facit etiam sæpe captiuos, aut ex ingenuitate, ad seruitutem trahi. Erunt autem semper tales, in æstu animi. & in maximis necessitatibus constituti. Quod si sic posito ♂, ♃ se bona radiatione cōiunxerit, cōstitutus ipse uel in domo sua, uel in finibus suis, ex omnibus periculis euadunt, & à captiuitate penitus redimūtur atq; ex seruitute ad libertatem rursus transferuntur, sed ea quæ sunt uitæ necessaria, interdum non habebunt. Si uero per noctē sic fuerit inuentus, milites facit, uel athletas, sed & ipsos consueuit facile periculorum continuatione decipere. Aderunt autem simili modo pericula si ♃, & ♀, sicut superius diximus, bona se ei radiatione coniungant.

III In tertio loco ♂ ab horosc. cōstitutus, decernit qdē gloriā, sed cū labore maximo. Alienas aūt res, q sic ♂ habuerit, desiderabit, & omnibus inuidebit, & habebit maximi cuiusdam facinoris malā conscientiā. Quod si sic ♂ collocato, in xi genituræ loco ♃ fuerit inuentus, uel in septimo, hoc est in occasu, facit ut in publicis administrationibus constitutus, cū magno labore cōsequat̄, sed maximā patrimonii facultatē. Sic aūt positus in tertio scilicet ab horosc. loco, si se ♃, sicut diximus ante cōiūxerit, maximę potestatis atq; hono-

tis re-

tis regimen, ac dñia largit̃, ita ut oẽs qui ei genere iungunt̃, honoris ipsius nobilitates superent̃. Nam si in hoc loco cõstitutus in domo fuerit, uel in partibus suis, uel in domiciliis, aut in altitudine sua, & ♂ sic ei, ut diximus ante iungatur, faciet præsides riparum, duces, uicarios, præfectos prætorio, & quibus frequenter cõmitatur imperium.

In q̃rto loco ☉ ab horosc. id est in I M C, partiliter cõstitutus, per noctẽ faciet militares, laboriosos, & q semp in desertis regionibus cõmorent̃, uel ferarum præpositos, ac magistros, interdũ etiã cursores imperatorũ uel iudicũ, secundũ qualitatẽ signorũ, parentũ uero uitã, ac patrimoniũ dissipabit, dabit quoq; uulnera uiduitatis, ac ruinæ, filiũ uero aut unum dabit, aut nullũ, qui sic enim ♂ habuerit, in omnibus semper actibus impedieť. Quod si per diem sic fuerit inuentus, debilitabit oẽ corpus, faciet languidos, caducos, & qui ex ferro uulnera frequenter accipiant, reddet inualidos, & quos feminæ semp impugnent, uel qui à feminis magnis semper molestiis deterrant̃, faciet etiã eos sine gratia pręstare, quod dederint, nam quicũq; aliquid ab ipsis fuerit cõsecutus, ingratus illis semp existit. Quod si sic positũ ♂, ☉ de quadrato, uel diametro respexerit, aut cũ eo fuerit, fortiora hæc mala, crebrioráq; decernit, frequẽter etiam in maximis periculis cõstituit. Faciet quoq; insanos, lunaticos, si sic ♂ cõstituto, horosc. in domo ♂ fuerit inuentus, aut si locus fortunæ in loco, uel domo ♂ fuerit collocatus, aut si locus cupidinis, uel dæmonis, in eadem domo fuerit cõstitutus, ea enim, quæ diximus, tunc fortius perficientur. IIII

In quinto loco ♂ ab horosc. cõstitutus, si per noctẽ fuerit in domo sua, uel in domo ♃, aut in finibus suis, uel in altitudine sua, & si ♃ cũ eo fuerit uel de trigono, etiã ipse in domo sua cõstitutus, eũ respexerit, faciet glorias maximas, & patrimonia magna, ac oẽ genus decernit felicitatis, facit etiã honores à populo decerni, eósq; reddit cũ potẽtibus uiris, uel cũ maximis administratoribus, fidelis amicitiæ gratia cõiunctos. Quod si sic posito ♂, ac ♃, ☽ deficiens lumine, ♂ sic stellæ opportuna radiatiõe coniunxerit, faciet præpotentes, horribiles duces, & q̃bus maximi cõmittantur exercitus, qui habeãt etiã uitæ necisq; auctoritatẽ, & in magnis administrationibus iuris gladii decernit potestatẽ. Quod si ab eo ☽ recesserit, ♀ uero sit cũ eo, aut eũ de trigono respexerit, faciet felices, ac diuites, & qui per semetipsos gloriã cõsequant̃, & qui sint semp̃ uenustis corporibus grati. Si uero per diem ♂ in quinto ab horosc. loco fuerit cõstitutus, q sic eum habebit, patrimoniũ labefactabit, ac domiciliũ frequẽter mutabit & ,ppter infortunia, quę ei accidẽt, peregrinis sp̃ regionibus immorabit̃, erit aũt in periculis nõ modicis cõstitutus. Si uero sic positũ p̃ diẽ ♂, hęc mala decernentẽ, ♃ aut ♀, uel simul cũ eo cõstituti, uel de trigono, uel hexagono, eũ respexint, lucra maxima, ex peregrinatiõis incõmodo cõsequet̃, & cito de peregrinatione reuocabit̃ ad patriã. Metuendũ est aũt quoties sic per diẽ cõstitutus, in diametro habuerit ☽ crescentẽ lumine, maximos eñ labores incitat, ita ut tales actus, ad imitatiõnẽ seruitutis accedãt: nã & si felix esse uisus fuerit, talis eius erit felicitas, ut semp alienę subiaceat potestati. Facit etiã assessores iudicũ maximorũ, accusationes quoq;, seditiões, turbas, dãna, ac repentina pericula decernit, facítq; ex aliqua corporis parte debiles, ac interdũ insanias, et languores tales inducit, ut nimio febris ardore adusti, ad insaniã transferant̃, faciet etiam uincula, carceres, & custodias, nisi respiciẽs ♃ ☽ in diametro ♂ cõstitutã, uel ipsum ♂, taliũ calamitatũ miserias mitigarit. Quotiescũq; enim sic positos ♂, ac ☽, ♃ bona radiatione respexerit, eos qui sic nati fuerint, in maximis periculis constitutos, ac omniũ tandẽ auxilia desperantes, repentinis facit tamen pręsidiis liberari, filios autẽ ♂ per diem in hoc loco cõstitutus, sine ♃ testimonio aliquo, uel aspectu, penitus denegabit. V

In sexto loco ♂ ab horosc. cõstitutus, multa mala decernit, nam & filis nocebit, & inæqualitatẽ uitæ faciet, ac ualetudinis, pro signorũ scilicet genituræ qualitate, nam in curuis signis præmori facit, & interdum claudos, ac gibbosos, quia in hoc loco omniũ ualetudinum uitia cernuntur: si tamen partiliter ♂, in eo signo fuerit constitutus. VI

In septimo loco ♂ ab horosc. cõstitutus, partiliter, id est in occasu, maxima mala, et immensa pericula decernit. Faciet enim laboriosos, homicidas, sceleratos, reos facinorum inuentorum auctores, uel tortores, aut carnifices, seu proditores. Quod si domum suam in oca- VII

in occasu positus, per diametrum respiciat, non faciet biothanatum, nunquam enim ♂ do-
mum suam euertit, sed tunc facit ὀλιγοχρονίους, si horosc. & ☽ non fuerint ♃ præsidio
protecti. Quod si non fuerit horosc. in domo ♂ oligochronios reddit, præsertim si per
quadratũ, uel diametrum, in horosc. uel in M C, pleno lumine constitutam ☽ respexerit.
Sed generaliter ♂ in septimo ab horosc. loco constitutus, id est in occasu per diem, &
per noctem, biothanatos facit, & hoc pro qualitate signorum. Fortius tamen hoc ma-
lum decernit, & manifestius, in alienis signis, nam in hoc loco si fuerit inuentus, tunc
dolores, & lacerationes corporis facit, & aut præcipitat, aut interimit, aut in carcere, & uin-
culis constitutos, perpetuis & mortiferis calamitatibus deprimit. In nocturnis genituris
uero dolores & æstus faciet, ex omnibus actibus, sed ex ferro uulnera frequenter infligit,
& uulnera ipsa facit ignita cauteriorum adustione curari. Facit quoque absconsos corpo-
rum, & immensos dolores, præsertim cum ipse temporum dominus fuerit, uel à ☽ ple-
na ipse diuisa sibi temporum spatia possederit. Si uero ♂ in septimo loco cõstituto, ♄ aut
in horosc. aut in M C, partiliter fuerit, & ☽ plena feratur ad ♂, uel diminuta ad ♄, magno-
rum malorum, ac funestæ calamitatis infortunia decernuntur: tunc enim accusationes,
tunc uincula, tunc carceres, tunc damnationes, tunc contra eum capitales sententiæ pro
feruntur, aut enim bestiis obiicitur, aut per præcipitia iactatur, aut ruina deprimitur, aut
domesticis insidiis laniatur, aut à latronibus interimitur, aut nauigio perit. Sed hæc pro
genere, & qualitate signorum decernuntur, nam in terrenis signis ♂ constitutus, feris fa-
ciet obiici: in solidis uero opprimi ruina, aut in præcipitia iactari: in aquosis autem nau-
fragio submergi: sed in humanis signis constitutus, gladio facit interire. Si uero ☉ in dia
metro fuerit, uel cum eo, uel in alio genituræ cardine, uiuos facit exuri, ut omnifariam in
hoc loco constitutus, misera calamitate ac flebili hominem uitæ atrocitate disperdat, sed
♂ in 7 coniugis filiorumque locum persequitur.
ante diem ultimum uitæ, qui in septimo genituræ loco ♂ habuerit, aut igne, ferro, uio
lentia, aut tormentis, uel homicidiis actus habebit. Locum autem coniugis, ac filiorum
uehementissime persequitur ♂ in septimo cõstitutus loco.

In octauo loco ♂ ab horosc. cõstitutus per diem, aut patrimoniorum denegat faculta
VIII tes, aut eis, qui habent patrimonium misera facit proscriptione mutari. Quod si ☉ & ☽
in diametro habuerit, decernit extinctis oculis cæcitatem. Solus autem in hoc signo cõsti
tutus, penurias faciet, angustias, æstus, turbas, seditiones, pericula. Si uero sic ♂ cõstituto
☽ in anaphora horosc. fuerit, id est in secundo ab horosc. loco, ♃ uero nulla se eis radia-
tione coniungat, sed ab eis potius sit alienus, nec horosc. uideat, biothanatos facit, secun
dum tamen signorum naturam atque substantiã. In humanis enim signis, sicut diximus,
si constitutus fuerit, ab hominibus gladio perimetur, uel à piratis, aut latronibus, seu do-
mesticis interemptus erit. Qui igitur sic ♂ habuerit, aut occidetur, aut gladio percutietur, senten
tia iudicantis, uaria criminũ diuersitate cõuictus. Frequenter tamen sic cum ☽ positus, si-
cut diximus, sine ♀ aut ♃ testimonio, gladiatores facit, sed eos qui in conspectu populi,
crudeli necis atrocitate depereant. In terrestribus uero signis, in desertis locis, faciet occidi,
multiplici tamen prius periculorum continuatione turbatos. In quadrupedibus autem
signis, cũ hac ☽ radiatione, quam diximus, cõstitutus, aut in fluuiis, aut in stagnis, aut in
mari submergi facit, aut occisos à piratis undis facit fluctibúsque dispergi. In solidis uero si-
gnis, per præcipitia lapsos interimit. In igneis autem facit exuri. Per noctem uero, in hoc
signo constitutus, id est in octauo ab horosc. loco, faciet callidos, periculosos, & argutos.
In publicis tamen actibus, aut claris, eos qui sic ♂ habuerint constituit, sed mortem ni-
hilominus decernit biothanatã, aut repentinã, sicut apopletici interire cõsueuerũt. Sed si
♃ sic positũ ♂, quacunque radiatiõe respexerit, uel si cũ eo fuerit, hęc quę diximus mala, ex parte
maxima mitigantur. Sed si in horosc. ♃ pariter fuerit inuẽtus, horosc. uero ipse sit in domo
♃, uel ♀, quæ stella prospera se ♃ radiatiõe cõiungat, & obstiterit ♂, hac qua diximus ra-
diatione grassanti, oĩa hæc calamitatũ funera, maxima pro parte mutantur. Flebiles eñ casus,
& misera semper infortuniorũ incõmoda, in hoc & in cæteris locis, decreta per ♂ mutantur,

atq;

atq; mitescunt, si impetus ♂ bono Veneris, ac Iouis testimonio, felicissime mitigentur.

In nono loco ♂ ab horosc. per diem cõstitutus, bonus erit circa uitam, & gloriam. Et IX
si ♃ in horosc. fuerit constitutus, in nono loco ♂ posito, felices facit, & qui facile omnia consequātur. Si uero per noctem, in nono loco ♂ cõstituto ♃ in horosc. fuerit inuentus potestatẽ maximã administrationum, & ius decernit gladii, & facit eũ, qui sic natus fuerit exercitum ducere. Frequẽter tamen sic positus, in peregrinatione decernit incõmoda. Si uero in nono loco constitutus in domo ☿ uel ♀ fuerit, doctos & claros facit oratores. Si uero aut in domo sua fuerit, aut in domo ♃, aut in altitudine sua, & ♃ in horosc. non fuerit collocatus, faciet diis terribiles, & qui omnia periuriorum genera contemnãt. Erunt autem omnibus dæmonibus terribiles, quorũ aduentum praui dæmonum spiritus fugiant, & qui sic laborantes homines, non ui uerborum, sed sola sui ostensione liberent, & quamuis sit uiolentus dæmon, qui corpus hominũ, animúmq; quatiat, siue ille aëreus sit, siue terrenus, aut infernus, istius hominis iussiõe fugiet, quia prępceptis eius cum quadã ueneratione terrebitur. Hi sunt qui à uulgo exorcistæ dicũtur. Sed talis erit, q in nono loco, sicut diximus, habuerit ♂, ut laborantẽ hominẽ ab omni malignorũ dæmonum spiritu, facile possit iussionis suæ auctoritate purgare, ac penitus ipsum liberare. *Exorcistæ.*

In decimo loco ♂ ab horosc. constitutus, id est in M C partiliter in nocturna genitura, si in masculino signo fuerit inuentus in suo domicilio uel ♃, uel eius cuius diximus genere uel in altitudine sua faciet quidẽ periculosos, & uario genere sępe deceptos, sed nihilominus præsides, duces, uitæ necísq; dominos, tribunósq; terribiles, in prouinciis ac ciuitatibus. Si uero in medio cœlo per noctem cõstitutus, in quali diximus signo, coniunctionem ☽ uenientis acceperit, ♃ uero alium genituræ possederit cardinem, & ipse nihilominus, uel in domo sua, uel in altitudine sua, uel in suis finibus fuerit, potentes, duces, ac totius orbis dominos efficiet. Quod si sic positum ♂, ♃ deseruerit stella, nec ipsi aliqua se radiatione coniungat, nec in cæteris genituræ cardinibus fuerit inuenta, faciet nihilominus armatos, præpositos, tribunos, uel minoris loci duces, aut magnarum prouinciarum, & licet in minoris dignitatis loco cõstitutos, habentes tamen gladii, & uitæ ac necis potestatẽ. Quod si sic constituto ♂, sicut diximus, ♃ etiam sic ut ante diximus in cæteris genituræ cardinibus constituto in iis in quibus diximus signis, & in iis partibus, Saturnus in alio genituræ cardine fuerit constitutus, erunt quidem reges, imperatores, potentes, maxime terribiles, periculosi, ciuitatum euersores, uel fabricatores, sed oligochronii, id est modicæ uitæ. Quidam autem & malo fine depereunt, in peregrinísq; locis cõstituti, amittunt uitam pariter, & regnum, uel in aliena potestate positi, moriuntur. Si uero in medio cœlo ♂ in feminino signo fuerit inuẽtus in cuiuslibet scilicet stellę signo uel suo, uel ♃ per noctem tamen faciet summa nihilominus honestate fulgentes, sed in masculino tamen signo per noctem, & in feminino in M C constitutus, filios negat. Si uero per diem in hoc loco fuerit inuentus, id est in M C, inefficaces homines faciet, quos conueniat in omnibus actibus, uariis generibus impediri, decernit etiam damna maxima, & amissionem patrimonii. Faciet quoque proscriptiones, & condemnationes. Aliis enim onus peregrinationis indicit, aliis maximas imponit necessitates, alios fugere compellit, aliis decernit exilia, alios facit peregre, uel in exiliis procul à patria deperire. X

In undecimo loco ♂ ab horosc. constitutus, bona decernit multa, & augmenta patrimonii largitur, amorésq; à populo donat. Frequenter etiam dat maximæ dignitatis insignia, si sic eum positum cum deficiente ☽, ♃ bona radiatione respexerit, aut si cũ eo fuerit, aut trigonica se societate coniunxerit, tunc enim facit iudices habentes ius gladii, cum maximis dignitatis insignibus. XI

In duodecimo loco ♂ ab horosc. constitutus, si per diem in hoc loco fuerit inuentus, ægritudines maximas decernit, & malis uitiis implicat atq; à seruis crebras cõtinuat insidias, facítq; talem, cui serui semper nocere desiderent, & in omnibus per suos multiplices seruos spargit infamiam. Frequenter autem propter inclusos quosdã, aut in custodia cõstitutos XII

stitutos, aut etiam damnatos, æstus, languores, sollicitudines, damna periculáq; decernit.
Sed hæc omnia mitigantur, si sic ♂ positus, in nocturna genitura fuerit inuentus. Opta-
re autem debemus in omnibus genituris, atq; in omnibus locis, ut ♂ qualibet radiatio-
ne, & quolibet ex loco, ♀ ac ♃ sint semp̄ opportuni. Tūc enim impetus eius, ex qualicū-
que parte languescunt, cum istarum stellarum fuerit testimonio mitigatus. Sed & illud
debemus optare, ne quando per diem cardinem aliquem ♃ geniturę possideat. Si enim
♂ in cardinibus. per diem partiliter, in aliquo genituræ cardine fuerit inuentus, uario contra eum, qui na-
tus fuerit, genere grassatur. In cardine enim ♂ posito, si per diem ♃ se coniunxerit, uel in
alio cardine, per diem ♂ fuerit inuentus, & ♄ alium cardinem geniturę possederit, faciet
Vxorū suiq; ipsius interfectores. biothanatos, aut ipsos sibi inferentes necem. Si uero in cardine per diem constituto ♂, in
alio cardine ♀ fuerit inuenta, faciet assiduis malorum illecebris fatigari, reddetq; aut uxo-
rum interfectores, aut ipsos sibi necem inferentes. Si uero ♂ per diem aliquem genituræ
cardinem possederit, & ☿ in alio fuerit genituræ cardine constitutus, cardiacos faciet, &
qualicunq; ratione damnatos. Si uero in aliquo genituræ cardine ♂ fuerit inuentus per
diem, & ☉ in alio genituræ cardine sit positus, faciet quomodolibet semper exuri. Si ue-
ro ☾ se simili radiatione coniunxit, & crescenti lumine, faciet biothanatos, ac matres eo-
rum acerba necis morte prosternit. Si uero ☽ aliena ab eo fuerit, & ipse sine alicuius stellæ
coniunctione, in quolibet genituræ cardine fuerit inuentus, per diem maximas ualetudi
nes, uitia, ægritudines, debilitatésq; decernit. Gaudet autē coniungens se deficienti ☽ sem
♂ ♀ ☽ per, & ♀. Vnius enim, has tres stellas, hoc est ♂ ☽, ac ♀ in institutionis libro (sicut memi-
nisti) conditionis esse monstrauimus. Si uero in quocunque cardine genituræ, per diem
Magna pericula ♂ & ☿ in duob. card. fuerit constitutus, & alium genituræ cardinem ☿ (ut diximus) acceperit, magna, & im-
mensa, ac sine modo, pericula decernit. Quicquid enim mali, in rebus humanis est, id to-
tum ex ista stellarum coniunctione decernitur. Illud etiā meminisse debemus, quod per
diem ♂ in cardinibus constitutus, semper sobolem denegat, si filiorum locus in signo
eius fuerit inuentus. Ipse enim in cardine cōstitutus, quia dominus est eius loci, filios de-
negabit. Sed si in alieno domicilio, filiorum locus fuerit inuentus, & dominus ipsius si-
gni cum ♂ fuerit, uel si ♂ eum de diametro, uel quadrato respexerit, filios denegabit. Si
uero per noctem, ipse dator uitæ fuerit, maxima ætatis spatia largitur. Si autem in diurna
genitura, faciet in primo ætatis gradu positos interire. Si uero alter fuerit dator uitæ, & ♂
per quadratum, uel diametrum ei restiterit, minuet ex hac ætate, quæ ei decreta fuerit, an-
nos quindecim. Si uero inter se & ♄, mediam ☽ positam acceperit, debilitat, amputátq;
partem corporis, pro qualitate signi, in quo ☽ fuerit inuenta. Si uero ☽ crescentem, per
diametrum, uel quadratum uiderit, eos qui nati fuerint, aut statim perimet, aut faciet ex-
poni. Sed ut eius potestatem colligas, ♂ δυοδεκατημόριον, eiúsque fines, diligenter so-
lerti ratione perquiras.

SOLIS DECRETA PER SINGVLAS COELI STATIONES. CAP. VI.


Ol in parte horosc. constitutus, difficiles fratres dabit, in masculino autē si-
gno, in domo aut altitudine sua, ac beneuolæ stellę radiatione coniūctus,
beneuolísq; protectus, magnę nobilitatis largitur insignia. Si uero maleuo-
læ stellę, ☉ in horosc. cōstituto, prope radios accedant, oculorū aciē ex ma-
xima parte desiderant. Sed quia diximus, eū maximas decernere felicitates,
omnia debemus specialiter explicare. Cū ☉ igit̄ in horosc. parte cōstitutus, in iis, quibus
diximus partibus per diem, Imperatores faciet, ac reges, quod si uis eius leuiter fuerit im-
pedita, consulares faciet, ac proconsulares, dátq; ordinarios magistratus. Si uero ♂ sic ☉
positum, sicut diximus, aspexerit, uel si cum eo positus fuerit, cum maxima inuidia, &
cum magnis periculis impedimentis, pugnis, & difficultatibus, ducatus, imperia, pote-
statésque decernit. Si uero ☉ in horosc. per diem, in iis quibus diximus signis, par-
tiliter constituto, alium ♃ cardinem genituræ possederit, ♂ uero in MC fuerit partili-

ter inuentus, in masculino scilicet signo, ☽ etiam, in aliquo sit genituræ cardine, plena lumine, uel in anaphoris cardinum, eum qui natus fuerit, toti orbi faciet imperare, aut in tali potestatis administratione constituet, ut potestas eius, licet non sit dominus, aut rex, per totius orbis tamen spatia dirigatur. Si uero ♂ in M C fuerit, uel in occasu, sic ☉ & ♃, ut diximus constitutis, ☽ uero cum ♂, uel in medio cœlo fuerit inuenta, pleno scilicet lumine, uel in octauo genituræ loco, eos qui sic nati fuerint, duces, aut reges, aut administratores, biothanatos facit, aut aliqua ratione captos, mala faciet morte prosterni, secundum naturam scilicet signorum atque substantiam. Faciet autem interdum depositum ab honoribus suis, ab omni potestate deiici. Sed & si ♂ cum ☽ nõ fuerit sic, ut diximus, iunctus sed solus in cardinibus genituræ fuerit inuentus, uel in cataphoris, aut anaphoris eorum, ☉ in horosc. sicut ante diximus, constituto, nihilominus qui nati fuerint, duces, uel reges, uel administratores, captiuos, uel biothanatos faciet, uel cum summo decore à potestate deponi. Sed si ☉ in parte horosc. fuerit inuentus, & ♄ pariter M C possederit, simili modo reges, duces, & potentissimos administratores facit. Si autem sic ☉ posito, ac ♄ ♂ in secundo ab horosc. uel in octauo fuerit inuentus, & ☽ plena luminibus. in aliis cardinibus fuerit inuenta, uel in secundo ab horosc. loco, uel in octauo cũ ♂, eos qui nati fuerint, reges, uel duces, uel administratores, biothanatos facit, exules, & captiuos. Si uero ☉ solus in parte horosc. fuerit inuentus, in quibus diximus signis (hoc enim te meminisse cõuenit) & ♂ in anaphora ☽ fuerit inuentus, & ☽ in cæteris cardinibus, uel anaphoris cardinum constituta, eos qui nati fuerint, reges, uel duces, uel administratores simili modo biothanatos faciet, uel coget eos, isto honore priuari. Si uero ☉ in parte horosc. fuerit inuentus, & ☽ in cæteris cardinibus genituræ, uel in anaphoris, uel cataphoris cardinum fuerit inuenta, & ♂ se nulla illis radiatione coniunxerit, ♃ uero stella, aut fuerit cum ☉ in parte horosc. cõstituta, aut in cæteris cardinibus inuenta, uel in anaphoris, aut cataphoris cardinum, ii qui nati fuerint, reges totius orbis gubernacula possidebunt, euertentes alias ciuitates, alias subleuantes. Si uero sic positus ♂, ☉, ☽, Iouémque respexerit, aut cum ipsis positus fuerit, aut in cardinibus inuentus, aut in anaphoris, uel cataphoris cardinum constitutus, malas mortes faciet iis, quibus diximus, sed & uitia, ualetudinésque decernit, secundum naturam signorum, & has corporis partes, quas diximus, signis esse diuisas. Si uero sic iis omnibus collocatis, ut diximus, ♄ in anaphoris eorum, uel in cataphoris cardinum fuerit inuentus, imperium quidem tantũ, quãtum diximus non habebunt, maximos tamen potentia uiros, aut claros iudices faciet, uel magnarum legionum præpositos, seu tribunos, sed efficaces, & terribiles, non tamen in his dignitatibus, ac potestatibus perseuerantes, sed aut captiuos eos faciet, aut in exilium agi, uel biothanatos facile interire. Platice uero Sol in signo horosc. constitutus, faciet ingenuos, nobilésque, platice quoque Sole in signo horosc. cõstituto, si ♃ ♀ & ☿ in cæteris genituræ cardinibus fuerint, magnos uiros faciet, & quibus parentibus maxima bonorum felicitas cõparetur, & qui à prima ætate, in rebus bonis, ac prosperis crescant, ita ut sint semper ab incursu paupertatis alieni. Sed si sic hos omnes positos, ♄ de trigono respexerit, uel hexagono, uel etiam si pariter fuerit constitutus, perpetua felicitas illis decernitur. Quod si sic omnes positos, id est Sol in signo horoscopi ♃ ♀ & ☿ in cardinibus, Saturnum uero in trigono, aut hexagono, aut in eodem loco cum ipsis cõstitutum, Martem hac radiatione respexerit, aut cum ipsis constitutus fuerit, uel eos omnes de quadrato uiderit, aut de diametro & se huic stellarum commixtioni coniunxerit, faciet maximos iudices, potentes, habentes uitæ, & necis potestatem, sed fures, rapaces, & qui res alienas, auaro rapiant cupiditatis instinctu. Sed nihilominus hoc eos post maximas prædationes, rapinas, & immensa facinora, exules facit, aut biothanatos. Si uero Sol per noctem, in horoscopi signo fuerit inuentus, sordidiores genere facit procreari. Quod si per noctem, Solem in horoscopo constitutum, Saturnus aut Mars per quadratum respexerint, aut per diametrum, uel simul cum eo fuerint, & ille se ipsis, quacũque radiatione

coniunxerit, maiores quidem fratres perimit, & uitæ suæ, ac omnem patrimonii substantiam, actúsq; omnes funesta peruersione dissipat. Semper autem, in omnibus cardinibus geniture, ☉ constitutus, maiores fratres omnes debilitabit, aut qui sic habuerit, inter omnes fratres suos, primus nascetur, ac eorum maior.

II In secundo loco ☉ ab horosc. constitutus, faciet per semetipsos, patrimonia quærentes, & in omni uita suaues, ac bonos. Sed hos eosdem, languidos facit, & paruæ uitæ, ac uariis facile contrarietatibus impediri, & qui semper sint in uita sua, uaria terroris trepidatione soliciti. Si uero in hoc loco constitutũ ☉, ♀ aut ♃, bona radiatione respexerint: uel de trigono, uel hexagono, uel si cum ipso fuerint collocati, bonorum aliquid repentinum dabit, & felicitatis incrementa non modica: nam iacentes homines, & abiectos, ad publicum faciet incrementum dignitatis adduci. Sed hoc ei magno labore, & cum maximo impedimento decernitur, ac cum patrimonii iactura uoluntaria. Vnde quicunq; sic ☉ habuerit constitutum, nihil appetat, ad nullam rem audeat, cum sciat, se sic posito ☉ in omnibus suis actibus, infeliciter impediri.

III In tertio loco ☉ ab horosc. constituus, patri malam mortem decernit, & ipsos, qui sic eum habuerint, inualidos faciet, sed in consiliis bonos, & graues, aut procuratores ciuitatum, aut rationes publicas tractantes, aut fisco præpositos, aut fisci patronos, si bona se ei ♃ & ☿ radiatione coniunxerint, sed uxoré, & filios tardius consequentur. Si uero in tertio genituræ loco positus sit in domo sua, uel ♃, seu ♀, aut ☿, uel in altitudine sua seu in altitudine ♃ ♀, aut ☿ faciet religiosos, deorũ cultores, qui eorum simulachra, & per se facta religiosis consecrationibus dedicent, & qui fabricationibus templorum, iussu principum, uel iudicum, præsint. In aliis uero signis sicut diximus, positus, facit in tẽplis ignobilia officia, aut seruile aliquod ministerium. Si uero in tertio loco ab horosc. cõstituto ☉, ♄, aut ♃ aliqua se ei radiatione coniunxerit, uel si cum eo fuerit: periuros faciet, perfidos, & crebris ob hoc denotationibus miseros, ganeones, & qui sordida, & abscons aloca semper sectentur, quique contra diuinitatem, irreligiosa proferant uerba, sed tamen assiduis animi fatigationibus semper æstuantes.

IIII In quarto loco ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, si ♂ & ♄ aliqua fuerit radiatione pulsatus, patri primum mortem decernit, & generis totius euersionem, aut labem totius patrimonii facit. Ipsi uero, qui sic eum habuerit, interpellationes, & molestias plurimas, cõtrarietates, & impedimenta ex maxima parte decernit. Sed bonam senectutem faciet, ita ut in hac ætate cõstituto, lucra maxima conferantũ, sed circa uxoris affectus, instabilis erit.

V In quinto loco ☉ ab horosc. constitutus, faciet amabiles, honoratos, & qui omnia facile consequantur, & quibus cuncta, amicorum præsidio, conferantur. Sed si sic ☉ positum, præsens in eodem signo, se ♀ stella sociauerit, uel de hexagono coniunxerit, coronarum largitur insignia, ac prætexta ueste, sub tali sydere natum hominem decorabit, sed et à populo honores ei maximi conferuntur. Quod si maleuolæ stellæ, cum ☉ in eodem loco fuerint, nihil mali poterunt decernere, nec perpetrare, propter loci naturalem bonitatem, sed filiis solum nocebit. Si uero in eo loco solus fuerit inuentus, minores erũt hæ, quas diximus felicitates, & sic etiam filiis nocebit, perpetuásque indicat orbitates, aut ex casu filiorum maxima doloris tormenta decernit.

VI In sexto loco ☉ ab horosc. constitutus, multa mala decernit, semper enim nocebit, grauésq;, ac longas ægritudines faciet. Quod si sic ☉ posito, ♂ in horosc. fuerit inuentus, actus quidem publicos faciet, sed infliget ei uulnera frequẽter ex ferro: patrem uero faciet, aut mala morte perire, aut citæ morti, aliqua ratione damnari, sed & omnem substantiã, uariis facit generibus deperire, si in sexto loco ☉ posito, in decimo ab horoscopo loco, id est in M C, nulla stella fuerit inuenta. Nam si in sexto loco ☉ constituto, quæcunque stella decimum locũ, hoc est M C possederit, faciet locupletes, diuites, affluentes, & quibus paterna successione, maxima felicitas conferatur. Si uero in sexto loco ☉ posito, nulla in M C, stella fuerit constituta, ♃ uero, & ♀, cum eodẽ ☉, in sexto loco fuerint inuenti, quic

quid

quid malorum decretũ fuerit, mitigatur, & tota infelicitatis impeditur improbitas.

In ſeptimo loco, ☉ ab horoſc. conſtitutus, maxima uitia, & ualetudines decernit, præ VII
ſertim ſi ſic ☉ poſitum, ♂ & ♄, aliqua radiatione reſpexerint, uel ſi cum eo fuerint collocati, ſecundum enim naturam maleuolæ ſtellæ, quę cum ipſo fuerit collocata, indicit uitia, & ægritudines. Si ♄, frigidas, ſi ♂, calidas, & ignitas. Quod ſi ☽ cũ eo, in ſeptimo loco fuerit inuenta, uel ſi in ſeptimo loco ☉ conſtituto, ☽ in horoſc. uel in MC, partiliter fuerit colſocata, magnos, potentes, ac nobiles faciet, & quibus cõmittantur maximæ poteſtates, præſertim ſi fuerit in domo ſua, uel altitudine, aut in domo ♃ conſtitutus, & ſi locus fortunæ partiliter, & per computũ diligenter inuentus, in aliquo cardine fuerit collocatus. Si uero ſic ☉ & ☽ conſtitutis, ſic etiam fortunæ loco collocato, ♃ aliquem genituræ cardinem tenuerit, imperatores, ac reges faciet, ſed bonos ac beneuolos. Faciet etiam duces, potentes, diuites, & adminiſtratores fortes, temperatos, efficaces, ac prouincias, & ciuitates ſubiugãtes. Quod ſi his omnibus ☉ ſcilicet ☽ ♃ & fortuna, ſicut diximus, poſitis ♂ & ♄ in ſecundo loco, aut in octauo ab horoſc. fuerint conſtituti, amittũt imperia, & ex honoribus, aut adminiſtrationibus ſuis, cum dignitatis iactura deponuntur, aut ab inimicis, uel aduerſariis, & æmulis opprimuntur. Facient etiam ut ipſi ſibi manibus ſuis inferant mortem, aut captiuos facient hos eoſdem, aut exules. Si uero in ſeptimo loco genituræ, uel in quocunq; alio cardine, collocato ☉, ☿ ſe in eodem loco poſitus iunxerit, uel matutinus, uel ueſpertinus, literatos faciet, qui maximam ac uariam literarum ſcientiam conſequantur. Si uero ſic ☉ ac ☿ poſitis, ♄ ſe cõiunxerit, malitioſos faciet, maleuolos, peſſimos, & qui uelint difficilium literarum noticiam habere, uel qui eaſdem ipſas difficiles literas faciant. Si uero per noctem fuerint inuenti ☉ ☿ & ♄, lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, uel quibus ſepulchrorum cura mandetur. Faciet etiam armentarios, bubulcos, paſtores, equorum domitores, porcarios, & his ſimiles, ſecundũ naturam poteſtatémq; ſignorũ. Et ſi in nocturna genitura ☉ & ♄, in ſeptimo loco cõſtitutis, in eodem loco ♀ & ☿ fuerint inuenti, uel in duodecimo, uel in ſexto, eunuchos faciet, mulierésq; uiragines, & quæ ſe nunq̃ uirili coitu coniũgant, uel ſi ſe aliquando uito coniunxerint, nunq̃ concepturas, uel partum ædituras. Si uero ſic his poſitis, ♂ ſe aliqua radiatione coniunxerit, uel cum ipſis fuerit inuentus, hermaphroditos faciet, in quibus ſe duplex natura coniungat. Quod ſi his omnibus ſic conſtitutis, ☽ ſe aliqua radiatione coniunxerit, uel cum ipſis fuerit inuenta, archigallos faciet, & qui uirilia propriis ſibi amputent manibus. Faciet etiã lenones, & qui meretrices ſuis uelint ꝓcurationibus locare. Sed in ſexto loco hæc eadẽ facient cum ☉ conſtituti, ſi nulla ſtella, in MC, poſita, iſtius malitiæ ſoluerit atrocitatẽ: nam ſi qua in MC, fuerit inuenta, iis omnibus in ſexto loco conſtitutis, omnia quæ diximus mitigãtur. In ſecũdo uero loco genituræ, uel quinto, uel undecimo, ſi ☿ cum ♄ fuerit inuentus, ☉ cum eis, in eodem loco conſtituto, malitioſos facit, maleuolos, peſſimóſq; in omnibus actibus, ſed aut aduocatos, aut iure peritos, ſeu ſcribas, uel exceptores, aut hortorum præpoſitos, uel aquarũ diſtributores. Quod ſi ſic his poſitis, in quibus diximus locis, ♂ ſe aliqua ſocietate coniunxerit, uel ſi cũ iis fuerit inuentus, erunt homicidiis publicis præpoſiti, & exceptores earũ ſentẽtiarum, quæ de hominum capitibus proferũtur, aut cornicularii, aut cõmentarienſes, quibus damnatorum cura cõmittatur, ſeu clauicularii, uel carcerum cuſtodes, & quibus publicarum cathenarum cura credatur, aut præpoſiti carnificũ, aut ipſi carnifices, & qui damnatos homines, flagellis lacerare conſueuerint, & cætera his ſimilia. Si uero his omnibus, ut diximus, cõſtitutis, ♃ & ♀ aliqua ſe radiatione coniunxerint, uel ſi cum his fuerint inuenti, nihil quidem eorum facient, quæ ante diximus, nulla enim mala, ex hac beneuola radiatione ſoli decernũt, cum ♃ uero iuncti, & ♀, ſacerdotes facient uictimarios, & qui ſacris præſint, uel qui pecora ſacra, religionibus deſtinata, paſcant, uel qui in templis aliquo fungantur officio, aut qui de templis maxima munera conſequantur. Sed hæ omnes ſtellæ, quas diximus, etiam in duodecimo loco partiliter conſtitutæ, hæc eadem ſimili ra=

Hermaphroditi.

tione decernunt, sed ipsi hi homines tardius, quàm si, ut supra diximus, fuerint collocatæ, & gloriam habebunt, & principatum. Si uero hæ omnes in undecimo loco fuerint constitutæ, & alia stella, ut ante diximus, in M C fuerit inuenta, hęc eadem simili ratione decernunt. Quod si in septimo genituræ loco, uel in quocúq; alio cardine, solus ☉ cũ ♂ fuerit inuentus, uel in secundo genituræ loco, uel in quinto, uel in octauo, uel in undecimo, dabit ex igne & ferro artem, & quæ ex aliqua duricie fabricantur. Sed in cardinibus, ☉ & ♂ pariter constituti, perpetua hæc artificia decernunt.

VIII In octauo loco ☉ ab horosc. constitutus, patrem cito faciet interire. Si uero cum eo ♂ aut ♄ fuerint inuenti, aut ei de diametro oppositi, aut de quadrato coniuncti, facient alienos, delitos, cardiacos, aut freneticos, sed secundum naturam signorum hæc ualetudinum uitia decernuntur. Si uero in octauo loco ☉ posito, in diametro eius ☽ fuerit constituta, nondum soluta coniunctione, sed plena lumine, uel si cum eo synodica fuerit inuenta, in octauo loco, ♄ uero & ♂ per diametrum constituti, uel simul, uel si se illis quadrata radiatione coniunxerint, ualetudines, & debilitates maximas facient. Nam caput malitiosis humoribus onerant, & ex humorum statiua perseuerãtia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos, & lunaticos, aut assidua interceptione deficientes. Faciunt etiam aliena uerba proferre, atq; alienos humeros, graui iactura debilitant, aliis maculas, lepras, impetigines, nephritides, phthisim, hydropem impingunt, alios elephanticos faciũt, alios claudos, alios gibbosos, alios paralyticos, aliorũ quoq; maximas partes amputant corporis, sed hæc secundum differentias signorum, atq; naturam omnia decernuntur. Nam similia faciunt in secundo ab horosc. loco, & in sexto, & in duodecimo, & in octauo sicut diximus, constituti. Quod si sic omnibus, ut diximus, positis ♃ se, & ♀ aliqua radiatione coniunxerint, uel simul cum ipsis fuerint, uel trigonica eos radiatione respexerint, uel si ☽ se coniunxerint, hæ omnes ualetudines, quas diximus, tales erunt, ut mederi, & curari possint. Sed etiã si sic beneuolis stellis collocatis, ♃ scilicet, & ♀ maleuola stella, coniunctionem ☽ uenientis exceperit, uitium quidem atque ægritudo perpetua erit, sed diuinitatis alicuius prouidentia ualetudinis acerbitas mitigabitur. Quod si his omnibus, sicut diximus collocatis ☿ se coniunxerit stella, aut cum ipsis posita, aut in hexagono collocata, ualetudines istas, quas diximus, aut remedio aliquo, aut cantationibus compescet, aut omnifariã iis remediis ab incursu ualetudinum liberabit, præsertim si ☽ crescens, aut minuta luminum ♃ aut ♀ se coniunxerit. Quod si in ista stellarum dispositione, quam exposuimus ☽ se ☿ stellæ coniunxerit, & cum eodem collocata, à beneuolis stellis, uel de trigono, uel hexagono radiata fuerit, ad deos confugient, & illic manebunt, ab ipsis remedia postulantes. Quod si ☽ se ☿ stellæ coniunxerit, sic ☉ ♄ & ♂, ut diximus positis, ♃ uero & ♀ in aduersis & deiectis locis fuerint inuenti, insanos, lunaticos, dæmoniacos facient, & qui ex his uitiis, perpetuis calamitatibus implicentur, ita ut biothanata morte depereant.

IX In nono loco ☉ ab horosc. constitutus, fabricatores deorum facit, uel diuinorum cultores simulachrorum, aut deorum ornatores, siue templorum cõditores, aut hymnologos, & qui deorum laudes, cum iactantia, & ostentatione decantẽt, ex quibus tamen honorem, & gloriam habebunt. Facit etiam sic ☉ positus, patrem felicem, sed & ipsis, & patri eius uarias uitæ mutationes, multiplicésq; decernit. Et si beneuola stella, sic ☉ posito in anaphora M C fuerit inuenta, is qui sic eum habuerit in peregrinis locis constitutus, augmenta felicitatis maxima consequetur. Si uero in hoc loco maleuola stella fuerit inuenta, multa incommoda, in peregrinatione patietur, ac summo cum dolore, peregre remotus à patria morietur.

X In decimo loco ☉ ab horosc. constitutus, pariliter in diurna genitura, id est in M C, in domo sua, aut in domo ♃, aut in ea parte, in qua exaltatur, faciet reges, quibus à patrẽ tradatur imperium, aut duces, quibus hoc honoris, simili modo paternis tractatis honoribus conferatur, aut administratores, consules, & proconsules, sed quibus hoc ex parte, pro

pro dignitatis merito deferatur. Quod si sic ☉ posito, ♂ alium genituræ possederit cardinem, regna, ducatus, administrationes, consulatus, proconsulatus, per pericula tamen & pugnas ac per inuidiam consequentur. Quod si ☉ in M C, in iis signis, in quibus diximus, partiliter fuerit inuentus, ♂ uero in occasu, id est in septimo genituræ loco fuerit constitutus, & ☽ in alio cardine, plena luminibus ♂ respexerit, id est aut in horosc. posita, aut in M C, facit eum, qui natus fuerit, siue regem, siue ducem, siue consulem, aut proconsulem, uel administratorem, exulem, & captiuũ. Sed & si ☉, sicut diximus, in M C, fuerit collocatus, ♂ uero in horosc. loco, uel in nono fuerit constitutus, & ☽ per diametrum, uel quadratum ♂ exceperit radios, uel cum ipso pleno fuerit lumine constituta, simili modo hos eosdem, ut diximus, biothanatos, exules, et captiuos facit. Quod si sic ☉, ut diximus posito ♂ alienus ab his locis fuerit, quæ diximus, Iupiter uero in cardinibus fuerit inuentus, aut in cataphoris, & ☽ aliquem genituræ possederit cardinem, plenáque luminibus ♃ se radiationibus coniunxerit, hos eosdem reges, aut duces faciet potestatem suam per spatium totius orbis extendere. Platice uero ☉ in signo constitutus, in quo est M C, nobiles parentes faciet, & honestos. præsertim si sic ☉ positum, beneuola stella, aliqua radiatione respexerit, at minuuntur autem hæc etiam, si sic positum ☉ maleuolum sydus impediat. Sed generaliter ☉ in omnibus cardinibus, partiliter cum ☿ cõstitutus, literatos faciet, disertos, & uariis literarum studiis oratores: unde uarii actus & maxima quædam decernitur disciplina. Erunt autem isti, qui sic habuerint ☉ & ☿, si se illis ♃ stella coniunxerit, literarum gratia & magisterii, cum regibus constituti, sed hæc etiam ☿ faciet, si longe à radiis ☉ fuerit inuentus, & si sic eum positum sine inuidia ♂ & ♄, ♃, & ♀ bona radiatione respexerint.

In undecimo loco ☉ ab horosc. constitutus, felices faciet, ac nobiles, & quorum patres, maximo honoris splendore decorentur, sed processu temporis augmenta felicitatis, & dignitatis accipient. Hæc autem maiora erunt omnia, si sic positum ☉, ♃ aut simul cũ eo collocatus, aut trigonica radiatione respexerit, aut si ♀ cum ipso matutina fuerit inuenta, aut si hexagono matutina respexerit: nam hæ omnes dignitates amicorũ illis gratia conferentur. Si uero in undecimo loco genituræ fuerit inuentus, & maleuolæ stellæ cum ipso fuerint, aut aliqua illi radiatione coniunctæ, nihil quidem actibus, uel honoribus nocebunt, sed solo filiorum loco, acerbi decreti perseuerantia officiet. XI

In duodecimo loco ☉ ab horosc. cõstitutus, ignobiles & frequẽter seruos, captiuósque faciet, ac patris citam mortẽ, totiúsque patrimonii iacturam decernit, nec non & tristem uitam, & ægritudines graues. Sed si beneuola stella, cum ☉ in eo loco fuerit inuenta, nihilominus maximas ignobilitates faciet. Si uero maleuola stella in hoc loco cum ☉ fuerit inuenta, perpetuas ægritudines, & uitia maxima, perpetuásque seruitutes decernit. Sed ☉ etiam δωδεκατημόριον eiúsque fines diligenter inquire, ne in aliquo, te fallat huius operis disciplina. XII

DECRETA ♀ PER SINGVLAS COELI STATIONES CAP. VII.



Venus in parte horosc. partiliter constituta, si per noctem in hoc loco fuerit, diuinis ingeniis homines faciet & amicos imperatorum, aut potentũ reddet, & quibus regum ac magnorum uirorum negocia credantur. Faciet etiam oratores maximos & bonos, secũdum naturam, qualitatémque signorum. Si enim in humanis partiliter in horosc. fuerit inuenta, faciet sacerdotum principes, & qui in ipsis sacerdotiis, purpureis, aut auratis uestibus induantur, & qui futura prædicant. Faciet etiam gratos, uenustos, diuites, si nulla maleuola stella, sic positæ ♀, aliqua se potestate radiationis obiecerit. Si uero in iis, quibus diximus, signis partiliter ♀ in horosc. constitutæ, ☿ se stella coniunxerit, & cum eadem fuerit in eodem signo, & iisdem partibus partiliter collocata, meritis faciet, dignísque infulis coronari. Faciet etiam tales musicos, ut omnium admiratione laudentur. In constantibus uero signis & quæ modicæ sunt uocis, posita, in nocturna scilicet genitura, faciet multiplici

ftudio uenatores, amicos imperatorum, facientes aliquid tale, quod ad oblectationes præcipue regias pertineat, faciet quoque præpositos uoluptatum, sed earum quæ ad delectationem regiam præparantur, accipientes annonas ab Imperatore maximas, sic ut ex præstatione earum, maximæ illis diuitiæ conferantur. In terrestribus uero signis, aut in aquosis constituta, faciet tales homines, qui odorum pigmenta faciant, aut qui magnificas uestes texant, aut tinctores maximos perficiet. In quadrupedibus uero signis, sicut diximus, constituta faciet nobiles, gloriosos, bonos, amatores pecorum, & regiis animalibus præpositos. Si uero in diurna genitura, in horosc. partiliter fuerit inuenta, faciet infames, libidinosos, impuros, qui erunt etiam linteones, aut plumarii, uel colorum inuentores, tinctores, caupones, uel tabernarii. Sed si sic ♀ per diem positam, ♄ ex aliqua parte respexerit, faciet molles, cinædos, & qui se dulcibus actibus dedant, sed si in horosc. ♀ constituta fuerit, in prima ætate dabit uxorem. Faciet autem ♄, si sic positam ♀ forti radiatione respexerit, aut spadicarios, aut textores, uel pigmentorum inuentores. Quod si sic ♀ positam, ♃ bona radiatione respexerit, regiis textrinis faciet præpositos esse, uel præfectos.

II In secundo loco ♀ ab horosc. constituta, si sic in nocturna genitura fuerit inuenta, faciet magnarum artium inuentores, & affluentia copiosos, sed qui frequenti pulsentur infamia, & quibus gradatim felicitas conferatur, facit etiam gratos, & amœnos in ♀ cupiditatibus. Si uero per diem in hoc loco fuerit inuenta, maximas contrarietates, & tardas nuptias decernit, causas etiam cũ aliqua femina concitat. Quidã quoque repentinis uxorũ mortibus uiduantur. Si uero sic positã ♀, aut ☉, aut ♄ quadratum, aut diametrum respexerit, uel cum ea positus fuerit, faciet steriles, & circa uenereos actus inefficaces, & qui nunquam ducant uxores, sed semper puerorum amoribus implicentur. Sed hæc fortius decernuntur mala, si in diurna genitura ♀ sic fuerit inuenta, in domo ♄, ♂, uel ☿, uel in finibus eorum.

III In tertio loco ♀ ab horosc. constituta, bona erit, si eam ♃ aliqua radiatione respexerit, accipiet enim uxorem de templo, uel sacerdotem, uel sacerdotis filiam. Sed si cũ ♀, ☿ stella fuerit, & ☽, erunt etiam ipsi prophetæ, neocori, aut præpositi templis, ac religionibus.

IIII In quarto loco ♀ ab horosc. constituta, per diem, id est in I M C, iacturam maximam patrimonii faciet, & assiduas uiduitates, & tales reddet, qui difficile possint aliquid impetrare. Sed si cum ☿ fuerit partiliter radiatione coniuncta, faciet frequenter ob adulteria, & propter malas administrationes, uel publicas, uel priuatas proscribi. Si uero per noctem, in hoc loco fuerit inuenta, processu ætatis, laudatos faciet, & magnorum uirorum amicos, plenos gratia & decentes. In iuuentute uero, id est in prima ætate, honestos quidem, & quibus nihil desit, sed uitio quodam mentis implicatos, secũdum propriam signi naturã, atque substantiam. In tropicis enim signis constituta, aut in duplicibus, uiduitates decernit, & dãna & causas ꝓpter mulieres, aut mulieribus excitatas. In solidis uero signis cõstituta, morigeras decernit uxores, & qui ab iis maxime diligant, & quibus gloria & patrimonia à mulieribus cõferant, amoto tamen signo ♒, nam si ♀ in hoc signo fuerit inuenta, in quarto scilicet ab horosc. loco, & ☽ aut de quadrato, aut de diametro, eam respexerit, uel si cum ipsa sit collocata, faciet steriles, & qui filios procreare nõ possint, & qui se nunquam possint coniugalibus affectibus copulare, sed puerorum semper coitu gaudeant.

V In quinto loco ♀ ab horosc. constituta, faciet bonos, benignos, qui quicquid uolunt facile impetrent. Faciet etiam coronari infulis, & coronis, si ♃ eam aliqua radiatione respexerit, clarósque aliquo genere nobilitatis efficiet. Si uero cum ea fuerit ☿ collocatus, augmenta uitæ, promotionésque, sed cum maxima largitur infamia. Faciet autem in omni congressione uictores, & quibus gratia uictoriarum, præmia cõferantur. In omnibúsque potentes, & qui semper futura prænoscant, notos potentibus uiris, & quibus à mulieribus, aut uxoribus patrimonia maxima cõferantur, uel qui præsidio, aut patrocinio mulierum, uel uxorum ad maximos ueniant gradus dignitatum, sed processu temporis, omnia eis plena, atque perfecta tribuuntur. Si uero crescentis ☽ lumen exceperit, & crescens

☽ se ei

☽ se ei coniunxerit, cum magna inuidia administrationes, & glorias consequentur, sed & certos reddit, & ab omni mendacio separatos, & qui nec de ueris rebus, iu risiurandi necessitatem, aut dare, aut accipere uelint, sed cum uxoribus, faciet sic cum ☽ ♀ posita, propter quasdam suspiciones contentiosas iurgiorum conflictationes inire.

In sexto ♀ ab horosc. constituta per diem, & noctem ignobiliores dabit uxores, aut ui duas, aut debiles, & nunquam morigeras uiris, si nulla stella in M C fuerit inuenta. Si uero mulier in sexto genituræ suæ loco ♀ stellam habuerit collocatam, magnas difficultates, & magna pericula patietur ex partu, aut enim abortabit frequēter, aut difficilem edet partum, aut intra uiscera eius, dilaceratū pecus à medicis proferetur. Si uero in sexto loco ab horosc. ♀ constituta, in nocturna scilicet genitura, aliqua stella in M C fuerit inuenta, faciet gratos, decoros, quibus uxores morē gerant, ac ab eis felicitas cōferatur, & oīa quicquid uoluerint, consequantur. Si uero aliena ♀ à cardinibus fuerit constituta, & maleuolæ stellæ tamen in cardinibus constitutam ☽ forti radiatione possederint, eos qui nati fuerint, expositos statim facient. VI

In septimo loco ♀ ab horosc. constituta, si in suo signo per noctem fuerit inuenta, felicem reddet senectutem, tardius autem dabit uxorem, & difficile filios decernit eis, qui sic positam ♀ habuerint. Faciet autem pro rebus uenereis maximis infamiis laborantes, secundum naturam, qualitatémque signi. Si uero hunc locum tenuerit in tropicis signis cōstituta, uel squamosis, aut erraticis, & cum ea ♂ fuerit, aut se illi per diametrum, aut quadratum, forti radiatione coniunxerit, faciet impuros, libidinosos, infames. Si uero sic positam, cum ♂ ♀ in iis, in quibus diximus signis, alia ♄ radiatione respexerit, id est aut per quadratum, uel diametrum aut simul positus fuerit, mulieres, quæ sic habuerint ♀, cum hac stellarum societate, impuræ & impudicæ erunt, & cum mulieribus aliis, libidinis causa coibunt. Sed hæc uitia erunt fortiora, si in ♑ uel ♈, hæc se stellarum mixtura, quam diximus coniunxerit. VII

In octauo loco ♀ ab horosc. constituta, in diurna scilicet genitura, tarde dabit uxorē, & cum dederit, dabit aut degenerem, aut uiduam, aut sterilem, aut graui fœditate deformem. Sed si ☿ cum ea fuerit, uel cum ☿ Venerem, in hoc loco positam, maleuola stella respexerit, uel per quadratum, uel diametrum, uel si cum ipsis, in hoc loco fuerit inuenta, omne eius qui natus fuerit, patrimonium dissipatur, uel qualicunque proscriptione nudatur, mors uero illi, per gonorream, id est defluxionem seminis, aut contractionem, uel spasmum, aut apoplexin fertur. Si uero per noctem in hoc loco fuerit inuenta, diuites faciet, & quibus morte mulierum magnarum felicitas conferatur, mors uero illis cito, et sine dolore, uel aliquo tormento decernitur. VIII

In nono loco ♀ ab horosc. constituta, in diurna genitura faciet eum, qui sic habuerit, assidua cuiusdam dæmonis interpellatione pulsari, faciet etiam in templis manere sordide, & sic semper incedere, & qui nunquam tondeant comam, & qui aliquid uelint, quasi à diis dictum, hominibus nunciare, quales solent esse in templis, qui uaticinari consuerunt. Reddit quoque sic posita ♀, somniorum frequēter interpretes. Sed hæc fortiora erūt si sic positam ♀, ♄ aliqua radiatione respexerit. Si uero in nocturna genitura, in hoc loco fuerit inuenta, faciet diuinos deorum cultores, & qui sacris ac religionibus studeāt. Quibusdam uero officia, ac dona largitur ex templis. Si uero per noctem sic ♀ constitutā, ♂ & ♄ de diametro, uel quadrato respexerint, uel se simul positi ei coniunxerint, facient à mulieribus exagitari, aut ab eis graues infelitates conferri, & quibus ipsæ semper ingratæ sint, præsertim si cum ista stellarum societate, in tropicis signis fuerit inuenta. Si uero sic positam ♀, de trigono uel hexagono, ♃ stella respexerit, uel si cum ea fuerit inuenta, faciet à mulieribus adamatos, uenustos, gratos, & qui ab eis omnia facile consequātur, & qui in re dominentur uxoris, alii enim mulierum curam suscipiunt, uel earum procuratores existunt, alii sic habentes ♀, in palatiis regum uel potentum uirorum domibus ob fabricationem harum rerum, quæ ad cultum sunt mulierum necessariæ perseuerant, IX

gratiq; sunt semper etiam iis,ac necessariis,& propter has res, promotionibus aliquibus adornantur,& ex his rebus augmenta patrimonii maxima consequuntur.Si uero sic po sitam ♀,♂ in diametro constitutus,uel quadrato respexerit, præsertim si ipse in cardini bus fuerit, inimicos habebunt,grauésq; uidebunt mortes filiorum,erũt etiam natorum inimici,aut adulterii,aut stupri causa.Si uero sic positam ♀,cum ♃ stella,☿ de quadrato respexerit,uel ♄ solus in diametro fuerit inuentus,☿ in quadrato,uel cum ipsa constitu to.Vel si simul ♄ & ♀,cum ☿ fuerint cõstituti, in eo scilicet quo diximus loco,facient ste riles,sine semine,puerorum amatores,libidinosos,& propter hæc uitia in homicidiis,pe riculis,aut erumnis constitutos.Si uero mulier sic habuerit ♀,ut diximus,cum hac scili cet stellarum coniunctione,uirorum actus semper imitabitur.

X In decimo loco,♀ ab horosc.constituta,id est in medio cœli,faciet claros & corona tos,& quibus grandis gloria,& fortuna maxima conferatẽ.Si uero in hoc loco cũ ☿ fue rit inuenta,faciet chordarũ,& instrumentorũ,musicæ'q; disciplinæ autores, & q quod uoluerint,facile consequantur,si nulla ♄ & ♂ se ei radiatione cõiunxerint.Ipsa uero ma tutina,facit publicos musicos,& qui à populis honorentur.Si uero se eis ♄ aliqua radia tione coniunxerit,faciet infames,& in iis in quibus diximus artibus, professores secun dos,sed qui nunquam sibi uendicent principatum,& qui res suas alienæ tuitioni sępius cõmittant.Si uero sic positam ♀,♂ forti radiatione respexerit,aut cum ipsa fuerit,faciet in fámes famosos.Si uero mulier,♀ sic positam habuerit,erit impura,libidinosa, & ad o mnium exposita uoluntatem,ac meretricis semper actibus implicata,& quæ propter ui tæ necessitatem,se meretricio quæstui,lenocinióq; prostituat,sed & secũdum qualitatem, substantiámq; signorum,hi actus perficiuntur.In erraticis enim signis,aut in tropicis,seu squamosis,uel in ♄ domibus,ut diximus collocata,talem mulierem reddit. In his uero signis,sicut diximus,♀ uir habuerit constitutam,infamis erit in infinitum,& qui res im puras,multiplici ratione committat.Sed sicut diximus in his signis, & cum ista stellarũ societate,♀ posita,ita ut in feminino signo fuerit inuenta,& ☽ per quadratũ, uel diame trum crescens lumine,existens simili modo etiam ipsa in fœminino signo,♂ respexerit, faciet eunuchos,abscisos,archigallos,aut hermaphroditos,& qui semper hæc nõ agant, sed patiantur,quæ mulieres pati consueuerunt,præposteris libidinum ardoribus,uuluæ tentigine concitatæ.

XI In undecimo loco ♀ ab horosc.constituta,si uespertina fuerit, & eam sic collocatam, ♂ & ♄ aliqua ex parte respexerint,faciet steriles,& qui generare non possint, sed difficile nuptias adipiscantur,& frequentes puerorum amatores facit, aut mulierũ scænicarum, uel qui publicis mercimoniis præsint,præsertim si sic posita,in tropicis signis fuerit con stituta,sed circa substantiam,gradatim crescentes facit,& quibus augmenta patrimonio rum,amicorum præsidio conferantur,gratos tamen & uenustos reddit.Quod si sic po sita ♀,coniunctionem ☽ uenientis acceperit,faciet locupletes, diuites, maxime potentes, ac gloriosos,& quibus magnarum potestatum cura mandetur. Interdum etiam nobi lium ciuitatũ faciet x primos.Si uero matutina in hoc loco inuenta,& simili modo con iunctionem ☽ uenientis exceperit,à prima ætate,facit potentes,& quibus potestas aliqua cõmittatur,ita ut eos,magnis uiris,aut imperatoribus,fides,amicitia merita coniungat, & qui semper,usq; ad ultimum uitæ diem,gratia uenustatis ornentur, sed fortiora hæc erunt,si sic ♀ & ☽,in hoc loco positis,☿ se aliqua radiatione cõiunxerit, uel si cum ipsis, in eodem loco fuerit constitutus.

XII In duodecimo loco ♀ ab horosc.cõstituta,si in nocturna genitura fuerit inuenta, fa ciet mulierũ causa,assiduo tristitię dolore cruciari.Sed si sic positã ♀,♂ & ☿ forti radiatio ne respexerint,iacient homini, ab ancillis libidinis causa frequentes insidias fieri, animi æstu,sed tamen libidinis instinctu,turpis amoris incẽdia decernit.Alii enim ancillas ma trimoniis sibi cõiungunt,alii sibi publicas meretrices,genialis thori copulatione conso ciant,ex qua etiam causa,filiorũ soboles denegatẽ.Per diem uero in hoc loco posita, mu

lierum

lierum cauſa, necem, uel malæ mortis decernit atrocitatem, ſecundum naturam qualita-
témq; ſignorum, habet enim hæc ſtella uarias, ſed quæ difficile inueniri poſſint decernen
di, poteſtates. Sicut enim in imaginibus artifex pictor lineamẽta membrorũ uaria mixtu-
rarum diuerſitate perſignat, & temperatis coloribus certam corporis formã, mutatione fa
cit ſimilitudinis corporalis, ſic & ſtellarum coniuncta radiatio, ſocietatis conſenſu pari-
ter temperata, uim quandam uiciſſim, ex coniunctis ſibi poteſtatibus mutuatur, & ſub-
ſtantiã ſibi ex diuerſorum igniũ calore collatã, fatáq; hominũ, ad picturę modũ æquata
ſocietatis moderatione depingit, hoc autem ſic eſſe, quod dicimus, iſtis rationibus com-
probatur. ♀, ſic ut diximus, collocatæ, ſi ♄ ſe aliqua radiatione coniunxerit, animos facit
peruerſis uitiis implicari, & ad nullos actus reddi neceſſarios, præſertim ſi iſta coniunctio
♀, & ♄ in nocturna genitura fuerit inuenta. Si uero ſic poſita proſpera ♃ ſe radiatione cõ
iunxerit ab incurſu præcedentis malitiæ liberatur, maxima etiam hominibus largitur bo
nam nam & patrimonii augmenta propriis actibus conſequentur, & erunt ab omni ui-
tiorum labe ſepoſiti. Si tamen ſic conſtitutã ♀, cum ♃ de diametro ☽, nulla radiatione re
ſpexerit. Quod ſi in diametro ☽ fuerit inuenta, faciet infames, libidinoſos, aut puerorum
amatores, & ex coitu mulierum inhoneſto, ſoleant graui infamiæ pulſari dedecore, atq;
ex inceſtis & ſtupris, ex iſta cõmixtione graues decernuntur infamiæ, aut enim cum ſo-
roribus, uel nouercis, aut filiabus, uel fratribus coire coguntur, ſed nihilominus ex iſto
inceſtu, lucra illis maxima prouenient, uel aliquod confertur meritum dignitatis. Sed
ſemper ♀, cum ☽ ſimul poſita, aut de quadrato coniuncta, amoris illecebras, aut in-
famiæ labem prona felicitate decernit, ſeu acerbis animi uitiis implicabit, uel facit impu-
ra, ſiue libidinoſa cupiditate præpoſteros, aut ex inceſtis amoribus, graui pulſat infamia.
Siue enim, ut ſupra diximus, cum ſororibus coëunt, aut cum alienis à genere, duas etiã
ſorores, ſtupro ſibi cogente coniungunt, aut cũ filiabus coibunt, aut cum matribus, uel
cum nuribus, aut cum priuignorum uxoribus, aut circa fratrum uxores, uitio libidino-
ſæ cupiditatis ardebunt, ſiue cum nouercis, aut affinibus, uel ſororibus, aut ſororũ filiis
cõiungentur. Si uero ♀, ſic mulier collocatã habuerit, libidinoſa erit, & quæ promiſcuis
amoribus; ac uoluptatibus implicetur, eritq; ſemper infamiæ labe poſſeſſa, ac inceſtis a-
moribus æſtuans, aut enim cum fratribus ſuis coibit, aut cum filiis, aut parẽtibus, aut cũ
patruorum filiis, aut cum filiarum maritis, uel cum patruis, ſeu priuignis, aut affinibus,
ſiue ad duos fratres, ad unam lecti libidinem, deuocabitur. Alias quoq; mulieres, uiriles
facit actus appetere. Sed hæc tunc fortius facit, ſi ſimul cum ☽, iſta radiatione coniuncta,
in tropicis ſignis, erraticis, ſquamoſis, uel biformibus fuerit. Sunt quoq; hæc fortiora, ac
uehementiora, ſi ſic ambas, id eſt ☽ & ♀, ut diximus poſitas, uel ☽ etiam ſolũ de duabus,
♂ uel ♄ per diametrum, uel quadratum uiderint, aut cum una ipſarum, alter eorũ fuerit
collocatus. Vel ſi iſta ſocietate iũctæ, ☽ pariter & ♀, in domo ♂, uel ♄ fuerint collocatæ,
uel ſi in ☿ ſignis, aut ſimul fuerint, aut una de duabus, in ſigno ☿ collocata, alterã tali, q̃
diximus radiatiõe reſpexerit. In ueſpertino aũt ortu ♀ cõſtituta, ſi in nocturna genitura, in
bono ſigno ♂ ſe, pſpera radiatiõe coniũxerit, bona felitatis incremẽta decernit, potẽtes em̃
& glorioſas facit, poteſtates atq; honorũ maxima largit̃ inſignia, facultatũ quoq; diuitias
locupletũ. Quod ſi per diẽ ♂ ſe quacũq; radiatione cõiunxerit, multorũ ac magnorũ ma
lorũ infortunia decernit. Gaudet em̃ per noctẽ, ſi ſe ☽, ♂ Mercurióq; cõiũxerit, tũcq; hoĩes
maxima felicitate nobilitat, quoties in nocturna genitura fuerit cũ iis bona radiatione cõ
iũcta. Si uero cũ ☉, in hoc loco, in quo loquimur, ♀ fuerit, iniuſtiſſimã eã fore, omniũ
prudentiũ reſponſionibus cõſtat. Male enim cõſtituit̃ ♀, ſi cũ ☉ fuerit collocata, non em̃
gaudet ☉ ſociata luminibus, ſed qcqd in rebus humanis malũ uidet̃, ac miſerũ, hoc totũ
hoĩbus, cũ ☉ poſita, decernit, gaudet uero retro ☉ collocata. i. matutina, tũc em̃ qcqd bo
ni, cũ bonis poſita decreuerit, potiore felicitatis creſcet augmẽto. Si uero dña horoſc. fuerit
inuẽta, et ipſa toti⁹ geniturę dña fuerit, uel ſi decreuerit uitã, in bonis ſignis, et opportunis
geniturę locis collocata, maximã uitę largit̃ ætatẽ. Si uero datori uitæ, uel geniturę, aut ho

rosc.domino in diurna genitura testiterit,ab eo tempore uitæ,quod decretum fuerit minuit annos octo,ac etiam uitia,sic posita decernit,sed tamen talia,quæ non graui maculentur in famia. In ♀ quoq; quære similiter δυοδεκατημόριον,& eius fines, ut omnibus rationibus decretorum secreta reperias.

MERCVRII DECRETA PER SINGVLAS COELI STATIONES CAP. VIII.

Mercurij primus in genitura locus.



ERCVRIVS in parte horosc. partiliter constitutus,in his in quibus gaudet signis in diurna genitura,faciet philosophos,grãmaticęartis magistros, geometras,cœlestia sæpe tractantes, aut qui ad hoc apti sint,ut deorũ possint præsentiam intueri,aut sacratum literarum peritos facit,oratores etiam frequenter & aduocatos,præsertim si in hoc loco,uel in suis signis, uel in cæteris localibus fuerit inuentus.Quod sic ☿ positum,☉ aut ♄ uel ♃ in diurna genitura respexerint,magnos uiros facient,qui sacris & gloriosis stemmatis coronentur,facient etiam tales,quibus maxima imperatorum negocia credantur. Quod si sic positum ☿, de quadrato,uel diametro ♂ respexerit,ita ut cum ipso partiliter in horosc.fuerit inuentus, eum qui sic natus fuerit,multiplici malorum continuatione prosternet,neque enim definiri,aut designari possunt mala,quæ ex ista ☿ & ♂ coniunctione proueniunt. Si uero sic positum ☿,♂ de trigono respexerit,faciet hominem bonis,ac prosperis actibus occupari.Si uero ☿,sic partiliter in nocturna genitura in horosc.fuerit inuentus,diuinos sensibus faciet,& qui omnia quæ uolunt facillimis semper rationibus consequantur, reddet etiam honestos moribus & graues,rationibus etiam faciet præpositos,aut cõductionum,aut frumentorum,aut uectigalium,aut negociationum,uel mensarum,seu fœnerationum,uel huiusmodi negocia tractantes.Reddit etiam sic per noctem collocatus,Imperatorum aut potentissimorum iudicum frequenter interpretes,sed hæc omnia secundum differentiam decernit qualitatémq; signorum.

☿ ♂ pestifera coniũctio.

II In secundo loco ☿ ab horosc.constitutus,si in matutino ortu fuerit inuentus, faciet homines obscuros,sceleratæ mentis,alienos à scientia literarum,& qui sint ab omni uitæ subsidio destituti.Si uero in hoc loco, uespertinus fuerit, & in nocturna genitura, faciet fœneratores,negociatores,aut qui alienarum curam rerum, procurationémq; sustineant. Si uero in diurna genitura, sic fuerit inuentus,faciet philologos,aut laboriosarũ literarum peritos,& qui naturam suam nolint cæteris hominibus comparare,& qui etiã affectent omnia,quę illis nulla magisterii tradidit disciplina,facit tamen miseros in uita, & qui se semper uario angustiarum genere conficiant.Si uero sic positum ☿ aliqua ♃ radiatione respexerit,uel si cum eo fuerit inuentus,& ☽ se illis bona coniunctione sociarit, facit magnis ac claris locis præponi,sed qui non habeant potentiam principalem, ac in ipsis actibus alienæ subiaceant potestati. Facit etiam magnis rationibus præpositos,talésq;, qui facultates regias, prompta dispositione sustentent, & qui omnes redditus regios,thesaurósq; suæ habeant fidei dispositioníq; cõmissos,sed hæc eorum felicitas breui temporis spatio finietur,citóq; fluxa disperibit.

III In tertio loco ☿ ab horosc.constitutus,faciet sacerdotes magnos,archiatros,mathematicos, sed per se inuenientes,atq; discentes quicquid illis non fuerit alieno magisterio demonstratum,faciet etiam cordatos,felices,& qui ad omnes actus,facili se ratione coniungant.Si uero sic positum ☿ de trigono,uel hexagono,♃ respexerit,uel si cum ipso fuerit inuentus faciet magnæ mentis,& magnorum ac diuinorum consiliorum uiros. Si uero sic positis ☿ ac ♃,♂ se aliquibus obligarit radiationibus,faciet procuratores regũ,claros duces,potentes,administratores,& quibus regiæ facultates credãtur,& tales animo, ac uiribus reddet,ut omnia possint animi sui uirtute feliciter superare.

IIII In quarto loco ☿ ab horosc.canstitutus,in IM scilicet cœlo, faciet acutos, & publicis ratiõibus præpositos,& q multiplici doctrina polleant. Si uero in hoc loco in matutino ortu fuerit inuentus,secretarum quarundam artium magistros reddet.Si uero sic posito ☿ alios

☿,alios genituræ cardines ♂ Saturnúsq; poſſederint,& ☿ de quadrato,aut diametro reſpexerint,facient accuſatores,cuſtodes carceris,ac frequentes damnatores. Si uero ueſpertinus,in hoc loco fuerit inuentus,faciet aurifices,aut foſſores auri,aut abſconſarum quarundam artium magiſtros,aut qui computo,uel calculo,uideantur inſtructi,aut paleſtritarum duces reddet.

In quinto loco ☿ ab horoſc.conſtitutus,ſi in matutino ortu fuerit inuentus, abſcon- V
ſores auri,& diuitiarum faciet,& qui prouidentia ſua maximam faciant ſubſtantiæ facultatem,alienis etiam,ſed magnis facit præpoſitos pecuniis,& qui diuinis moribus eſſe uideantur.Decernitur autem illis,ſic poſito ☿,maxima uitæ ſubſtantia,ac fœcunda filiorum ſoboles.Si uero ueſpertinus,in hoc loco fuerit inuentus,pecunias nulla poterit ratione ſeruare,ſed totum quicquid pecuniarum,uel auri,uel argenti, cæterorúmq; nobiliorũ ei propoſitũ fuerit,profuſis faciet erogationibus diſſipari.Faciet etiam negocioſos, ac rationibus publicis,quacunque adminiſtratione præpoſitos.Interdũ etiam pro qualitate ſignorum,magiſtros,geometras,aut aſtrologos,& qui ſyderum curſum, prudentia computationis inueniant,faciet etiam paleſtritis præpoſitos,ac duces.Quod ſi in hoc loco ☿ poſitus,coniunctionem ☽ creſcentis exceperit,totum corpus hominis ſaluum,facit maculis uariari,aut uitioſis ualetudinibus implicari,ſecundum naturam, qualitatémq; ſignorum.Si uero ſic ☿ poſito,deficiens ſe ☽ coniunxerit,dedecoroſis hominem ualetudinibus implicabit,faciétq; frequenter à recto uiuendi ordine,præpoſteris dementiæ caſibus aberrare.

In ſexto loco ☿ ab horoſc,cõſtitutus,aut ex docta facilitate ſermonis ſeu aduocatione, VI
aut ex negociatione,aut ex deorum redditibus,faciet fortunam ſibi maximam comparate,præſertim ſi ſic poſito ☿ in decimo ab horoſc.ſigno ſtella alia fuerit inuenta.Si uero in nocturna genitura,matutinus in ſexto loco fuerit inuentus,interpretes, piſcatores, aucupes,uel ſculptores facit,ſi ſic poſito ☿,alia ſtella in decimo genituræ loco fuerit inuenta. Si uero matutinus in nocturna genitura,in ſexto loco fuerit cõſtitutus,& decimus ab horoſc.locus nullam habuerit ſtellam,faciet malignos,malitioſos,malorum conſiliorum auctores,& fures,ac qui res alienas,inuido ſemper mentis ardore deſiderẽt,& qui de alienis caſibus gaudeant,delatores,& qui affines,ac propinquos ſuos omnes, acerbis odiis perſequantur,pigros,& cæcos mentibus,& quibus omnia malitiæ genera conferantur. Si uero ueſpertinus in hoc loco fuerit inuentus,faciet cordatos,graues,rationibúsq; criticos,menſis,horreis,apothecis,inſtrumentis,aut negociationibus præpoſitos,ex quibus occaſionibus lucra illis magna conferantur. Si uero ſic poſitus,cõiunctionẽ ☽ uenientis exceperit, faciet ſcribas,aut iudicũ,aut ſenatus, aut qui cũ imperatoribus cõſtituti,aliquã dicendi habeant poteſtatem,aut qui actus principis ſui,ſubeant ſuis diſpoſitionibus gubernare,præſertim ſi ſic ☿ cõſtituto,☽,uel alia ſtella decimũ genituræ locũ poſſederit.

In ſeptimo loco ☿ ab horoſc.conſtitutus, id eſt in occaſu, in diurna genitura, faciet grauibus uitiis implicari,& miſerarum libidinum cupiditatibus æſtuare,erunt autẽ ni- VII
mis,aut puerorum amatores,aut uirginum,ſed hi mulieres ſtupratas ſortiuntur uxores, ac frequenter infamium uirorum curam,tuitionémq; ſuſcipiũt,ſed & hoc pro ſignorũ qualitate decernitur,nam ſi in hoc loco,in iis,in quibus nõ gaudet ſignis,inuentus fuerit,id eſt in domo ♂,uel ♄ uel in cæteris,in quibus humiliatur, faciet meretricibus præpoſitos,& lenones,& qui iſtius infamiæ ſqualloribus ſordeant. Si uero in diametro ♂ fuerit inuentus,uel in M C ,uel in occaſu,id eſt in ſeptimo loco,cum ♂ faciet parui temporis uitam, phthiſicos quoq;,fugitiuos,exules,damnatos.Si uero per noctẽ,in occaſu ☿ fuerit inuentus,faciet mulierũ diuitum procuratores,& quibus ex ♀ occaſionibus felicitates maximæ cõferantur,facit etiam,aut calculi,aut muſicæ,aut notarum ,aut difficilium literarũ inuentores,reddit quoq; ſocio in hoc loco ☿,pſeudenedros ſæpius feciſſe.

In octauo loco ☿ ab horoſc.conſtitutus,ſi per diem ueſpertinus in hoc loco fuerit inuentus,faciet tardos, & qui nihil agere audeãt,aut uelint,laborioſis ſemper actibus impe- VIII
ditos

ditos, stultos, malitiosos, & ad nullos actus necessarios. Si uero in hoc loco cōstitutus ♄ in domo fuerit, uel in eius partibus, faciet surdos, præsertim si illum sic positū, ♄ aliqua radiatione respexerit. Si uero per noctē, uespertinus in hoc loco fuerit inuentus, faciet alieni patrimonii hæredes, & qui casu absconsas inueniant facultates, erunt etiam felices pariter, & beati, uitiosi tamen & qui facile assiduis languoribus fatigentur. Matutinus uero in hoc loco constitutus, faciet eos, qui sic nati fuerint, in infinitū pecunias & magnos actus appetentes, alios autem faciet sollicitudinum, cōmendationum, actuum, aut instrumentorum fidos, stabilésq; autores, & frequenter etiam alieni patrimonii possessores.

IX In nono loco ☿ ab horosc. constitutus, sine alicuius stellæ radiatione, faciet cōtentiosos, contradictores, dialecticos, scire se profitentes, quicquid illis nullis est magisteriis intimatum, malitiosos, sed qui nihil possint efficaci ratione complere. Si uero hoc in loco, matutinus fuerit inuentus, faciet sacerdotes, diuinos, aruspices, augures, mathematicos, astrologos, medicos, & quibus ex istis artibus, & institutis, uitæ subsidia quærantur. Sed hæc fortiora erunt, si beneuolæ stellæ fuerit radiatione protectus, faciet enim felices, beatos, magnos, potentes, & quibus omnia felicitatis insignia conferantur. Si uero sic positum ☿ maleuolæ stellæ respexerint, uel si in diametro, aut quadrato fuerint inuentæ, facient irreligiosos, sacrilegos, templorum spoliatores, damnabiles, & damnatos, & qui semper in peregrinis locis oberrent fugientes, aut qui exilii damnationibus opprimantur. Vespertinus uero in hoc loco ☿ constitutus, faciet sacerdotes, magos, medicos, artifices, & quibus ex istis artibus uitæ subsidia comparentur, tales quoq; ingenio, ut per se ipsi discant, quod illis magisterii non tradidit aliqua disciplina.

X In decimo loco ☿ ab horosc. constitutus, id est M C, si matutinus, in hoc loco fuerit, admirabiles, & magnos in actibus reddet. Si uero sic constitutum ♀, ♃ ex aliqua parte respexerit, de trigono, uel hexagono, in diurna genitura, erunt magni, potentes, maximarum ciuitatum uel imperatorum, uel potentium uirorum negocia tractantes, fideles, beneuoli, sapientes, & graues. Sed in nocturna genitura, si sic positum ☿, ♀ aliqua radiatione respexerit, hæc faciet, quæ in diurna genitura, cum ♃ illum facere monstrabimus. Si uero sic positum ☿, ♂ ex aliqua parte respexerit, id est de quadrato, uel diametro, promotiones uenientes, uario offensarū genere à talibus repellunt̄, erúntq; frequēter ob hoc exules, uel alicuius damnationis onera sustinentes. Sed si ☽ se ♂ aliqua radiatione coniunxerit, biothanatos etiam faciet. Vespertinus uero in decimo loco ab horosc. cōstitutus faciet peregrinationes, & assiduas locorum cōmutationes, faciet etiam in omnibus actibus publicarios. Si uero positum ☿, ♄ ex aliqua parte respexerit, aut de quadrato, uel diametro, faciet aquosis semper actibus implicari, officiáq; eorum, aut iuxta maria, flumina uel stagna constituit, uitia uero, & ualetudines ex humorū semper abundantia decernit.

XI In undecimo loco ☿ ab horosc. cōstitutus, faciet ingeniosos, & in omnibus actibus necessarios, & quibus magnarum rationū actus cōmittant̄, sed tunc maiora decernit officia, si ♃ fuerit opportuna radiatione coniunctus.

XII In duodecimo loco ☿ ab horosc. cōstitutus, faciet ingeniosos, si fuerint in magnis negociis positi, aut publicorū negociorū cōductores, in quibus alii periclitentur, nisi prospe ros habuerint euentus. Vespertinus uero in hoc loco cōstitutus, multa faciet negocia concitantes, ac multorū inuentores negociorū. Neq; enim sine causa hunc locū prudentissimi uiri notauerūt, partúsq; aut parturientis mulieris tēpus in hoc loco posuerūt, editura enim sobolē hoc in loco mater cōstituit̄, cōfert se etiā sextus locus xii, licet omnes cæteræ stellæ, in his locis positæ, pigros habeāt actus: ☿ igitur in hoc loco repertus faciet doctos, grāmaticos, oratores, geometras, suáq; assidua mercatione uendentes, aut qui orationis suæ præsidio, laborantibus soleant hominibus subuenire, defendentes eos, & à periculis liberantes: nā hi tales erunt, ut aliis omnibus cordatiores esse iudicent̄, & quibus omniū doctrinarum conferantur augmenta. Sed hoc tunc facit, cum aut ♃ coniunctus fuerit, aut à maleuolis, nulla radiatione pulsatus. Si uero ♂, eum aut de diametro respexerit, aut

quadrato

quadrato, uel simul cũ eo fuerit, faciet delatores, absconsos, subdolos, malitiosos, maleficos, fœneratios, aut quibus falsa, artificio malitiæ perficiantur, uel qui propter horũ criminum malitiam, graues cõdemnationes incurrant: nam aut quasi malifici, seu falsarii damnabuntur, & qui per tabulas, aut acta publica damnati, malis cogãtur mortibus interire. Faciet etiam aut à seruis, aut propter seruos, maximas damnatiões, periculáq; incurrere. Quod si sic ☿ & ♂ constitutis, ☽ se lumine crescenti cõiunxerit, biothanatos faciet, sed qui iudicantis animaduersione plectantur. Si uero ☉ cum ipsis fuerit inuentus, sine ♃ testimonio, flammis faciet exuri, omniáq; hæc pro signorum qualitate decernuntur. Sed quia diximus ☿ omnibus facili se radiatione cõiungere, esseq; cum bonis bonum, & cum malis æqualiter malum, ideo nunc explicare debemus, quid in genituris, cũ singulorum societate decernat. Per diem enim cum ♃ positus, ac ☉ in opportunis genituræ locis, maximas decernit felicitates. Si uero per diem cum ♂ fuerit inuentus, maximas infortuniorum faciet calamitates, per noctem etiam simili ratione mutatur. Cũ ♀ nanq; & ☽ bonus est, cum ☉ uero, mala maxima, infelicitatésq; decernit. Quod ut manifestius doceamus, omnia debemus specialiter explicare. Sed prius δωδεκατημόριον ☿ diligẽter inquire, eiúsq; fines, ut ad omnia genituræ secreta peruenias. *Mercurij uaria natura.*

MERCVRIVS CVM ☉ PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. IX.



ERCVRIVS cum ☉ per diem partiliter in horosc. constitutus, faciet reges, duces, potentésq;, per noctem uero, patrem degenerem, & ignobilem reddet, erunt autem hi, in artibus publicis docti, sed absconsi, & miseri, secundum tamen signorum qualitatem atq; naturam, *Mercuriariũ cum sole locus primus.*

In secundo loco ☿ cum ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, patrimonii decernit augmentum, & aliquorũ actuum principatũ, felici radiatione designat. II

In tertio loco ☿ cum ☉ ab horosc. partiliter constitutus, facit aruspices, somniorũ interpretes, medicos diuinos, augures, astrologos, mathematicos, & qui semper futura prædicant, & quorum ars atq; institutum ad omniũ notitiam, facillime perferatur. III

In quarto loco ♀ cum ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, faciet ignobiles, & absconsarum, aut illicitarum artium peritos, sed honestos, & graues. Quod si sic positi fuerint, in quarto loco genituræ, considerandum est maxime, in quo sint signo constituti, & quis sit eius signi dominus, periculosum est enim, maxime si in hoc loco, ☿ positus in ♄ domo, cum ☉ fuerit inuentus. IIII

In quinto loco ☿ cum ☉ ab horosc. partiliter constitutus, faciet nobiles, & qui omnia facile perficiant, sed periculosos, & qui perpetuã non habeant felicitatem, sed multos homines facili ratione decipiant fallántq;. V

In sexto loco ☿ cum ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, ignobiles, seruos, laboriosos, pigrósq; faciet, & quorum patres nesciãtur, orbos parẽtibus, tardos in actibus, & qui nihil consequi possint, & hoc si nulla stella, in x ab horosc. loco fuerit inuenta. Si uero in decimo loco ab horosc. stella aliqua fuerit inuenta, diuina ingenuitatis, & gloriæ insignia cõferuntur, & præsertim si beneuola etiam in eodem loco stella fuerit cõstituta. VI

In septimo loco ☿ cũ ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, id est in occasu, si per diẽ in hoc loco fuerit inuentus, faciet eis, qui sic nati fuerint, maximas res, potestatésq; cõmitti, sed ipsos demũ biothanata morte faciet interire. Si uero per noctem in hoc loco, partiliter fuerit cõstitutus, faciet multa perpeti mala laborantes, & quotidiano opere alimẽta quærentes, ac malis semper, & sordidis actibus occupatos, eorũ enim artes erunt, aut sordidæ, aut squallidæ, aut grauis odoris, ex quibus uigiliæ perpetuæ operatoribus exigantur, quales sunt confectores coriorum, fullones, lanarii, pictores, coqui, & his similes, ipsos tamen faciet hettematicos, & prima quidem semper ætate uitiosos. VII

In octauo loco ☿ cum ☉ ab horosc. partiliter cõstitutus, faciet debiles, uitiosos, & qui facili ratione decipiant, biathanatos quoq;, & qui in insaniã frequenter incurrant. VIII

In nono

IX In nono loco ☿ cum ☉,ab horosc.partiliter constitutus,faciet exorcistas & qui laborantes dæmonum incursione homines aptis remediis liberent,unde ex his artibus, maxima illis substantia conferatur.

X In decimo loco ☿ cũ ☉,ab horosc.partiliter cõstitutus,in iis in quibus gaudet signis, uel exaltat̃ per diem,totius orbis dominos faciet,ac multis,& maximis prouinciis,ptãtis merito præpositos,præsertim si in hoc loco positis bonũ eis ♃ testimoniũ cõmodarit.

XI In undecimo loco ☿ cum ☉,ab horosc.constitutus partiliter,in processu ætatis felicitatis augmenta decernit.

XII In duodecimo loco ☿ cum ☉,ab horosc.partiliter constitutus,pauperes,infelices, seruósq; faciet,& qui semper in erroribus,exiliis,ac peregrinatione depereant.

MERCVRIVS CVM LVNA, PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. X.

Mercurij cũ luna statio prima.



MERCVRIVS cum ☽ in parte horosc.partiliter cõstitutus, faciet scribas, mercatores,& qui per regum, aut principum seruitia,quotidiana sibi uitæ subsidia quæritent,sensatos quidem, & intelligentes,& quorum dicta, & rationes,& ab omnibus comprobentur. Erunt quoq; tales qui multis negociis implicati, non solum diuitiarum sibi copiam,sed populorum etiam gratiam conquirant.

II In secundo ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus,natos efficiet,in suis mercimoniis,satis felices,& qui inde magnam sibi facultatem acquirant,quorum industriam ingeniúmq; mirantes,multi eis intima amoris coniunctione iungantur, hácq; de causa plurima illis conferant utilitatis augmenta quibus patrimoniũ suũ sæpius locupletent.

III In tertio ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus,homines faciet in suis itineribus felices,ex quibus maxima emolumenta consequantur,fratribus suis,ac cognatis utiles,à quibus etiam plurima recipiant uitæ subsidia,amicos quoq; in breuibus itineribus multos elargitur,quorum benigno fauore,& honorem,& gloriã præcipuã cõsequant̃.

IIII In quarto ab horosc loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus,homines efficiet,à suis parentibus felicem patrimonii substantiam recipientes,ipsorúmq; parentũ amatores, quos etiam in aliqua honoris dignitate constitutos uidebunt,unde & sibi,& illis maxima cõparent̃ emoluméta,& hoc præcipue,si sic eos cõstitutos,benigna ♃ radiatiõe respexerit.

V In quinto ab horosc.loco ☿ cũ ☽,partiliter constitutus gaudiũ & lætitiã,in cõuiuiorũ celebratione decernit.Faciet enim homines,qui in procreandis liberis, maxima semper felicitate ditentur,qui non solum parentibus suis gaudia peroptata tribuant, sed ad aliquem etiã honoris gradũ subleuati,eos nõ mediocri existimatione,gloriáq; honestent.

VI In sexto ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus,ex humilibus,ac uilibus personis,lucra,& facultatum emolumenta decernit.Faciet enim homines,qui licet ex beluarum prouentibus,diuersis negociationibus implicentur,hoc tamen seruorũ, & uilium hominum ministerio perficient,ipsi autem,maxima sibi inde uitæ subsidia comparantes,ad altiora semper aspirabunt.

VII In septimo ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus,lucra utilia,& maximas ex coniugio facultates decernit.Erunt enim homines tales,quibus etiam negociandi modus ab uxoribus inueniatur,unde sibi non opes solum,& diuitiæ,sed magna quoq; honorũ insignia cõparentur.Accident tamen quãdoq; illis uaria ex tali causa impediméta.

VIII In octauo ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus, ex aliquorum morte, tales hæreditates decernit,quibus pleraq;,& utilia mercimonia exerceantur,& aliqua etiã honorum insignia consequantur.Quod si locum istum,♃ beneuola radiatione respexerit, maximas sane diuitias,& facultates,ex mortuorum hæreditate decernit. Est enim locus iste,in quo præcipue ☽ gaudet.

☽ gaudet in octauo.

IX In nono ab horosc.loco ☿ cum ☽,partiliter constitutus, bonas decernit & utiles peregrinationes,ex quibus non solum maximi emolumenti mercimonia cõquirantur, sed

pleraq;

pleraq; etiam dignitatis insignia parentur. Faciet quoq; religiosos homines, & qui in sua religione, multa quidem acuta, & subtilia, sagaci mentis agitatione perquirāt, unde maximum sibi consequantur honorem.

In decimo ab horosc. loco ☿ cum ☽ partiliter constitutus, homines faciet, uita, spiritu, & actu, acutos, sapientes, intelligentes, & qui perspicaci ingenio multa conquirāt, atq; ex tali causa, non suos solum, sed totam etiam patriam, honesto dignitatis gradu illustrent. Erunt enim hi tales quos omnes cōmuniter ament, ac uenerentur, eisq; merita cōferant præmia uirtutum. X

In undecimo ab horosc. loco ☿ cum ☽, partiliter constitutus, homines faciet in quærendis amicis, non tantum industrios atq; solertes, quantum etiam fortunatos, atq; felices, quorum beneuolentia freti, & maxima sibi quærant subsidia facultatum, & honorū etiā sæpius insignia cōparent. Et maxime si sic cōstitutos, ♃ beneuola radiatiōe respexerit. XI

In duodecimo ab horosc. loco ☿ cum ☽ partiliter constitutus, homines faciet, ex inimicis suis, maxima consequentes utilitatis emolumenta, & qui ex captiuorum liberatione, ad summam ueniant expectationem in populo. Erunt hi sane super inimicos suos potentes, ex quorum superatione, maximam sibi laudem, atq; triumphū, cum summa omnium admiratione reportent. XII

MERCVRIVS CVM ♄ PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. XI.



ERCVRIVS cum ♄ in parte horosc. partiliter constitutus, in diurna gēnitura, pecuniarum absconsores faciet, aduocatos, iurisperitos, uel scribas, sed languidos, & qui cito deficiant. Si uero per noctem in hoc loco fuerint cōstituti, seruos aut captiuos ex liberis facient, tradéntq; uiris potētibus eos, captiuitatis causa seruituros. Si uero in fœminino signo in nocturna genitura, sic fuerint inuenti, facient eunuchos, uel uiros sine semine, & qui coire nō possint, turpes quoq;, infames, impudicos, & cinœdos. *Mercurius cū ♄ in horosc.*

In secundo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter cōstitutus in diurna genitura, faciet herbarios, medicos, & per quos hominibus sanitas comparetur, sed diuites quoq; & claros in actibus suis. Erunt autem pro qualitate signorum, frequenter oratores, aut potentium uirorum procuratores. Si uero per noctem in hoc loco fuerint inuenti, faciēt mendicos, insanos, nudos, aut templorum seruos, frequenter autem facient accusari, & in custodia constitutos lugubres tamen semper, & sine filiis; ac in aliqua corporis parte debiles, aut quibusdam sceleribus, uitiísq; facient implicatos. II

In tertio loco ☿ cū ♄ ab horosc. partiliter constitutus, faciet urnatores, aquas ex altis puteis leuantes, hortulanos, actores modicarum uillarū, aut polinctores, & funerarios, mortuorum cadauerum custodes, aut sepulchrorum faciet ianitores. III

In quarto loco ☿ & ♄ ab horosc. partiliter constituti facient illicitarum & absconsarū artium magistros, aut earum conscios, & qui quotidianam uitam, ex malis artibus quærant. Sed quidam sic habentes ☿ cum ♄, aut in custodia erūt, aut aliqua ratione damnabūtur, sed omnes actus, secundum naturam qualitatémq; signorum, ac secundū cæterarum stellarum rationem, inueniuntur. IIII

In quinto loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, faciet frequenter domicilia mutantes, sed annonæ, aut frumentorum, uel locorum quorūdam præpositos, & gemmarum, margaritarū, aut aromatū, uel metallorū faciet præfectos sactorúmq; sculptores. V

In sexto loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, si per diem in hoc loco fuerit inuentus, multarum doctrinarum scientes faciet & absconsarum artium doctrina pollentes, & qui omnia quæ in rebus humanis sunt, uelint scire, sed ambitiosos sane, & inuidos, & qui multis uitiis, & ualetudinibus implicentur. Per noctem uero, in hoc loco cōstituti, facient falsarum literarum autores, sceleratos, malitiosos, maleuolos, maleficos, & qui semper maximis malis, & necessitatibus implicentur. Sed in hoc loco sic positum ☿ VI

cum ♄, siue per diem, siue per noctem, si ♂ aliqua radiatione respexerit, aut per quadratum, uel diametrũ, ineuitabili malo implicatos homines, publicæ mortis faciet animaduersione puniri.

VII In septimo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, hæredes mulierum & magnatum facultatum desideriis æstuantes faciet, ac ipsarum amatores mulierum. Si uero per noctem in hoc loco fuerint inuenti, omni conuersatione uitæ, miseros facient, & qui maximis debitis obligẽtur, uitiosos etiam & debiles, malignos, & malitiosos, & qui tandem accusati in publica custodia seruentur.

VIII In octauo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, processu temporis, patrimonii, & honoris augmenta decernit, alii uero mortis alienæ causa patrimonia consequuntur, ualetudo tamen illis erit, aut de uesicæ calculo, aut uentris uitio. Per noctem uero in hoc loco partiliter constituti, pauperes, proscriptos, languidos, erumnosos, & quibus humores faciant damna, debilitatósq; reddunt, si ☽ minuta lumine, ad Saturnum feratur, uel ad Martem plena.

IX In nono loco ☿ cum ♄ ab horosc. partilter constitutus, prophetas, aut uestitores diuinorum simulachrorum faciet, aut diuinarum baiulos cęrimoniarum.

X In decimo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, id est in M C, alienorũ patrimoniorum hæredes faciet, aut maximarum rerum inuentores, interdum autẽ scribas, uel actores, aut maximorum uirorum procuratores. Sed si sic eos positos aliqua stella uiderit, diuino ingenio faciet oratores, uel oratoriæ artis magistros, grãmaticos, uel his omibus artibus, alicuius auctoritate prępositos, studiorũ magistros, uel censuales cœlestiũ rerum scrutatores, alii eñ computos exercẽt, alii difficilium literarum, aut inuentores, aut magistri oriuntur.

XI In undecimo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter cõstitutus, hæc decernit, quæ illum in quinto diximus loco decernere.

XII In duodecimo loco ☿ cum ♄ ab horosc. partiliter constitutus, quid decernit, sextus geniture locus manifestius explicauit.

MERCVRIVS CVM ♃ PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. XII.



ERCVRIVS cum ♃ partiliter in horosc. constitutus in diurna genitura, faciet claros & gloriosos, ciuitatibus præpositos, aut maximarum ciuitatum decem primos iuridicos, & qui prouinciis, aut ciuitatibus iura restituant, & qui iustis semper causis gaudeant. Si uero per noctem, sic fuerint inuenti, procuratores, actores aut negociorũ prępositos faciẽt, sed interdũ magnorũ ac potentum uirorũ scribas efficient, & rationibus, mensis, apothecis, ac negociationibus præpositos, argutos uero & ingeniosos, & quibus ex bonitate ingenii, felicitas maxima conferatur.

II In secundo loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus, in diurna genitura, alieni patrimonii faciet hæredes, ab extraneis adoptatos, ac fundorum multorũ, depositarũmq; specierum dominos, & quibus processu tẽporis, augmenta felicitatis maxima conferant. Si uero per noctem in hoc loco partiliter fuerint inuenti, stultiores faciẽt, & quibus non sit perpetua felicitas, & quos uitæ cursus, sæpissime ratione decipiat.

III In tertio loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus, magos faciet, sed præclara semper bonitate pollentes, hymnologos, aut deorum baiulos, uel templorum custodes, aut qui religionibus homines initient, & consecrent, & qui deorum monitu, futura prænoscãt, sacris quoq; faciet certaminibus præpositos, hoc quoq; similiter in ix loco ab horosc. ♃ & ☿ decernunt, pariter constituti.

IIII In quarto loco ☿ & ♃ ab horosc. partiliter cõstituti, ex inuento cantuli, & organi, facient magistros, curatores quoq; aut tutores minimorũ, & qui mulierum curam, rationémq; suscipiant, quidã uero aliqua casu inueniunt, alii latentium thesaurorũ uias norunt.

tunt,ex quibus maxima illis felicitas comparetur.

In quinto loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus,& per diem,& per noctem eadem simili ratione decernit ut plures scilicet potestates,& nobilitates,processu temporis,conferantur.Erunt autem in omnibus actibus,feliciores,& qui quod uolunt facile consequantur,hæc eadem in xi genituræ loco,pariter constituti decernunt. V

In sexto loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus per noctem & diem,eadem simili ratione decernit.Sed si in matutino ortu fuerint inuenti,facient in omnibus negociis faciles,rationales,causis aliquibus,uel certaminibus discussionibus, aut rationibus, negociationibus,aut quibusdam religionibus præpositos,ita ut ex earum redditibus,facultates habeat maximas,præsertímq; si sic his collocatis in decimo ab horosc.aliqua stella fuerit constituta.Sed si ☽ sic feratur,ut his se sua radiatione coniungat in x ab horosc. loco cõstituta, faciet diuites affluentes multarum pecuniarum,uel auri dominos,& qui possessionum fructus maximos consequantur,felices,beatos,& qui regum actus sua intercessione disponant, exactores regiarum annonarum,uel fiscalium pecuniarũ,aut pro uinciis ciuitatibúsq; præpositos.Si uero in diurna genitura,sic in sexto loco ☿ ac ♃ constitutis,nulla stella in x ab horosc.loco fuerit inuẽta,mediocris uitæ,patrimonii & actuũ faciet.Si uero per noctem sic fuerint inuenti,reddunt negociorum interpretes,piscatores, augures,sculptores,aut laboriosis semper actibus impeditos,aut seruilia officia facientes, uel in talibus artibus positos, quæ grauibus orationibus,aut sordibus squallidæ sint,ut sunt fullones,aut coriorum confectores,seu caligarii,uel pistores,siue lanarii,uel piscatores,& qui sunt eis similes. VI

In septimo loco ☿ ac ♃ ab horosc. partiliter cõstituti,tam per noctem quàm per diem, eadem simili rationi decernit.Facient enim à mulieribus felicitatem maximam conferri, facient quoq; publicis muneribus præpositos,ac popularium ciuitatũ principes,uel decem primos,hominésq; longioris uitæ,bonæ senectutis,ac bonorum consiliorũ & morum,& qui bonas res desiderent semper. Hæc tamen in nocturnis genituris,ualde minuuntur,si sic ☿ positum cum ♃,♄ de diametro,uel quadrato respexerit, uel si cum eis fuerit inuentus. VII

☞ In octauo loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus in diurna genitura,mediocres in uita faciet,& qui ex quibusdam inuentionibus,uitæ sibi præsidia comparet. Quorundam tamen infamat iuuentutem,sed processu temporis,mediocris substantiæ incrementa decernit.Si uero per noctem in hoc loco fuerint inuenti,aut reperiunt aliquid unde habeant maximum uitæ subsidium,aut hæreditas illis non modica confertur,ac processu temporis,maximis felicitatibus subleuantur, uitiosos tamen corpore, & languidos facient. VIII

In nono loco ☿ & ♃ ab horosc. partiliter constituti,hæc decernunt,quæ in tertio genituræ loco decreuerunt. IX

In decimo loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter cõstitutus,magnos actus faciet,magnas administrationes magnásq; potestates pro genituræ tamen mensura. X

In undecimo loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus,hæc decernit quæ decernere eum in quinto diximus loco. XI

In duodecimo loco ☿ cum ♃ ab horosc. partiliter constitutus,si ☿ matutinus extiterit,faciet scribas regis,aut senatus notarios,exceptores principum, & qui ciuitates maximas tueantur,qui'ue magna frequenter offendant,sed nouissimo uitæ tempore,infelicitatis onere prægrauentur,aut qui biothanata morte depereãt,si sic positi in nocturna fuerint genitura.In diurna quoque genitura,quantulumcunque in his actibus & officiis perseuerant,& non frequenter offendunt.Vespertinus uero ☿ in hoc loco cum ♃ constitutus,tardiores actus,& sinistrum fatum dabit,sed quidam popularibus, aut laboriosis actibus implicantur. XII

MERCVRIVS CVM ♂ PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. XIII.

Mercurius cũ ♂ in horosc.



ERCVRIVS cum ♂, si in parte horosc. fuerit constitutus, in diurna scilicet genitura, anaphoricos faciet, cardiacos, oligochronios, et infelices, aut enim ex occasione mulierũ, aut ex amoris illecebris, siue ex absconsis scripturis, uel ex maleficiis, falso damnari eos faciet, aut biothanatos interire. Si uero per noctem in horosc. partiliter fuerint inuenti, facient magnos, ac magnatum religionum præpositos, duces, protectores, prænuncios, uel satellites, imperatorum administratores maximos, & quibus ex euentu pugnarum, maxima felicitas cõferatur. Si uero sic per noctem positos ♄ de quadrato respexerit uel diametro, periculosos faciet, & qui sæpissime decipiantur, ac in omnibus suis actibus impediantur, sic enim cõstitutus ♄ inertes faciet homines, & qui omni infelicitatis onere prægrauentur.

II In secundo loco ☿ cum ♂ ab horosc. partiliter constitutus, in diurna genitura, natos exponi faciet, & si nutriti fuerint, faciet aliqua ratione fugitiuos, frequenter autem exules, & interdum captiuos ac plerósq; faciet ex proscriptione nudari, quosdã etiam grauibus ualetudinibus, fortibúsq; uitiis implicat, alios etiam biothanatos faciet, si eorum alter uel uterq; ☽ lumine plenam radiauerint. Sed si per noctem sic fuerint inuenti, facient malæ mentis homines, ac malitiosos, obscurósq;, timidos, et qui in omnibus actibus decipiantur, sed eorum facient actus multiplices, erũt enim aut publicani, aut uectigaliarii, uel curiosi, quosdam etiam mente insanos, aut phreneticos reddent.

III In tertio ab horosc. loco ☿ cum ♂ partiliter constitutus, faciet ex sacrificiis, aut feriatis actibus uitæ habere substantiam, erunt autem hi tales, ut futura prædicant, & qui semper cõuersentur in templis, sed omnibus, cum quibus negociantur, terribiles existent, etiam si nihil sciant uel nihil agant, hi tamen processu temporis, multa consequentur felicitatis augmenta.

IIII In quarto loco ☿ cum ♂ ab horosc. constitutus, pigros faciet, humilésq; in omnibus actibus, & in omni fortuna, & qui cum parentibus, uel affinibus assiduas inimicitias exerceant, ita ut eis per ipsos, maxima semper damna inferantur & insidiæ. Erunt etiam fideiussores, & qui ex hac re, maximis periculis conquassentur atq; ad humilitatem, paupertatémq; deueniant, quod cum illis contigerit, illicitarum quarundam artium autores erunt, unde uel sequestres, uel cõsocii in quibusdam malis comprehensi, maximis periculorum laqueis implicantur, ita ut damnationis animaduersione plectantur. Alii in his calamitatibus constituti, magnæ & longæ ægritudinis incursionibus opprimũtur, præsertim si ☽, sic positi de diametro, uel quadrato uiderint. Sed tamen si in quarto genituræ loco ☿ ♂ & ☽, sic per noctem fuerint inuenti, facient etiam propositos, tribunos, duces, potentes, administratores, sed biothanata morte, ut plurimum turpiter pereuntes.

V In quinto ab horosc. loco ☿ cum ♂ partiliter constitutus, fortes, uiriles, athletas, atque inuictos in omnibus certaminibus reddit, sed qui ad uaria loca, domicilii gratia, cõferantur, & quibus de fisco, aut publico uictus, & annonæ, maxima gratia conferatur, In omni tamen faciet certamine superiores atq; suis penitus terribiles aduersariis.

VI In sexto ab horosc. loco ☿ & ♂ partiliter constituti, si per diem in his locis fuerint, ualetudinem & uitia maxima decernunt. Faciunt autem & in custodia constitui, & carceris habere noticiam, ac ex quacunq; accusatione damnari, aut enim appetuntur, aut deferuntur, aut falsis criminum obligantur circũuentionibus, nam aut à seruis, aut per seruos, aut à seruilibus hominibus, aut ab iis, qui sunt criminis alicuius causa in custodia constituti appetuntur, aut deferuntur, ita ut cum maximis tormentis, uiolentia, & atrocitate depereant, præsertim si in his constituti locis, ☽ plenam, ex aliqua parte respexerint. Si uero per noctem in hoc loco fuerint constituti, facient multis debitis, & multo usurarum fœnore implicatos, æstúsq; animi, & interceptiones facientes. In omnibus autem actibus pigros reddunt, maximásq; accusationes, & graues inuidias reddunt, sed quæ aut à seruis

aut propter seruos fiant. Alii igitur cruciatores erũt seruorum, ut eos aut fame seu plagis, tormentis, aut assiduis operum exactionibus defatigent. In actibus uero suis, nunquam perseuerabunt, qui in his locis ☿ cum ♂ habuerint constitutum, quia ab uno actu ad alium sæpissime transferuntur.

In septimo ab horosc. loco ☿ cum ♂ partiliter cõstitutus, si per diẽ in hoc loco fuerint inuenti, eos qui sic eum habuerint, mulierem aut uxorem suam manu propria interficere compellunt, faciẽtq; aut propter mulierem, uxorem, uel præposteras cuiusdam amoris cupiditates seipsos, aut alios interficere, aut propter tale aliquod admissum in publica custodia, uel in carcere constitui, atq; ex ista accusatione damnari. Sed generaliter quicũq; sic ☿ & ♂ habuerint, homicidia, & mortes in ipsis pro signorum qualitate complebũt, aut enim grassatores erũt, aut latrones, aut sicarii, siue piratæ, aut his similes, & qui in his facinoribus comprehensi, perseuerantis sententiæ animaduersione plectantur. In nocturna uero genitura sic positi, facient eos à mulieribus iniustis actibus circũscribi, aut uiraginibus iungi, & ab his filios suscipere, ac tandẽ & semp magnis, pessimísq; uitiis inuolui. VII

In octauo ab horosc. loco ☿ cum ♂ partiliter constitutus, si per diem sic fuerit inuentus, tales faciet qui nihil ex eis, quæ cupiunt consequi possint, sed periculosos, & qui omẽ patrimonium funditus amittant. Quidam uero erunt insani, ac furiosi, alii in custodiã coniicientur, aut damnabuntur, & fient frequenti damnatione biothanati. Si uero per noctem in hoc loco fuerint inuenti de malis partibus aut officiis, facultates sibi aliquas comparabunt, ac per dies singulos, de malis & nefariis actibus crescẽt, erunt enim fures, & effractores, aut qui cõmendatas sibi res, uel fidei suæ creditas, obstinatis soleant cupiditatibus abnegare, aut nefariorum facinorum inuentores, uel executores, tortores quoq;, aut carnifices, uel suorum proditores atq; maximas sibi ex istis artibus fortunarum, ac facultatum substantias comparantes, sed mors eis uiolenta, aut cum quibusdam tormentis grauibus proueniet, aut grauis insaniæ uitio laborantes, morientur. VIII

In nono loco ☿ cum ♂ ab hororosc. partiliter cõstitutus, iniustos, irreligiosos, ac periuros faciet, ministros tamen deorum, etiam cum isto mentis errore, sed hos ipsos deos, quibus seruient spoliantes atq; nudantes, ut scilicet templorum dominationes ad prædã suam faciant. Sed hæc maxime fiunt si longe à radiis ☉ fuerint inuenti, aut in suis inuicem signis, uel partibus, aut in domo ☉, & ex arte hæc erunt, si sic eis positis, ☽ se ex quadrato, uel diametro lumine plena coniunxerit. IX

In decimo ab horosc. loco ☿ cum ♂ partiliter constitutus, miseros et inefficaces homines faciet, qui tamen assiduis nauigationibus delectabuntur, ac palæstrarum amatores erunt, & qui uitam suam, potentibus uiris, aut regibus, uitiis quibusdam uendent. Erũt autem cum macula semper, ac uitio secundum signorum qualitatem atq; substantiam. Sed semper ☿ & ♂ pariter constituti in actibus publicis aut administrationibus, occupationibúsq; constituunt, sed in ipsis nunquam longo tempore perseuerant, aut enim impediti sunt, aut accusati inde ammouentur, & frequenter iudiciis applicãtur, aut falsis interdum accusationibus opprimuntur, ex quibus infortuniis, ita eorum pecunia dissipatur, ut graui usurarum fœnore quatiantur, sed & sponsione, aut fideiussione aliqua, grauibus damnorũ, uel condemnationũ generibus opprimuntur. Si uero ♃ ☿ & ♂ pariter positis aliqua se testimonii societate coniunxerit, aut si cũ ipsis fuerit pariter inuentus, magnos in omnibus actibus, & occupationibus faciet, et qbus multa negocia credãtur, & qui simili modo & amittant substantiam pariter & quærant. Si uero iis ♀, se aliqua radiatione coniunxerit, uel si cum ipsis fuerit pariter inuenta, faciet imperatorum exactores, & qui annuas fiscariorum præstationes repetant, & qui discussiones rationales, magnáq; negocia tractare consueuerint. Sed ☿ cum ♂ diuersa & multiplicia actuum, uel administrationum genera decernit, uarietas enim hæc prouenit, secũdum qualitatem substantiámq; signorum. In ☿ enim domo, uel partibus constituti, faciẽt amatores palæstrę, uel athletas, ac publicis certaminibus destinatos. In ♂ uero signis, aut partibus constituti, pugna- X

ti,pugnaces,armorum amatores, milites,uenatores,feras libenter nutrientes, uel ferarũ præpositos,ac regum nuncios,ueredariósq; reddent.In domibus uero ♀,aut partibus cõstituti,facient linteones,aut tunicarum textores,plumarios,tinctores,aut aromata, gemmas,uel margaritas,aliqua ratione tractantes.In ♃ uero domibus,aut partibus constituti,præpositos facient,tribunos,aut regiones & ciuitates aliquas gubernantes. In domibus autem seu partibus ♄ constituti, scelerata,ac facinorosa officia tractãtes facient,ut tortores,carnifices,interfectores,delatores ac proditores.In ☉ uero aut ☽ domo, ærarios,ferramentarios, statuarios, pelliones, coriorum confectores,ab igni uel ferro uitæ subsidia quærentes:Immutatio enim signorum, diuersorũ negociorum actus decernit.

XI In undecimo ab horosc.loco ☿ cum ♂ partiliter constitutus,semper in pugna faciet perire,aliósq; reddet,palæstræ semper amatores,alios amorum,sed tamen cõsiliis fortes, & qui ex omnibus actibus,felices semper successus accipiant.

XII In duodecimo ab horosc.loco ☿ cum ♂ partiliter cõstitutus,quid faciat, sextus locus specialiter demonstrauit.

MERCVRIVS CVM ♀ PER DVODENAS COELI STATIONES CAP. XIIII.



MERCVRIVS cum ♀ in horosc.partiliter constitutus,in diurna genitura,faciet scutarios,uel imperatorum protectores,uel qui proprio excubitu, salutem principibus seruent,aut qui pecunias,thesaurósq; regios suis crediтos dispositionibus gubernent,& quibus huiusmodi administrationum officia credantur. Faciet etiam musicos, choricos,& qui musicos modos faciant, aut certe publicos magistros, oratores, seu grammaticos, aut legum inuentores,& qui numini præsint. Si uero per noctem in horosc. pariter fuerint inuenti, facient acutos,ingeniosos,& qui omnia quæcunq; agere uoluerint facile consequantur. Erunt autem aut coronati,aut sacerdotibus præpositi,aut sacrorum baiuli simulachrorum,& qui processu temporis augmenta dignitatis accipiant. Facient etiam harmoniæ cuiusdã peritos,aut regiis literis præpositos,sed quorum oratio,leporis & gratia plena existat.

II In secundo ab horosc.loco ☿ cum ♀ partiliter constituti, in diurna genitura,facient multa negocia tractantes,& qui nobilibus actibus occupentur,sed in ipsis diuitiis perseuerantes uitæ operibus,ac moribus,amœnos,& gratos, uitiosos tamen ac libidinosos.Si uero matutini in hoc loco fuerint inuenti,facient per semetipsos patrimonia quærentes, felices,literatos,disciplinã aliquam,musicámq; tractantes,lætos,honestos & gratiæ splendore fulgentes. Si uero in nocturna genitura ☿ in hoc loco cũ ♀ fuerit inuentus uespertinus,magnas decernit facultates,& processu temporis, maximarum felicitatũ incrementa largitur,erunt enim ciuitatum principes,legibus præpositi,& quibus maximarũ prouinciarum cura mandetur.Alii enim quiddã inueniunt,unde felicitatis initia suscipiãt, aliis autem quandoq; hæreditates maximæ sæpius conferuntur.

III In tertio ab horosc.loco ☿ cum ♀ partiliter cõstituti,facient in sacris certaminibus esse uictores,sacerdotes quoq;,aut prophetas deorum uestitores,aut in templis maxima tractãtes officia,sacerdotibus pręposítos,aut sacri certaminis principes,bonos legatos,bonis moribus quoq;,ac institutionibus præditos,& quibus desideria sua secura ciuitas credat.

IIII In quarto ab horosc.loco ☿ cum ♀ partiliter constituti,absconsarum literarum faciẽt peritos,magos,philosophos,ac cœlestia sæpe tractantes,aut qui laborantes homines curent,ac eis quolibet in genere prodesse consueuerint.Matutinus uero ☿ cum ♀,in hoc loco positus,à seruitute ad libertatem uenire faciet,& ab ignobilitate ad splendorem, nobilitatémq; perducet,sed miserarum mulierum,aut seruilium,aut anuum,aut uirginũ tuitionem,defensionémq; suscipient,& qui propter has,actus uarii generis appetant. Actibus uero institutis, & negociis occupatos faciet,secundum substantiam qualitatémque signorum.

V In quinto ab horosc.loco ☿ cum ♀ partiliter cõstitutus,maximas facultates, processu temporis

temporis decernit, ac facultatum simili modo largitur insignia, talésq; reddit, qui à mulie ribus, uel uxoribus, dona maxima, seu præmia consequantur, quíq; potentibus uiris, ali qua semper noticia coniungantur.

In sexto ab horosc. loco ☿ cum ♀ partiliter constitutus, in diurna genitura, de rationi bus, uel negociationibus computo, aut disciplina, siue deorum redditu, decernit substā tiæ facultates, præsertim si sic eis constitutis, aliqua stella, in x genituræ loco fuerit inuen ta, sed hi uxorem difficile consequentur, Nam erunt libidinosi, & ex ista re, quodammo do infames. In nocturna uero genitura, si matutinus in hoc loco fuerit inuentus cum ♀ ancillas uiduas, uel meretrices matrimonii sibi gratia copulabūt, actus uero laboriosos, & circa aquam seruiles habebunt, si nulla stella, sic eis positis, in decimo ab horosc. loco fuerit inuenta. Quod si ibi fuerit, faciet proprio labore multa quærentes erunt enim pere grini, negociatores, gubernatores, naucleri, & ex auro fabricatores. Vespertinus uero in hoc loco, si cū ♀ fuerit inuentus, cordatos, ingeniosos, musicos, uel organarios faciet aut colorum tinctores, seu aromatum, gemmarū, uel margaritarum mercatores, quosdā ue ro faciet myropolas, uel pigmentorum medicinalium inuentores, frequēter quoque me tallorum præpositos, ita ut ex his actibus, maxima illis facultatum, seu diuitiarum subsi dia conferantur. VI

In septimo ab horosc. loco ☿ cum ♀ partiliter constitutus, absconsarum ualetudinū uitia decernit, faciet enim aut epaticos, uel phreneticos, aut melancholicos, & his similes, sed ab uxoris affectu semper alienos, & usq; ad ultimum uitæ tēpus infames. Si uero per noctem in hoc loco, cum ♀ fuerit inuentus, à mulieribus uel uxoribus maxima illis di uitiarum substantia conferetur, ac gradatim processu ætatis grandes honores, et maximę felicitatis insignia consequentur, præsertim si eos sic positos, ♂ & ♄ & specialiter ♄ nul la ex parte respexerit, Nam si eis sic positis ♂ & ♄ fuerint aliqua radiatione cōiuncti, hæc quæ diximus in contrarium omnia uertentur. VII

In octauo ab horosc. loco ☿ cum ♀ partiliter constitutus, si uespertini ambo, in diur na fuerint genitura, inefficaces, & apocopos reddent, & qui nihil agere possint. Facient etiam libidinosis semper negociis implicatos animo & corpore uitiosos, & qui nuptias difficile consequantur, erunt enim steriles, & qui sobolem generare nō possint, morient autem, aut spathici, aut colobici, aut apopletici, seu phrenetici. Per noctem uero, in hoc loco, pariter inuenti, alieni patrimonii facient hæredes, aut aliarum facultatum sollicitu dinem gerentes, sed bonos, benignos, patresfamilias, & quibus à mulieribus, uel uxori bus plurima conferantur: alii quiddam inuenient, quod illis ad omnis uitæ subsidium, sufficiat, sed habebunt mortem repentinam, & sine dolore atque tormento. Matutinus uero cum ♀ in hoc loco constitutus, multa discentes, & omnia scientes perficiet, rerum etiam inuentores, & qui quicquid uoluerint, facillime consequantur, ac processu tempo ris patrimonii augmenta percipiant. VIII

In nono ab horosc. loco ☿ cum ♀ partiliter constituti, fascinantes mulieres dabunt uxores, quæ etiam ipsos artus laruari, ac fascinari faciant, & quibus ex templorum offi ciis, uitæ præsidia quærantur. Facient enim aut sacerdotes, aut qui in templis constituti, futura prædicant, aut aruspices, aut astrologos, augures, uel magos, siue qui omnia ex plicare soliti sint. IX

In decimo ab horoscop. loco ☿ cum ♀ constitutus, publicos actus faciet, hominésq; publicos, qui à populo, aut ciuitatibus honorentur, sed qui de uxoris actibus, infa miam contrahant. Matutinus uero in hoc loco, cum ♀ constitutus, modorum musi corum inuentores faciet, sed scænicos, & publicis spectaculis destinatos, circa nuptias ue ro infelices, aut enim meretrices, aut publicas, aut scænicas, aut infames uxores habe bunt, quidam etiam amatores erunt prauarum, & multarum libidinum uoluptatibus implicati. X

XI In undecimo ab horosc.loco ☿ cum ♀ constituti,facient mulierũm negocia tractan-tes,& quibus earũ substãtia credatur,ita ut ex hoc actu,maxima illis patrimonii subsidia cõferant,sed postea in cõtrarietatibus aut iacturis maximis,penitus cõstituti reperiantur.

XII In duodecimo ab horosc.loco ☿ cum ♀,si per diem fuerit inuentus, amatores faciet, & amorum obscœnorum uitio laborantes,perspicuos tamen & omnibus notos,sed co get penitus in ista uitia deferri,atq; ex ista delatiõe damnari,ac biothanatos interire. Si ue-ro per noctem in hoc loco fuerint inuenti,à mulieribus indignis,multas facient persecu tiones,aut meretrices amoris instinctu comparari mediante uiro,& ex his actibus multi plicibus iustitiis occupatos.Sed qui frequenter ab instituto decidant,& qui ab actibus ne gociis aut facultatibus suis in rationibus freqũeter decipi,aut insidiis soleant fraudari.Ex peditis autem particularibus ☿,cum omnium planetarum coniunctione decretis,nunc unde digressi fueramus ad lunæ decreta,per singulas domos reuertamur.

LVNAE DECRETA PER SINGVLAS COE LI STATIONES CAP. XV.



In isto uel cer te primo, uel hoc loco legẽ dum.

VNA in horosc.partiliter constituta in nocturna genitura, si plena,& in quibus gaudet signis fuerit inuenta,grandia fortunæ incrementa decernit, præponi fratribus facit ætate semper,& merito.Si uero per diem in*quinto loco fuerit inuenta partiliter,gubernatores maiorum nauium faciet.Si ue-ro sic per diem ☽ constituta,alium genituræ cardinem ♂ Saturnúsq; posse derint,id est,si de quadrato,uel diametro,respexerint,uel cum ipsa fuerint inuenti, faciẽt piratas,crudeli feritatis atrocitate famosos,aut in accessorum locorũ præpositos iudices. Si uero sic ☽ positam, cũ maleuolis nulla beneuola stella respexerit,eos qui nati fuerint, faciet exponi,aut eis nulla uitæ tempora decernit,sed statim faciet interire,aut malum ui-tæ finem biothanatúmq; minatur.

II In secundo ab horosc.loco ☽ cõstituta,in nocturna genitura claros & perspicuos acti-bus faciet,sed luxuriosos,& amœnis delitiarum uoluptatibus deditos,& quibus maior patrimonii substantia,processu temporis conferatur.Si uero per diem in hoc loco fuerit inuenta,aut statim parentes interimet,aut natum à parentibus diuidet,aut parẽtes faciet dissoluto matrimonio separari,& patrimonii substantiam uario iacturarum genere mi nui,tales quoq; sic habentes ☽,assiduis peregrinationibus occupantur, actúsq; suos, per multa diuidunt loca,sed uita eorum alicui semper subiacet.Si uero in hoc loco fuerit mi nuta luminibus,& ♄ in hac parte,uel in signo horosc. fuerit constitutus,perficit repenti-nis oculorum uulneribus cæcitatem.Si uero sic ☽ cõstituta,♂ in parte horosc. uel signo fuerit inuentus articulorũ dolores,eiectiones,uel fractiones faciet,alios uero hemorrhoi-ca ualetudinis assiduitate debilitat.

III In tertio ab horosc.loco ☽ constituta,matrem ignobilẽ,uel aliqua infamiæ faciet ma-culatione pollutam.Si uero in hoc loco,cũ ♃ fuerit inuenta,iis,qui sic eam habuerint à fiscalibus,uel à publicis annonis,alimenta suppeditat.Si uero ♃ cum ☽ in hoc loco cõ-stitutus,☿ se aliqua radiatione coniunxerit,antistites faciet maximæ cuiusdam deæ, uel potentissimæ religionis sacerdotes,uel publicarum religionum dispositores,seu correcto res.Si uero cum ☽ in hoc loco ♀ tũnc fuerit inuenta,actus habebunt de pigmentis, aro-matibus,uino,aut floribus.Si autem in nocturna genitura,in hoc loco ☽ cum ♄ solo fuerit inuenta,faciet tardos,qui nihil ex his quæ cupiunt,consequantur & qui de religio nibus,sacrilega proferant uerba,& quibus deorum ira,maxima infortunia conferãtur. Si uero per diem in hoc loco ☽ cũ ☿ & ♂ fuerit inuenta,sacrilegos,templorũ spoliatores iniustos,impios,irreligiosos,homicidásq;,ac malos penitus homines perficiet.

IIII In quarto ab horosc.loco,id est in I M C ☽ cõstituta,si per diem sic fuerit inuenta,ma-trem ignobilem decernit,& quæ maritũ superstitem relinquat. Sed si ♄ in alio genituræ cardine fuerit inuentus,& ♀ in occasu fuerit,mater de ingenuitate,ad seruitutẽ trãsferet, & fiet

& fiet aliquando captiua. Si uero per noctem, ☽ in hoc loco fuerit inuenta, plena lumine, matrem faciet nobilem ac diuitem, natum quoq; assiduis faciet diuitiarum augmentis maxime subleuari. Si uero ☉ partiliter in horosc. constituto, ☽ in quarto loco fuerit inuenta, alios felicitates accipere, alios compellit maximas colere religiones, aliis uero mulierũ facit negocia cõmitti. Si uero per diem sic fuerit inuenta, peregrinos, & ignobiles faciet, & quorum uita erroribus, periculísq; quatiatur, aliis enim in templis ignobilia decernit officia, alios uero eis ministeria exercere seruilia, præsertim si sic ☽ positam, maleuola stella respexerit.

In quinto ab horosc. loco ☽ constituta in nocturna genitura, si partiliter in hoc loco fuerit inuenta, is qui sic eam habuerit, multos procreabit filios, à quibus gaudium habebit ac honorem. Si uero diurna fuerit genitura, multas dabit filias, & rumores à longinquo bonos de filio, talésq; qualis est, plura, à quo in natiuitate ☽ separatur. V

In sexto ab horosc. loco ☽ constituta, si in beneuolarum radiatione fuerit collocata, & aucta lumine, lucrum dabit à quadrupedibus, ac corporis sanitatem. In maleuolarũ uero planetarum radiatione constituta, miseros, humiles, seruiles ac laboriosos procreabit. VI

In septimo ab horosc. loco ☽ constituta, id est in occasu, si in nocturna genitura, partiliter in hoc loco fuerit inuenta, in iis signis in quibus exaltatur, uel gaudet, crescenti lumine Iupitérq;, aut ♀ eam opportunis radiationibus aspexerit, felicem reddet senectutem, lucrum etiam à mulieribus, & congrua sponsalia decernit. Si uero hoc in loco maleuolarum radiatione fuerit oppressa, maxime in diurna genitura, & minuta lumine, tarde dabit uxorem, & cum dederit degenerem, uiduam, sterilem, aut graui fœditate deformem dabit, uel nullo pacto placituram. VII

In octauo ab horosc. loco ☽ partiliter inuenta, homini hæreditatem dabit ex mortuis, sed mors illi cito, & sine dolore maximo, aut tormẽto decernitur. Quod si ♂, aut ♄ eam de quadrato, siue diametro respexerit, interitum dabit ac ipsius à statu solito depositionẽ, lunaticósq; sæpius, sic constituta perficiet. VIII

In nono ab horosc. loco ☽ partiliter posita, in diurna genitura, faciet eum qui sic ☽ habuerit in templis sordide manere, & qui aliquid uelint, quasi à diis dictum hominibus nunciare. Si uero in nocturna genitura in hoc loco fuerit inuenta, faciet diuinos deorũ cultores, & qui sacris ac religionibus studeant, quibusdam uero officia, aut dona largitur ex templis, sed dabit etiam multas cogitationes, ac mutationes per regiones. Et si fuerit hæc domus ☿, dabit astronomiam, si ♀, cantilenas & lætitiã, si ♂, opus armorum, et instrumentorum, si ♃, diuinum cultum, scientiámq; in lege, si ♄, scientiam alchimiæ, si ☉ prouidentiam in quadrupedibus, si uero ♋ domus scilicet sua, scientiam dabit omniũ, quæ ex aqua exeunt. IX

In decimo ab horosc. loco ☽ constituta, id est in M C, si in nocturna genitura, partiliter fuerit inuenta, in iis signis, in quibus exaltatur uel gaudet crescenti scilicet lumine, Iupitérq; eam opportunis radiationibus protexerit, imperatores maximos faciet, aut potentes administratores, quibus uitæ & necis potestas facili ratione credatur, dat etiam sic posita ordinarios consulatus. Si uero partem medii cœli præcedat aut sequatur, in proximo tamen loco & uicinis partibus sit posita, duces, tribunos, administratorésq; perficiet, si uero in eodẽ signo, in quo est mediũ cœlũ, platice fuerit cõstituta, magnos in oĩbus actibus reddit, & uario genere felicitatis ornatos. Si uero ☽ sic posita, ♄ aliũ geniture cardinẽ possederit, inuidias & infelicitates, frequenti ratione decernit. Per diem uero, in M C, ☽ cõstituta, mediocres in uita, & in oĩbus actibus faciet, sed qui frequẽtibus soleant ratiõibus decipi. Si uero per diẽ, sic ☽ posita ☉ in horosc. partiliter fuerit inuẽtus in domo uel altitudine sua, aut in domo ♃, magnos, potẽtésq; admĩstratores, & maximarũ ꝓuinciarũ, uel ciuitatũ ꝓcõsules faciet, sed in ipsa actus administratiõe terribiles. Sed etiã, sic ☽ & ☉ cõstitutis, ☉ scilicet in horosc. in iis, in qbus diximus signis ☽ uero in M C, et pariter ambos, uel unũqde duobus, ♃ ꝓspera radiatiõe ꝓtexerit, imperatores faciet felicitate, ac iustitia præpotẽ X

tes

tes,& quos omnes cum maxima terroris trepidatione suscipiant.

XI In undecimo loco ab horosc. ☽ constituta, hæc decernit, quæ in quinto ab horosc. loco, facere in præcedentibus ostendimus.

XII In duodecimo loco ab horosc. ☽ constituta in nocturna genitura, breue uitæ tempus spatiúmq; decernit, sed si ♃ & ♀, uel eorũ alter in horosc. partiliter fuerit inuentus, potestatis alicuius licentiam, cum felicitate decernit. Si uero ♂ & ♄ partiliter in horosc. constitutis, aut uno de duobus, ☽ duodecimum possederit locum, multa mala & infortunia, ac graues casus & ualetudines decernit. In nocturna autem genitura, uitia faciet ipsi, pariter ac matri. Si uero nullo in horosc. constituto, sola per diem in xii ab horosc. loco fuerit inuenta, iacturam patrimonii, miseros actus, peregrinationémque decernit. Si autem per noctem, simili modo in hoc loco fuerit inuenta, miseros, humiles, uel humili, seu seruili genere, faciet procreari, sed laboriosos, ac semper in grauibus actibus occupatos, & quorũ corpus, aut os graui odoris fœditate turpetur, quíq; frequenter falli, periclitaríq; cõsueuerint, uel qui uitium aliquod ex peregrinationum incõmodis, contrahant. Sed & ☽ δυοδεκατημόριον, ac fines eius diligenter inquire, quicquid enim genitura celatur, & generaliter per stellarum cõpositionem occulitur, id totum δυοδεκατημόριον, eiúsq; fines publicant, & demonstrant. Si enim duodecatemoriorum efficaciam notaueris, ex finibus præcipue in quibus fuerint inuenta, ex iísq; uoluerit, omnem apotelesmatum explicare substantiam, nunquam profecto falleris, Babylonii enim decretorum omniũ summam duodecatemoriis tribuunt, licet Antisciis Ptholemæus, nos uero utrisq;.

LVNAE DECRETA SI IN LOCO FORTVNAE FVERIT INVENTA CAP. XVI.



SED quia hucúsq; progressum est opus nostrum, ut post omnium planetarum decreta, per singulas cœli stationes, ad ☽ ultimo deueniremus, anteq̃ libri huius exitus claudatur, de eiusdem ☽ applicatione, cum loco fortunæ aliquid differamus, cum illa mortalium uitæ sit præcipua dominatrix. Si ergo in loco fortunæ ☽ fuerit inuenta, síc q; posita sit, ut ad ♃ feratur, aut cũ ipso fuerit, ducatus administrationis, gloriam felicitatémq; decernit. Si autem cum ♀ in hoc fuerit constituta, uel si ad ♀ feratur, honores, quos diximus, cum gratiæ uenustate largitur. Si uero in hoc loco posita crescens lumine, ad ☿ feratur, uel cum ipso sit, facit beatos, potentes, nimiúmq; cordatos, & qui felicitate ingenii, aut doctrinæ gratia, honores, gloriam, dignitatem, patrimoniíq; substantiam consequantur. Si uero deficiens in hoc loco constituta, ad ☿ feratur uel cum ipso sit, ualetudines, uitia, malitiã, malignitatémq; decernit. Quod si in hoc loco constituta in diurna genitura, ad ♂ feratur, uel cum ipso sit, laboriosos, miseros, ab igne, uel ferro, uel ex pondere aliquo quotidianæ uitæ faciet alimenta quærentes. Si uero in nocturna genitura in hoc loco posita, feratur ad ♂ uel cum ipso sit, militiam, gloriam, potentiam, & in his actibus, decernit principatus, athletas etiam facit pro qualitate signorum, sed qui cæteris uirtutis merito præferantur. Sed si in hoc loco posita in nocturna genitura crescens lumine, ad ♄ feratur, uel cum ipso sit, paternum, ac maternum patrimonium minuit, matrem uero aut uiduam, aut cum ualetudine, & uitio facit mala morte pereuntem. Ipsos uero in prima ætate, miseros ac laboriosos, sed procedente ætate felices. Si uero per diem, crescens lumine, ad ♄ feratur, uel cũ ipso sit, eum qui sic natus fuerit, morte parentum cito faciet orbari, & patrimoniũ miseris cõpellit lacerationibus dissipari, sed tamen ipsis processu ætatis, & felicitas & patrimonii augmenta conferunt: in nocte similiter lumine deficiens, hæc eadẽ simili ratione decernit. Si uero per diẽ in hoc loco posita, minuta lumine ad ♄ ferat, uel cũ ipso sit, uitiorũ, ualetudinis, malæ mortis, & proscriptionis incõmoda decernit. Si aũt locus fortunæ, in decimo ab horosc. loco fuerit inuentus, id est in MC, uel in undecimo, in quo loco medii cœli pars frequentissimis rationibus inuenitur, & ibi ☽ crescens luminibus fuerit inuenta, & si sic ad ♄ ferat, uel si cũ ipso sit, & sit ☉ partiliter in horosc, cõstitutus, felices, beatos, gloriosos,

gloriosos, nobiles facit, ac maximæ potestatis decernit insignia, sed hos eosdem reddit uitiis implicatos, diuersisq; occupatos ualetudinibus. Si uero ☉ nō fuerit in horosc. cōstitutus, & ipsa ad ♄ feratur, uel cum ipso sit, quid decernat, superiori explicatione demōstrauimus. Si uero in hoc loco cōstituta, crescens luminibus, ad ☉ ferat in diurna genitura uel cū ipso sit, potētes, factiosos, administratores iudicésq; perficiet, & si iis ♃ aliqua se societate cōiunxerit, imperia largitur. Quod si deficiēs lumine in hoc loco cōstituta in diurna genitura ad ☉ feratur, processu temporis, potentiam, gloriam administratiōésq; largitur. Si uero per noctem deficiens lumine in hoc loco fortuna, ad ☉ feratur, uel cum ipso sit, faciet in prima ætate humiles, & semper deiectos, sed processu tēporis & patrimonia et gloriā honores & principatus maximos decernit. Semper autē ☽, si in hoc loco seu in cęteris genituræ locis, cæterísq; signis in eadem parte, cum ☉ fuerit inuenta, nec se coniuncta ☉ societate liberauerit, periculosis & humilibus actibus in prima ætate eos qui nati fuerint implicabit, sed processu ætatis post graues iacturas largitur substantiæ facultatem. In omnibus autem genituris cursum ☽ te seruare conueniet, nec tātum eodem die, quo natus homo, prima uestigia lucis ingreditur, sed diligenti etiam ratione, tertio die perquirere debemus, cui se stellæ ☽, uel quali radiatione coniungat, seu à quo recedens, ad quem feratur. Eo enim die nato homini, primum immulgentur alimenta nutricia. Inquirendum itaq; est, tertio die, an sit minuta, an plena luminibus, & quatenus eam beneuolæ stellæ, maleuolæ'ue respiciant. Nam & tertio die, sicuti primo, omnia simili ratione decernit, quæ si diligenti fuerint inquisitione collecta, in explicandis fatis hominū, nunquam poterimus erratica confusione turbari, quem tractatum, ne quid à nobis prætermissum esse uidatur, in sequentis libri principiis breuiter explicemus.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM MATHESEOS. LIB. IIII.

PRAEFATIO.



PATROCINIA tractantes, tenuerunt nos causarum conflictationes, & caninæ (ut ita dicam) contentionis iurgiosa certamina, ex quo studio, nihil mihi aliud per singulos dies, nisi speriulorū cumulus, & graue onus inuidię cōferebatur, semp eīm factiosis hoibus, & quos impotentiæ delectabat improbitas, uel qui auarę cupiditatis instinctu, alienis opibus inhærebant, seu qui miseris hominibus, ex iudiciorū metu, terribiles uidebantur, erecta cōstantia resistere cōfidebant. Hinc mihi malignus liuor inuidiæ, & improborum hominū odium procellæ periculum, prauis cupiditatibus parabat. Deserui itaque hoc studium, ne impetitorum, ac debitorum hominum, conualescente consensu, pro alienis utilitatibus excubās, maximis me insidiis, & maximorum periculorum discriminibus implicarem, quibus semper & sine intermissione contra me sæuientibus, & acerba odiorum continuatione certantibus, nulla alia ratione restitutionis, quàm liberali animo, cōtemptis forensibus lucris, laborantibus hominibus, ac uaria rerum diuersitate sollicitis, purum ac fidele patrocinium defensionis exhibui. In ocio itaque constitutus, & forensium certaminum depugnationibus liberatus, exutus etiā quodammodo inuidiæ laqueis, ac improbis & perfidis hominibus, crassa liuoris & rapiendi, immò potius latrocinandi, potestate permissa, hos ad te Lolliane, solutus omni sollicitudinis cura, libellos scripsi, ut à terrena quodā modo conuersatione sepositus, ex qualicūq; parte, ad purganda animi uitia, quæ ex prauorum hominum conuersatione contraxeram, cœlestibus ac diuinis me disputationibus applicarem.

In hoc itaq; libro, id principe loco explicabitur, quod in posterioribus tertii libri parti-bus promisimus, id est omnes ☽ species, ac formas, coniunctiones etiã, ac defluctiones, & quicquid ad eius numinis pertinet potestatem, fortunæ etiam locus & dæmonis geni turæ dominus, quem Græci οἰκοδεσπότην uocant, diligenti ratione tractabitur, eius quo que, qui actus decernit, efficaciã explicabo, sed & plenas partes, ac uacuas earũmq; decreta monstrabo, masculinas ac femininas etiã partes pariter ostẽdam, hinc ultimas partes, ☽ rursus accipiet. Omnia enim quæ Aesculapio ☿, Enichnũsq; tradiderũt, quæ Petosyris ex plicauit & Necepsõ, quæ Abraham, Orpheus & Critodemus, ediderũt, cæteriq; omnes huius artis antiscii, perlecta pariter atq; collecta, & contrariis sententiarum diuersitatibus comparata in his perscripsimus libris, diuinam hanc scientiam, Romanis omnibus inti mantes, ut hoc quod quibusdam difficillimum uidebatur propter Latini sermonis an-gustiãs, ostensa Romani sermonis licentia, ueris ac manifestis interpretationibus explica rem. Lunæ igitur omnes cursus in principiis huius libri, explicare promisimus, quid'ue quã ratiõe decernat. Omnis eñ substãtia humani corporis ad istius pertinet numinis po testatẽ. Nam posteaquam perfectum hominem uitalis aura susceperit, corporiq; se spiri-tus diuinæ mentis infuderit, compositi corporis formam pro qualitate cursus ☽ susten-tat, unde cursus eius prudenti debemus inquisitione colligere, ut totam possimus huma ni corporis substantiam explicare. Aliter enim hominis natura constare non poterit, nisi corpus eius ad uitę subsidia firmo fuerit præsidio fabricatum. Errant autem illi qui putãt solam uitam, spiritúsq; rationem, in omnibus genituris esse tractandam, id est horosc. & M C, ex his enim locis uitæ substantia, spiritúsq; reperitur, sed nos cum horosc. pariter ac M C, etiam ☽ cursum, sagaci, ac solerti inquisitione, debemus partiliter inuenire. Fabrica-tor enim hominis deus, cum animal hoc diuina, ac singulari artificii ratione compone-ret, immortalis animi diuinitatem, mortalis ac terreni corporis uinculis obligauit, ut ani mus & intrinsecus diffusus, & magnæ cuiusdam necessitatis obligatus imperio, caducã sibi seruientis corporis fragilitatem, diuinæ potestatis licentia gubernaret. Non habebit er go animus integrum receptaculum, nec se poterit circũfusus annectere, nec diuinitatis suę explicare substantiam, nisi corpus ad susceptionẽ animi, integra & incorrupta fuerit cõ-page corroboratũ, ut animus & corpus pari necessitatis ratione coniuncti, & inuicem se propriæ naturæ potestatibus, ac uiribus sustinentes, hominem diuina, ac terrena coniun ctionis societate compositum, integra specie, ac forma perfecti operis explicarent. Quare scire debemus, quid corporis humani ☽ susceperit, & quid ☽ sit potestatibus deputatum.

Lunæ uirtus. Nam & crescentis ☽ augmenta in corporibus nostris, & deficientis luminis damna sen-timus. Medullæ enim humani corporis, cum ☽ crescit, crescunt, cum uero inanis cœpe-rit luminibus destitui, tenuati corporis fatigatione languescunt, sed & humanum cor-pus, ☽ deficiente deficit, & rursus crescentis ☽ complementis solẽnibus emundatur. Sic omnis substantia terreni corporis istius numinis prouidentia gubernatur. In posteriori-bus enim cœli regionibus collocata, & terræ imperium ex uicinitate sortita, omnia cor-pora quæ diuinæ mentis inspiratiõe animant̃, cursus sui multiplici uarietate substentat, & per signa omnia festina celeritate discurrit, ac om̃ibus stellis, assiduis se cõiunctionibus sociat, unde ex cõtrariis integra mixturis, & ex disparibus fomentis compositi operis sub-stantia mutata, omnia animantiũ corpora, & cõcepta procreat, & generata dissoluit. La borandum est itaq; & in omni genitura substantia ista magnopere requirenda, in qua ☽ est constituta, quanto enim ☽ uelocioribus se agitationibus transfert, & quanto stellis o-mnibus celeriori se festinatione coniungit, tanto nos cursus eius diligẽtiori debemus cõ-templatione colligere. Nam & primus dies, & tertius, eadem simili ratione decernit, septi mus etiam & xi per ☽, totius uitæ substantiam demonstrat. Sed & genituræ dominus & uitæ datot, ex ☽ coniunctionibus inuenitur, dies etiam ultimus uitæ, ex ☽ rationibus di-scitur. Sed & temporum dominum, quem Græci χρονοκράτορα uocant, cum ☉ nobis ☽ demonstrat. Nam in nocturnis genituris, initium ac dominiũ ipsa suscipit temporũ, in diurnis

in diurnis uero ☉, quod quale sit, & ubi proficiat in libris posterioribus explicabimus, licet quàm plurimas species, ac formas eius in institutionis libro dixerimus, sed nūc etiam has easdem breuiter exponemus, omnia enim quæ difficiliora sunt, debemus frequētius intimare, ut istas difficultates, crebro tractatu, facilius assequamur. Est itaq; ☽ aut synodica, aut plena, aut dichotomos, aut monoides, aut amphicyrtos, & p has mutatas formas cursus menstrui luminis complet. Hæc itaq; luminis eius, uel augmenta uel damna et diuersarum formarum mutabiles species, & primo natalis die, genituram tractantes, & tertio rursus die debemus diligenter inspicere, ac quibus se coniungat, & à quibus defluat uel recedat, & quatenus se post primam coniunctionem secundis coniunctionibus societ, quibus etiam præueniens se iungat, quando per altum feratur, quas stellas trigonica, quas quadrata, quas'ue diametra radiatione respiciat, quando & ad quas stellas plena feratur & minuta luminibus, qualiter conditionis suæ stellis iungatur, quando in eadem parte posita synodica se copulatione coniugat, quando eam in iisdem partibus collocatam, ☉ orbe suo rapiat & abscondat, ut sic exploratis omnibus, atq; tractatis in genituris hominum plenam pronunciandi scientiam consequamur.

APPLICATIO ☽ AD RELIQVOS PLANETAS, SED PRIMVM EIVS DEVECTIO A ♄ AD CAETERAS ERRATICAS STELLAS. CAP. I.



I se ☽ ♄ applicuerit stellæ & crescens lumine ista se ei societate coniungat, uel si ad ♄ feratur, matri uiduitatem & mulieri oculorum assiduos dolores decernit, ipsósq; facit in templorum cōuersationibus detineri, sed patrimonium facit uariis lacerationibus dissipari, rursus tamen procedēte temporis cursu proprio labore, aliam sibi facit patrimonii substantiam quærere. Si uero deficiens & minuta lumine ♄ iungatur parentes faciet, aut degeneres, aut seruos, aut miseræ infelicitatis squallore demersos, quorundam autem matres, aut debilitas præmet, aut certe faciet biothanatas interire, ipsis etiam in annis minoribus constitutis, sed & ipsos facit aut uitiosos & debiles, aut oligochronios, & malo quodā exitu pereuntes, præsertim si in ista coniunctione in necessariis genituræ locis fuerit inuenta, uel si sic in horosc. partili inter se radiatione iungantur adinuicem. *Luna cum ♄ coniuncta.*

Si ☽ sese ♃ applicuerit stellæ, & crescens lumine, ista se ei societate coniunxerit, uel ad eum feratur, faciet felices, gloriosos, diuites, ac multorum, magnorumq; fundorum, & latissimarum possessionum dominos, sed sic habentes ☽, etiam futura prædicunt, aut pro propria animi diuinitate, aut deorum monitu, seu ex oraculis, aut ex artis cuiusdā uenerabili disciplina. Si tamen in ista coniunctione ☽ positam, de quadrato uel diametro ♂ stella respexerit, minuuntur hæc omnia, cum maximo uitæ discrimine. Si uero in ista cōiunctione fuerit, minuta luminibus, faciet adoptiuos, uel expositos antea, postea parentibus reddi, & per semetipsos sibi patrimonia quærentes, redditq; qui gradatim, & processu temporis opibus crescant, & qui habeant alicuius gloriæ potestatem, sed hæc tunc cōplentur, si sic ☽ positam, uel crescentem, uel minutam, ♂ de diametro seu quadrato non uiderit. Quod si sic ☽ positam ♂, qua diximus, radiatione respexerit, faciet expositos, ac sempiternæ seruitutis onere pressos, siue ab ancilla matre, aut debili faciet procreari, aut ipsi certe erunt, quadam corporis parte debiles & miseris infelicitatis oneribus grauabuntur, præsertim si istam coniunctionem ♂ in diurna genitura respexerit, uel ♄ in nocturna, sed ♄ tunc cum minuta deficit luna. ♃

Si se ☽, ♂ applicuerit stellæ, & crescēs lumine eius se societate cōiunxerit, uel ad ipsum feratur, & sit nocturna genitura, faciet callidos, periculosos, uiolentos, sed qui frequentibus soleant rationibus decipi, & quorum uita sit maximis periculis mancipata, efficaces tamen, & omia complentes, aut armis dedicatos, aut athleticis certaminibus deputatos, præsertim si in primis genituræ locis fuerint cōstituti, erūt tamen aliqui uitio aliquo laborantes. Matres uero eorū aut debilitas ante perimet, aut faciet biothanatas interire. Si uero ♂

diurna fuerit genitura,& ſic ſe ♂,☽ coniūxerit,in omni faciet parte corporis debiles, uel amputatos,aliorum enim oculis nocet,aliorum ſtomachum,latentium uitiorum conti nuatione debilitat,quoſdam uero oligochronios,uel biothanatos facit.Sed hæc omnia ſecundum propriam ſignorum naturam decernit, facitq; ſecundum cardines, diuerſos exitus,& ſecundum cardinum anaphoras,& ſecundum ea ſigna,quæ aliena eſſe ab horoſc.ſocietatibus diximus,decretorum diuerſa uarietas inuenitur.In iis enim ſignis,quæ aliena eſſe à ſocietatibus horoſc.diximus,id eſt in ſexto ab horoſc.uel in duodecimo loco,ſi creſcens lumine,☽ ſe ♂ coniunxerit,matrimonium minuet,parentes ſeparabit, & interemptis parentibus,orbitatis faciet miſeriis fatigari,aliorum enim corpus,ferri laceratione conciditur, aliis talia naſcuntur uulnera, ut nulla realia queāt,niſi ignitis cauteriis liberari,largitur autem artes,quæ aut ignem ſemper tractent,aut ferrum,ſed alios milites facit,& qui ſempiterno militiæ onere deprimantur.In quinto uero loco, uel undecimo ab horoſc.uel in ſecundo,ſiue in octauo,uel in ipſo horoſc.conſtituta,ſi per diem ad ♂ ☽ feratur,uitia laterū,& paruum uitæ ſpatium decernit,biothanatóſq; facit.Si uero fuerit in nocturna genitura,& minuta luminibus ferat̄ ad ♂,in iis ſcilicet,in quibus diximus locis,magnos,potentes,terribiles, efficacéſq; faciet,& q maximas ciuitates,poteſtatis alicuius licentia ſubiugent,præſertim ſi in primis cardinibus genituræ,ſic fuerit inuenta. Si uero per diem in principalibus genituræ locis,ſic reperta fuerit,paternam ſubſtantiā diſſipat,& parentes ipſos,debilitata,aut biothanata morte perimit, artifices tamen publicos, aut milites faciet,ſed ualetudinibus,aut uitiis implicatos atq; frequenter maxima pericula,& uiolentæ mortis exitum decernit.

☉ Si ☽ feratur ad ☉,& ei ſe partili radiatione coniungat,in qualicunq; themate,faciet periculoſos,miſeros,deiectos à miſeris facultatibus,& in omni uita humili conuerſationis deiectione proſtratos.Interdum facit ſpathicos,& qui aſſiduis ualetudinum uitiis contrahantur,alios facit caducos,aliis alienationis decernit incommoda,aliis plerunque decernit inſanias.

♀ Si ☽ feratur ad ♀,& ipſa partiliter radios ☽ uenientis exceperit, & creſcens ☽ coniunctioni ſe ♀ applicuerit,faciet parentes nobiles,& maximæ poteſtatis potentia ſubleuatos, ſed qui nati fuerint,à parentum affectibus ſeparatis,cito onus miſeræ orbitatis indicit. Erunt ſanè noti ſemper,& nobiles,& qui ſemper in omni actu proficiant, ac omnia quæ deſiderent,facile conſequantur,& qui maximis potentiæ fulgeant honoribus, pleni uenuſtatis,& gratię,ſed omnia hæc incrementa,proceſſu temporis conſequentur. Si uero ☽ deficiens ſic feratur ad ♀,magnos actus,honores maximos,& magnæ poteſtatis decernit inſignia,& quibus à potentibus,à prima ætate,magnæ felicitatis conferatur augmentum,ſed hos facit aſſiduis rumoribus infamari.Semper autem ☽ in omni ortus ſui figuratione,ſi feratur ad ♀,faciet præpoſteris amorum uitiis implicatos, & qui ob hoc aſſiduis pulſentur infamiis,impuros,libidinoſos,& circa amores mulierū immodica ſemper cupiditate flagrātes,& quos ad nefarios coitus,inceſta cupiditas ſemper incendat:aut enim ſorores ſuas ſtuprant,aut ſororum filias,aut filiorū uxores, aut priuignorum, aut cum nouercis ſuis coeūt, aut concubinas patrū,latenti cupiditate corrūpunt,aut patruis per illos,ſimilis irrogatur iniuria,præſertim ſi iſtam coniunctionem ♂, de diametro reſpexerit.Nam ſi ſit diurna genitura,& ☽ in cardinibus genituræ poſita, ſic ferat̄ ad ♀,♂ uero in occaſu, uel in M C fuerit inuentus,ob hæc facinora,quæ diximus gladio faciet interire.Si uero in mulieris genitura,ſic ☽ feratur ad ♀,erit in uido ſtridore ſemper impatiens,& quæ ad promiſcuas libidines,prauis cupiditatibus erigatur,inceſtarúmq;,ac illicitarū cupidinū, uota concipiat, atq; impuris ſemper libidinū cupiditatibus æſtuet,aut enim cum fratribus, aut cum filiis coibit,aut cum fratrum filiis,aut patrueles ſuos illecebris captos,aut priuignos ad genialis iniuriam thori,præpoſtero cupiditatis ardore dedu cit,aut affines ſuos ſibi ſtupro cognitos iungit,aliàs autem uiragines facit,præſertim ſi in tropicis ſignis,uel erraticis,duplicibus uel ſquamoſis,♀ conſtituta ad eam ☽ (ſicut diximus)

mus pergat, ipsa quoque sit in signis similibus constituta. Sed hæc fortiori concitantur ardore, si istum ☽ cursum, ♂ uel ♄ quadrata, seu diametra radiatione respexerit, uel si ♀ iisdem cœperit radiationibus intueri. Fortiora hæc autem mala, si ♀ uel ☽, in ♄ uel ♂ domo, sicut diximus constitutas, sine opportuno ♃ testimonio, ♂ uel ♄, quadrata seu diametra potissimum radiatiatione respexerint.

Si ☽ ad ☿ feratur, & ei se cursus sui radiatione coniungat, sitque luminibus plena, faciet cordatos, ingeniosos oratores summa eloquentiæ nobilitate fulgentes, præsertim si ☿ in opportunis genituræ locis constitutus, in signis uel in partibus suis fuerit inuentus, & eũ ♃ trigonica radiatione respexerit, tunc enim literarum merito, ac eloquentiæ splendore, maxima illis conferuntur insignia, hi enim, populi leues animos, & turbulentos in seditionesque concitatos, eloquentiæ suæ potestate compescunt, ac furiosas mentes, & perditi furoris indignationibus irritatas, orationis suæ possunt licentia mitigare, scient computos, scient musicam, palæstricam semper exercebunt, & cœlestium ac diuinarum disputationũ secreta cognoscent, ex quibus occasionibus gloriæ substantia, et maximus illis decernitur principatus. Si uero ad ☿ sic positum, tali testimonio ♃, ☽ feratur, faciet rationibus præponi fisci semper, aut populi, uel certe tales reddet, quibus res deposita peregrinis rationibus credatur, faciet etiam iis pecuniarum actus, assiduis conuersationibus credi. Si uero deficiens ☽ ad ☿ feratur, faciet malignos, malitiosos, sceleratos, instabiles in cupiditatibus, errore dubios, & qui omnia cõsilia multiplicent, ac erratica semper dubitatione suspendant, & qui actus suos, assidua cõmutatione conuertant, ac res sibi creditas abnegent, uel absconsas publicare desiderent, & qui commissa sibi consilia publicent, atque his delationibus deferant in posteros, malitiosa semper cupiditate fallentes, aut qui cum effractoribus, uel furibus, conscientiam iungant, uel qui certe ipsi fures sint, aut effractores, sed erunt sanè corpore debiles, languidi, uitiosi, & quos semper, malitiosis humoribus, ægritudo comparata debilitet, ac reddat ægrotos.

Si uero ☽ sic fuerit collocata, ut ad nullum feratur, nec alicui se stellæ, propria radiatione coniungat, nec cardines beneuolum sydus obsideat, faciet pauperes, deiectos, & qui ab omnibus sint necessariis destituti, & quibus quotidianæ uitæ subsidia denegentur, uel qui ad sustinendã uitam, semper aliena præsidia desiderẽt, et paupertatis angustiam, misera mendicitate sustentẽt, erũt autem parentibus in infinitum inferiores. Corpus uero eorum debile, languidum & assidua macie confectum erit. Impugnabuntur quoque malignis humoribus, & assiduo uulnerum tumore fatigabuntur, sed illis intra cutem, malignus semper humor articulis obligatis illabetur, præsertim si per uacuũ currens ☽, quod Græci κενόδρομον dicunt, à ♄ uel ♂ quadrata, seu diametra raditione pulsetur, uel si per uacuum currens, tertio natalis die, à ♂ uel ♄, eadem, qua diximus fuerit radiatione pulsata, uel si maleuolæ stellæ, in cardinibus fuerint constitutæ. Verum si sic currens, id est, per uacuum beneuolarum stellarum fuerit radiatione coniuncta, in prima ætate, uacuos faciet semper, & nudos atque assiduis laboribus fatigatos, faciet quoque assiduis miseriarũ rationibus quati, & maximis sudoribus, laboribúsque præsidia quærentes, & cum eos uicinos felicitatibus fecerit, à summo gradu, caduca rursus faciet deiectione delabi, & interdũ usque ad summum perductos, non patitur plenam apprehendere felicitatẽ, per uaria enim signa, cursus suos dirigens, primam ætatem facit miseris, ac uariis infortuniorũ casibus implicari. Sed cum animum, & corpus graui infortuniorum continuatione quassauerit, & multis iuuentutem periculis fregerit, & hac atque illac, misera peregrinatione pertraxerit, tunc multorum bonorum, & maximæ felicitatis decernit augmenta, ut quãtum primæ ætati fuerit infortuniis derogatum, tantum posteriori felicitatis conferatur. Si uero per uacuum currens ♄ se postea, uel ♂ coniunxerit, infelices, lunaticos, caducósque faciet, & qui à prima ætate usque ad nouissimam, uario infelicitatis genere deprimantur, faciet quoque pauperes, miseros, destitutos, & quorum corpus sit satis male pendentibus, nu-

☿

κενόδρομος

dum, custodésque sepulchrorum, aut qui perpetua carceris pœna claudatur. Explicatis igitur ☽ coniunctionibus, & diligenti significatione monstratis, ad aliam interpretationem eius oratio nostra transferatur, ne quid à nobis, in tam subtilibus disputationibus, prætermissum uideatur, præsertim cum tota uitæ nostræ substantia, ex istius numinis cursibus colligatur.

DEFLVXIO LVNAE A PLANETIS, AD PLANETAS, ET PRIMVM ☽ DEFLVXIO A SATVRNO, AD CAETERAS ERRATICAS STELLAS CAP. II.

Luna à ♄ ad ♃ fertur.



A ♄ defluens ☽, si se ♃ stellæ coniunxerit, uel ad ♃ feratur, & si crescens isti fuerit societati coniuncta, faciet locupletes, diuites, copiosos, claros, nobiles, ac magnis populis, uel ciuitatibus præpositos, aliis enim hæreditates maximas, aliis thesauros, aliis uero dona maxima largitur, si uero fuerit minuta luminibus, nihil tale decernit, sed facit procuratores, curatores, aut quibus priuatarum rerum tuitio tradatur, & qui peregrinis negociationibus immorentur, facítque gubernatores, naucleros, aut uectigalium conductores, & quorum actus, circa aquã ius conductionis exerceant, ita tamen ut ex istis artibus, parua illis substãtia conferatur.

♂ A ♄ defluens ☽, si se ♂ iungat plena luminibus, ualetudines, & uitia decernit, ac prima in iuuentute faciet interire, si uero minuta luminibus, matri longæ, ac maximæ ægritudinis tormenta decernit, eámque quibusdam facit uitiis obligari, sed & malæ mortis eidem discrimen impingit, ut scilicet assidue uomens sanguinem, pereat, ipsos autem, qui nati fuerint, facit miseriæ, orbitatísque languoribus fatigari, aut eorum parentes perpetua dissociari dissensione, sed & paternam maternámque substantiam, uaria laceratione dilapidat, & assidue illis ferri uulnera infligit, ac tales decernit ægritudines, quibus curandi gratia, medela cauteriorum, adustionibus conferatur, faciet etiam absconsarum artium assiduos labores, aut longæ ægritudinis doloribus demersos, uitæ munus implere, aut facit biothanatos, uariis mortis generibus interire, aut enim fluxibus submersi, aut incensi pereunt, aut laqueo se suspendunt, aut propria manu, gladio se crudeliter extingũt.

☉ A ♄ defluens ☽, si feratur ad ☉, maxima infortunia, maximásque decernit calamitates, faciet etiam insanos, lunaticos, caducos, hydropicos, elephantiacos, sed hæc infortunia, pertinaci assiduitate perpetuat, totúsque usque ad ultimum uitæ diem, istis calamitatis laqueis implicatur, qui sub tali natura fuerit constellatione.

♀ A ♄ defluens ☽, si ♀ se stellæ cõiugat, & ipsa crescens lumine fuerit, faciet magnos, nobiles, potentes, felices, locupletes, diuites, & magna quidem potestate sæuos, ac libidinosos, & qui ex istis rebus graui pulsentur infamia. Si uero fuerit minuta luminibus, prauas amorum decernit illecebras, aut impuris, & impudicis facit libidinibus implicari, aut turpes actus, assidua continuatione decernit, sed nihilominus facit hos eosdem, quærentes, & habentes maximas substantiæ facultates, & quibus pecuniarum præsidio, felicitas, & potestas maxima comparetur.

☿ A ♄ defluens ☽, si ☿ se stellæ coniunxerit, & si luminibus crescens fuerit, facit obscuros, absconsos, tacitos, & secretarum, atque illicitarum literarum conscios, aut cœlestibus religionibus occupatos, seu peritis computationibus, syderum cursus interpretantes. Facit etiam negociationibus præpositos, ac liberalium artium magistros publicos, aut oratores, eloquentiæ splendore fulgentes, aut medicos, cunctorum testimoniis exornatos. Si uero fuerit minuta luminibus, aut sonum uocis impedit, aut aures obtundit, sed & corpus eorum, qui sic habuerint, misera fatigatione distillat, facit enim melancholicos, ictericos, spleneticos, phthisicos, hydropicos, pleureticos, & angusto meatu cum acerbo doloris incommodo uesicæ tumore constrictos.

Lunæ

LVNAE DEFLVXIO A ♃ AD CAETEROS PLANETAS. CAP. III.



A ♃ defluens ☽, si feratur ad ♂, & si nocturna genitura, crescēs ☽, sic ♂ societati iungatur, facit magnos, potentes, & ciuitates, uel regiones maximas suis uiribus obtinentes, sed cū sollicitudinibus & periculis istius decernit potentiæ potestatē. Non erunt tamen hi sine uitio, aut ualetudine, sed existunt tales, qui facile cuncta patiantur, præsertim si in principalibus genituræ locis ♂ fuerit inuentus. Quod si in deiectis locis ♂ cōstituto, sic ad eum ☽ feratur, igni tas artes decernit, sed ipsos facit humiles, & obiectos ualetudinésq; & uitia, ac malæ mortis discrimina, frequenti ratione decernit. Si uero per diem ☽ à ♃ defluat crescens, & stellæ se ♂ associauerit, faciet expositos, seruos misero mendicitatis onere depressos, uitiis, ac ualetudinibus implicatos, & quorum seruitus, captiuitati sit similis, & qui uitam uiolenta morte deperdant. Si uero ☽ deficiens in nocturna genitura, à ♃ defluat, & feratur ad ♂, primos, clarósq; faciet; & si ♂ in principalibus genituræ locis fuerit inuentus, & ☽ minuta luminibus in nocturna genitura, à ♃ defluens feratur ad ♂, faciet iudices, duces, & quibus summum potestatis tradatur imperium. Quod si in deiectis genituræ locis ♂ fuerit inuentus, & si sic ut diximus, ad eum feratur ☽, faciet milites, athletas, et q ex igni, & ferro quærant sibi uitæ subsidia, aut medicos chyrurgicos faciet. Si uero per diem deficiens ☽, & à ♃ defluens feratur ad ♂, paternum maternúmq; patrimoniū dissipat, parentésq; in prima perimit ætate, onúsq; extremæ mendicitatis imponit, aliis uitium acerbi doloris infligit, facítq; interdum seruos, interdum captiuos, ac plerunq; biothanatos, præsertim si sic currente ☽, ♂ in cardinibus genituræ fuerit inuentus, uel in anaphoris eius, aut cataphoris, tunc enim omnia, quæ diximus erunt, si cum his constituto ♂ ☽ ista se societate coniunxerit. *Luna à ♃ ad ♂.*

A ♃ defluens ☽, si feratur ad ☉, paternum, maternúmq; patrimonium, uaria laceratione dilapidat, natósq; à parentibus alienat, ac in longinqua peregrinatione cōstituit, alios exules, alios fugitiuos facit, aliis seruitutem, aliis onus captiuitatis imponit, præsertim si in ♄ domo, uel ♂ sol, uel luna fuerit inuenta. ☉

A ♃ defluens ☽, si feratur ad ♀ crescens, uel plena luminibus, faciet parentes nobili potestatis autoritate præfulgidos, & qui maximam fuerint potentiam consecuti, sed natum à suis alienari cogit, ac cito parentibus facit orbatum, sed nihilominus etiam ipsi potentiam, gloriam, nobilitatémq; decernit, sed hæc omnia processu largitur ætatis, & ab uxoribus maximæ felicitatis decernit augmētum. Facit etiam ipsos uenustos, gratos, lepidos, & quibus ex gratia, uel uenustate, potestas maxima comparetur. Si uero à ♃ defluens ad ♀ feratur, minuta luminibus, & sit in principalibus, uel necessariis genituræ locis, infinita felicitatis incrementa decernit, & erit nimiū felix is in cuius genitura sic fuerit inuenta, decernit enim honores, potētias, fasces, prætextas, & magnificæ potestatis insignia, & quibus à parentibus, hoc dignitatis meritum cōferatur. In primo quoq; ætatis gradu, dignitates ac maximæ potentiæ ornamenta decernit, & uxori, ac mulieribus diuitiarum & felicitatis facit incrementa conferri. ♀

A ♃ defluens ☽, si plena luminibus ad ☿ feratur, criticos facit, id est bonos iudices, benignos, gloriosos, erunt enim aut fiscalium præstationū exactores, aut religionibus præpositi, aut iuris interpretes, ex quibus occasionibus, maxima illis felicitas, maximæq; diuitiæ conferantur, ita ut ipsa felicitas per omne uitæ spatium perseueret. Si uero minuta lumine, à ♃ defluens ad ☿ feratur, ex literis, uel disciplina aliqua, aut ex horreis, seu negociationibus faciet uitæ substantiam, uel ex iis subsidia quærentes, hæreditates aliquas cōsequentur, alii uero inueniunt, alii cōmendatas sibi res abnegabūt, ut ex ista perfidia, patrimonii sibi præsidia comparent. ☿

A ♃ defluens ☽, si ad ♄ feratur, & sit crescens, uel plena luminibus, faciet ab extraneis adoptari, uel ipsos reddet alienæ sobolis patres, aut minorum tutores, seu procuratores fa- ♄

ciet. Alii expositos, uel subtractos filios, post multum temporis spatiũ inuenire coguntur.
Erunt etiam aquosis semper atq; humidis actibus implicati, aut assiduis peregrinationi-
bus errantes, seu peregrinarũ merciũ gratia nauigantes, ita ut ex ista conuersatione, uitæ il
lis præsidia cõquirant. Si uero minuta luminibus, à ♃ defluens, ad ♄ feratur, aut exponi
faciet, aut onus seruitutis imponit, aut infortunium miserę captiuitatis indicit, aut alia ui
tia, seu ualetudines faciet, ita ut omnis eorũ uita, graui doloris acerbitate cõfecta, cito finẽ
miseræ mortis incurrat. Quod si nocturna fuerit genitura, & ☽ minuta luminibus, à ♃
defluens, ad ♄ feratur, facit quolibet mortis genere biothanatos interire.

LVNAE DEFLVXIO A ♂, AD CAETEROS PLANET. CA. IIII.

Luna à ♂ ad ☉



♂ defluens ☽, si feratẽ ad ☉, maxima uitia, ualetudinésq; decernit, tempo-
rísq; breuitatem tribuit, ac facit biothanatos interire, et generaliter maxima
infelicitatis decernit incõmoda. Quosdã enim sic posita, facit in extraneis,
ac peregrinis finibus interire, quosdam uero alio mortis genere grauari.

A ♂ defluens ☽, si feratur ad ♀, & sit crescens, uel plena luminibus, fa-
ciet adulteros, libidinosos, amatores, & ♀ semper cupiditatibus deditos, & propter hoc,
frequentibus periculorum casibus implicatos, exercebunt autẽ artes pigmentorũ, & aro-
matum, aut lapidũ, & margaritarum, & fient frequenter ex ista ☽ societate tinctores. Me-
talli etiam cuiusdã cõmercia tractabunt, & fient pro signorum qualitate caupones, & ea
quæ ad uictũ, uel potũ sunt necessaria, famosis ac publicis mercimoniis præparẽt. Si à ♂
defluens ☽, minuta lumine, sic feratur ad ♀, efficaces, beatos, felicésq; faciet, sed horum sa
ne diuitias, mulieres sollicitabunt, & auferent, locupletes quoque faciet, sed in alieni iu-
ris uxoribus, ex quibus maxima illis felicitatis insignia parabuntur: nam per has mulie
res, maximo dignitatis honestabunẽ ornatu, præsertim si hoc in nocturna fuerit genitu-
ra, sed laboriosos faciet, ac uariis operibus iuhærentes, & qui ob res uenereas, frequẽti pul
sentur infamia, quósq; semper promiscuæ libidinis inhonesta uota sollicitent.

☿ A ♂ defluens ☽, si in nocturna genitura plena lumine, ad ☿ feratur, milites faciet, &
athletas, interdum gloriosos, alios faciet publicis & gloriosis officiis præponi, sed erunt
maligni, malitiosi, & quorum cupiditas, per dies singulos crescat ad omne facinus, erũt
enim aut carnifices, aut spiculatores, & quibus deferendi licentiam, publica cõmittat au-
toritas. Si uero per diem, ista se ☽ societate coniungat, & sit plena lumine, miseræ damna
tionis decernit incõmoda, ita ut iudicis sententiam subire cogãtur, fiántq; ex ista damna-
tione biothanathi. Si uero minuta lumine, in diurna genitura, à ♂ defluens, ad ☿ ferat
infinitis decernit cupiditatibus immersum, facit enim grassatores ac latrones, sed qui in
isto deprensi facinore, seuera iudicantis animaduersione plectantur, alii tectorum caden-
tium ruina præmuntur, alii à rectæ uitæ cursu, ad infamiam trãseunt. Si uero minuta lu-
mine, in nocturna fuerit genitura, carceris præpositos faciet, custodiarúmq; custodes, &
qui ex hoc officio, patrimonii sibi substantiã comparent, erunt sane nauium, & athleta-
rum amatores, & qui quadrupedia animalia, assiduis officiis prosequantur, habebũt ta-
men uitia, & assiduis periculorum incõmodis obruentur.

♄ A ♂ defluens ☽, si plena uel crescẽs, ad ♄ feratur, facit tardos, pigros, & qui ad nullos
actus proficere possint, ac nihil ex iis, quæ desiderent consequantur. Matrem uero, aut ui-
duam reddit, aut uitiis & ualetudinibus implicatam, sed hanc etiam malæ mortis fine
perimit, ipsorum autem patrimonium, assiduis lacerationibus dissipat, ac uariis facit eos
uitiis implicari. Si uero deficiens lumine, & à ♂ defluens, ad ♄ feratur, famosas ægritudi
nes, ualetudinésq; decernit, facit enĩ lunaticos, hæmorrhoicos, claudos, paralyticos, gib-
bosos, oligochroniósq;, aut si nihil horũ fuerit, biothanatos facit. Quorũdã uero matres,
aut patres, p̃ signorũ q̃litate, aut uitiis opp̃ssos ante perimit, aut facit biothanatos interire.

♃ A ♂ defluens ☽, plena uel crescens lumine, si ad ♃ feratẽ in opportunis geniturę locis,
facit diuites, exercitũ ducentes, potentes, imperiosos, & qui sint omni ratiõe terribiles, seu
qui prouincias, ciuitatésq; potentiæ suæ potestate possideant. Erunt sane diuites, locuple-

tes, pe-

tes, pecuniosi, & qui omnia, quæ uolũt, facillimis rationibus consequant, quíq; sint in omniũ certaminũ cõflictatiõe, uictores. Si uero sit minuta lumine, & sic à ♂ defluẽs, ad ♃ ferat, faciet publicis quibusdã certaminibus destinatos, sed qui semper præcanio boni tatis ornentur, gloriosos quoq; milites facit, & iis assidua felicitatis incrementa decernit, et hos eosdem, crebris honorũ promotionibus, latæ patriæ, uariísq; facit generibus gloriosos, latentia tamen eis uitia infligit, & frequẽtibus facit ualetudinibus implicari.

LVNAE DEFLVXIO A ☉ AD CAETEROS PLANETAS. CAP. V.



A ☉ defluens ☽, si ferat ad ♀, & sit diurna genitura, steriles faciet, & qui sobolem generare nõ possint, sed difficile coniugalibus copulentur affectibus, aut enim steriles, aut anus, aut ancillas, & ipsas nihilominus steriles ducũt uxores, aut puerorũ turpes ac miseros coitus sectantur, ex quo filiorũ illis soboles in perpetuũ deneget. Erunt sane præposteris amorũ uitiis obligati, aut impuris, & turpibus cupiditatibus dediti, seruilibúsq; semper studiis, & actibus occupati, necnõ facultates nimias comparantes, ac per semetipsos uitæ subsidia maxima quærẽtes, & qui felicitatis augmenta, processu tẽporis consequant. Si uero per noctem à ☉ defluens ☽, ferat ad ♀, multas decernit uxores, natósq; facit cõmunes, gratos, acceptos, et magnis actibus se immiscẽtes, magnásq; facultates decernit, erũt enim nobiles, maximo gloriæ splendore fulgentes. Faciet quoque imperiosos, potentes, diuites, & quibus maxima felicitas conferatur, præsertim si nullum eorum ♄, quadrata uel diametra radiatione pulsarit. Tunc autem hæ felicitatis, & hi honores decernuntur, si in necessariis genituræ locis, facta fuerit ista coniunctio. *Luna à ☉ ad ♀ fertur.*

A ☉ defluẽs ☽, si ad ☿ ferat, & sit diurna genitura, facit in uita, & actibus periculosos, malis moribus, & sacrilego semper errore præposteros, diuinitatémq; negãtes, qui etiã creditas sibi res abnegent. Si uero per noctẽ à ☉ defluens ☽, ad ☿ ferat, tabelliones publicos facit, & qui ex literis quærant uitæ subsidia, erunt tamen ex hoc studio, suis in ciuitatibus ornati, & qui oĩbus eiusdẽ negocii uiris, cunctorũ iudicio præferant. Frequenter tamen, si eos ♃ trigonica radiatiõe respexerit, ciuitatis curã, tuitionémq; suscipiũt. Erũt aũt difficilium literarũ, aut sophiæ cuiusdã inuentores, aut cœlestibus religiõibus dediti, & qbus diuinitatis secreta credantur, aut qui absconsarum literarum, uel illicitarum actibus inhæresc ant, alii absconsas res inueniunt, aliis occulta cõfertur hæreditas, si tamen ♂ pariter, & ♄ ab horum societate fuerint alieni. ☿

A ☉ defluens ☽, si ad ♄ ferat, & sit diurna genitura, patrimoniũ dissipat, parẽtes diuidit, ac ipsis miseræ orbitatis indicit incõmoda, sed processu temporis, maximã eis decernit substãtiæ facultatẽ, magnatúmq; felicitatũ tribuit augmẽta, ac multorũ fũdorũ dominia largit. Si uero per noctẽ, à ☉ defluẽs ☽, ad ♄ ferat, orbitates decernit, patrimonia minuit, & malarũ peregrinationũ decernit incõmoda, facit etiam uitia grauia, grauésq; ualetudines, aut periculorum grauium, & uiolentorũ facit casibus implicari, uíxq; ab eis seruari. ♄

A ☉ defluens ☽, si ferat ad ♃, & sit diurna genitura, à parentibus fortunæ, & felicitatis largitur insignia, quidã enim regiones, quidã ciuitates maximas obtinebũt, quidam erũt ultra modũ beneficiorũ felicitatibus exornati. Si uero per noctem, à ☉ defluens ☽ ad ♃ ferat, faciet per semetipsos, facultatũ substantiã cõparantes, sed qui sint assiduis peregrinationibus dediti. Hos tamen in prima decipit iuuentute, sed cũ fuerint ætatis tempore prouecti, glorias, cõmendationes bonas, & idoneas, ac facultatũ subsidia consequuntur. ♃

A ☉ defluens ☽, si in diurna genitura feratur ad ♂, parentes celeri morte prosternit, ut sic natus orbitatis onere deprimat. Pereunt aũt frequenter parentes, ista coniunctione biothanati, natis uero, uitiosas decernit luminum cæcitates, aut facit eos amputata corporis parte debiles, aut prima eos perimit ætate, uel si nihil horũ fecerit, facit tamen biothanatos interire. Si uero per noctẽ, à ☉ defluens ☽ ferat ad ♂, facit uiolentos, crudeles, & qui periculosa semper facinora cõmittãt, aut facit uitiis, seu ualetudinibus implicatos. Actus tamẽ ♂

publicos, militiámq; decernit, aut athletas gloriosos facit, præsertim si ♂ & ☽, in necessariis genituræ locis fuerint inuenti. Si uero in deiectis locis fuerit ista coniunctio, sine alicuius bonæ stellę testimonio, patrimoniū minuit, orbari parentibus facit, uitā humiliat, uitiat, ualetudinésq; decernit, aut certe facit biothanatos interire. Actus quoq; ex igne, aut ex ferro, uel metallo facit, aut tales reddit q̄ sempiterni laboris continuationibus deterant.

LVNAE DEFLVXIO A ♀ AD CAETEROS PLANETAS. CAP. VI.

Luna ad ♀ ad ☿.



A ♀ defluens ☽, si crescens uel plena luminibus ad ☿ feratur, defensores uel procuratores facit nobilium feminarum, & qui mulierum præsidio, ordinem aliquem promotionis accipiant, erunt tamen, aut tinctores, aut margaritarii, aut armorum inuentores, musiciq; frequenter inclyti, aut medici, aut athletarum principes, & magistri, sed libidinosi, & assiduis amorū cupiditatibus subditi, grati tamen & circa uenereos coitus amabiles. Si uero à ♀ defluens ☽ minuta lumine, ad ☿ feratur, uitia, impuritates, ualetudinésq; decernit, actus quoq; uarios multiplicésq; faciet. Aut enim oratores, aut tortores, plastas, sculptorésq; faciet, aut pigmentarios colorúmq; repertores, seu pharmacopolas, aut popinarios, & qui alienarū uoluptatū curam, sollicitudinémq; sustineant.

♄ A ♀ defluens ☽, si crescens & plena luminibus ad ♄ feratur, & sit nocturna genitura, aut prouectæ ætatis, dabit uxorem, aut publicam mulierem, ad consortium thori genialis adducet, aut ex affinibus aliquam, ita tamen ut coniugis præsidio, principem honoris locū dignitatis incrementa, ac promotionis insignia cōsequatur. Si uero à ♀ defluens ☽ plena lumine in diurna genitura, ad ♄ feratur, facit pessimis libidinum cupiditatibus, ac uitiosis uoluptatibus deditos, & qui ex libidinosis actibus crebra pulsentur infamia, erunt sanè turpes, erratici, & seruili deiectione miseri, meretricum locatores, aut earum certe lenones. Si uero mulieris sit ista genitura, erit publica meretrix, & quæ uitæ subsidia in publico constituta loco, corporei pudoris iactura quærat. Si uero à ♀ defluens ☽ in nocturna genitura minuta luminibus, ad ♄ feratur, aut steriles, uel eunuchos, aut archigallos, uel hermaphroditos faciet, aut certe tales, qui muliebria pati, miseræ libidinis cogant ardore, erunt itaq; oligochronii, aut biothanati. Si uero à ♀ defluens ☽ minuta luminibus, per diem ad ♄ feratur, faciet uitiosos ac debiles, & quos malignus humor semper infestet, circa aquam tamen dabit actus, sed miseris semper laborum continuationibus, faciet fatigari. Aut enim ex altis puteis, quotidiano opere, aquā leuare cogētur, aut iubebuntur assidue lacunas, cloacásq; purgare, aut erūt hortulani, sed miseri, pauperésq;, aut nautæ, aut aquarii, aut piscatores, seu uenatores Sed hos actus signorum frequenter qualitas mutata dabit. Faciet enim bubulcos, armentarios, aquarios pastores, & qui iumētorum stabula purgare, seu mūdare iubeantur, sepulchrorum etiam facit plerunq; custodes, aut late pollinctores, qui sepeliendorum hominum curam cunctorum iudicio, consensúq; suscipiant. Sed hæc pro locorum, uel signorum uarietate decernit, de qua etiam in aliis apotelesmatis, plenissime diximus.

♃ A ♀ defluens ☽, si crescens lumine feratur ad ♃, faciet magnos, potentes, nobiles, ac ciuitatibus præpositos, quosdam uero facit mulierū præsidio subleuari, erunt sanè grati, uenusti, mulierū amatores, & qui uenustatis gratia, omnia quæ desiderant cōsequantur. Si uero à ♀ defluens ☽ minuta lumine, ad ♃ feratur de mulieribus dabit subsidia facultatū, reddétq; tales, quorum parentibus à prima ætate, felicitatis & gloriæ gratia conferat, aliis enim hæreditates dabit, alios lucra maxima inuenire compellet, aut in templis, honorata decernit officia sacrorum.

A ♀ defluens ☽, si in diurna genitura ferat̄ ad ♂ & sit ☽ plena luminibus, aut crescēs,
♂ amoris alicuius instinctu, miseræ calamitatis decernit exitia, ob hócq;, graue periculorū discrimen indicit, ita ut & ad custodiā carceris, & ad dānationis crimen accedāt, & q̄ ꝓpter hoc, biothanata morte depereāt. Alios faciet expoliari, alios subiugari, alios uero misero captiuitatis

ptiuitatis

priuitatis onere addici, pro locorũ tamen, signorúmq; potestate. Si uero à ♀ defluẽs ☽, per noctẽ ferat̃ ad ♂, & sit crescẽs, uel plena luminibus, faciet artificiosos, uiolentos, semp cal lidos, & qui uariis semper uitiis, & ualetudinibus implicent̃. Si uero à ♀ defluens, minu ta lumine ☽ in nocturna genitura feratur ad ♂, faciet homines terribiles, & potentes, qui regiones maximas suis uirtutibus, ac potestate subiugẽt, præsertim si in horosc. uel in qu to ab horosc. signo, aut ♂ fuerit, aut ☽. Nam si in cæteris locis fuerit ista cõiunctio, aut artificiosos facit, aut athletas, aut milites, sed qui assiduis periculorum casibus implicent̃. Si uero à ♀ defluens ☽, minuta lumine in diurna genitura, feratur ad ♂, patrimonium misera laceratione dilapidat, & ipsos facit deiecta humilitate miseros, quibus uitia ualetu dinésq; decernit, alios quoq; facit exules, alios in fugã uertit, aliis onus seruitutis imponit, alios uero in primo uitæ cursu perimit. Facit etiam plerunq; mulierum causa, biothana tos, uel propter amoris alicuius illecebras, ob hoc enim insidias, pericula damnationis, calamitatésque plurimas decernit.

A` ♀ defluens ☽, si feratur ad ☉ parentes acerba dissensione dissociat, uel ipsis onus diræ orbitatis indicit, patrimonii, ac uitæ decernit angustias, impuros facit, & qui miseris amorum amplexibus implicentur, sed cum primum iuuentutis tempus exierint, processu ætatis, augmẽta patrimonii, & quicquid desiderauerint facile cõsequent̃, & habebunt. ☉.

LVNAE DEFLVXIO A ☿ AD CAETEROS PLANETAS. CAP. VII.



A ☿ ad ♄, si plena lumine defluens ☽ ferat̃, & sit diurna genitura, aut balbos facit semper, aut surdos, aut uerba eorum, tardo uocis sono impediet. Habe bũt autem actus, aut ex rationibus, uel magisteriis, aut ex negociationibus, uel peregrinationibus, aut ex uerborum interpretationibus, alii secreta cœlestia semper insinuant, alii carceris custodiarum curam, tuitionémq; suscipiunt, ut ex istis actibus uitæ illis subsidia quærantur. Si uero per noctem, à ☿ defluens ☽, plena luminibus, ad ♄ feratur, faciet circa aquã semper assiduis laboribus fatigari, ac ope rarios reddet, sempiternis laboribus deditos, & qui corpus suum ad opus aliquod locare consueuerint, laboriosis humeris, ac dorso, uitæ subsidia quærentes. Alios in custodia cõ stituit, alios intrudit in carcerẽ, alios publicis iudiciis opponit, alios damnat, alios squal lore carceris, & publicarum custodiarum sortibus oppressos, coinquinatos, ac deformes faciet interire, præsertim si in maleuolarum stellarum signis fiat ista coniunctio. Si uero à ☿ per diem defluens ☽ minuta lumine ad ♄ feratur, faciet mendicos, pauperes, pannis obsitos, & misera egestatis calamitate demersos, alios seruire in templis facit, alios uero ua gari compellit. Facit plerũq; lunaticos, aut sacrarum ualetudinum uitiis oppressos, caducos quoque, ac misera cõmotione dementes. Si uero à ☿ per noctem defluens ☽, minuta lumine, ad ♄ feratur, aut exponi facit, aut squallorẽ miseræ seruitutis imponit, aut onus acerbæ captiuitatis indicit, maximas etiam ualetudines, uitiáq; decernit, aut in prima temporis ætate perimit, aut aliqua faciet ratione damnari, quod si nihil horum fuerit, biothanatos tamen facit interire. *Luna à ☿ ad ♄.*

A` ☿ defluens ☽, si plena lumine feratur ad ♃, faciet magnos, potẽtes, & quibus imperatorũ literæ, ac secreta credãtur, aut qui regias opes, thesaurósq; fidei tutatione custodiãt, quíue in regia domo, iubendi, uel disponendi habeant potestatem, plerósq; etiam magistros, regúmq; nũcios facit, neocoros quoq;, aut prophetas, uel sacerdotum principes, un de ex his honoribus, uel occasiõibus, maxima illis felicitatis insignia cõferunt̃, atq; ex his actibus, potentium diuitiarum incrementa conquirunt. Si uero à ☿ defluens, minuta lu mine ☽ ad ♃ ferat̃, aut rationibus præponit, aut fœnorum negociationibus facit esse præ positos, uel facit actores, & tales, quibus publica, uel fiscalia instrumenta credantur, aut ponderibus publicis, seu fiscalibus præponit, aut priuatarum litium iudices facit, aut ex his actibus, maxima facultatum incrementa decernit, ac magna felicitatis largitur insi- ♃

gnia, aliis enim hæreditates promittit, alios res depositas, & absconsas inuenire cōpellit, apud alios uero res cōmendatæ remanent, & apud eos, sine fraudis uitio, perseuerant, ut ex istis rebus, gloria, & substantiæ illis magna felicitas cōparetur.

A ☿ defluens ☽, si in diurna genitura feratur ad ♂, & sit ☽ crescens, uel plena luminibus, facit irreligiosos, periuros, fallaces, & quorum malitia, ad omne facinus, per dies singulos crescat. Erunt enim effractores, fures, & qui deorum templa, sacrilego furore semper expilent, erunt latrones, homicidæ, & ad neces hominum semper armati, sed in his comprehensi facinoribus, custodiæ uinculis carcerisq; traduntur, ac gladio seuera iudicis animaduersione plectuntur, aut quolibet genere, ob hæc facinora, biothanata morte depereunt. Si uero sit nocturna genitura, & à ☿ defluens ☽ plena, uel crescens feratur ad ♂, faciet duces, ac tribunos, milites, sed terribiles, & tyrānicis potestatibus subleuatos, uel ciuitatum præsides, aut defensores, uel tales qui nunquam iustarum potestatum licentia perseuerent, sed qui uario genere semper offendant, quorum alii uertuntur in fugam, alii in exiliū dantur, alii uero biothanata morte depereunt, si præsertim in principalibus genituræ locis ♂ & ☽ fuerint inuenti. Si uero in deiectis genituræ locis, à ☿ defluens ☽ in nocturna genitura plena lumine, feratur ad ♂, parricidalium scelerum facinora decernit. Aut enim filios suos, parricidali perimunt furoris amentia, aut illos ad fraternas neces, furor præposteræ cupiditatis impingit, aut per ipsos parentibus parricidale infertur exitium, siue hi proprios iugulant affines, seu auersi contra cōiugales affectus, genialem thorum sanguine laniatæ coniugis polluunt, ita ut omnifariam uario furoris instinctu parricidali grassentur insania, sed hæc pro locorum, ac signorum uarietate decernuntur. Mors uero eorū uiolenta erit semper, & afflicta, aut enim propter seruos, aut propter personas in custodiam redactas, aut propter damnatos homines, graue illis periculorum discrimen infertur, ac propter hoc sæpius damnati, publica morte depereunt. Si uero minuta lumine in diurna genitura, à ☿ defluens, feratur ad ♂, faciet falsarios, maleficos, effractores, fures, aut latronū conscios, & receptores, ex quibus criminibus, aut in custodia cōstituuntur, aut seuera animaduersione damnantur. Alii quoque fiunt publici carnifices, & quibus publicæ animaduersionis officia credantur, aut personalium causarum exceptores, ita ut talia officia pertractent, aut huiuscemodi hominum damnatorum fiunt adiutores, aut carceris publici fiunt ex ista coniunctione custodes. Si uero minuta lumine, à ☿ defluens ☽ feratur ad ♂ in nocturna genitura, aut milites, & armorū custodes, aut athletas, aut quibusdam certaminibus destinabit, faciet quoque efficaces, terribiles, famosos, & quorum officium ad omnium celeberrimorū noticiam, oráq; perueniat. Quod si in horos. uel quinto ab horosc. loco ♂ uel ☽ constituta fuerit, faciet eos uiolento quodam genere mortis extingui. In cæteris autem genituræ locis, uitia, ualetudinis, pericula, laboriosos actus, assiduas uigilias, aut uiolenta quædam negocia decernit. Sed hæc omnia (sicut frequenter diximus) ex signorum diuersitate uariantur. In signis enim tropicis, constituto ♂, si à ☉, uel à ☿ defluens ☽, in maleuolarum stellarum signis constituta, feratur ad eum per diametrum, uel quadratum, aut si se illi uicina, aut partili societate coniunxerit, faciet pellarios, coriarios, caligarios, coquos, ferrarios, atq; ex igne uel ferro, artes suas, officiáq; complentes. Si uero in ♀ signis fuerit ista coniunctio, faciet linteones, tinctores, plastas, aut tabernarios. Si autem in ☿, aut in ♂ domo fuerit ista coniunctio, amatores armorum, aut palæstræ faciet, ac publicorū negociorū officia tractantes. Si uero in domo ♃ fuerit ista coniunctio, tribunos, duces, aut magnarū præpositos legionum, aut ciuitatum, uel prouinciarū præsides faciet. Si uero in domo ♄ fuerit ista coniunctio, grauia, & misera, uel scelerata decernit officia, aut enim tortores, seu carnifices faciet, aut delatores, seu bestiarum uenatores, aut Marsos tales, qui aspides uenari consueuerunt, siue agrestium pecorum, uel bestiarum magistros. Alios quoque piscatores faciet, uel aucupes, alios ex puteis altissimis, assiduo labore, aquas leuare compellit, alios agrestium locorū,

uel hortorū

uel hortorũ operarios facit, alios naucleros, naupegos, uel nauium gubernatores, alios structores, lapidarios, pollinctorésq; facit, aut per seipsos sepulturæ semper officia tractantes, atq; in talibus officiis occupatos.

A ☿ defluens ☽, si feratur ad ☉, aut mente captos, aut lingua impeditos, aut surdos efficit, aut pauperes, & misero semper egestatis squallore depressos, erraticos quoq; semper, ac peregrinos, & qui nunq̃ sibi sedem, domiciliúmq; cõstituant, sed hæc infortunia processu temporis temperantur, expleto enim tempore iuuentutis, parua illis, ex uariis actibus, uitæ subsidia quæruntur, unde dies suos transeant.

A ☿ defluens ☽, si in nocturna genitura, plena luminibus, feratur ad ♀ in publicis actibus, prouidentiã habere facit, in qbus semper gloriæ principatũ inueniũt, magnæ quoq; felicitatis incrementa decernit. Alios enim oratores facit sermonis affluentia decoratos, alios poëtas, eósque diuinorum carminum auctoritate nobilitat, alios in deorũ, uel imperatorum officiis, assidua honorum continuatione constituit, alios uero ex personis, & mulierum cõmendationibus, aut ex quibusdam muliebribus actibus, ad feliciatem, & potentiam, cum uenustatis gratia perducit. Si uero à ☿ defluens ☽, plena luminibus per diem feratur ad ♀, aut aromatum pigmẽtarios faciet, aut colorum seu medicamentorũ, aut præciosorum lapidum repertores, aut præciosas tunicas arte sua faciẽtes, aut organarios, uel pantomimos, aut qui se ad omne genus saltationis accommodent, uel qui alios dulci uoce delectent, sed tamen mediocres in uita, & qui neq; facultatibus abundent, nec necessariorum angustia deprimantur. His enim augmenta facultatum, processu temporis conferuntur, sed in uenereo coitu, intemperatos facit, & quibusdam semper uitiis implicatos, & qui assiduis ob hoc pulsentur infamiis. Si uero minuta luminibus in nocturna genitura, à ☿ defluens ☽, feratur ad ♀, diuites, potentes, imperiosos, magnósq; facit, & quibus regionum uel ciuitatum maximarum tuitio credatur, præsertim si liberata à ☉ radiis ☽, in horosc. signo fuerit inuẽta, & si ♀ simili modo, à ☉ radiis liberata in iis, in quibus diximus locis, cursum ☽ ueniẽtis excepetit. Si uero in cæteris genituræ locis fuerit ista coniunctio, honestos ac multa negocia faciet agentes, & qui propriis uiribus patrimonii sibi substantiam quærant. Si uero per diem, minuta lumine, ad ♀ feratur, & in imò uel medio cœlo seu in decimo ab horosc. loco fuerit ista cõiunctio, sacri certaminis palmas, coronásque largitur, aut sacris certaminibus faciet esse præpositos, aut templorum fabricatores, aut simulachrorum consecratores, seu certe neocoros, uel sacerdotum principes, aut magna in templis officia tractantes. Si uero in cæteris genituræ locis fuerit ista coniũctio, mediocres in facultatibus facit, & qui artes metallicas cõsueuerunt exercere. Facit etiã plerunq; coriarios, aut qui aromata mercari soliti sint, gemmarũ quoq; politores, uel qui ex gemmis, ac uario pigmentorum genere, aliam coloris speciem appingant. Facit quoque tornatores, aut simulachrorum sculptores, uel fabricatores, aut in templis sacra carmina præcantantes, aut templorum tibicines, & qui habeant rerum cœlestium notionem, uel qui cœlestia secreta cognoscant, seu qui res absconsas, & abditas, facili ratione perdiscant, ita ut ex his occasionibus, uitæ illis subsidia atq; adiumenta penitus quærantur.

LVNAE DEFLVXIO AB OMNIBVS PLANETIS, AD NVLLVM. CAP. VIII.



A ♄ defluens ☽, si ad nullum feratur, sed per uacuum, suos dirigat cursus, & sit crescens, uel plena luminibus, patrimonium misera laceratione dilapidat, à parentibúsq; facit alienari, aut interemptis parentibus in prima hoc facit ætate, reddit etiam plerunq; pigros, aut in longinquis peregrinationibus detinet occupatos. Si uero sit minuta luminibus, faciet circa uentrem, frigus assiduum, quod Græci φριγοκοίλιον dicunt, reddit quoque infinitis flegmatum uitiis laborantes, macros, spleneticos, dysentericos, hydropicos, pleureticos, uel dysuriacos, & qui latentibus uitiorum doloribus torqueantur, sed hæc pro signorum qualitate decernit. *Luna à ♄ defluens.*

A ♃ de-

♃ A' ♃ defluens ☽, si ad nullum feratur, sed per uacuum cursus suos dirigat, sitq́ plena luminibus, faciet assidua profectione peregrinos, pauperes, & qui processu tẽporis, omĩa felicitatis ornamẽta deperdant. Si uero minuta luminibus sit, expositos, captiuósq́ facit, & quorum uita seruitutis onere deprimatur, quidam autem erunt multis uitiis, ualetudinibúsq́ implicati, quidam oligochronii fiunt ac breui tempore morituri.

♂ A' ♂ defluens ☽, si ad nullum feratur, sed per uacuum suos dirigat cursus, sitq́ plena luminibus, patrimonium dissipat, ac parentes in primo ætatis gradu perimit, aut uitium illis aliquod, seu malæ mortis discrimen impingit, ipsos autem seu ex altis locis præcipitat, seu à quadrupedibus pericula illis maxima, nec non & uitia ualetudinésq́ decernit, quosdam uero publica morte biothanatos facit. Si uero minuta lumine, à ♂ defluens, ad nullum feratur, aut à genere suo alienari, & separari facit, ac eorum patrimonia, uariis lacerationibus dissipat, aut artes dat laboriosas, ut circa ignem, ferrúmq́ uersentur, aut miseros milites reddit.

☉ A' ☉ defluens ☽, si ad nullum feratur, sed per uacuum suos dirigat cursus, pauperes et infelices faciet, peregrinos, erraticos, & qui seruilibus semper actibus immorentur, alios uero ad uarios actus aspirantes, quod aggressi fuerint, diuerso faciet genere desperationis omittere, sed processu temporis huius infortunii crimina mitigantur, & præsidentiũ calamitatum, ex aliqua parte miserum mutatur exitium, ac deposito paupertatis onere, paruũ illis uitæ subsidium comparatur, ad actus quoq́ aliquos omnino aspirare cõpelluntur.

♀ A' ♀ defluens ☽, si crescens lumine, ad nullũ feratur, sed per uacuum suos dirigat cursus, passiuos in coitu faciet, & nunquam in uxorum amoribus perseuerãtes, sed qui semper incestis deflectantur amplexibus, hos quoq́ eosdem facit nudos, pauperes, & qui humeros suos laboribus subiicientes, quotidianæ quærant uitæ subsidia. Si uero sit minuta luminibus, uitiosos facit, turpes, pauperes, & assiduo miseriarũ onere grauatos, artibus quoq́ & actibus inhonestis, & miseris semper implicitos.

☿ A' ☿ defluens ☽, si ad nullum feratur, sed per uacuum suos dirigat cursus, & sit plena luminibus, facit grãmaticos, oratores, medicos, musicos, & qui cõmutatione solertiæ, testium sciant syderũ cursus, facit quoq́ fœnoris, ac negociationis officia tractãtes, ex quibus occasionibus gloriam & substantiam, sed processu temporis consequantur. Si uero fuerit minuta luminibus, ab humoribus uitia decernit, aut ex aquis graue periculorum discrimen indicit, aliorum autem mentibus nocet, aliorum obligat linguas, aliorũ officit auribus, sed hos omẽs à literis facit alienos. Facit tamen alios uaticinari, sed in templis, alios ad templorum custodiam sempiternos adducit, alios uero seruos eorum, ministrósq́ facit.

GENERALIA ☽ DECRETA, THEORICAQVE NOTANDA CAP. IX.



VNC genera explicanda sunt omnia, quæ ueloci cursu suo perficit ☽, ut et partiliter, & generaliter cuncta uideamur explicasse. Si ♄ se applicuerit ☽, miseros parentes facit, si uero ♂ se coniunxerit, ambos parentes humiles reddit, sed uarias patri miserias indicit. Si autem à ♂ ad ♄ ferat̃, id est si utrũq́ latus eius, ♂ Saturnúsq́ possederint acriter. Si uero à ♄ ad ♂ feratur, medio criter hæc eadem facit, mulieribus uero tunc uitia decernit, cum eandem radiis suis ♄ impugnauerit, lunaticos autem tunc facit, si figura ☽ uel schema, similitudine ♄ comparet̃, & ♂ ♃, ac ♀ in alienis existentibus signis. Si autem ♃ & ♀ istas omnes coniunctiones uel defluctiones, per quas misera hominibus decernũtur exitia, bona radiatione respexerint, decretorũ malorũ, miseræq́ calamitatis exitia mitigantur. Felix autem erit nimiúmq́ felix, & cum omni felicitate, prudentiæ fulgoribus exornatus, si in iis, in quibus gaudet locis, sine inimica ♂ aut ♄ radiatione, ☽ se ♃ aut ♀ radiis cõiunxerit, aut de duobus uni. Tunc enim felicitas, tunc substantia, tunc honores, tunc omnia uitæ decernuntur ornamenta. Gaudet autem in horosc. aut in quinto, aut in xi ab horosc. loco, ♃ aut ♀ cõiunctionibus

ctiōibus adornata. Sed si in octauo genituræ loco, in nocturna genitura, & in iis, in qbus gaudet signis, cum ♃ aut ♀ testimonio fuerit, maximā etiam decernit felicitatē. Quemcunque itaque locum uolueris in genitura tractare, aut naturæ, aut nutrimentorum generis parentum, fratrum, nuptiarum, aut sobolis, aut extremum uitæ diem, ☽ cursum coniunctiones, defluctiones, altitudines, longitudinésque diligenter inspicias, quíue coniunctiones eius excipiant. Expetere enim in omni genitura debemus ne ☉ coniunctionem, Lunæ ad se uenientis excipiat, nam posteaquā de diametro ☉, recedens luminis sui cœperit damna sentire, ad synodum festinans, qualibet eius luminis figuratiōe, pro mensura uniuscuiusque decernit exitium. Si enim fortis eius radiatio fuerit, fortia mala, & magnorum infortuniorum decernit exitia, si media fuerit radiatio malorum temperatur exitium. Si uero deficiens, ad ipsos radios ☉ accesserit, & ipsi orbi eius quodammodo glutinata fuerit, atque ab aspectu hominum rapta, amplius non appareat, tunc potentiora mala, tunc omnium calamitatum decernit exitium, secundum hæc apotelesmata, quæ in præcedenti libri huius parte signauimus. Si uero à coniunctionibus ☉ liberata, per diem ♄ addenti ad cursum suum numeros, se ☽ coniunxerit, magnorum bonorum, & magnæ felicitatis incrementa decernit. Sed si ♃ se simili radiatione cōiunxerit, ultra modum felicitatis, omnium bonorum conferuntur insignia, erit enim felix, nimiúmque felix in cuiuscunque genitura, ☽ cum ♃ sic fuerit inuenta. Si uero cum ♂, sicut diximus, fuerit, magnorū malorum decernit exitia, erunt enim secundum signorum naturam biothanati, sed hęc mala mediocriter mitigātur, si in fœminino signo ♂ fuerit inuentus. Si uero cum ♀ ista fuerit radiatione coniuncta in medio cœlo, bonas nuptias decernit, præsertim si in coniunctionibus à ♂ fuerit aliena. Si uero in aliis genituræ locis, fuerit ista coniunctio, bonam quidem uitam decernit, sed cum suis affinibus coëuntes reddit. Si uero ♂ istam uiderit coniunctionem, illicitos coitus, cum misera cupiditate decernit. Si uero cum ☿ fuerit ista coniunctio infinita etiam, & inaudita mala, assidua cum afflictione decernit. Vnde orare debemus ac summis precibus postulare, ne quandoque ☽ se ☿ tali radiatione cōiungat. Si uero p nocté minuta luminibus ♄ retrogrado, uel stationem facienti, se ☽ coniunxerit magnas decernit infelicitates, quidam enim secundum locorum naturam, uel potestaté, biothanati pereunt, sed hæc infortunia, ex aliqua parte mitigantur, si in fœminino signo ♄ fuerit inuentus. Si uero ♃ se per noctem, ista radiatione coniunxerit, omnibus bonis reddit abundantes. Si aūt ♂ simili fuerit radiatione cōiuncta, magnæ felicitatis decernit, insignia, sed hæc maiora efficiuntur, si ♂ ad numerū addat. Quod si ♀ se ista radiatione coniungat, aut in MC, aut in quinto, aut in XI ab horosc. loco, aut in ipso horosc. bonæ erunt circa nuptias, si eas ♄ nulla radiatione pulsauerit. Erunt autem feliciores, si ♀ retrograda, principalibus locis nocuerit. Si uero ☿ simili fuerit radiatione coniuncta, physicos plerunque facit, sed bona tūc fortiora decernit, cū fuerit per nocté ista coniunctio, minuunt enim bona, omniáque mala crescunt ab iis stellis, si diurna fuerit genitura.

PLATICA PARTILISQVE SIMVL FORTVNAE EXPLORATIO. CAP. X.



LVNAE cursu explicato, ac diligenti ratione monstrato ad promissi operis definitionem sermonis intentio transferatur, hoc est ad breuem fortunę explicationem, non enim omnem possumus fati explicare substantiā, nisi iste locus, diligentissima fuerit ratione collectus. Sicut enim in horosc. quærimus, quis in eodem loco sit, quis occidat, quis sit in MC, quis in imo, quis'ue in cæteris locis, quatenus etiam ipsius signi dominus sit positus, in quo est horosc. constitutus. Ita & locū fortunæ, simili ratione colligere debemus, quo autem in loco sit, facili ratione monstrabo, quem cum inueneris, inspicies omnium stellarum societates, radiationésque, túncque locum omné istum, uero ac fideli poteris explicare iudicio. In omī igitū genitura nocturna, à ☽ usque ad ☉ cōputato, in diurna uero, à ☉ rursus ad ☽, & quantuscunque fuerit signorū numerus, tanta ab horosc. incipiens, numera signa, & quodcúque

signum nouissimum numerũ habuerit,ipsum locum fortunæ demonstrat.Sed hæc pla tica supputatio est,quam ideo posuimus,ne quid à nobis prætermissum uideatur,partili ter uero locus fortunæ, hac ratione colligitur,quá in omni disputatione insequi debebis, tunc enim ueri definitio,ex apotelesmatis proferetur,quotiescunq; singula loca partili fue rint ratione collecta.Sic uitam,sic spem,sic fratres,sic parentes,sic filios, sic ualetudiné, sic coniugem,sic mortem,sic itinera,uel religionem,sic actus,sic amicos,sic inimicos,sic cæ tera omnia,quæcunq; in generis humani substantia requiruntur,ueris definitionibus ex plicabis.Hæc tamen omnia tunc exponemus,cum ad sphæræ barbaricæ interpretationé ueniemus,quæ diuinus ille Abraam & prudentissimus Achilles, uerissimis conati sunt rationibus inuenire,& nobis tradere.Locus igitur fortunæ,de quo loqui cœpimus,partí liter ista ratione colligitur.Si diurnam tractans genituram,fortunæ locum quærere cœpe ris,hac eum ratione potissimũ inuestigato. À parte ☉ inchoans, omnium signorum partes,usq; ad illud signum,in quo est ☽,cum ipsis ☽ partibus,quantamcunq; totæ par tes summam fecerint, additis etiam horosc. partibus,si opus fuerit,collige,quam com putationé,iis collectis ab horosc.incipiens,in dextram partem horosc.signis cæteris diui de,ter denas scilicet singulis signis partes reddens,& in quodcunq; signum,totius nume ri pars ultima ceciderit,ipse locus fortunæ tibi signum,ac substantiá monstrabit. In no cturna uero genitura,à ☽ parte incipiens,& per signa sequétia,simili modo pergens, usq; ☉ parté totas signorũ collige partes,additis quoq; horosc.si opus fuerit,partibus,unam numeri facias summam,quam à parte horosc.incipiens,per omnia,quæ ab horosc. sunt signa diuides,singulis scilicet signis triginta,ut diximus,partes tribuens,& in quodcunq; signum,totius numeri pars ultima ceciderit,ipsa tibi fortunę locum penitus monstrabit. Ex hoc autem loco,uitæ qualitas,patrimonii substantia,& felicitatis atq; infelicitatis cur sus ostenditur.Amor etiam & uirorũ affectus circa mulieres,qualis sit,ex hoc loco disci tur,nutrimentorum quoq; ac cupiditatum affectus,ex istius loci substantia quæritur. Hic etiam locus patriam,uel eius loci quadrata latera,facili ratione demonstrat.Appellatur au tem(ut Abraam dicit)de signo ☽ locus.Videas ergo quis sit istius signi dominus, quisue sit dominus partis huius,id est in cuius stellæ finibus sit pars ista,& in quo loco sit uterq; dominus signi pariter,& partis in qua locus fortunæ fuerit inuentus,& in quibus geni turæ locis sint constituti,an in principalibus id est in cardinibus,an in secundis,an in de iectis,an in altitudinibus suis,an in domibus,uel deiectionibus, an dominus ipsius si gni,& ex eo loco,in quo est signum ipsius,id est locum fortunæ opportunis radiationi bus respiciat,& si sint ambo inuicem simul cardinaliter,túncq;,cum hæc omnia diligen ti ratione collegeris, & sit nocturna genitura,rursus ☽ partes attende,si diurna ☉, & uide quis sit partiũ dominus in diurna scilicet ☉,in nocturna uero ☽,☉ ueruo dñs,an etiam ipse locum fortunæ radiatione cardinali respiciat. Si uero harum omnium ☉ partium dominus fuerit inuentus,& bene sit in genitura positus,et in iis,in quibus gaudet signis, uel in quibus exaltatur, uel in quorũ est domicilio,felicé genituram decernit. Si uero hic est collocatus ☉ cũ ☽,& locũ fortunæ respexerit, maior felicitas, multiplicata radiatione decernitur.Si uero hic redditur ☽ ♃ & fortunæ platica,& sit in cardinibus constituta,etiá sic felicitas multiplicata radiatione decernit.Si uero nõ fuerit unus dominus signi ipsius, in quo est fortunæ locus & partium,nec partiũ ☉,nec ☽ ille principatum obtinet,qui in decernendo maximá habet potestatem,& is si sit beneuolus,& in beneuolis signis fuerit inuentus,uel in altitudine,aut domo sua,& in principalibus genituræ cardinibus collo catus,fortunæ locũ cardinaliter uiderit,magná & nobilé genitura decernit.Sed hæc tum facit si partiliter in cardinibus fuerit collocatus.Si enim generaliter fuerit inuentus, in iis, in quibus diximus locis,mediá genitura decernit,ut nec ultra modũ felix sit nec egestatis angustiis deprimatur.Si uero ambo bene ceciderint,& dominus ipsius signi,in quo est dominus fortunæ,& dominus partis illius,in qua ultima pars fuerit inuenta,& in bo nis signis constitutæ,id est,in quibus gaudent,& exaltantur locis,uel in domiciliis suis,

Locus fortunæ quomodo inueniendus.

& parti-

& partiliter in cardinibus fuerint collocati, tantas decernunt facultates, ut is qui sic natus fuerit, imperatoribus omnino coæquetur. Si uero in signis cardinum, non partiliter, sed platice fuerint inuenti, mediæ felicitatis incrementa decernunt. Si uero dominus ipsius signi, in quo est fortunæ locus inuentus, sed & dominus partis ipsius, id est finium dominus, & dñs partium earũ, in quibus in eadẽ genitura ☽ fuerit inuenta, bene fuerint constituti, uel in qbus exaltant̃ locis, uel in domiciliis suis, & principalia genituræ loca possederint, uel in iis, in qbus gaudẽt locis fuerint collocati, facient imperatores, sed quorũ imperiũ, per totius orbis spatia dirigat̃, & quorũ sit tanta potestas, ut ad deorũ numen accedant. Si uero stellarum istarum, de quibus fecimus mentionẽ, nulla bene ceciderit, is qui sic natus fuerit, usq; ad ultimum uitæ diem, infelicitatis onere deprimetur. Quod cum sic fuerit, inspice partiliter M C, & hoc signum, quod in anaphora horosc. fuerit, nam si nulla ex iis stellis, quarum mentionẽ fecimus, bene fuerit collocata, & in M C, uel in horosc. anaphora, beneuola stella, cõditionis suæ secuta potestatem inueniatur, præcedentis mali processu temporis, infortunia corrigit. Si uero illis tribus, de quibus ante diximus, male positis, in M C, & in horosc. anaphora, nullum beneuolarum stellarum præsidium relinquatur, infelix, misera, & omnium malorum continuatione, erit ista genitura depressa. Sed & fortunæ quoq; δυοδεκατημόριον diligenter inquire, ne te apotelesmatum fallat intentio quæsita.

DAEMONIS LOCVS, PARTILI EXPLORATIONE REPERTVS. CAP. XI.

LOCVM dæmonis ista ratione colligimus, quã ideo huic libro adiecimus, quia ☉ eum esse locum, Abraam simili ratione monstrauit, & iniquum erat, ut à ☽ loco, ☉ separaretur locus, qui hac ratione colligitur, Vt scilicet in diurna genitura, à ☉ parte usq; ad partem ☽, omnium signorum partes colligas, & totam hanc summam, ab horosc. incipiens, per sequentia signa distribuas, & in quodcunq; signum ultima pars ceciderit, ipsa tibi dæmonem demonstrabit. In nocturna uero à ☽, usq; ad ☉ omnium signorum colligas partes, & omnẽ istam summã ab horosc. incipiens, per sequentia signa distribuas, & in quodcunq; signum ultima pars ceciderit, dæmonem monstrabit. Hic locus uocatur actus, & animæ substãtia, nam ex eo omnis actus, omnísq; substantiæ augmenta quærentes, inuenimus, ostenditur quoq;, qualis sit circa uirũ, mulieris affectus. Sed & hic locus & eius quadrata latera, patriã nobis manifesta ratione demonstrant, uide ergo, si hunc locũ maleuolæ stellæ, beneuolæ'ue respiciant, & scies apotelesmata, singularum stellarũ testimoniis explicata.

GENITVRAE DOMINVS, EIVSQVE DECRETA FATALIA. CAP. XII.

Dominum genituræ, quem Græci, οἰκοδεσπότην uocant, qua ratione colligere debeas, sic inuestiga, ipse enim totius genituræ possidet summam, & ab ipso stellæ singulæ decretam diligentiam sortiuntur, qui si bene fuerit collocatus, & in iis, in quibus gaudet signis, uel in quibus exaltatur, uel in domiciliis suis, & eius conditionis fuerit genitura, nec ipse maleuolarum nociua radiatione pulsatus, nec beneuolarum stellarum præsidio destitutus, omnia bona pro naturæ suæ qualitate decernit, sic quoq; & integrum annorum numerum. Si uero impeditus à maleuolis, & à beneuolis desertus fuerit, omnis eius efficacia debilitata languescit. Hunc igitur quatenus inuenias, explicabo, omibus prius ueterum sententiis intimatis. Quidam enim genituræ dominum, hac uoluerunt ratione colligere, dicentes, hũc genituræ esse dominũ, qui in principalibus genituræ locis positus, in signis, aut in finibus suis esset inuentus. Alii uero à ☉ & ☽, genituræ dominum requirebant, dicentes, eũ esse genituræ dominum, in cuius stellæ finibus ☉ & ☽ fuissent inuenti, id est, ut ☉ in diurna, & ☽ in nocturna genitura habeat rationem. Alii tamen eum dixerunt esse dominum, qui latitudinis ☽ dñs fuisset inuentus. Alii uero hunc dixerunt esse dominũ cuius-

cunq; ſignũm, poſt natum hominẽ, ☽ relicto eo ſigno in quo eſt, fuiſſet ingreſſa. Sed & nos hanc rationem ſequimur, hæc enim eſt ueriſſima, & ab omnibus comprobata. Sed libet hæc omnia, quæ diximus diligenti ratione diſcutere, ut inuenias quid genituræ dominus ſic poſitus, decernere poſſit, quia igitur hanc rationem ſequitur intentio tua, te etiã exemplis debemus inſtruere. Si quis enim prima natalis hora, ☽ in ♈ habuerit, quia poſt ♈, ad ♉ ſecundo loco tranſitum facit, ♀ genituræ dominiũ poſſidebit, eo quod ♉ ſignũ ♀ eſt, & ſic in cæteris ſignis. Illud tamen ſcire debemus, quod neq; ☉ neq; ☽, in aliqua genitura, domini efficiuntur, totius enim dominii dedignantur dominia ſortiri. Si itaq; ☽ fuerit in ♊ inuenta, eo die, quo naſcitur homo, neque in ♋, hoc eſt in domo ſua, neque in ♌, hoc eſt in domo ☉ genituræ dominium demonſtrabit. Sed cum hæc ſigna tranſierit, & ad aliud ſignum uenerit, tunc genituræ dominiũ oſtendet, quia itaq; ♍ domus eſt ☿, is genituræ dominus efficietur, habebunt tamen cõmunicationem in dominio ☉ & ☽, ſi diurnæ genituræ fines tenuerit ☉, nocturnæ uero luna.

☉ & ☽ genituræ domini non fiunt.

Saturnus genituræ dominus.

♄ ſi dominus genituræ fuerit inuentus, & ſit opportune in genitura poſitus, & ei dominium creſcens ☽ decreuerit, faciet homines inflatos ſpiritu, honoribus ſublatos, raro ridentes, irámq; diu ſeruantes, bonos, boni conſilii, & quorum fides recto ſemper iudicio comprobetur, & qui negocia omnia, recti iudicii rationibus compleant, ſed circa uxores & filios erunt alieno ſemper affectu, erunt quoque ſemoti, & ſibi uacãtes, modicum ſumentes cibum, ſed potatione multa gaudentes. Corpore erunt extenuati, modici, pallidi, languidi, frigidæ naturæ, & qui cibos aſſidue tractare conſueuerint, & quos ſemper malignus humor impugnet, ac intrinſecus dolor collectus, aſſidua eructatione diſcruciet, uita uero eorum erit malitioſa, laborioſa, ſollicita, & aſſiduis animi doloribus implicata, circa aquam, uel in aquoſo loco, uitæ ſubſidium habentes. Quod ſi ipſe, genituræ dominus effectus, aut in domo ſua ſit, aut in finibus ſuis, aut in ♃ domo uel in finibus ſuis, aut in domo ☉, & ſit diurnæ genituræ locus, facit in uita claros, & nobiles, omnémq; felicitatẽ, pro locorum poteſtate decernit. Si uero in ♂ finibus fuerit, uel in eius domo, aut ſi in domo ☽ fuerit inuentus, faciet triſtes, laborioſos, ſordidos, humiles, & glorioſos, & qui aſſidue lugubri triſtitia ſordidenẽ. Sed hæc fortiora erũt mala, ſi fuerit nocturna genitura, et ſi minuta luminibus ☽, ei dominiũ decreuerit, tunc enim ei caput, capillorum raritate nudatur, aut facit turpiter, capillis defluentibus caluos, & quorum lumina repentinis cæcitatibus impediantur, uel aſſidua ſuffuſione, aciem ſuam deperdãt. Facit etiam pleureticos, uel hydropicos, podagricos, caducos, ſpathicos, præſertim ſi dominus effectus genituræ, et in iſta ſignorũ, uel partiũ deiectione poſitus, deficiẽtis ☽ radios exceperit. Quod ſi eum beneuolæ ſtellæ, habentem dominium, ſic ut diximus, poſitum bona radiatione conueniant, iſtas ualetudines, uel dei alicuius præſidiũ, uel ſolers medicina curabit. Si uero ♄, ſic ut diximus, poſitum malignum ſydus radiauerit, hæc quæ diximus mala, cum maximo calamitatis incremẽto, augentur. Faciet autem mortes, ex longa, & graui ægritudine, quæ uitioſa humorum inundatione perficietur, morientur autem in locis humidis, aut aquoſis, ſeu abſconſis, & incognitis. Si uero in ☿ domo uel partibus fuerit, faciet maleficos, ueneficos, periuros, ſuorúmq; fratrum atq; parentum inimicos.

♃ ♃ ſi dominus genituræ fuerit inuentus, faciet homines magni animi, magna appetentes, & quibus fides ſemper habeatur, & qui ad magnos actus ſemper inflentur, & quibus plus detur, quàm patrimonii, uel potentiæ facultas expoſcat, in omnibus ſuis actibus imperioſos, nobiles, glorioſos, honeſtos, mundiciarum amatores, lætos, & qui in omni ratione delectari deſiderent, plurimum capientes cibum, multos amantes, & amicos cõplures efficientes, ſimplices, & qui bene ſemper facere conſueuerant, corpus tamen modica moderatione cõponitur, & erit ipſa corporis forma munda, & formoſa, ipſi uero candidi erunt ſane, & pulchris oculis & capite, ac ſpiſſis capillis adornati, fixo gradu ueſtigia ponentes, uita autem eorum erit glorioſa, notabilis, felicitatis plena, & omnia quæcunq; cupient, conſequentur, ſed hi & bonis ſemper conuerſationibus adornanẽ, ac magnorũ

uirorum

uirorum testimonio proteguntur,uxores & filios tenere semper diligunt, & horum filii,
dignitatis maxima consequuntur augmenta,ita ut & ad ipsos,ex filiorũ honoribus ma=
gnum dignitatis meritum accedat,ualetudines autem circa iecur faciet,ex uino,uel crudi
tate,mors uero ab hilaritate,& deiectione uictus erit,& alui & ♀ coitus. Sed ♃ cum geni=
turæ dominus fuerit,iisdem debes,quibus ♄ rationibus intueri,sicut etiam cæteras stellas,
quod enim datum de uno fuerit exemplum,hoc te & in reliquis debebit instruere. Nam
si ♃ dominus genituræ fuerit effectus,& primos geniturę cardines tenuerit,in domo uel
in altitudine sua,uel in finibus suis,uel in ☉ domo,& sit diurna genitura, & beneuola=
rum stellarum fuerit testimoniis adornatus,& ☽ feratur ad eum plena,nec ♂ alium geni
turæ cardinem possederit, aut ipsis resistat,aut ☽ crescenti lumine impugnet.Integra felici
tatis ornamenta decernit. Quod si in iis, in quibus humiliatur signis uel finibus, talis
fuerit,uel in deiectis,& pigris genituræ locis,& ipse & ☽ à maleuolis malitiose fuerint pul
sati,deficiens uiribus,& omni priuatus licentia potestatis,nihil magnum in genitura de
cernit,nec integrum etiam dat annorum numerum,nam si eum de quadrato,uel diame
tro,maleuolæ stellæ radiauerint,pro uiribus suis,ab annorũ decreto subtrahũt numerũ.

♂ si genituræ dominus fuerit effectus,faciet asperos,inuictos,& qui nullis rationibus
snbiugentur,immobiles,contentiosos,audaces,periculosos,uiolentos,& qui assiduis ra ♂
tionibus decipi soleant,edaces,multum cibum facile digerentes,fortes,æquales,ignotos,
rubeis capillis,oculis sanguinolentis,imperiosos,& principalia semper sibi uendicantes
potestatis insignia,artes ex igni agentes,& ferro ignito,sed mẽtis ardore præposteros,neq;
circa uxorẽ,uel filios, neq; circa amicos,bonos habẽtes affectus,qui res alienas,inuida cu
piditate desiderent. Vitia uero faciet ex igni et ferro,id est præcisiones,& cõbustiones, atq;
exaltissimis locis frequẽter præcipitat,aut extremas corporis partes frãgit,mortẽ uero faciet
aut repentinã,aut uiolentã, nam si ☽ exceperit plenã,aut à latronibus occupatos occidet,
aut accusatos,publicis potestatibus tradet,ac delationibus oppressos,publicis faciet anim
aduersionibus percuti.Sed si malitia eius,sub radiis ☉ fuerit,incendia,& publicę adustio
nis decernit exitia.Sed hoc fortius erit,si in diurna genitura dominus effectus, principa=
les possederit cardines,uel in M C,uel in occasu fuerit inuentus,& ☽ in alio cardine con
stituta,plena se radiis eius impegerit,ac ei dominium decreuerit.Quod si fuerit nocturna
genitura,& ipse in domo ♄,uel ♃ fuerit inuentus,uel in finibus eorũ, uel in domo,aut
finibus suis,uel in quinto,uel in xi ab horosc.loco,uel in M C,aut in horosc.& deficien
tem ☽ respexerit,uel si deficiens ☽,ei dominiũ decreuerit,& ♃ se in cardinibus trigonica
radiatione coniungat,faciet duces,& tribunos,terribiles,atq; potẽtes,& qui regiones ma=
ximas,& multas ciuitates obtineant,& quibus totius orbis iudicia credantur. Si uero in
occasu,id est in septimo ab horosc.loco fuerit positus,cum ista coniunctione,quam dixi
mus,faciet omnes biothanatos interire.Semper enim in occasu ♂ positus,uiolentæ mor
tis discrimen indicit,sed ipsa mors,sicut frequenter diximus,pro signorum qualitate per=
ficitur,quæ omnia genera in tertio libro,speciali signatione monstrauimus, semper au=
tem in ♃ finibus positus,si ♃ uel ♀ fuerit testimoniis mitigatus,malitiæ suæ omnem de=
ponet ardorem.

♀ si domina genituræ fuerit effecta,facit homines delectabiles,lętos,uocabiles, assiduo ♀
luxui uacantes,amabiles,gratos, uenustos, amatores, libidinosos, pios,iustos, & apud
quos integra,et incorrupta amicitiæ necessitudo permaneat.Corpus uero eorum erit lon
gum,candidum,habebúntq; ocuios gratos,uenustatis splendore fulgentes, spissis capil=
lis aut molliter flexis,uel gradata pulchritudinis uenustate compositis, crispos quoque,
aut crinibus bostrichis comatos,æquales,multo potu gaudentes,& modicum sumentes
cibum,& qui semper uenereos coitus,crebro cupiditatis ardore desiderent, & omnes ci=
bos facillime digerant,in omni quoq; uita nobiles,& mundi,& quorum uita animus,
& institutum musicis semper delectationibus inhærescat.Sed hæc pro signorum,ac loco
rum qualitate,cuncta decernit.Facit enim in deiectis locis posita,& genituræ dominium

sortita, organarios, pictores, & qui integras corporum similitudines fingant. In principalibus autem genituræ locis posita, faciet claros, & diadematis, uel aureis coronarum insulis ornatos, sacrarum disciplinarum repertores, sed & uiros mulierum, et mulieres uirorū, bonis affectibus obligabit. Vespertina autem mulieribus opitulatur, matutina uero uitis, & hac ex causa in forme numerum ♀ esse dixerunt. Facit etiam fœcundos, & multa sobole gaudentes, & quibus à filiabus maxima lætitia conferatur, sed uitia facit circa naturalia, & necessaria, mortes uero notas gloriosásq; decernit. Sed & huius syderis mixturas, cū dominium habuerit, sicut cæterarum stellarum, diligenti debemus inquisitione colligere, ac conditionis etiam potestatem. Nam si in nocturna genitura, in quinto ab horosc. loco, uel undecimo, uel in horosc. siue in MC fuerit inuenta, seu in domo uel altitudine sua, uel in finibus suis, & à deficiente ☽ dominium acceperit, ac eam ♃ bene positus trigonica radiatione respiciat, uel si ☽ ad eam, sine ♄ testimonio feratur, minuta luminibus, laureas prætextas, & consularium fascium decernit insignia. Si uero istam cōiunctionem, trigonica radiatione ♂ respexerit, cum istis honoribus, etiam insignem potestatis licentiam, ac proconsulare largitur imperium, præsertim si ♂ in domo sua, uel in domo ♃ fuerit inuentus, uel in finibus suis, aut ♃, seu in altitudine sua, Venus uero à ☉ radiis fuerit liberata. Quod si sic ♀ collocata, ☿ aut in domo sua, aut in finibus, uel altitudine sua, aut in eiusdem ♀ domo, aut in eius finibus fuerit inuentus, & sit in opportunis genituræ locis positus, fuerítq; diurna genitura, decernit quidem nihilominus paria, sed hæc omnia quacunq; ratione debilitat. Si uero fuerit in nocturna genitura, sic positus, uel opportunis in locis istam coniunctionem, maligna radiatione pulsauerit, deficientísq; ☽ radios aspexerit, totum quicquid ante præmisimus impeditur. Si uero ♀ dominium nacta in deiectis, uel pigris locis fuerit inuenta, in ♄ loco, domo, uel finibus etiam ♄, in genituræ cardinibus posita, & per noctem ad ♄ minuta, per diem uero ad ♂ feratur plena luminibus, faciet impuros, libidinosos, & qui assiduis calamitatum casibus implicentur, quíue ex amorum cupiditatibus, assidua pulsentur infamia, uel qui propter illicitas cupiditates, uel adulterii crimen, publici discriminis periculis implicentur, & fiant propter hoc famosa morte biothanati, præsertim si his sic positis, ♂ in occasu genituræ positus, ♀ minaci aliqua irradiatione respexerit.

☿ ☿ si dominus genituræ fuerit, faciet cordatos, ingeniosos, cuncta discentes, modestos, omnium artium secreta discere cupientes, & si in domo quidem sua fuerit inuentus, cū genituræ dominia fuerit sortitus, uel in finibus, uel altitudine sua, seu in ♀ domo, & si trigonica se radiatione formauerit, faciet poëtas, oratores, affluentia grati sermonis ornatos. In ☽ uero domo, si fuerit inuentus, faciet facundos, & quorum sermones gratiam consequantur. Si uero in ♄ domo, uel in finibus eius fuerit inuentus, et cum eo ♃, & ♀, uel eū bona radiatione respiciant, aut ♃ aliquem genituræ cardinem possederit, uel in tertio ab horosc. loco fuerit, faciet quibusdam religionibus deditos, & secretarum, ac magicarum artium scientes, mathematicos, astrologos, aruspices, & qui omnium religionum, cœli quoq; ipsius secreta disquirant, & quibus legationum credantur officia, amantes fratres, & qui cupiant, affines suos, fido necessitudinis auxilio protegere, quíue iura amicitiæ artissimis uinculis astringant, iustos, religiosos, & ab omni profusionis labe sepositos, & qui firmi consilii ratione cuncta perficiant. Si uero ♂ se ei qualibet applicuerit ratione, uel si de quadrato respexerit, & sit ☿ in tertio genituræ loco, in humanis, seu uocalibus signis ♃ testimoniis adornatus, ♃ in horosc. uel in MC partiliter constituto, faciet aduocatos, oratores procuratores, ex quorum ingenio, uita fulgeat licētia potestatis, eúmq; facit omnia propriis uiribus obtinere. Si uero ♄ istam coniunctionem, in optimis genituræ locis positus, in nocturna genitura respexerit, faciet insidias, pericula, accusationes, discrimina, nec non & popularis inuidiæ crimen adnectit. Quod si sic ♄ inspiciente, ♂ in occasu fuerit inuentus, & plenum crescentis ☽ lumen exceperit, ob maleficia, & illicita sacra, uel adulteratas pecunias, publice accusatos, faciet gladio perire, ☿ autem cum dominus genituræ fuerit, faciet

tit, faciet semper corpus modicum, & gracile, & quos facietenus pallor inficiat, oculos ue ro pulchritudinis honestate exornat, hiq; sane erunt, modicum cibum potúmq; sumentes, & quibus omnium scientia literarum conferatur, quíq; propter literas, & docti sermonis ornatum, assiduis soleant legationibus fungi, & quos secretarum, ac religiosarum literarum arcana delectent, faciétq; magistros, aut grāmaticæ artis, aut oratoriæ, seu physicarum literarum interpretes, & qui omnia negociationis officia, facili ratione pertractent, accipientes pariter, & dantes ac exhibentes facile cōmercium. Erunt sane in omni negociatione solliciti, utiles, & qui substantiæ facultates, suis uiribus colligant, patres quoq; familias, ab omni luxuriarum seposit uoluptate, iusti, sibi uaccantes, & à conuersatione publici strepitus separati, & qui omnes religiones, quadam animi trepidatione suscipiant. Si uero ualetudinis, ac uitiorum possederit locum, & maleuolarum stellarum fuerit minaci radiatione consternatus, ex humoribus uitia decernit, & si ☽ fuerit male collocata, aut spathicos, aut lunaticos, aut caducos facit, ac illis mors, aut ex aquis, aut ex humoribus quibusdam semper infertur.

SOLIS AC LVNAE DECRETA, CVM FVERINT CVM DOMINO GENITVRAE CONIVNCTI, CAP. XIII.



Scire autem nos oportet, sicut superius comprehendimus, quia ☉ & ☽ nunquam accipiunt genituræ dominatum. Sed cum domini genituræ in eorum finibus positi fuerint, uel cum ipsis opportuna radiatione coniuncti, uel in eorum domibus collocati, & ipsi in genituræ domini finibus constituti, uel in eius domibus collocati, ac ipsius locum prospexerint, aliquibus cum radiationibus intuentes plurimū etiam naturam suam cōmunicatam decernūt. Et licet sit alius genituræ dominus, plurimum; tamen à ☉ & ☽ radiationis societate confert. Quid itaq; ☉ cum genituræ domino, æquata societatis potestate, decernat, breuiter explicabo, quid similiter ☽, cum genituræ domino collocata constituat, deinceps breui sermonis axiomate pertingam, nam quantumcunq; decernant singuli, determinato temporis spatio in institutionum prælibato libro, satis supérq; specialiter attigimus.

☉ igitur si cum domino genituræ, hac qua diximus, fuerit radiatione coniunctus, cum cæteris quæ genituræ dominus dederit, hæc etiam pro naturæ suæ potestatibus, sua benignitate confert. Facit enim homines fidei plenos, sed cuiusdam superbię spiritu, non mediocriter inflatos, sapientes tamen, & omnia spiritu æquitatis moderatione compositos, humanos, religiosos, & qui patres suos integro semper amore colant. Facit etiam corpulentos, & quorum caput flauo capillorum crine lucescat, facit quoque agricolas, et patrimonia, propria uirtute quærentes, efficaces, cordatos, & qui semper aquosa regionum delectatione lætentur. Facit etiam tales, qui omnes actus, maxima cum honestate perficiant. Sed hi, ab uxore, & à filiorum erunt affectibus separati. Vitia uero, & ualetudines, circa oculos, & cæteras corporis partes frequenti facit igne comburi. Sed mortis exitus in peregrinis locis, uiolentos, publicósque decernit. Auget tamen ☉ uitæ tempus, si bene collocatus, genituræ fines teneat, & si eum maleuolarum stellarum radii non non impediant. *Sol cum domino genituræ.*

☽ si fuerit cum domino genituræ, hac qua diximus radiatione coniuncta, cum cæteris, quæ dominus genituræ dederit, hæc etiam sua benignitate, pro naturæ suæ potestatibus nato largissime confert. Facit enim homines stabiles, honoratos, ordinatos, honestos, magnos corpore, sed tamen corpus satis proportionatum, pro sui qualitate decernit, facit enim corporatos, sed quos honesta corporis pulchritudo uenustet, multum cibum sumentes, sed paruo potu gaudētes. Eorum tamen uita inæqualis erit, ac pro temporum ratione mutabitur, ut eorum patrimonium, & augeatur assidue, & assidua rursus iactura minuatur. Facit eos etiam in aquosis locis assidue commorari. Sed circa uxorem, & filios, ac matres pronos eorum facit semper affectus, & à paternis facit affectibus ☽

superari. Quod si ☽ maleuola stella radiauerit, uitia circa oculos semper efficiet, aut enim eos uulnere dedecorat, aut luminum aciem obscura suffusionis nube impugnat. Eorum uero corpus candidum facit, quadam tamen macularum uarietate signatum, aut enim lepræ maligna uulnera semper infigit, aut ipsum corpus assidua contractione deformat, aut hos eosdem tremuli corporis imbecillitate debilitat, aut ex malignis humoribus concreta peste, malum exitium mortis indicit, aut talium malorum segetem, fatali quadã dispositione conduplicat. Hæc tamen omnia, licet à malo signata fuerint, talis syderationis influxu, beneuolarum stellarum ut plurimum testimoniis minuuntur, ita ut non om̃ia tam minaci radiatione contingant.

GENERALES GENITVRAE DOMINORVM APHORISMI. CAP. XIIII.



CVM igitur ex lunæ cursu dominus sic genituræ solerti fuerit inquisitione inuentus. Non enim debemus ipsum solum, singulari ratiõe respicere, sed ex omnibus stellarum temperationibus figurare. Cum enim alter cum altero fuerit, uel cum testimoniũ suum præbuerit, pro natura sua, cũcta uel auget, uel minuit. Dñs enim genituræ, alienis radiationibus instructus, ex singulis stellis, quæcũq; illi testimoniũ perhibuerint atq; ex loci, & signi potestate decernit, diligentiámq; mutuatus, efficaciam suam, ex aliena radiatione cõponit. Si ergo malignus fuerit, beneuolarũ stellarum prosperis radiationibus mitigatur, ac tota in probitatis eius, atq; nequitiæ malitia mutatur, unde licet sit ad nocendum, ex sua malignitate paratus, ex bonarum tamen stellarum testimonio, ei quodammodo beneuola quædã gratia infigit, præsertim si omniũ fuerit beneuolarũ stellarũ prospera radiatione conuentus, nam & signũ & locum, si malus fuerit, beneuola semper mitigat stella. Si ergo plures fuerint, in quibus sit salutare præsidium, imaginem etiam ipse salutaris accipit uoluntatis, melius nanq; decernendi uotum sumit, si bonarum stellarum societate, nocendi mutauerit uoluntatem. Tunc enim infortunia, grauésq; casus, prosperis rursum actibus corrigunt̃, tunc accusati, & in grauibus discriminibus constituti, aut iudicũ sententiis, aut indulgentiis principalibus liberantur, tunc deniq; ægritudines deus sanat, omniáq; mala in ipsis infortuniorũ conatibus cõprimuntur. Si uero maleuola stella dominandi licentiã sola perceperit, cõtra hominẽ acerba continuatione grassat̃, & licentiæ suæ uires, cum magnæ necessitatis exercet imperio. Sic beneuolæ rursus stellæ, si non fuerint maleuolarum stellarũ minacibus radiis impeditæ, omnia felicitatis, & dignitatum ornamenta decernunt. Si uero maleuolarum stellarum eas impugnauerit radius, nihil possunt ex promissa felicitate decernere. Sic semper cõmixtiones, & radiationes omniũ diligenter debemus inspicere, aliter enim non poterit totius fati explicari substãtia, nisi hęc omnia fuerint diligenti inquisitione collecta. Illud etiã debemus solerti lucubratione colligere, cum maleuola stella genituræ fuerit dominium consecuta, an in opportunis genituræ locis posita sit, an in pigris, siue deiectis, an in domo, uel altitudine sua sit cõstituta, ex his enim om̃ibus, cum fuerint diligenti cõparatione composita, cum'q; stellarum, signorúmq; naturam atq; ex locorum, uel cardinum potestatibus cuncta collegeris, ex conditionum etiam diuinarum licentia, oẽm hũc locum uerissimis, ac certissimis poteris explicare sententiis, qui & totam genituræ cõtinet summã, uitæ'q; finẽ ac omnẽ decreti substantiã monstrat. Cũ ergo geniturã tractare cœperis, & totũ stellarũ cursum, diligenti ratiõe perspexerit atq; locorũ, & cardinũ uideris potestatem, ac omnia partili ratione collegeris in ipsis apotelesmatum principiis positus, nihil áliud in principe loco, nisi tẽpus uitæ diligẽti debes ratione colligere, ac genituræ dñi potestatem frequẽter inspicere. Cũ enim bene ordinatis quibusdã stellis, genituræ dominus angusta uiuendi spatia decernat, à ♂ solum, quicquid bene positæ stellæ decreuerãt immaturo mortis mutatur aduentu. Tempus ergo uitæ à ☉, & ☽, & ab horosc. parte, & quod est potissimum, à domino genituræ, diligenti debes ratione discutere, quæ omnia licet in hoc opere sparsim dicta sint specialiter tamen in singulari libro, quẽ de dño genituræ, atq;

tæ, atq; chronocratore, ad Murinũ nostrũ scripsimus, & cõprehensa sunt, & explicata. Laborandũ itaq; est, & omni intentionis solertia, quærendus genituræ dñs, ut per hunc, inuento uitæ spatio, & à chronocratore singulis stellis diuisio, omnia decreta possimus explicare. Inter cæteros præterea diametros, hoc maxime obseruandũ est, quod septeni anni, ac noueni, per omne uitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadã, & latenti ratione, uariis hominẽ periculorũ discriminibus semp afficiũt, unde & 63 annus, quia utriusq; numeri summã pariter excipit, androdas appellatus est, nouies enim septem anni 63 fiunt, & rursus septies nouem, simili modo anni fiunt 63. Quia itaq; utriusq; numeri cursus, in hoc anni æquata ratione concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septeni, & noueni anni, qui hebdomatici à Græcis, atq; enneatici appellant, grauia semper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet 63, qui utriusque numeri multiplicatam, & inuicem sibi obligatam perficit summã? Hac igitur ex causa androdas, ab Aegyptiis dictus est, quod omnẽ uitæ substantiam frangat, atq; debilitet. Inter cætera ergo pericula, quæ à maleuolis stellis, pro signorum anaphoris, minacíq; radiatione decernuntur, etiã hæc diligenti debemus ratione colligere, in illísq; periculis, & in his quæ ex septena, uel nouena annorum ratione colligimus, etiam ipso tempore debemus inspicere, quod periculi discrimen immineat, & an ☽, ac temporum, & genituræ dominũ beneuolæ stellæ, æqua radiatione respiciant. Si enim in opportunis genituræ locis ♃, & ♀ fuerint inuenti, in horosc. & ☽ partili radiatione respexerint, ac temporũ & genituræ dominum uiderint, minaces periculorũ impetus, salutari beneuolarum stellarum suarum præsidio subleuant, ac homines ex imminentibus periculis liberant. Periculorum autẽ non una substantia est, aut enim ex accusationibus & dilationibus, aut ex insidiis, & nauigationibus, aut ex itineribus, & damnis, patrimoniíq; amissione, aut ex ægritudinibus & uenereis rebus, corporísq; debilitate, aut ex bestiis, & ruinis, aut ex luto, & præcipitiis, omne periculorum discrimen affertur. Cum itaq; uideris, quale sit periculi discrimen in loco, respice, sicut ante diximus, qualiter horosc. uel ☽, uel ex quo loco beneuolæ stellæ respiciãt, & similiter genituræ dominũ, temporúmq; ut cũ securus fueris de uitæ substantia, tũc uideas, quibus rationibus imminẽtis, uel instantis periculi possint discrimina uitari. Illam etiam stellam intueri debes, quæ periculũ concitabit, id est in qua est temporũ dominus, in quo loco aut signo, & in quibus sit genituræ partibus cõstituta, & maxime tunc cũ periculũ decernit, similiter etiam quatenus eam beneuolæ stellæ respiciant. Si enim quæ periculum facit stella, in bonis locis fuerit inuenta, uel in iis, in quibus gaudet signis ac finibus, & à beneuolis respiciatur, ac in genitura bene sit collocata, discrimen imminentis periculi mitigat. Si uero aliter fuerit ac nocendi licentiã permissa sibi potestate perceperit, facit hominem inexplicabilibus miseriarũ laqueis implicari, ita ut mors imminens, seu periculum, nulla possit ratione, aut prouidentia uitari.

Hebdomatici anni.

Androdas.

PLANETA ACTVS VITAE NOSTRAE SIGNIFICANS. CAP. XV.



Vnc aũt explorare debemus, quis singulis hominibus quoslibet actus decernat, cuius etiam locũ, diligenti opus est ratione colligere. Sunt autẽ qui hominum actus decernant ♂, ♀, & ☿. Sed ex his tribus, ille decernit actus, qui aut in M C, fuerit, aut in dextro M C trigono, aut in sinistro, aut qui in illis cardinibus fuerit inuentus, in alicuius hominis genitura.

Si igit̃ ♂ actus decreuerit, & bene fuerit collocatus, ac beneuolis stellis opportuna fuerit radiatione cõiunctus in nocturna genitura, dat arma, ducatus, gloriã, gladii licẽtiam, ac maximarũ potestatũ insignia decernit, prout se decreti potestas extulerit, aut certe claris artibus, & nobilibus, ex igni & ferro illustrat, ad omnémq; scientiam, claro nobilitatis iudicio præponit. In pigris aũt & deiectis locis cõstitutus, & in iis signis, in quibus nõ gaudet, honestas quasdam artes, sed cum ignobilitate decernit. Quod si sic ♂ posito, beneuolæ stellæ radios suos commodauerint, ex actu uel opere, quodcũque fuerit decretum, illud

Mars actus decernit.

illud,& gloriam quandam,& substantiæ facultates decernunt.Si uero ♂ à beneuolis stellis fuerit desertus,habens tamen ipse actus decernendi potestatem,ac eum maleuolæ stellę respexerint, faciet subiectos, laboriosos, & qui plura impendant,quàm illis ex suis actibus,ad uitæ subsidia conferantur.

♀ Si auté ♀ actus decreuerit,& sit diurna genitura,sitq; in domo,uel in finibus suis, aut in horosc.partiliter constituta,aut in M C ,aut in xi,aut in v ab horosc.loco,aut in iis constituta locis,in quibus ipsa gaudet,magnos actus,& magnæ gloriæ decernit insignia,pręsertim si eam,sic positam,♃ trigonica radiatione respexerit,aut si ☽ minuta luminibus, ad eam feratur.In tanta enim cõstituet licétia potestatis,ut iste,qui sic habuerit ♀, regibus uel imperatoribus conferatur.Tunc enim coronas aureas,tũc prætextas decernit,aureásq; consularium,seu proconsulariũ palmatas.Faciet quoq; nobili potestate, pro climatis, ac genituræ mensura,gymnasiarchas,prouinciarũ sacerdotes,claros semper, ac nobiles, & quorum honoris insignia,per totius orbis spatia perferantur,gratos etiam reddit amabiles,uenustos,iustos,& quibus cupiant omnes quacunq; ratione prodesse,quibus quoq; à feminis,uel uxoribus magna felicitatis insignia conferantur.Si uero non fuerit in iis locis,signis uel finibus,sed in alienis,dabit artes honestas,& mundas,facit enim aurifices, inauratores,bracteatios,argentarios,musicos,organarios,pictores.Si uero in deiectis locis fuerit inuenta,faciet hospites,popinarios,tabernarios,myropolas,& qui coronas,ex florum uarietate compositas,festis ac sacris diebus,distrahere consueuerint, & quecunq; ad lætitiam,uel delectationem sunt necessaria.Sed generaliter si cũ eo,qui actus decernit, beneuola stella fuerit,uel eum trigonica radiatione respexerit,ipsi actui gloriam,famam,nobilitatémq; decernit,ac maxima facultatum incrementa largitur,& quanto plures beneuolæ stellæ,radios suos actus decernenti,societatésq; contulerint,tãto maiora felicitatis cõferunt augmenta,ac ex ipso actu,tanto maiores gloriæ nomen adiiciunt, & præsertim,si recto cursu pergentes,beneuolæ stellæ,quæ testimonium perhibent,in matutino ortu fuerint inuentæ.Quod si sine testimonio beneuolarum stellarum,actus decernentem maleuolæ stellæ solæ respexerint, uitæ humilitaté,& subiectos actus,ac laboriosos decernũt,talésq; reddunt,qui ex ipsis actibus,assiduis pulsentur infamiis.Quod si maleuolæ,& beneuolæ stellæ,actum decernenti,æquali ratione consentiant,omnes omnia pro sua decernendi natura faciunt,fortiores uero erunt q̃ se maiori radiatione coniunxerint.

☿ Si uero ☿ actus decreuerit,& in principalibus fuerit locis constitutus,sicut de ♀, & ♂ ante diximus,sitq; in altitudine,finibus uel in domo sua,facit reges,aut iudicibus præpositos,aut quibus regię rationes credantur,aut imperatorũ magistros,aut his similes actus, omni ratione decernit,secundum tamen signorum naturam,ac potestatem,quæ illi suũ testimoniũ cõmodarint. Facit etiam oratores,architectos,mathematicos,astrologos,aruspices, quod etiam pro signorum qualitate decernit. In solidis enim cõstitutus iudicia maxima rationésq; decernit.In tropicis auté ex mutationibus,aut interpretationibus decernit officia In æquinoctialibus uero publicis ponderibus præponit In duplicibus auté cordatos,astrologos,ingeniosósq; facit inuentores,& omnia quæcunq; his artibus,ac disciplinis similia uidentur,hac ratione decernit.Generaliter itaq; illud scire debemus,quod quotiescunq; ☿ actús decreuerit,si beneuolarũ stellarum fuerit testimoniis adornatus gloriam honorúmq; processus,& maximæ auctoritatis decernit insignia,contrà uero, maleuolæ stellæ,deiectiones,humilitates,miserias,infamiásq; decernunt,sed in ipsis decretis,ex natura stellarum, nõ modica differentia est,♂ in testimonium perhibés, faciet auctores, audaces,periculosos,cito mobiles,& qui omni ratione fallanť,sed nũq̃ alicuius potestatis licentia subiugenť, ♄ uero mansuetos,altos, tacitos inflatósq; perficiet, & qui om̃ia cũ dissimulatione faciant.Hoc & in cæteris duabus stellis intueri debebis, quæ omnia cũ à te fuerint solerti ratione collecta,uerissimi decreti,totã poteris explicare substantiã,sicq; mores hominũ figurare,ut ad picturæ similitudiné,ex respõsis tuis,om̃ia corporis lineamenta cernantur, nec minus latens hominum motum affectus inueniatur & animus.

Triginta

TRIGINTA SEX SIGNORVM DECANI, EORVMQVE DECRETA. CAP. XVI.



XPLICATVRO mihi nunc doctrinæ huius uenerandæ secreta, quæ diuini ueteres, cum maxima trepidatione dixerunt, quæ'q; obscuritatis ambagibus inuoluta reliquerũt, ne publicata diuina scientia ad profanorum hominum notitiam perueniret, intento animo & quieto, nec aliis rationibus occupato, quicquid illi dixerint, in hoc tractatu, facillimis rationibus intimetur. Singula igitur signia in superiore institutionum libro, ternos habere decanos diximus, sunt autem decani magni numinis ac potestatis, per ipsosq; prospera omnia, ac infortunia decernuntur. Sic & Necepso, Aegypti iustissimus imperator, optimus quoque astronomus, per ipsos decanos, omnia uitia ualetudinésq; collegit, ostendens quam ualetudinem quis decanus efficeret, quia una natura ab alia uincitur, unúsq; deus ab altero ex contrariis ideo naturis, contrariísq; potestatibus omnium ægritudinum medelas, diuinæ rationis magisteriis adinuenit. Trigintasex itaq; decani, omnem Zodiaci possident circulum, ac per xii signorũ numerũ deorum, seu decanorum hæc multitudo diuiditur. Sed cum sint in signis singulis terni decani, non in omnibus triginta partibus eorũ est numen constitutũ, sed per singula signa, terni decani, quasdam partes possident, quasdã uero relinquunt. Plenæ sunt itaq; partes, in quibus decani fuerint inuenti, uacuæ uero ad quas nunq̃ decanorũ numerus accedit. Quicunq; igitur in genitura sua ☉ & ☽, ac quinq; planetas, in plenis partibus habuerit, erit quasi deus, maximæ maiestatis pręsidio subleuatus. Sed nunq̃ fieri poterit, ut in hominis genitura ☉ & ☽, ac quinq; planetæ in plenis partibus constituantur. Qui ergo unam stellã præter ☉ & ☽, in plenis partibus habuerint, mediocres erunt, qui duas ad omne felicitatis genus accedunt, qui tres, ultra modũ multiplicata felicitatis ornamenta percipiunt, qui uero quatuor, ad potentiã regiæ felicitatis attingunt. Vltra aũt hunc numerũ in nullis genituris, plenas stellæ possident partes. Qui uero nec horosc. nec ☉ & ☽, nec aliquam stellam in plenis habuerit partibus, erunt miseri, destituti semper, & pauperes, & ad omnẽ felicitatis discrimen, miseriarum cõtinuationibus applicati. Sanè in omnibus locis, ac stellis, rationem istam diligenter debes inspicere, si enĩ horosc. in plenis partibus fuerit, erunt uitæ uirtute animi æqualitate corporis, & auctoritatis potestate præualidi. Qui uero in partibus uacuis, horosc. habuerint, erũt corpore miseri, animo deiecti, inualidis uiribus, ac semper potentioribus seruientes, æqualibúsq; subiacentes, & qui in omnibus negociis, auctoritatis libertatem amittãt. Simili ratione etiam MC pars, si in uacuis partibus fuerit inuenta, uacuam decreti sui efficaciam præstat, si uero in plenis partibus, omnia integra, ac incorrupta decernit, quæ locus iste præstare cõsueuerit. Simili modo fortunæ locus, genituræ dominus, ac etiam ille, quẽ superius actũ præstare signauimus, omnes enim hi, licet in opportunis genituræ locis, positi fuerint, si tamen in plenis partibus nõ sint constituti, perdunt licentiæ potestatẽ, si uero plenas possederint partes, omnia quæ nos decernere præmisimus, incorrupta potestate decernunt. Explicabo itaq; partes plenas, & uacuas, ut disciplinæ huius secreta, nullus inuidiæ liuor immaculet, decanorũ etiam nomina Aegyptio sermone proferam, ut totum tibi, quod promisimus, intimemus, ab ♈ potissimũ exordiũ faciẽtes illæ enim partes sunt plenę, in quibus decanorũ noĩa iu ueneris, uacuæ uero, q̃s nudas, incultásq; decani penitus reliq̃rint.

♈ decanorum partes plenæ, uacuæ'q;.

1	locus	partibus	3	uacuus
2	locus	partibus	5	Asiccan
3	locus	partibus	9	uacuus
4	locus	partibus	3	Senachet
5	locus	partibus	6	uacuus
6	locus	partibus	4	Asentacer

Sunt igitur in ♈ plenæ partes 12, uacuæ uero 18.

♉ deca-

♉ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	3	uacuus
2	locus	partibus	8	Asicath
3	locus	partibus	2	uacuus
4	locus	partibus	8	Viroaso
5	locus	partibus	5	uacuus
6	locus	partibus	4	Aharph.

Sunt igitur in ♉ plenæ partes 20, uacuæ uero 10.

♊ decanorum plenæ partes, uacuæq́;.

1	locus	partibus	7	Thesogar
2	locus	partibus	2	uacuus
3	locus	partibus	5	Verasua
4	locus	partibus	3	uacuus
5	locus	partibus	6	Tepisatosoa
6	locus	partibus	7	uacuus.

Sunt igitur in ♊ plenæ partes 18, uacuæ uero 12.

♋ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	6	uacuus
2	locus	partibus	6	Sothis
3	locus	partibus	2	uacuus
4	locus	partibus	4	Syth
5	locus	partibus	2	uacuus
6	locus	partibus	9	Thuimis
7	locus	partibus	1	uacuus.

Sunt igitur in ♋ plenæ partes 19, uacuæ uero 11.

♌ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	7	Aphruimis
2	locus	partibus	3	uacuus
3	locus	partibus	4	Sithacer
4	locus	partibus	6	uacuus
5	locus	partibus	10	Phuonisie.

Sunt autem in ♌ plenæ partes 21, uacuæ uero 9.

♍ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	5	uacuus
2	locus	partibus	4	Thumis
3	locus	partibus	2	uacuus
4	locus	partiqus	6	Thopitus
5	locus	partibus	6	uacuus
6	locus	partibus	4	Aphut
7	locus	partibus	3	uacuus.

Sunt igitur in ♍ plenæ partes 14, uacuæ uero 16.

♎ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	5	Serucuth
2	locns	partibus	8	uacuus
3	locus	partibus	3	Aterechinis
4	locus	partibus	8	uacuus
5	locus	partibus	3	Atepien
6	locus	partibus	3	uacuus

Sunt igitur in ♎ plenæ partes 11, uacuæ uero 19.

♏ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	3	uacuus
2	locus	partibus	5	Sentacer
3	locus	partibus	6	uacuus
4	locus	partibus	6	Tepiſeuth
5	locus	partibus	2	uacuus
6	locus	partibus	5	Sencinet
7	locus	partibus	3	uacuus.

Sunt igitur in ♏ plenæ partes 16, uacuæ uero 14.

♐ decanorum plenæ partes, uacuæq́;.

1	locus	partibus	8	Eregbuo
2	locus	partibus	3	uacuus
3	locus	partibus	8	Sagen
4	locus	partibus	4	uacuus
5	locus	partibus	7	Chenen.

Sunt igitur in ♐ plenæ partes 23, uacuæ uero 7.

♑ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	7	uacuus
2	locus	partibus	6	Themeſo
3	locus	partibus	5	uacuus
4	locus	partibus	4	Epima
5	locus	partibus	5	uacuus
6	locus	partibus	6	Homoth.

Sunt igitur in ♑ plenæ partes 13, uacuæ uero 17.

♒ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	4	uacuus
2	locus	partibus	5	Oroaſoer
3	locus	partibus	4	uacuus
4	locus	partibus	6	Aſtiro
5	locus	partibus	3	uacuus
6	locus	partibus	8	Tepiſatras.

Sunt igitur in ♒ plenæ partes 19, uacuæ uero 11.

♓ decanorum partes plenæ, uacuæq́;.

1	locus	partibus	6	uacuus
2	locus	partibus	6	Archatapias
3	locus	partibus	3	uacuus
4	locus	partibus	4	Thopibui
5	locus	partibus	6	uacuus
6	locus	partibus	3	Atembui
7	locus	partibus	2	uacuus.

Sunt igitur in ♓ plenæ partes 12, uacuæ uero 17.

Iſtam rationem ueteres, inuolutam uariis obſcuritatibus reliquerũt, ne ad hominum noticiam, ueriſſima hæc, & immutabilis ratio perueniret. Sed magnus ille Petoſyris, hãc partem leuiter attigit, non quod etiam eam neſciret, qui iam ad omnia diuinitatis ſecreta acceſſerat, ſed eam plenius docere noluit, ne immortalem operis ſui diſciplinam, in poſteros relinqueret. Cum igitur ſtellarum omnium, & horoſc. ac cæterorum locorũ qualitatem, diligenti ratione collegeris, nouiſſime reſpicias per hunc numerum, utrum in plenis partibus, an in uacuis, ſingulæ ſtellæ reſideant. Tunc enim ſecundum hæc, quæ ante diximus, totius decreti poteris explicare ſubſtantiam.

DECANORVM SEDES								
SI.	VA.	PLE.	VA.	PLE.	VA.	PLE.	VA.	
♈	3	8	17	20	26	30	0	
♉	3	11	15	21	26	30	0	
♊	•	7	9	14	17	23	30	
♋	6	12	14	18	20	29	30	
♌	•	7	10	14	20	30	0	
♍	5	9	11	17	23	27	30	
♎	0	5	13	16	24	27	30	
♏	3	8	14	20	22	27	30	
♐	0	8	11	19	25	30	0	
♑	7	10	15	19	24	30	0	
♒	4	9	13	19	22	30	0	
♓	6	12	15	19	25	28	30	

SIGNORVM PARTES MASCVLINAE, FOEMININAEQVE CAP. XVII.



Nunc autem masculinas, & fœmininas signorum partes referabo, sunt enim tam in masculinis, quàm in fœmininis signis, & masculinæ similiter, ac fœmininę partes, ex iis uero partibus, cuius genitura sit masculina, cuiusue fœminina reperitur. Sunt itaq; masculinæ partes 197, fœminæ uero 163. Quomodo autem facillime dignoscantur, per sequentem tabulam specialiter explicabo.

♈ ab una usq; ad septimam masculinæ sunt partes, ab octaua usq; ad duodecimam femininæ, rursus à decima tertia usq; ad decimam sextã masculinæ, à decima septima usq; ad uigesimã secundã femininæ, à uigesima tertia autem usq; ad trigesimam masculinæ.

♉ à prima usq; ad septimam masc. sunt partes, ab octaua usq; ad decimam nonam femininæ, à uigesima uero usq; ad trigesimam masculinæ.

♊ à prima usq; ad decimam septimam, masculinæ sunt partes, à decimá octaua usque ad uigesimã tertiam femininæ, à uigesima quarta autem, usq; ad trigesimã, masculinæ.

♋ à prima usq; ad secundam, masc. sunt partes, à tertia usq; ad septimam, femininæ, ab octaua usq; ad decimam, masc. ab undecima, usq; ad duodecimam, femininæ, à decima tertia usq; ad decimam octauam, masc. à decima nona usq; ad uigesimam, femininę, à uigesima prima usq; ad uigesimam septimam, masculinę, à uigesima octaua, usq; ad trigesimam partes omnes sunt femininæ.

♌ à prima usq; ad quintam masc. sunt partes, à sexta, usq; ad septimam femininæ, ab octaua usq; ad decimam quintam, masculinæ, à decima sexta usq; ad uigesimam sextam femininæ, à uigesima septima uero, usq; ad trigesimam, masculinæ.

♍ à prima usq; ad septimam masculinæ sunt partes, ab octaua, usq; ad uigesimam secundam femininæ, à uigesima tertia usq; ad uigesimam quartam, masculinæ, à uigesima quinta usq; ad trigesimam, femininæ.

♎ à prima, usq; ad quintam, masculinæ sunt partes, à sexta usq; ad decimam femininæ, ab undecima usq; ad uigesimã primã, masculinæ, à uigesima secunda, usq; ad uigesimam octauam, femininæ, à uigesima nona, usq; ad trigesimam masc.

♏ à prima usq; ad quartam masculinæ sunt partes, à quinta, usq; ad decimam femininæ, ab undecima rursus usq; ad duodecimam masculinæ, à decima tertia usq; ad decimam nonam femininæ, à uigesima usq; ad uigesimam septimam masc. rursusq; à uigesima octaua usq; ad trigesimam femininæ.

♐ à prima usq; ad secundam, masculinæ sunt partes, à tertia, usq; ad quintam, femininæ, à sexta usq; ad duodecimam masculinæ, à decima tertia usq; ad uigesimam tertiam, femininæ, à uigesima quarta uero usq; ad trigesimam masculinæ.

♑ à prima usq; ad octauam masculinæ sunt partes, à nona rursus usque ad duodecimam femininæ, à decima usq; ad decimam nonam, masculinæ, à uigesima uero usque ad trigesimam, femininæ.

♒ à prima usq; ad nonam masculinæ sunt partes, à decima rursus ad duodecimam fœmininæ, à decima tertia, usq; ad decimam nonam, masculinæ, à uigesima uero, usque ad trigesimam femininæ.

♓ à prima usq; ad decimam masculinæ sunt partes, ab undecima rursus ad uigesimã femininæ, à uigesima prima usque ad uigesimam tertiam mascul. à uigesima quarta usq; ad trigesimam sunt femininæ.

SIGNORVM PARTIVM SEXVS

SIG.	MAS.	FEM.	MAS.	FEM.	MAS.	FEM.	MAS.	FEM.
♈	7	12	16	22	30	0	0	0
♉	7	19	30	0	0	0	0	0
♊	17	25	30	0	0	0	0	0
♋	2	7	10	12	18	20	27	30
♌	5	7	15	26	30	0	0	0
♍	7	22	24	30	0	0	0	0
♎	5	10	21	28	30	0	0	0
♏	4	10	12	19	27	30	0	0
♐	2	5	12	25	30	0	0	0
♑	8	12	19	30	0	0	0	0
♒	9	12	19	30	0	0	0	0
♓	10	20	25	30	0	0	0	0

LVNAE DECRETA, CVM SINGVLIS PLANETIS IN CARDINIBVS. CAP. XVIII.


Explicatis his omnibus, ac diligenti ratione monstratis, ad huius libri terminum properabo, sed quia in eius principio, multa de ☽ cursu diximus, posteriores etiam partes eius, simili fine claudemus, ut potentissimũ ☽ numen huic libro, & initium dedisse uideatur, & finem. Quid itaq; in cardinibus, cum cæteris stellis ☽ constituta decernat, generaliter uerissimis, ac manifestissimis sententiis explicabo, ut in quinto deinceps libro, cætera sine inuidia, diuinæ matheseos secreta pandamus.

☽ cum ☉ si partiliter in horosc. fuerit inuenta, in iis, in quibus gaudet uel exaltatur signis, aut in domicilio suo, ac ☉ iam radiis liberata, parentes claros facit, ac splẽdore facultatis ornatos. Hoc idem etiam in M C parte, cum ☉ constituta significat. In occasu uero, hoc est in septimo ab horosc. loco, ac in I M C, si cum ☉ fuerit partiliter collocata, aut seruos, uel miseros, degeneres, proscriptos, aut mendicos parentes facit, sed hæc pro signorũ, uel partium qualitate decernit. Si uero ♂ sic ☽ positam, minaci radiatione respexerit, ac utriq; fuerit partili radiatione contrarius, corpus graui uitio debilitat, ac frequenter oculorum cæcitatem indicit. Si uero in iisdem partibus ☉, & ☽ pariter cum ♂ fuerint, & parentes, & ipsos misera deiectionis humilitate prosternit, ac uiolenta mortis decernit exitia, pessimúmq; finem indicit. *Luna cũ Solẽ in horosc.*

☽ cum ♄ si partiliter in horosc. fuerit inuenta primos nasci, uel nutriri faciet, sed matribus miserum pondus uiduitatis imponet. Aut enim eas facit in templorũ conuersationibus detineri, aut ex necessariis & muliebribus locis, graue ualetudinis discrimen indicit. Hoc idem & in M C decernit, si cum ♄ in eo loco fuerit partiliter inuenta. In occasu uero, id est in septimo ab horosc. loco, et in I M C, matrem facit squallore seruitutis oppressam, ipsos uero, qui fuerint nati, aut captiuos reddet, aut à parentibus separatos, hæc tamen omnia pro signorum, ac partium qualitate decernit. ♄

☽ cum ♃ si partiliter in horosc. fuerit constituta, matrem facit splendido genere nobilitatis ornatam. Ipsos uero religiosos, ac futurorum præscios reddit, erunt autem sane clari, nobiles, & potentes. Hoc idem & in M C parte cum ♃ constituta decernit. In occasu uero, id est in septimo ab horosc. loco, cum ♃ partiliter constituta, ac in I M C, paternas dilapidat facultates, sed postea, aut amicorum præsidio, aut ex affinium hæreditatibus, hi maximas consequentur substantiæ facultates. In omnibus tamen partium, ac locorum potestatem debes, ut diximus, frequenter inspicere. ♃

☽ cum ♂ si partiliter in horosc. fuerit inuenta, peregrinam matrem, aut debilem monstrat, natorum autem stomachum, aut oculos debilitat. Si uero diurna fuerit genitura, toto corpore debiles reddit, aut corporis partem amputat. Hoc idem & in M C parte promittit. In occasu uero, id est septimo ab horosc. loco, uel in M C, si cum ♂ fuerit inuenta, patriam relinquentes facit, ac in peregrinis regionibus cõmorantes. Si uero ☿ cũ ipsis fuerit inuentus, faciet latrones, piratas, homicidas, templorum spoliatores, sacrilegos, & qui falsi crimen semper incurrant, & propter hæc, publica sæpius animaduersione plectantur, omnia tamen, sicut frequenter diximus, pro signorum qualitate cernuntur. Si uero ♄ aliqua radiatiõe respexerit, publicis custodiis, uel carceribus aut cathenatũ nexibus faciet obligatos, ita ut eos infensa criminum deturpet semper ingluuies, ac in tali necessitate constituat, quod etiam ab inimicis alimenta deposcant, quidã tamen in custodia, & uinculis perseuerantes, etiam uitæ suæ terminũ cõplent. Si uero ♃ hos omnes, ex aliqua parte respexerit, in templis eos facit seruilibus, ac humilibus officiis deputari. ♂

☽ cum ♀, si partiliter in horosc. uel in M C fuerit inuenta, faciet notos, nobiles, & quibus maxima potestatis conferantur insignia. In occasu uero, id est in 7 ab horosc. loco & in I M C constituti, humile matris genus ostendunt, sed quibus nunq̃ desit uitæ subsidium, qui tamen in prima ætate, uaria semper pulsantur infamia. In omnibus autem signis, ♀

gnis,ac locis,si cum ♀ fuerit inuenta,duarum fororum maritos facit, aut duorum fratrum uxores,aut affines,uno matrimonii uinculo fociat.

☿ ☽ cum ☿,si partiliter in horosc.uel in M C fuerit inuenta,literarum gratia claros,ac nobiles faciet,& ad omne negociationis officium aptos.Si uero in occasu,id est in septimo ab horosc.loco,uel in I M C fuerit inuenta,creditarum rerum actus,fœnoris'q;,ac rationũ officia decernit. Hæc nos in ultimis huius libri partibus dixisse sufficiat,hoc em̃ ultimus iste operatus est sermo,ut omnium præcedentium disputationum,ad memoriam tuam reuocaret effectum.

LVNAE CONIVNCTIONIS, DEFLVXIONISQVE THEORICA. CAP. XIX.



Vnc illud intimare debemus,qua ratione defluat partiliter ☽, quáue iungatur,quas uocant Greci, συναφείας, καὶ ἀποῤῥοίας.In omnibus enim signis,& à multis defluit,& ea multis radiatione coniungitur. Primũ igitur respice,in quocũq; signo,in cuius stellæ finibus fuerit inuenta,nam ab ea defluẽs ad illã ferẽ,cuius fines in eodẽ signo,secundo loco fuerit ingressa. Respice deinde quatenus eam finiũ dñs,uel in quo loco constitutus aspiciat,ac præcedentiũ apotelesmatũ ratione cocepta,omne fatum hominis,ueris poteris explicare sententiis.Respice quoq; tertio ordine,cuius stellæ partes ingrediaẽ,nam ex ipsis etiam decernendi concipit potestatem,sícq; progredere,quousq; ad ipsius signi nouissimas partes deueniat,ue omnia possis specialiter inuenire,quæ ad ☽ pertinent efficaciam.Illud etiam sciendũ est, quod in omnibus signis,quoties ☽ nouissimas partes possederit,ad nullũ feratur,occurrentis enim signi obstaculis impeditur.Sed et rursus in primis signi partibus posita,à nullo defluit,túncq; sola coniunctionis efficacia quæriẽ.Omnis enim præcedentiũ partiũ potestas,ex illo termino,qui inter utrũq; signũ est,prætermissa deseritur,ac ex prima signi parte in succedentes exoritur,& hæc est partilis coniunctio,defluxioq; ☽,nam platice,ex integris facimus signis,sed nos in omni tractatu,partili debemus omnia ratione tractare.Vnde iterum te atq; iterum,iisdem cõmonitionibus cõuenimus,ut quotiescunq; tractas genituram,totum pariter decreti corpus inspicias,ac omnia ex singularũ stellarũ ratione cõponas,locorũ etiam,ac partiũ potestatẽ,diligenter inspicias,signorũ quoq; geniturã,cum locorũ qualitatibus cõpares,cõditiones intuearis,necnõ stellarũ cursus pariter,ac formas, defluxiones quoq;,coniunctionésq; ☽ diligenti ratione consideres.Sic enim quemcunq; tractueris locũ,uerissimis poteris explicare sentẽtiis,si hæc omnia solerti inuestigatione collegeris.Nũc aũt residuus tractatus,ad quinti libri principia transferaẽ,ut necessariis omnibus explicatis,ad partilia apotelesmata,ad sphærámq; barbaricã,omnis disputationis nostrę ratio transcribaẽ.Sed quia iam expedita prima operis nostri parte,ad secundam principalem accedimus,quæ etiã in quatuor membra,ueluti prima,diuisa est,ut facilius intelligas,quid in eorum unoquoque tractãdum sit,breui propositione,singulorũ partes summatim enumerabimus.

Argumentũ libri quinti. Quintus igiẽ liber, quid mũdi cardines decernãt insinuabit,id est qd horosc. cæteriq; cardines tres,in quibúsq; signis cõstituti,quid promittãt,quomodo in singulis minutis inuẽtus horosc.totã uitæ dicaẽ monstrare substantiã.In qbus etiã stellæ cuiúsq; finibus,inuentus horosc.& à qbus finiũ dñs respectus,uel ipse horosc.quid mineẽ. Quid'ue decernãt stellæ,in qbus'q; signis,finibus,decanis,uel domibus positæ,ac de xii signorũ uirtutibus explicabit.

VI Sextus liber de quatuor signorũ stellis claris atq; regalibus,de trigonica,quadrata,diametra,uel hexagona stellarũ radiatione,de stellis pariter cõstitutis, aliarũ radios impugnantibus,uel eleuãtibus,simul'q; de ☽,uel ☉ radiorum diuersitate.Quid in diuersis locis,uel finibus positæ stellæ,aliorum'q; radiis occupatę,decernant,de ephodis, de temporum diuisione,quid'ue constituant.

VII Septimus liber,de statu uitæ disputabit,de mortis qualitate,ac uitiis hominũ,de parentibus,quis prior decedat,déq; omnium uitæ rerũ accidẽtibus,ac de regalibus genituris.

Octauus

Octauus ac ultimus liber, de nonagesima horosc. ac ☽ parte tractabit, de uidentibus, & audientibus signis; quæ partes, in quibus signorū mēbris, cōstitutæ sint. In quibus signorum locis, quæ res orianť, in quibus signorū partibus, horosc. inuentus, qualē uirū faciat, uel quid decernat. Quæ sint claræ partes signorū, & quod decernētis horosc. cōstituta licentia nō inueniť, nisi oībus rebus ac mixturis cōsideratis, omniū numinū decreta pōderenť. VIII

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM PROCONS. MATHESEOS. LIB. V.

PRAEFATIO.



MAXIMA Mauorti promissionis nostræ fundamenta iactauimus & plurimum per singulos gradus crescens adultus sermo profecit, omnia enim quæ ad explicandum, quibusdam difficilia uidebātur, atq; multis obscuritatum ambagibus inuoluta, docili sermonis explicatione monstrauimus. Si itaq; capax ingenium, & flagrantis animi desiderio cōmotum, præcedētes hauserit libros, & sit opportuna stellarū radiatione conceptū, ad diuina istius sciētiæ secreta perueniat, ac initiatū omnibus eiusdē scientiæ disciplinis, totum ordinē diuinę interpretationis accipiet, ut possit fata hominū, & inuenire pariter, & explicare. Sed amplius aliquid à nobis expectat auditus, sic enim præcedentiū librorū principia formata sunt, ut & iis quæ scripsimus, maioris adhuc operis substantia requirať. Ne itaq; desiderantis animi cupiditatem, falsa promissione decipiam, omni inuidiæ liuore deposito, ac omni desidiæ torpore proiecto, accumulata Matheseos secreta præueniā, ne in ipsis principiis intentio tuta, inuidiæ, ac malitiosæ taciturnitatis uitio relinquať. Plenū itaq; quod ꝓmisimus, reddimus opus, oīa prudentiæ tuæ specialiter intimātes. Sed ne sermo nudus diuino pręsidio relinquať, cū his conatibus, aduersantis maleuoli cuiuspiā hominis liuor impugnet. Tu quicunq; es deus, qui per singulos dies cœli cursum, celeri festinatione continuās, qui maris fluctus mobili semper agitatione perpetuas, qui terræ soliditatē, immoto fundamentorū solio roborasti, qui laborē terrenorū corporū, nocturnis opibus recreasti, qui refectis uiribus rursus dulcissimi luminis gratiā reddis, qui corporis fragilitatē, diuinæ mentis inspiratiōe sustentas, qui oēm operis tui substantiā salutaribus uentorū flatibus uegetas, qui fontiū, ac fluuiorū undas, infatigabili necessitate profundis, qui temporū uarietatē certis dierū cursibus reddis, solus omniū gubernator ac princeps, solus imperator ac dn̄s, cui tota potestas numinū seruit, cuius uoluntate, operis perfectio ac substātia constat, cuius incorruptibilis natura, cunctā perpetuitatis substantiā ornat, tu omniū pater, pariter ac mater, tu tibi pater ac filius uno uinculo necessitatis obligatus, tibi supplices manus tendimus, te trepida supplicatione ueneramur, da ueniam quod tuorū cursus syderū, eorūmq; efficacias explicare conamur, tuum sit, quod ad istam nos interpretationem nescio quod impulit numen, pura mente & ab omni terrena conuersatione seposita, ac cunctorum flagitiorū labe purgata, hos Romanis tuis libros scripsimus, ne omni disciplinarum arte translata, solum hoc opus extitisse uideatur, ad quod Romanum non affectasset ingenium. Vósq; perennium syderum cursus, túq; ☽ etiam humanorū corporum mater, ac tu omniū syderum princeps, qui menstruis ☽ cursibus, lumen & adimis pariter, ac reddis ☉ optime maxime, qui omnia per dies singulos maiestatis tuæ moderatione cōponis, per quē cunctis animantibus immortalis anima diuina dispositione diuiditur, qui solus cœli ianuas aperis claudísque, ad cuius arbitrium fatorū ordo disponiť, Da ueniam, quod gracilis sermo, ad numinis tui secreta peruenit, non enim sacrilega cupiditas, aut profanæ mentis ardor ad hoc nos studium nuper impegit, sed animus diuina inspiratione firmatus, totum conatus est, quod didicerat explicare, ut quicquid diuini ueteres ex Aegyptiis Inuocatio.

adytis protulerunt, ad Tarpeiæ rupis templa perferret. Veſtrum itaq; date mihi ſecreta præſidium, & trepidationem animi, ueſtra maieſtate formate, ne numinis ueſtri tutamine deſtitutus, ordinem non poſſim præmiſſi operis continuare.

SIMPLICIA CARDINVM DECRETA SINE ALICVIVS PLANETAE TESTIMONIO CAP. I.



HAbet etiam Mauorti decus noſtrum, ſine alicuius ſtellæ præſentia ex natura ſua maximam decernendi poteſtatem, & multis in genituris operatur ipſa ſignorum nuda ſubſtantia. Sed hæc efficacia in ſolis cardinibus inuenitur. Cardines enim, ſi etiam ſine diis à ſtellarum teſtimoniis relinquātur, ex ſua natura tamen decernendi accipiūt poteſtatem, quod ut manifeſtius intelligas, ipſius rationis auctoritate breuiter demonſtrabo. Si horoſc. in ♈ fuerit inuentus in ♑ erit M C, occaſus uero in ♎, I M C autem in ♋. Qui itaq; habuerit horoſc. in ♈,
Horoſc. in ♈. quid ipſe, quid'ue reſidui tres cardines decernant, generaliter explicabo, cū horſc. in ♈ fuerit, plurimam nato iuuentutem decernit, fratres denegat, aut ex pluribus fratribus unum reſeruat; ſed & ipſum uitii cuiuſdam acerbitate debilitat, ac eius nomen ſemper odio proſequitur, paternáq; ſubſtantia eius in eodem ſtatu non perſeuerat, ſed nunc dilapidata diſpergitur, nunc rurſus diſſipata colligitur, uidebitur ſane quibuſdam ex nimia liberalitate tutior, aliis uero liberalitatis eius conſtantia diſplicebit, ac beneficia ſua præſtabit ingratis, ita ut nunquam ei pares gratiæ rependantur, erit ſane mutabilis, & caput eius, uariis ſemper doloribus fatigabitur. Si uero in ♑ M C partiliter fuerit, perſeueranter cuiuſdam gloriæ ornamenta decernit, & facet ei multos cum quadam humilitate blandiri, erit negociis quibuſdam, literíſq; præpoſitus, qui multis quotidianæ uitæ alimenta ſuppeditet, ac alienas facultates propria procuratione ſuſtentet, multíſq; in rebus neceſſariis ingenioſus, & cui abſconſarum religionum ſecreta credantur, quíq; ad arcana cœleſtia facile penetret, & præcipue ſi iſtum locū ☿ ſtella, ex aliqua parte reſpexerit, uel etiam ſi in ipſo fuerit inuentus. Tertius uero cardo, id eſt occaſus, etiam decernendi ſibi licentiam uendicat. Is ſi in ♎ fuerit inuentus, uitam in domo regia aſſidua conuerſatione decernit, aut in publicis actibus conſtituit, erit tamen natus uitæ ex quadam inæquali parte mutabilis, ita ut felicitates omnis ſemper infelicitas ſubſequatur, ac proſperitates infortunium, atq; aliquando ex ultimo dignitatis gradu, ad infimum, caduca humilitate reuocetur, nam omnem eius claritatem inuidiæ liuor impugnabit, præſertim ſi horoſc. ♃ trigonica radiatione nō uiderit, uel ſi in eo non fuerit conſtitutus, tunc enim hæc mala fortius conualeſcūt. Quartus erit cardo in I M C, is erit ♈ horoſcopāte, ſemp in ♋, faciétq; claros, et coronarū infulis adornatos, quibus ſtatuæ pariter, & imagines decernantur. Si uero iſtum locum ♃ in horoſc. conſtitutus reſpexerit, uel ſi in ipſo loco fuerit inuentus, erunt ei quidam ex affinibus aduerſarii propter ſe, uel propter aliquem ſibi neceſſarium, erítq; ipſe intonſus, ac crinium ſordibus ſquallidus, ſed neceſſariorum ſemper abundantia copioſus, præſertim ſi in quocunque cardine ♃ fuerit inuentus.

♉ Si horoſc. in ♉ fuerit inuentus, is qui ſic eum habuerit, multis laborum continuationibus fatigabitur, & quicquid in prima ætate fuerit cōſecutus, ſemper amittet, poſtea tamen quod amiſerit, cum lætitiæ cumulabit augmento, & habebit bonæ felicitatis ornatum, et inimicos ſuos uidebit miſeræ humilitatis continuatione proſtratos. Si autem in ♒ M C fuerit, cum potentioribus ſemper amicitiæ gratia uerſabitur natus, ac uitam ſuam, ex publicis actibus habebit, erítq; ſemper aquoſis negociis implicatus, & qui nunquam accuſationis pulſetur inuidia, habebit tamen facultatum incrementa, pariter & damna. Si uero occaſus in ♏ ſigno fuerit inuentus, faciet in omni uitæ conuerſatione cordatos, procurationis officio alienos nutrientes, & qui uxorem primam, interuentu mortis amittant, ſi uero mulier fuerit, & maritum pariter amittet, & filium. Si autem in ♌ I M C fuerit inuentum, faciet proprio labore, patrimonii ſubſidia quærentes, & qui aſſiduis artibus, maximam conſequentur ſubſtantiæ facultatem, & quæ apud ipſos perpetuæ felicitatis ordine perſeueret.

perseueret. Sed hæc omnia pro mensura, qualitatéq; genituræ decernūtur.

♊ Si in ♊ horosc. fuerit inuentus, in primis uitæ constitutus initiis, laborabit natus à parentibus tamen illi semper solatium afferetur, erit quoq; cœlestibus facultatibus semp imbutus ac magnorū uirorū fidelibus amicitiis astrictus. Si autem M C cardo fuerit in ♓, is qui sic eum habuerit uitam in aquoso loco constituet, ac ex omni substantia, patrimonia possidebit, uictúsq; ei ex alienis facultatibus conferetur, sed in duabus ciuitatibus, eius potentia, uel patrimonium diuidetur. Si uero occasus in ♐ fuerit inuentus, qui sic eum habuerit, aut fratribus eius, aut affinibus per ipsum aliquod inferetur exitium, animus'q; eius per uarias temporū uices maximis sollicitudinibus cruciabitur, habebit quoq; inimicos, & derelicta patria, multis peregrinationibus immorabitur, sed reuersus postea ad paternos lares, deorum se putabit præsidio restitutum. Si uero in ♍ I M C cardo fuerit, à prima ætate uaria laborum continuatione quassabitur, sed processu temporis, maximæ felicitatis incrementa consequetur. hæc autē singula pro genituræ mensura proueniunt, quā in omnibus, sicut diximus, frequenter obseruare debebis.

♋ Si horosc. in ♋ fuerit inuentus, faciet acutos semper ingenio, sed qui cuncta tarditatis moderatione perficiant, faciet quoque suaues, doctos, & qui grauiter irasci consueuerint, quíq; malos omneis seueris indignationibus persequātur, fortes etiam ac moderatos, sed quorum indignatio facillime mitigetur, habebunt autem isti facultates ex regiis, uel publicis locis, ex quibus uitæ illis substantia cōferetur, erunt etiam semper publicis negociis occupati, sed illis, uaria necessitate compulsi, plurimi blandiētur. Si uero horosc. in ♋ cōstituto ♄ fuerit in eo, aut eum uiderit, uiolentam mortē faciet, aut in grande ualetudinis uitium incidet, aut propiores fratres, pro ipso uicariis mortibus interibunt. Si autem in ♈ M C cardo fuerit, cum potentioribus uiris assidua conuersatione uersabitur natus, aut ex alienis facultatibus, quotidiana illi alimenta præstabuntur, erítq; semper appetens bona, sed eius patrimoniū assidua uarietate mutabitur, nam quotiescūq; amissum fuerit, toties comparabitur. Si uero in ♑ fuerit occasus, latenti pulsabitē semper inuidia, sed idem postea quieta ratione componetur, post tamen multa inęquabilitatis incommoda, erít quoq; ingeniosus, acutus, mentis inuestigationibus adornatus, sed absconsi cuiusdam doloris tormenta sustinens, ac infinitis animi doloribus fatigatus. Si uero in ♎ I M C cardo fuerit, multis laboribus fatigabitur, sed ciuilibus muneribus applicatus, uel popularibus concursationibus traditus, præcedentis patrimonii substantiā dissipabit, erit sane in omnibus partibus secundus, ac aliis necessarius, sed ex literis habebit substantiæ facultatē, erítq; talis, cui ab aliis latentia secreta credantur, atq; ad extrema senectutis spacia perueniet, bonóq; sepulturæ decorabitur honore. Si uero ☿ in sequēti signo fuerit inuentus, prouectior erit inter omneis masculos filios. Si uero ♀ in secundo loco fuerit inuenta, spacia uitæ filiæ preferuntur, si genituræ dominus, sicut ante diximus, bene fuerit collocatus, ac beneuolarum stellarum radiis adornatus.

♌ Si in ♌ horosc. fuerit inuentus, is qui sic horosc. habuerit multis laboribus, ac periculis implicabitur, sed per omne uitæ tempus, erit omnibus notus, ac liberam potestatem habendi, semper ingeniosus, & qui non in omnibus malitiæ uires exerceat, uiuendi, & imperandi uota concipiet, propriis tamen laboribus, substantiæ facultatem acquirens. Sed si ♂ in eodem horoscop. partiliter fuerit inuentus, aut ☉ ipsum quadrata, uel diametra radiatione respexerit, omnifariam filios denegabit. Si uero ♃ simili modo fuerit inuentus, unam tantum filiam dabit. Si autem M C in ♉ fuerit inuentum, in loco publico, aut in templo uitam habebit, matrimonium uero contrahet, cum muliere uidua, aut ab alio stuprata, aut subiecta, & seruilis conditionis, siue anu, uel quæ publica pulsetur infamia, sed tamen honor ei maximus à potentissimo uiro conferetur, erit autem omnium rerum inscius, sed qui prosperæ fortunæ lætetur incrementis. Si uero in ♒ fuerit occasus, tam uita nati, quàm uitæ augmenta, semper damna patientur, erit tamen gratus, & in quibusdam rebus probatus. Si in ♏ I M C fuerit inuentum, in

quibusdam

quibusdam negociis principatum habebit. Quod si ♂ hunc locum quacunq; radiatione respexerit, in custodia quandoq;, sed libera exponetur. Si uero ♂ sic positus, in matutino ortu fuerit inuentus, militabit, aut armorum præpositus erit, sed in extraneis, & peregrinis locis morietur, repentina quidem, aut uiolenta morte prostratus.

♍ Si in ♍ horosc. fuerit inuētus, erit multis laboribus, ac solicitudinibus implicatus, sed cui diuinitas, uel per somnium per aliquam elaborationem, aut certe ex responsis, uel sortibus, cuncta prædicat, preces quoq; suas ad diuinitatem, multiplici semper continuatione perpetuet, in amorum tamen illecebras, oculorum passiuis cupiditatibus incurrens, & qui omnium mulierum concubitus, proiecta cupiditate desideret, sed istis tamdiu uitiis laborabit, quoad signi eius fuerit anaphora completa, erit sane letus, humanus, & apud quem pura amicitiæ necessitudo permaneat, & ad quem damni alicuius sollicitudo pertineat, multa sciens, & omnium disciplinarū secreta perquirens, omniaq; in pectoris claustro retinens, ac præconio simplicitatis ornatus, & cui ex docti sermonis gratia, aut negociationis officio, aut ex successione, uel sacris, aut ex aliqua uirtute, magna felicitas, ac facultatis substantia conferatur. Si uero in ♊ I M C fuerit inuentum, ex publicis, uel sacris dabit substantiam, sed hoc tunc, cum senectutis limen fuerit ingressus, erit autē ipse religionum ac deorum cultor iustus, & cui maxima pars ciuium obtemporare conet, abscon sas res assidua inuestigatione perquirēs, sed multarum artiū, ac disciplinarū inscius, tamen in ultimo uitæ tempore, multis per ipsum, integræ ac rectæ uitæ monstrabitur officium. Si autem in ♓ occasus fuerit, ibit per multa loca peregrina, eritq; multis hominibus notus, & ei multa sedula obsequiorū gratia blandientur. Erit gratus, felix, uenustus, acutus, sed multis occupationibus implicatus, & ad omnem conuersationem semper nobilis. Si uero in ♐ I M C fuerit inuentum erit felix, eiq; à suis substantia conferetur, ac ei plurimi blandientur, eritque omnibus notus, ac diis gratias pro sua felicitate restituens, sacra quoq; ei publica credentur, filiorum uero felicitate lætabitur, & dolorem amissorum filiorum rursus recepta felici sobole mitigabit, erit etiam ad omnia aptus, & doctus, & summa agilitatis felicitate perspicuus & clarus.

♎ Si in ♎ horosc. fuerit inuentus, habebit ægritudinem, et multis periculorū laqueis implicabitur, atq; assidue illum aduersariorum turba pulsabit, de uerisq; ac definitis rebus, habebit contentiosa certamina. Religiosus sane erit & deorum cultor, sed cuius uita, inæquabilitatis semper uarietate mutetur. In omnibus autem inuictus erit, & talis, ut in nulla re uideatur esse posterior, eritq; gloriosus, sed filiorum eius locus mutabilis erit, nunq; enim integer ei natorum numerus perseuerabit, eritq; talis, qui in omnibus rectum uelit habere iudicium à diuinis, & cœlestibus religionibus ueniens. Si uero in ♋ M C fuerit inuentū, erit gloriosis quibusdam actibus occupatus, & in loco religioso, aut publico nutrietur, atque in senectute maxima illi gloriæ conferentur insignia, ita ut nouissimū uitæ tempus, nobilitatis splendoribus adornetur, erit enim in senectute diues, pecuniosus, & cui processu temporis, gradatim omnis substantia felicitatis accedat, sed tarde filios cōsequetur, aut unum tantum habebit. Si uero locum istum ♃ aliqua radiatione respexerit, multa ac felici sobole gaudebit. Si autem occasus in ♈ fuerit inuentus, ex aquosis lucrum habebit, uel ex aquosis locis, erit aliquo timore sollicitus, & in desertis locis incurret aliquod uitæ discrimen, ac multa periculorum continuatione quassabitur, & multis ac crebris peregrinationibus diuidetur. Habebit sane latens uitium, sed ei in senectute posito, maxima felicitas cōferetur, uxor tamen eius insaniæ periculis laborabit. Si autem I M C in ♑ fuerit, patrimonium nati uaria ratione mutabitur, quicquid enim ab eo acquisitum fuerit, rursus amittetur, ac rursus, quod amissum fuerit, inuenietur, omnis tamen eius substantia propriis uirtutis uiribus quæretur, ac in ultimo ætatis gradu positus, maximo felicitatis incremento ornabitur, cogetur aūt sibi alienæ sobolis filium adoptare, aut eum ex infima consequi muliere.

♏ Si in ♏ horosc. fuerit inuentus, in prima ętate, faciet iracūdos, acutos, agiles, sed qui per multa

multa infortuniorum genera ducantur, uietum postea felici licentia subleuentur, erũt etiã magnis lætitiis dediti, si ipsum ♃ aliqua radiatione respexerit, erunt quoque gloriosi, & a diis præsidia sperantes, qui sacrorum, aut cœlestium religionum sacramenta percipiant erunt etiam in externis locis, uel ad alienas ciuitates suo studio transferentur, erunt quoq; erecto semper spiritu subleuati, acuti etiam sermonis ornamenta proferentes, erunt etiam tales quibus semper uarietas placeat, qui propter amicos, aut negocia, aut pericula semper incurrant, & post multa, ex amissione filiorum infortunia, rursus felici sobole gaudeat. Si uero in ♌ M C fuerit inuentum uita nati uario labore, sudoribúsq; fatigabitur, erit ẽm potentiori alicui honoris, aut nutrimentorum gratia subiugatus, eritq; fortis, & cui processu ætatis plurimi blandiantur, quíq; plurima ex suis facultatibus ad alios transferat, erit etiam in aliqua positus potestate, unde paternæ substantiæ augeat facultatem. Si uero in ♉ fuerit occasus, plurimos habebit aduersarios, quos omnis uidebit uario malorũ genere semper oppressos, erítq; talis, qui semper ad uenereos coitus, oculorum cupiditate cogat̃, unde aliqua pulset̃ infamia, quíq; patrimoniũ semper acquirat, pariter perdat, ac quotiescũq; perdiderit, iterũ cõsequat̃. Si aũt I M C in ♒ fuerit, & prope aquã, aut ex aqua uitæ discrimen habebit & cuicũq; profuerit, is ei ingratus, ac beneficii immemor semp existet.

Si in ♐ horosc. fuerit inuentus, multos aduersarios faciet, ac ei collectum patrimoniũ, unde non sperauerat, conferet, peregrinis enim frequenter regionibus detinebitur, grandem'q; fluuium, uel pelagus nauigabit, erítq; semper in publicis conuersationibus positus, aut in aquosis locis, uel ex illis uitam pariter habebit, & factum, plurimas quoq; artes, ac disciplinas consequetur, erítq; cordatus, ingeniosus, ac omniũ rerũ scius. Si uero in ♍ medium cœlum fuerit inuentum in magnis erit promotionibus constitutus, ac multis potestatibus gratia præferetur, consequet̃ quoq; maximã licentiæ potestatem, & iussiones eius audientiũ turba seruabit, multíq; per eum uitæ, ac uiuendi subsidia habebũt, sed cuicunq; aliquid tale contulerit, ipse ei semper ingratus existet. Si uero occasus in ♊ fuerit inuentus, filios habebit pariter, & nepotes, sed tunc cum senectutis limen fuerit ingressus, erítq; talis, ut omnes dolores facillimis rationibus perferat, & qui damna, recta mentis auctoritate contemnat, aliis etiam secretas literas perleget, aliis cœlestium, & sacrarũ rerũ ordines mõstrabit. Erũt enim hi plurimũ ingeniosi, iusti, cordati, & qui aduersarios subdolis semper dissimulationibus insequantur, docentes omnia, sed quibus felicitas, tardis processibus conferat̃. Si auté in ♓ I M C fuerit, in aquosis locis habebit uitæ subsidia, erítq; talis, cuius fidei cuncta credantur, erit etiam nobilis, & notus, sed circa uxorem eius affectus erit alienus. Si uero locum istũ ♃ aliqua radiatiõe respexerit, facile ducet uxoré, erunt'q; ei grati cõiugales affectus, stupro tamen, uel adulterio cognitam coniugem sortietur.

Si in ♑ horosc. fuerit inuentus, amicis puro exhibebit amicitiã semp affectu, erit tamen subdolus, lætus, & qui cũ nihil desit ad uitæ subsidiũ, tamen peregrinetur, & quibus uitę aliméta præstiterit, ipsi existant semper ingrati, erit amabilis, parui animi, ac diis longis & prolixis semp precibus molestus, erítq; talis, cui maxima semp abundet substãtia facultatis, sed tamé muliebribus amoribus obligatus, & q eas expletis libidinibus, uituperare cõtendat, erítq; sacraméti cuiusdã, aut sacrorũ, seu uitę alienæ, aut absconsarũ religionũ secreta perdiscens. Si uero in ♎ M C fuerit, erit pius, honesti gratia sermonis ornatus, doctus, & diis uota restitués, ex quibusdã necessitatibus, uel periculis liberatus, habebit quoq; prosperos actus, sed posteaq̃ malis actibus fuerit oppressus, felicitas ei, ex alienis infortuniis conferetur, habebit'q; ex alienis mortibus lucrũ, aut ex aliqua uetustate, & absconsa commoda felicitatis inueniet. Si autem in ♋ occasus fuerit, molestias maximas ab affinibus habebit, erítq; maximis periculis implicatus. Si uero in ♈ I M C fuerit, in maximis erit erroribus, sed post uitæ incõmoda requiem sortietur, uitáq; eius ex actus uarietate mutabit̃, erit enim nunc in alto dignitatis gradu, nunc ad infimum reuocatus, sed hæc illi inæquabilitas ex potentũ amicitiis nascetur, hic quoq; uxoré, ac primũ filium efferet, aut certe quicunq; natus fuerit graui ualetudinis uitio debilitabitur.

Si iij

♒ Si in ♒ horosc. fuerit inuentus quodcunq; consecutus fuerit, qualicunq; rursus laceratione dilapidabit, & quicquid habuerit, seu quæsierit, rursus amittet, sed quod amissum fuerit, facili ratione plerunq; colliget, multos fouendo suscipiet, ac multis uitæ alimenta præstabit, sed erunt circa ipsum ingratitudinis uitio inquinati, quibuscunq; ab ipso aliqd forte fuerit collocatum, erit quoq; in graui periculo constitutus, & ab hominibus desperatus, sed deorum præsidio liberabitur, à multis tamen inuidiæ stridore pulsabitur, sed diuinatum literarũ, aut sacrorũ, uel religionum officia tractabit, magnísq; uiris propter bonos actus notus erit. Si uero in ♍ M C fuerit, erit fortis, sed dura uita, seu cõuersatiõe quassabitur, ac de loco ad locum transitum faciet. Et si fuerit ingenuus, seruilia consequetur officia, sed postea cum in omnibus prosper sequetur euentus, circa tamen uxorem, & filios inter initia, miseris infortuniis laborabit, sed postea ex maiorum ei uirorum notitia, felicitas conferetur. Si uero in ♌ fuerit occasus, cum uxore sua, uaria simultate dissentiet, cũ indigna enim, aut cum anu matrimonium copulabit, aut quæ uariis amorum capiatur ardoribus, à suis quoq; patietur insidias, & contra ipsum inimici, repentinis actionibus erigentur, suis tamen uiribus, ac uirtute tollet alieni iuris uxorem, aut alienã sponsam, aut certe cum uidua contrahet matrimonium. Si autem I M C in ♉ fuerit, magnus erit, & cũ multis potentibus uersabitur, & in omnibus rebus gloriam habebit, ac multorum substantias adeo gubernabit, ut ei propter disciplinæ suæ ueritatem res plurimæ credantur, post'q; multum temporis spacium morietur, longo pondere seruitutis oppressus, si genituræ dominus, conditionis suæ potestatem secutus, ac in principalibus genituræ locis positus, ornatus signo pariter, & parte integrum ei temporis sui numerum decreuerit.

♓ Si in ♓ horosc. fuerit, ingeniosus, cordatus, fidus, amicus, ac necessarius erit, ac ex quibusdam negociis promouebitur, ita tamen ut potestati, & honoribus eius potestas alia præferatur. Habebit inimicos, sed de iis facillimis rationibus uindicabitur, ac ex longis quibusdam negociis, gloriam consequetur, sed processu temporis, maioris dignitatis ornamenta sortietur, ac magnæ felicitatis habebit augmentum, assiduéq; ad multorũ deueniet notitiam, peregrinationibus notus. Si uero M C in ♐ fuerit, multis erroribus implicabitur, ad uariáq; periculorum discrimina accedet, erit agilis in omnibus cõuersationibus, & cũ potentioribus personis habebit non modica certamina, sed propter personam quandam uarias incurret insidias, ac totum quicquid primum possederit perdet, & alienarum rerũ rursus dominia consequetur, amicis fidam amicitiæ necessitudinẽ semper exhibens, sed eum ad ueneteos coitus collecta per oculos desideria semper impellent. Si autem occasus in ♍ fuerit, erit cordatus, & alienis hominibus alimenta præstabit, eritq; talis cui fidelia secreta credantur, & multos amicos, suis alimentis, ac præsidiis subleuabit, grandísq; ei diuitiatum cumulus accedet, sed amici existent ei frequenter ingrati, & circa uxorem blandis erit amorum affectibus obligatus, sed tamen ipsa, circa eum erit freqũeter ingrata, ipse aũt ex uxoris, uel filiorum infortnnio grauia doloris tormenta patietur. Si uero in ♊ I M C fuerit inuentum multis ægritudinibus fatigabitur, ac multis laboribus applicabitur, & dolorem aliquem seu uitium habebit absconsum, sed post infelicitatis incõmoda, maxima ei felicitas conferetur, ita ut & aliis uitæ alimenta suppeditet, amissis enim prioribus omnibus repentino quodam casu, ad diuitias reuertetur, nam possidebit & habebit subsidia quæ ei omnia subministrent, sed cum fuerit onere senectutis oppressus, in peregrinis locis, repentina morte morietur, sed etiam in hoc genituræ dominus requiratur, putabunt tamen quidam hæc in genitura aliter esse dicta, sed est eorum una substantia. Hæc enim omnia singula signa propria potestate decernũt. Si uero Myriogenesin Aesculapii legeris quam sibi uenerabilem ☿ stellam intimasse professus est, inuenies ex singulis minutis sine aliquo stellarum additamento omnium genituratũ ordines explicatos, nam in singulis hominum horosc. omnem uitæ ordinem, omẽs actus pariter & formas statuit, sed ultimum tantum diem in genitura periculosum, uerisimilibus, ac manifestissimis rationibus probat. Cũ enim in singulis signis sint triginta partes, minuta uero mille

& octingenta,

& octingenta, singulos horosc. in uno minuto constituens, sic integra hominũ fata describit. Sed ille diuino genere natus, ac diuini generis propagatione conceptus, necnõ & uenerandi numinis magisteriis imbutus, præclaram nobis huius operis disciplinam reliquit, qui ex fragili, & caduca substantia nati, talibus magisteriis instituti non meremur. Diuinorum itaq; uirorum uestigia sectemur, & quicquid ab illis traditum est, apertis interpretatiõibus trãsferamus. Sed nolo, Lolliane, decus nostrũ, ut in istis libris nostris, myriogenesis requiratur, cum enim hoc opus, cũ propitii numinis fauore, mediocritas nostra compleuerit, tunc tibi aliis duodecim libris, cætera intimabo secreta, nũc enim aliqua tractabo, tunc ad reliqua pedetentim descendam. Aliter profecto ad myriogenesin uenire non possumus, nisi mens nostra primæ institutionis secreta cognouerit. Quia igitur generaliter diximus, quid cœli cardines significẽt, nũc magis particulariter, quid horosc. in stellarum finibus cõstitutus faciat, explicemus. Tu uero intento animo ea, quæ dicimus, accipe, atq; assidua lectione, memoriæ manda, aliter enim fata hominũ explicare non poteris, nisi hæc omnia, tenax memoria, crebra exercitatione possederit.

HOROSC. DECRETA CVM OMNIVM PLANETARVM SOCIETATE CAP. II.



IN ♄ finibus, si inuentus fuerit horosc. faciet pigros semper, ac tardos & alta taciturnitate mentis obscuros, malos, malitiosos, & qui sint semper ab omĩ bonitatis gratia separati, & quorum consilia tardos habeãt semper effectus, & qui omnes uario odiorum genere persequantur, & quorum iræ, perpetua se indignatione continuent. Quod si in ♄ finibus horosc. constituto, ipse ♄ in iisdem partibus fuerit inuentus, fratres negabit, aut quicunq; nati fuerint, misera morte prosternit, aut perpetuæ decernit orbitatis infortunium, ut semper iis filiorũ soboles denegetur. Si uero ♃ in ♄ finibus fuerit inuentus, id est, in quibus est horosc. constitutus, faciet strictos, auaros, sordidos, et qui in omni uita, lætitię gratiã uitent, seruilibus semper studiis, ac moribus implicati, et qui omnem substantiam suam, ad alios, donationis titulo transferant. Quod si ♂ in ipsis partibus fuerit inuentus, faciet sceleratos, crudeles, & totius maliciæ acerbitate possessos, & qui se uariis actuum generibus, ad uarios actus, aut locent semper, aut uendant, sed malicia eorum, & facinus nunq̃ poterit abscondi, eorũ nanq; scelus, malúmq; propositũ, proprio temeritatis ardore detegitur. Si uero ☉ in ipsis partibus fuerit inuentus, faciet moribus temperatos, sed ad omne maliciæ uirus armatos, & qui semper imperfecta, & incompleta sua consilia derelinquãt. Si autem ♀ in ipsis partibus fuerit inuenta, circa uenereos coitus, sordidos faciet, & qui res alienas, inuida semper cupiditate desiderent. Si uero ☿ in ipsis partibus fuerit inuentus, faciet in omnibus cõuersationibus sordidos, & qui frequenter carceri, custodiæq; publicæ tradantur, quíue facinoris causa, miseris semper discriminibus implicentur. Si autem ☽ in ipsis partibus crescens fuit, uel plena luminibus, animo & corpore uanos reddet, si uero fuerit minuta luminibus, omne corpus malignis humoribus uitiat, & aut hydropicos facit, aut liuido pallorẽ deformes, aut certe detestabiles decernit insanias. Horosc. in ♄.

In ♃ finibus, si inuentus fuerit horosc. omnia uirtutis, ac sapientiæ ornamẽta decernit. Quod si ♃ in ipsismet finibus fuerit, faciet magnanimos, sed ardore crudelitatis armatos. Si uero ♄ aut ♂ in ipsis partibus fuerit inuentus, & sit nocturna genitura, faciet perfidos, & qui nunquam promissorum compleant fidem, sapientiam fingentes, & ipsi se putantes esse sapiẽtes, sed humiles in uita, ac misero tristitiæ squallore depressos, quod si per diẽ in his finibus fuerit inuentus, hæc omnia ex aliqua parte mitigantur. Si autem ☉ in ipsis partibus repertus fuerit, hæc eadẽ, quæ ☽ simili ratione decernit. Si uero ♀ in his partibus fuerit inuenta, ad omnia bonitatis officia aptos reddit, sed in eorum nuptiis, prosper eos nunq̃ sequet euentus, erunt tamen benigni, ac fructum bonorũ omniũ, assidua felicitate capientes. Si autem ☿ in his finibus fuerit inuentus, faciet moribus semper amatos, & ab omni malicia sepositos, & qui omnia simpliciter intelligant, ac in plurimis rebus de- ♃

liberate uideantur. Si uero ☽ in his finibus fuerit inuenta omnia felicitatis ornamenta decernit, & boni corporis substantiam reddit, ac sanitatem exclusis ualetudinum omnium uitiis tribuit.

♂ In ♂ finibus, si inuentus fuerit horosc. faciet acuto spiritu semp armatos. Quod si ♂ in ipsismet finibus fuerit, & sit diurna genitura, faciet ad omnia scelerum flagitia, praua cupiditate furoris accedere, reddit quoq; temerarios, sed crebris infortuniorum casibus implicatos, & qui assidui laboris opere deteratur. Si uero fuerit nocturna genitura, faciet fortes, crudeles, irreligiosos, rapaces, & qui res alienas uaria laceratione disperdant. Si uero ♄ in ipsis finibus fuerit, acutos faciet, sed quorum iræ perpetuis indignationibus perseuerent. Si autem ♃ in ipsis finibus fuerit, faciet similiter acutos, sed qui omnibus omnia præstare desiderent. Si uero ☉ in ipsis partibus fuerit inuentus, faciet callidos, sed qui insidiis, & appetantur pariter & opprimantur. Si autem ♀ in ipsis partibus fuerit inuenta, adulteriorum cupiditatem semper indicit, & facit hæc eadem adulteria perpetrari, redditq; tales, qui se ad omne pulchritudinis genus excolant, ut dicantur esse formosi, & quibus fructus omnes ex uirorum affectibus conferantur. Si uero ☿ in ipsis partibus fuerit inuentus, faciet fortes & homicidas, & qui illicitos puerorum concubitus, nefaria libidinum cupiditate desyderét, sumptuosos, profusos, & apud quos nunq̃ inueniatur aliquod ueritatis indicium, ingeniosos, sed lasciua semper ebrietate saltantes, & qui sine consilio sumptus suos erogare cótendant. Si autem ☽ in ipsis partibus fuerit inuenta, faciet tales, qui aduersarios suos uaria ratione conspiciant, & qui rursus, ab iisdem aduersariis, similibus rationibus obseruentur, hi etiam assidui operis laboribus opprimétur, ac ex igni, uel ferro acerbi uulneris dolorem patientur. Quod si diurna sit genitura, & ☽ fuerit plena luminibus fortem corporis substátiam reddit. Si uero nocturna sit genitura, & ☽ fuerit minuta luminibus, faciet fortes, & quorum corpus idoneis sit uiribus roboratum, & qui uariis, ac sempiternis profectioniubs, ac cómotionibus transferant, sed his semper mors uiolenta decernit.

♀ In ♀ finibus si inuentus fuerit horosc faciet musicos, aut eorundem amatores, bonos, benignos, beneuolos, mansuetos, & qui omnibus prodesse cupiant. Quod si diurna fuerit genitura, & in ipsis partibus ipsa ♀ fuerit inuenta, magnarum dignitatum decernit insignia, ac cum potentibus uiris, uel imperatoribus amicitiæ merito contingat, prosperæ etiam sobolis incrementa decernit. Si uero ♄ in ipsis finibus fuerit inuentus, & sit diurna genitura, risores etiam mulierum faciet, & qui coniugales execrétur affectus, si auté sit nocturna genitura, faciet impuros, impudicos, sordidos, & miseræ libidinis uitiis implicatos, & qui ad naturales coitus uenire non possint, sed contra naturam, præpostero libidinis furore rapiantur, quiq; uariis consiliis mutabilibusq; semper errent, ac omnes bonos acerbis semper odiis execrentur. Si uero ♃ in ipsis fuerit partibus inuentus, faciet teneros, libidinosos, sed ab omni crudelitatis inuidia sepositos, & qui ad omne miserationis officium eliciantur, artificiosos, claros, & qui in templis honorum consequantur insignia. Si autem ♂ in ipsis finibus fuerit inuentus, & sit diurna genitura, repentinæ turbationis decernit incómoda, uitę compositos ordines turbat, ac populari seditione semper insequitur, aut propter feminas uaria periculorum decernit incómoda. Facit sane musicos, organis dulcibus semper applicatos, aut poëticis artibus deditos, uel certe sculptores, aut ornatores efficiet, aut mechanicos, & earum artium subtilia decernit incómoda, sed tamen ingenio musicos reddet. Si uero nocturna fuerit genitura, & ♂ in ipsis partibus fuerit inuẽtus, potentissimæ ac nobilissimæ mulieris nuptias dabit, ut per ipsam illi magnificarũ diuitiarũ affluentia cóferatur, sed is ex nimio zelo sollicitudinis, dolore cruciabitur. Si uero ☉ in ipsis finibus fuerit inuentus, prosperos actus assidua ratione decernit, sed ex nuptiis miseræ dabit dissensionis incómoda, lucra tamen aliunde decernit, & potentibus uiris amicitiarũ merito cóiungit, ut eorum prosperis cómendationibus enitescant. Si uero ☿ in ipsis finibus fuerit inuentus, faciet libidinosos, sed morũ bonitate semper ornatos, sapientes quoq; & qui omnibus prodesse contendant, grammaticos, astrologos, poëtas diuinos,

uinos, & quorum fabulæ, gratia uenuſtatis ornentur, gratos, amabiles, & totius doctrinę
ſplendoribus adornatos, & qui multa ingenii ſui poteſtate progenerent, oratores quoq;
nobili affluentia ſermonis ornatos, aut poëtas diuini carminis ſplendore fulgentes, quo-
rum orationes, uel carmina, poſteritatis iudicio memoriæ pandantur. Si autem ☽ in ipſis
partibus fuerit inuenta, faciet artificioſos, & qui ad munda artificia ſemper affectent, faciet
quoq; ſculptores, ſed qui operis huius gratia cõmendantur, hæc autem decernit, ſi noctur
na fuerit genitura atque ex aquoſis actibus, uel negociationibus, aut piſcationibus dabit
uitæ ſubſidia, ſed facit ab omni ſocietatis officio ſeparatos, reddit quoq; Zelotypos, ſed bo
nitate mentis ornatos, & qui omnia cum moderatione compleant.

In ☿ finibus ſi horoſc. fuerit inuentus, faciet literatos, & qui creditos ſibi actus, fideliſſi- ☿
mis officiis exequantur, doctos, recto iudicio ſemper ornatos, curatores, uel principales ci
uitatum publicis rationibus præpoſitos, rationales atq; fiſcales rationes fideli ſemper offi-
cio exigant. Si uero ☿ in ipſis partibus fuerit inuentus, aſtrologos, mathematicos, aruſpi
césq; facit, & qui futura omnia aliqua ratione perdiſcant doctos, ſapientes atq; ad omnia
officia uirtutis ornatos, & quibus honor ab hominibus ex iſta notitia conferatur. Si uero
♄ in ipſis finibus fuerit inuentus, faciet infelices, amaros, tacitos, & qui uerborum ordinẽ
cum quadam ſemper ſermonis moderatione ſuſpendant, ac ſecreta fideli taciturnitate cõ-
tineant, ſed in omnibus tarde proficientes, laborantes tamen fortiter, & qui populo ma-
lam famam ſemper inſinuent. Erunt præterea uenenati, & quorum malicia ad omne uẽ
neni uirus accedat, iras ſuas perpetuis indignationibus perſeuerantes, quandiu fuerint, aut ca
ſu, aut ſuo merito uindicati, uigilantes quoq; ſufficientes, ac omni moderatione neceſſa-
rii, & qui omnia, quæ futura ſunt, obire cõſueuerint ita, ut illis & ſtatus futuri, & præſen-
tes, per ſomnia manifeſtis reuelationibus intimentur, qui tamen conſiliis ſuis ad omnem
impetum temeritatis accedant. Si autem ♃ in ipſis partibus fuerit inuentus, faciet iuriſpe-
ritos, medicos, patronos, aduocatos, & in rebus forenſibus adeo expertos, ut clientes ſæ-
pius res potentium hominum ſua interceſſione depẽdant. Erunt ſane popularibus no
ti, ſed circa uenerem ſemper implicati, ita ut deſyderent adulteria ſemper, & cõpleant, per
noctem uero natos, actores faciet, uel tabelliones, ſed glorioſos, & bono teſtimonio ſem-
per ornatos, utiléſq;, & quorũ uſq; ad ultimũ uitæ diem huius teſtimonii gratia perſeue-
ret. Si uero ♂ in ipſis partibus fuerit inuentus, & ſit diurna genitura, faciet malos, malicio
ſos, malignos, & qui aſſiduis cõtentionibus certent, crudeles, temerarios, & qui nullis hu
manitatis rationibus mitigentur, clamoſos, impudentes inſano furore præpoſteros, & q
omnia ſatietatis uitio reſpuant, leues quoq;, & qui ab omnibus facillimis perſuaſionibus
transferantur, circũſcriptores, carnifices, & qui omne facinus nefario mentis ardore con-
cipiant. Si uero nocturna fuerit genitura, hæc omnia ex aliqua parte miteſcũt. Si autem in
ipſis partibus fuerit inuentus, faciet claros, nobiles, & qui populari notitia ſemper ornen-
tur, quoruḿq; nobilitas per totius ciuitatis ſpacia diſcurrat, & quos interceſſionis ſuæ de-
fenſione populus agnoſcat. Erunt ſane multorum actuum officia tractantes. Quod ſi cũ
in finibus ☿ in horoſc. ſicut diximus, etiam ipſe ☿ fuerit inuentus, erunt tales, qui omnia
recti conſilii ratione perficiant, & qui incorruptæ ſapientiæ gratia omnibus præferantur.
Si aũt ♀ in ipſis partibus fuerit inuenta, hæc facit, quæ ☿ in partibus ♀ facere monſtraui-
mus, reddit enim magnos, felices, gratos, & qui omnia facile conſequantur, ac omnia,
quæ uolunt multitudini populari facunda oratione perſuadeant, lætos, doctos, mũdos,
muſicæ amatores, poëtas, & quorum carmina ſplendore nobilitatis ornẽtur, & quibúſq;
ex alienis caſibus, felicitatis ſubſtantia cõferatur. Si uero ☽ in ipſis partibus fuerit inuenta,
& ſit diurna genitura, faciet artifices, ſed qui cæteris præferãtur. Si uero nocturna fuerit ge-
nitura omnium artium decernit officia, & qui hominum exercitationibus delectentur,
ingenioſos quoq; & qui peregrinarum merciũ negocia tractẽt, omnia ſcientes, quíq; hùc,
illùc uariis rationibus transferãtur, ac omneis dolores, cum quadam diſſimulatione con
temnant. Nunc quia omnia horoſc. decreta partiliter diximus, quid ſtellæ inſignis ſingu

gulis constitutæ decernant, breuiter explicemus, ne cum libros nostros malignus lector acceperit, aliquid nos dicat, sibi inuidiæ liuoribus denegasse.

SATVRNI DECRETA PER SINGVLA ZODIACI SIGNA CAP. III.

Saturnus in ♈


Aturnus si in ♈ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, in prima ætate facit malis, & infelicibus actibus implicari, ac in omibus semp impediri, sed cũ primũ cursum suũ ♄ impleuerit, id est primos xxx annos, paternã, maternam'q; substãtiã minuit, quicquid ex his facultatibus acceperit, minuet semper, aut perdet, assiduis'q; amissionibus, & damnis occurrentibus fatigabitur, sed posteaquam prioris substantiæ abstulerit facultatem, processu temporis aliam illi patrimonii substantiam conferri faciet, erũt hi sane languidi, & periculosi, atque in hebdomaticos, uel enneaticos annos incurrentes, periculorum grauia discrimina subibunt, ab iis'q; periculis opprimentur, si nullo beneuolæ stellæ, ipso tempore fuerint præsidio liberati. Et si ipse fuerit dominus genituræ in prima ætate, cum uxore discordabit, iurgiis'q; dissentiens uirginales sane nuptias uitabit, eiúsq; uxor cito ab eo, aut repentina morte, aut dissidio separabitur. Dabit quoq; ♄ sic positus, aut uiduam, aut ab alio stupratã, uel quæ ab alio marito filios susceperit, seu quam macula alicuius turpitudinis infamet. Sed hanc decernit uxorem, cum parodicus ♄, id est temporalis, aut ☽ eum de quadrato uiderit, aut si ipsum de ♌, uel ♃ trigonica radiatione respexerit. Sic enim ♄ constitutus, quãcunq; fuerit sortitus uxorem ipsi eam morigeram facit, quæ usq; ad ultimum uitæ spacium integro cum eo perseuerabit affectu. Sed & filios tunc consequetur, quotiescunq; eadem ♄, qua diximus, ratione fuerit inuentus, tunc enim sobolem prospere suscipiet, & præcipue si ♄ in ♈ constituto, ♃, & ☽ aliqua eum radiatione respexerit, quod si hoc non fuerit, aut receptã sobolem perdet, aut nullam certe decernit. Quod si ad ♈ reuersus fuerit ♄ ex alto loco graue periculum minatur, fratrésq; acerbis inimicitiarum odiis exasperat.

♉ In ♉ ♄ si fuerit inuentus, tales faciet, qui ad omnes actus propriis uiribus crescant, sed quicquid in prima ætate acceperint minuant, ac deinde per semetipsos magnæ sibi quærant substantiæ facultatem, in prima tamen iuuentute, uariis inęqualitatibus deprimentur, aliísq; subiacebunt, ac uiris potentioribus, necessitatis causa, blandientur. Habebũt enim prima difficilia tempora, atq; in ipsis graui languore fatigabuntur, necessariorúmq; penuria, uitæ multas patientur angustias. In prima etiam ætate, ex feruescentium uulnerum exulcerationibus laborabunt, & uitiis quibusdam maximis'q; obligabuntur, ac magnis ægritudinibus oppressi, & ab his deinde incommodorum discriminibus liberati, longæ uitæ spacia consequentur. Patris tamen substantia omnis dissipabitur, ac nihil ex paterna, uel materna substantia reliquiarum propriis laboribus recipient. Sic etiam positus ♄ matrem facit ex amissione patrimonii, paupertatis angustia deprimi, atque ad mẽdicitatis miseriam accedere, nisi ♀ stella, testimonium ♄ bonis radiationibus cõmodans, materna infelicitatis incõmoda subleuarit. Nec hoc solum ♀ testimonium sufficit, nisi etiam in genitura ☽ ♀ prospera radiatione respexerit. In propriis sane locis, ac suo merito, maxima felicitatis insignia conferuntur, sed tamdiu infelicitatis onere sunt depressi, quandiu primũ circuli cursum ♄ impleuerit, illis autem pericula, aut ex causis, uel ægritudinibus, aut ex peregrinationibus inferentur, habebunt etiam graue periculum, aut nono anno, aut xiiii aut xxv, aut xxxii. Sed si periculorum tempore, beneuolarum stellarum fuerint præsidio liberati, instantis exitii discrimen euadunt, ac usq; ad lxiii annum uitæ spacium accipiunt. Erunt enim istis temporibus in insidiis, causis, & damnis. Sed si periculorum tempore, beneuolæ stellæ præsidium habuerint, ab ipsis omnibus liberantur. Ante autem xxxii annos nunq̃ eos ♄ patitur ducere uxores, nec illis tamen uirgines uxores dabuntur, & si datæ fuerint, perditos ab eis filios suscipient, atq; amoribus suis alienos: peregrinas uero, aut ab aliis stupratas uxores frequenter sortientur, tunc'q; potissimũ uxores dabuntur, cũ post xxx annum ♄ in ♋ intrauerit, aut cum in ♍, uel ♑ fuerit constitutus.

In ♊

In ♊ ♄ ſi fuerit inuentus, primã ætatẽ periculis, & ægritudinibus inuolui faciet, ac omni-
bus diſcriminibus facile laborare, ſed illa ſane periculoſiora erunt diſcrimina quæ hebdo ♊
maticis, uel enneaticis annis fuerint irrogata. Habebit autem periculoſa tempora, in cuiuſ
cunq; genitura ♄ ſic fuerit inuentus uſq; ad annos xxiii, caueat ideo ab ęgritudinibus, illis
annis, & præſertim cum in huius ſigni quadratis lateribus ♄ fuerit Habebit enim turba-
tiones, ſimultates, & in magnis laboribus ſæpe uerſabitur, ac nihil magni de paterna,
nec materna ſubſtantia conſequetur, ſed tandiu laboris, & infelicitatis oneribus deprime
tur, quoad ♄ ♋ ♎ ♈, & eorum quadrata tranſiuerit, tum uero in omnibus proficiet, cũ
♄ primam ſtationem in ♌, uel ℞ ſoluerit, faciet etiam uitia ♄ in ♊ conſtitutus, & in cau-
ſis, ac certaminibus maximos aduerſarios decernit, citas quoq;, & frequentes patrimonii
iacturas dabit, ita ut uaria conflictatione iactetur, ſed cum ad extrema uenerit uitæ diſcri-
mina poſtea in magnis negociis, ac poteſtate, faciet alicuius iuſſione conſtitutum, et cum
claris, ac potentibus uiris, honoris cauſa uerſantem. Erit ſane tũc in omnibus actibus cla-
rus, ac nobilis, aſſiduéq; peregrinabitur, et ad regiones uarias trãsferetur, ſed huic uxor uir
go non dabitur. Quod ſi teſtimoniũ ♃, uirginẽ forte dederit uxorem, aut repudio ab ea,
aut mortis diſcrimine diuidetur, erit autem ſine filiis, aut unũ tantũ filium ſuſcipiet. Sed
cum ♄ ad ♍ ſignum acceſſerit, tunc felix, glorioſus, ac pecunioſus erit, ſed tamen ui-
duam ſortietur uxorem, cum qua ſine aliquo diſſenſionis iurgio perſeuerabit, multæ etiã
res ei credentur, ſed multas negabit, multáſq; cum uiris potentioribus ſimultates habebit
ex ipſis tamen periclitabitur, niſi ♃ ſtella bene tunc in genitura currens, periculorum iſto-
rum diſcrimina mitigarit. Erit enim qui ſic ♃ habuerit, non ſemper magnus, ſed potenti
bus uiris contrarius, inferiorum'q; ſibi præſidia ſemper applicans, ac frequenter erit in libe
ra cuſtodia conſtitutus, capillos quoq; nutriet, aut propter alicuius amicitiam, uel propter
incõmodum, uel infortunium, aut alicuius mortis, uel damni miſera tormẽta. Sed cum
uariis periculorum diſcriminibus quaſſatus fuerit, tunc adeo proſpera felicitate ſubleuabi
tur, ut & laudem & patrimonia conſequatur, ac hæreditas ei repentina proueniat, tunc
quoq; diuitias, ac maximorum fundorum poteſtatem, ac ſublimia dominia conſequet.
In ♋ ♄ ſi fuerit inuentus, ut cancer in cancris in ſeditionibus & cauſis, ac in multis cõ- ♋
trarietatibus implicabuntur, & quicquid à patre uel à matre fuerint conſecuti, miſera lace
ratione ſemper amittent. Sed poſtea ſuis uiribus, ſuáq; uirtute, maximam ſubſtantiã con-
ſequentur, ac talis erit eorum uita, ut & quærant ſemper, & perdant, pericula tamen ex tur
batione aliqua, aut ex ægritudinibus habebunt, & potiſſimum in annis hebdomaticis,
enneaticíſq;, & quandiu xxiii annos ætatis tranſierint, uſq; enim ad hanc ætatẽ, maximis
ſemper periculis fatigabuntur. Quod ſi periculorum tempore, beneuolæ ſtellæ, temporũ
dominatũ habuerint, uel ☽ proſpera radiatione reſpexerint, uel ſi geniturę domina fuerit
ſtella beneuola, & bene ſit collocata, uenientium periculorum diſcrimina mitigantur. Si
enim periculorum, ut diximus, tempore à beneuolis ſtellis genitura fuerit adiuta, erunt ni
hilominus nato parentum amiſſiones, aut fratrum, aut ex cauſarũ conflictibus damna,
ſed ex his tamen omnibus periculis liberabitur, cum autem in domibus ſuis fuerit ♄, tũc
damna, tunc tempeſtates, pericula, ægritudines, tunc cauſas aſſidua ratione decernit, cum
uero in domorum ſuarum diametrus fuerit inuentus, hæc eadem ſimili ratiõe minatur.
In geminis uero ſignis cũ fuerit, ſemper natos exagitabit, ac repentinis ſollicitudinibus,
periculíſq; implicabit, tunc enim & infortunia indicet, & tandiu malorum iſtorum con
tinuatione quaſſabit, quandiu ♋ tranſeat ſignum. cum autem in tropicis ♋ partibus ♄,
fuerit, tunc iacturam patrimonii faciet, & in tantis eos anguſtiis conſtituet, ut illos huma
nitas aliena ſuſtentet, tunc enim turpes ſeditiones, tunc erunt uaria uitæ diſcrimina. Sed
cum tropicas ♋ partes ♄ tranſierit, præcedentia mala leuiter ſopientur, atq; à ſollicitudini
bus, & curis, periculíſq; omnibus ſeparabuntur. Nunq; tamen prima perſeuerabit uxor,
nec aliquando eos felix in primis contractibus proſequetur euentus. In prima enim uita
inferioribus mulieribus, aut degeneribus quolibet genere copulabuntur, ſed has eaſdem

conſtanti poſtea mentis iudicio excludent. Quod ſi in hoc ſigno ♄ poſitus, aut ſecum hã
buerit ☽, aut eam forti radiatione reſpexerit, filios denegabit, eruntq́; aliqua colorum fœ=
ditate deformes, nigri quoq; & fellis abundantia colorati, & à nigro felle aſſidua contra=
hentes incõmoda. In ægritudinibus ſane deſperabuntur, ac poſt ægritudines difficile cõ=
ualeſcẽt. Erũt tamen animo ſimplices, humani, miſericordes, alienas anguſtias ſubleuan=
tes, aliena quoq; patrimonia ſuſcipientes atq; ex his habentes uitæ ſubſidia, erunt etiã alie=
norũ patres filiorum, abſconſa uitia habentes, ac tali erunt præditi dignitate, ut etiam fra=
trum ſuorũ domini eſſe uideant. Erunt quoq; locupletes, & pecunioſi, multis ac potenti
bus uiris noti, ſed tardi in omnibus actibus, & qui nolint cito publicis occupationibus
applicari, ab om̃i ſeruitio ſeparati, honeſti diuitiis animíq; ſplendoribus adornati, & qui
uitam ſuam proſperis ſemper rationibus regant.

♌ In ♌ ♄ ſi fuerit inuentus, nati aſſidua pulſabuntur inuidia atq; in primis ætatis annis
uires habebũt, eruntq́; interdum claris, & glorioſis artibus deſtinati atq; ex ipſis maxima
conſequentur inſignia, ac maximæ felicitatis ornamenta percipient. Interdum autem ab
iis actibus erunt ſeparati, quin etiam ab omni adminiſtratione uacui, ſed à parentibus, aut
nihil accipient, aut ſi quid acceperint, perdent. In prima autem ætate ac iuuentute, erunt
languidi, periculoſi, & multis occupationibus implicati, quædam etiam corporis tormẽ
ta patientur, ac extremis doloribus fatigabuntur, habebunt quoq; latentia uitia ſeu dolo=
res, ac uirgines nunquam uxores ducere poterunt, quas tamen ſi uiolenter fuerint conſe=
cuti, ab iiſdem paruo tempore ſeparabuntur, nec tales illis uxores ſortiri proderit, ex qui=
bus nunquam filios ſuſcipient, quandiu primum curſus ſui circulum ♄ impleuerit, tũc
enim neq; nuptias, neq; patrimoniũ, nec gloriam aliquam conſequentur, ſed quicquid
ante hoc tempus conſecuti fuerint, amittent. In hoc etiam ſigno ♄ poſitus, duarum nu=
ptias decernit uxorum, quod ſi præter hunc numerũ, quamcunq; aliqua conſuetudinis
ratione cognorint, aut proiiciunt ſemper, aut efferunt. Habebunt etiam ex filiorum caſi=
bus dolores, niſi ☽ aut cũ ipſo fuerit, aut ad eũ feratur. Sed quotienſcunq; tropica ſigna fue
rit ingreſſus, tunc plurima decernit incõmoda, ſic & in ♓, ac ♊ cum circumiens uenerit,
hæc eadem decernit, quæ in tropicis. In cæteris uero ſignis, maximis utilitatibus proderit,
tunc enim incerta etiam glorię decernit inſignia, in negociis tamen, & actibus atq; in om̃i
uita, aſſidua ratione mutantur. Nauigabunt enim fluuios grandes, & maria, & per deſer
ta loca iter facient, ac quicquid eorum parentes nunq̃ auſi ſunt facere, ipſi facillimis ratio=
nibus complebunt. Habebũt etiam plurimos fratres, aut ex alio patre, uel matre, ſed erunt
omni affinitate ſua meliores, potentiſſimæ dignitatis gratia ſubleuati. Erunt ſane cordatiſ
ſimi, peregrinorum inimici, iracundi, boni tamen, beneuoli, docti, & qui incorrupta fi=
de in omnibus contractibus ſeruiant, boni conſilii, integri atq; incorrupti animi, multo=
rum amici, & qui omnia ualidiſſimis uiribus contineant. Habebunt quoq; in quadam
corporis parte cicatricem, dignitatumq́; iacturas aſſidue ſuſtinebunt, ita ut frequenter ex
alto dignitatis gradu, aliqua humilitatis deiectione labant, habebũt quoq; ſubſtantiã ex
aliena ſibi largitione collatam, ſed tantã, ut aliorũ poſſint anguſtias ſubleuare. Erũt etiam
liberorũ defenſores, ac laborantibus hominibus ſemper patrocinia cõmodãtes, ſed cum
hæc omnia fuerint aſſecuti, longæui moriẽtur, animæq́; eorũ ad cœlũ applicant, cumq́;
fuerit in ♌ poſitus, animas eorũ, qui ſic habuerint, ab innumeris anguſtiis liberatas, ad
cœlum, & originis ſuæ primordia reuocat, & in quieta ſede reponit.

♍ In ♍ ♄ ſi fuerit inuentus, nati in prima ętate ægritudinis, & uitæ patientur incõmoda,
ſed tunc malis fortioribus implicantur, cum ad ♑, uel ♉ ♄ tranſitum fecerit, uel cum du=
plicia ſigna fuerit ingreſſus. In his enim ſignis turbatiões, damna ſolicitudines, dolores,
ac periculorum repentina decernit exitia, per cætera uero ſigna pergens, bonos actus, bo=
nas occupationes, ac bonæ felicitatis decernit ornamentũ, ita ut ex iis actibus, & patrimo=
nii augmẽtum, & gloriam conſequantur, aut certe de incõmoditatibus, & laboribus, ac
periculis liberati, requiem ſortiantur, ac lætum & glorioſum habeant tempus. Sed ſi in ge
nitura

nitura ♄ fuerit in ♍, uel ad ♍ uenerit signum, nullam illis poterit decernere felicitaté, plus enim habebunt ex suis uiribus, quàm ex parentum facultatibus, eruntq; nunc humiles, nunc subleuati, ac de locis & negociis multis, assiduis rationibus transferentur, & quicquid primũ ab eis quæsitum fuerit, miseris ac profusis lacerationibus dissipatur, sed cum omnis substantiæ facultas dissipata fuerit, rursus aliam facultatis substantiam consequentur, ipsam tamen pari rursus ratione dilapidabunt, nec aliquando quæsitum poterunt patrimonium possidere. Erunt sane circa mulieres in prima ætate semper instabiles, sed & mulieres illæ, quas in prima erunt ætate legibus sortiti uxores, neq; ipsis consentient, neq; per ipsas aliqua utilitatis cõmoda consequentur. Sed nec uirginem sortientur uxoré, nam aut ab aliis stupratas ducẽt, aut quę iam filios susceperint. Quod tamen si uirgines aliquo casu sortiti fuerint uxores, uelociter ab eorũ consortio separantur. Sed nec unius tantũ feminæ notitiam habebunt, miscebuntur enim ignobilibus, & abiectis, eásq; fido diligent semper affectu. Erunt sane cordati, doctrina ac sapientia pleni, sed multis occupationibus dediti, ac multa appetentes, ex iis autem quæcunq; collegerint, unà cum patrimonii substantia dissipabunt, ac pro aliis damna assidua sustinebunt, atq; in iis ipsis erunt captiosa falsitate fallentes. Erunt etiam ad pericula parati ac proiecti, & in publicis locis constituti, erũt quoq; popularibus studiis implicati, noti tamen omnibus, sed ex filiorũ infortunio patrimoniũ dissipabunt, cũ in cardine genituræ, uel cum in necessariis locis ♄ fuerit inuentus. Quidã etiam affines suas sortientũ uxores, sed uitia habebunt, & in necessariis corporis locis assiduos dolores, quod si ipsum signum dñs temporũ fuerit, sibi cæterísq; stellis tempora diuidet. Erunt quoque in solicitudinibus, iniuriis, peregrinationibus, ac sine causa peregrinationis incõmoda sustinebunt, in talibusq; periculis erunt, ut ad multa discrimina accedant, quidam etiam ex altis locis, uel præcipitiis pericula habebunt, aut ex bestiis, uel ex aqua, & sic ante oculos suos mortis pericula uidebunt, ut tunc se putent iterũ renatos, cum ad conspectum magnorum ac potentium uirorum uenientes, eorum fuerint protectione liberati. Sed cum ab omnibus fuerint periculis seruati, tunc felicitatis gaudiis subleuabuntur. Erunt sane contentiosi, & qui nunquam possint pudoris uerecundiam sustinere, erunt humani, longæui, & quibus se tarde felicitas conferat, sed tunc illucebit præcipue, si ♄ signi genituræ aliquo pacto dominus non fuerit.

In ♎ ♄ si fuerit inuentus, ac beneuolarum stellarum testimoniis adornatus, nati habebunt maxima subsidia facultatum. Quod si nudus ♄ à beneuolarum stellarum testimonio fuerit, nullum poterunt habere uitæ subsidium, sed quicquid consecuti fuerint, uel à parentibus, uel ab aliis facili ratione deperdent. Quod si sic positum ♄ beneuola stella minaci radiatione respexerit, cum præcedentibus malis, etiam grauiora discrimina decernũtur, sed tunc peiora erũt, cum in hebdomaticis, uel enneaticis annis fuerint, eruntq; talia, ut ab iis difficillime liberẽtur, erunt quoq; in tantis angustiis, ut ab aliis quærãt quotidiana uitæ subsidia, tuncq; ignominiæ, tunc angustiæ, tũc deniq; omnis infortuniorũ calamitas inferetur. Si uero ipso tempore, quo imminent pericula, opportuna genituræ loca beneuola stella possederit, ita fiet, ut ab omnium infortuniorum pondere subleuentur, sed quicquid in prima ætate consecuti fuerint, miseris lacerationibus dissipabunt, præsertim cum Cancri signum ♄ fuerit ingressus. Tunc etiam in difficultatibus, in damnis, accusationibus, ægritudinibus, custodiis erunt, cum ♄ in dextro quadrato fuerit inuentus. Sed cum principales genituræ cardines Saturnus fuerit ingressus, tunc omnifariam omnium infortuniorum decernit incommoda, tunc proscriptiones, tunc patrimonii lacerationes erunt, tunc mendicitatis onere deprimentur, tunc quoque ♄ parentibus dolores ex filiorum dabit infortuniis, tunc paterna substantia dissipabitur, tunc angustias, solicitudines, accusationumque causas decernit. Sed & cum domum suam rursus fuerit ingressus, hæc eadem simili ratione portendit. Hoc etiam tempore, aut indignis uel peregrinis, seu seruilibus mulieribus copulantur. Hæc autem tandiu sustine-

bunt,quandiu primum circulum cursus sui,hoc est triginta annos ♄ impleuerit. Verum
post hoc tempus quæcunq; fuerit,sortientur uxorem,cuius obsequiis capti,integros ei cō
iugales exhibebunt affectus,hoc idem & in mulieris genitura decernitur. Erunt sane cor=
dati,semoti,boni consilii,sapientes,docti,magni,omnia desyderātes,imperiosi,noti,glo
riosi,in magnis negociis constituti,& cum maioribus uiris amicitię uinculum copulan
tes,ac in magnis ciuitatibus,uel populis insignia honoris habentes. Erūt etiam tales, qui
nunquam capi,fallíq; possint,contentiosi,multos diligentes,multa scientes,& qui cito à
periculis liberentur,sed ex neruis,seu neruorum doloribus grauiter fatigabuntur. Erunt
præterea publicis locis præpositi, alios adiuuantes atq; habentes hominum potestatem,
erunt quoq; felices,si in bonis genituræ locis fuerint inuenti,alienáq; patrimonia posside=
bunt,ac multa præstabunt,eruntq; tales,quibus dii futura prædicant,& qui animi sui in
stinctu,futura præuideant,quíq; mancipiorum,ac possessionum dominia consequant̃,
ac filiis suis substantiam relinquant,uxores enim ac filios,primo genituræ suæ decreto cō
sequentur,morientur sane filiis diuiso patrimonio,eruntq; ab omnibus periculis,ac solli
citudinibus liberati.Si tamen illis integrum uitæ spatium à domino genituræ fuerit de=
cretum,quod ut frequenter diximus,in omni genitura diligenti debes ratione colligere,
si recte iudicare uolueris.

♏ In ♏ ♄ si fuerit inuentus,natus in prima iuuentute multis turbationibus, ac periculis
impugnabitur,& neq; paternæ neq; maternæ substātiæ potestatem habebit,sed si aliquid
ex parentum rebus nacti erunt,id totum uariis dissipationibus minuetur.Sed nec eorum
parentū clara erit uita,aut nobilis,ipsi tamen in prima ætate maximis delitiis nutrientur,
postea uero in ægritudinibus erūt,ac cum magna difficultate,maximísq; angustiis & la=
boribus in exitu,quotidianæ uitæ habebunt alimenta,decernuntur autem simul & peri=
cula in hebdomaticis, ac enneaticis annis usq; ad quadragesimum tertium ætatis annū.
Sed si periculorum tempore,beneuolarum stellarum fuerint præsidio subleuati,instantiū
malorum discrimen euadunt,eosdem tamen adhuc assiduis erroribus turbat ♄,cum lo=
cum suum trigona radiatiōe respexerit.Specialiter tamen,cum in ♋ fuerit,faciet tristitias,
dolores,peregrinationes,angustias. Verum cum ad ♌ uenerit,& in eodem signo statio=
nem fecerit,tunc quædam dabit initia felicitatis,eosq; faciet omni ratione proficere,pluri=
máq; honestatis insignia conferet,ac gloriosorū negociorum initiis honestabit. Statim
enim ut in ♌ primam stationem fecerit, omnis genitura ad felicitatis initia transfertur,
tuncq; dolores,tristitiæ,sollicitudines,omnifariam sopiuntur.Cum primis tamen uxori
bus,qui in ♏ ♄ habuerint,nō perseuerant,♄ quoq; sic positus,nec uirgines decernit uxo=
res,sed aut uiduas,aut aliis iunctas.Hi tamen plurimis mulieribus miscentur,& à quibus
dam morte,à quibusdam uero repudio separantur. Valetudines etiam ♄ & uitia in ♏ po
situs,in extremis corporis partibus faciet,& absconsorum ac latentium dolores assiduos
locorum.Sed si ♃ in opportunis genituræ locis inuentus ♄ in ♏ positum prospera radia
tione respexerit,hi dolores ac ualetudines,& uitia mitigantur.Loco tamen filiorum in ♏
positus ♄ nocebit,& quicunq; filii primi suscepti fuerint,uario genere dissipantur,postea
tamen grata sobole gaudebunt,cum autem ♄ ad eundem ♏ reuersus fuerit,erunt fortio=
res,& in locis & populis potentiores efficientur,& clari,ac multi circa eos ipso tempore
reddentur humani.Hæc eadem in mulierum etiam genituris decernit,nam sicut in insti=
tutionum libro diximus,quæ in uirorum genituris dicuntur,ipsa quoq; in feminarum
etiam genituris consequuntur effectum.

♐ In ♐ ♄ si fuerit inuentus,nati periculis & multis ægritudinibus implicantur, nec de
paternis substantiis aliquid consequuntur,in damnis enim maximis, ac sollicitudini=
bus erunt,ac per semetipsos maximam substantiam consequuti, hanc eandem rursus,
misera dissipatione deperdent. Tunc autem habebunt periculorum discrimina per o=
mne uitæ spatium,cum ad hebdomaticos, uel enneaticos annos uenerint, sed ex iis
periculis facillimis rationibus liberantur. Cum autem Saturnus quadrata genituræ
loca

loca intrauerit, id est cum M C, aut I M C fuerit ingressus, faciet quasdam animi uanitates, turbas, domesticas dissensiones, incommoda, damna, custodias, causas, amissiones, tristitias. Cum uero in ♓ fuerit, tunc felicitatis dabit initia, & cum in eodem signo stationem fecerit, uitæ ac gloriæ decernit insignia, ac patrimonii largitur augmentum, cum ueto ad ♊ & ♋ uenerit, iterum erit ex omni ratione contrarius. Sed cum ad ♈ ♉ & ♒ uenerit, turbas, seditionésque decernit. Cum uero secundo tempore ad ♓ uenerit, rursus claros eos faciet, ac totum quod perdiderint, cum maximo facultatū augmento consequentur, sed nunquam prospere sic habentes ♄ uxores uirgines sortientur. Et si tres habebunt, ex filiorum infortuniis, dolores assiduos incurrent. Sed si ♃, ♄ in ♈ positum nulla radiatione respexerit, nec uxores dabit, nec filios, habebunt tamen propter mulierem, uel eius causa, graues dolores, & in aqua, uel prope aquam, grauia uitæ discrimina incurrent.

♑ In ♑ ♄ si fuerit inuentus, in partibus scilicet tropicis, omnis eorum substātia & fatum assidua deiectione mutabitur, nam quotienscunque ad summum felicitatis gradum accesserint, toties deceptiua quacunque ratione labuntur, & tandiu infortuniorum inæqualitatibus tenebuntur, quandiu primum cursus sui circulum ♄ impleuerit, uel temporis sui erogauerit potestatē. Ibunt quoque per hæc uitæ discrimina, quandiu ♄ ♊ Cancrúmque transiuerit. Erunt sane tales, ut maxima sperentur habere subsidia facultatum, sed nihil magnum in deposito habentes, diuitiarum opinione domesticis angustiis opprimuntur, paterna etiam eorum, ac materna substātia dissipabitur. Sed & quicquid susceperint hoc tempore, uaria ratione deperdunt, omnem'que substantiam minuunt. Erunt etiam in peregrinationibus, ac ægritudinibus constituti, habebunt'que uitæ discrimina, in quinto, septimo ac nono ætatis anno, præsertim cum iste anni numerus triplicatus fuerit, tunc enim in ægritudinibus, damnis, turbis, doloribus, ac iniuriis erunt, necnon & maximis infelicitatibus opprimentur, nisi fuerint beneuolarum stellarum præsidio liberati, tunc enim erunt infortunia, tunc egestates, cæteráque omnia, quæ diximus, si nullarum stellarum præsidium, istorum malorum pericula fregerit, uel impetum: tandiu autem erunt in iis malis, quandiu loca sua ♄ ingressus, ad dextrum uenerit trigonorum. Sed omnifariam in ♑ constitutus, cum ad ♊ uel ♋ uenerit, omnium contrarietatum decernit incōmoda. Cum autem in ♌ fuerit, uel in ea parte, in qua ♑ est constitutus, tunc actus maximos, ac prospere felicitatis augmenta decernit. In hoc tamen signo constitutus nunquam uirginem dat uxorē, sed hāc eandem, aut repudio separat, aut morte, ac quæcunque illis desponsæ fuerint non patitur easdem in matrimonio perseuerare. Sortientur uero uxores, ab aliis stupratas, duos tamen filios ex duabus mulieribus suscipient, dolores autem ex assiduis filiorū mortibus habebunt, aut filii eis in perpetuum negabuntur. Hi præterea dolores, & ualetudines, in extremis corporum partibus, aut in absconsis, & necessariis locis habebunt, maximas quoque incurrunt uitæ tempestates, maximáque pericula, cum ♄ ♋ fuerit ingressus. Sed cum ad ♌ transitum fecerit, ex istis tempestatibus liberati, tranquillam serenitatis lætitiam, cum maximo consequuntur felicitatis augmento, tunc enim requiem, tunc pecuniarum incrementa, substantiam, sanitatem, lætitiam, tunc denique rectum uitæ ordinē, omnibus sopitis infortuniis elargitur.

♒ In ♒ ♄ si fuerit inuentus, nati erunt in prima ætate deiecti, & quicquid paternum susceperint, perdent, ac quicquid primum habuerint, eadem laceratione delapidant, tunc deinde per semetipsos, ex magnis actibus proficiunt. Habebunt autem ex ægritudinibus maximas uitæ tempestates, à quibus tamen omnibus liberabuntur. Sed huiusmodi erūt periculorū discrimina, in hebdomaticis, uel enneaticis ānis, usque ad quadragesimū tertiū ætatis annum, erunt'que pericula maxima hoc tempore, erunt ægritudines, causæ, terrores, peregrinationes, erunt'que tales humilitates, usque ad captiuitatis, ac seruitutis ueniāt detrimenta. Erunt quoque angustiæ, & labores, hæc'que omnia talia erunt, ut ad similitudinem miseræ mortis accedant. Sed post hæc omnia discrimina si ♃ & ☿ in genitura bene

fuerint

fuerint collocati, gloriam, lucra, & dignitatis consequentur insignia, habebunt tamen aut uitium, seu ualetudinem, aut ex ferro, uel igni insignem cicatricẽ. Quascunq; preterea fuerint uxores legibus sortiti, inutiles erũt, talésq; quæ contra iuris ordinẽ uiuant. Tandiu aũt his incõmodis laborabunt, quandiu ♄ ad ♌ uenerit signum, ante enim q̃ ad illud ueniat, patrimonium minuet, tũncq; damna decernit, tunc iniurias, uanitates, domesticorúmq; mortes, tunc deniq; tanta decernit infortunia, ut homines malorum continuationibus quassati, ipsi sibi uehementer mortem inferre conentur. Cũq; in quadratis lateribus fuerit, hæc eadem simili ratione decernit, ita ut hæc malorum incõmoda per dies singulos crescant, tunc enim ex affinium morte dolores erunt, tunc frigidum tempus ac misera paupertatis incommoda, præsertim si in quadratis locis ♄ constituto, septimus, uel nonus ætatis annus superuenerit, tunc enim erunt custodiæ, ignominiæ, mendicitates, atq; intonsorum crinium ingluuies, ac præsertim si in ♒ constitutus, dominus temporũ fuerit, multis tamen in templis laboriosis actibus implicantur, sed ex ipsis actibus uariis discriminibus afficiuntur, ita ut non facile possint euadere. Sic autem constituti, nullum felicitatis iter inuenient, sed erogabuntur omnia, eruntq; causas publicas forte dicentes. Si uero sic posito ♄, ♃ in necessariis geniture locis fuerit inuentus, ex iis temporibus, in quibus sunt pericula, aut fugient, aut longis peregrinationibus subtrahentur. Sed cum hæc omnia ♄ impleuerit, cum'que per hæc mala, maximũ uitæ cucurrerint tempus, tunc paulatim ab infortuniis liberati, ceruices erigent, ac omni sordium squallore deterso, honesto dignitatis habitu uestientur, ipsi se cõsulentes, ac uitam suam per gradus singulos erigentes, talésque se patrimonii dignitate constituunt, ut & hominum illis regnum, & gubernacula committantur. Erunt autem gloriosi, habentes maximæ potestatis insignia, in regionibus, ac populis potestatis licentia præpositi, ita ut in publicis locis, & ciuitatibus, eorũ dignitas sempiterna memoria relinquat. Tunc enim potentibus uiris, tũc regibus pro genituræ mensura, amicitiæ gratia coniungentur, tunc dona, tunc in templis loca, tunc sacerdotia consequentur, tunc lætitiam, tunc diuitiarum fructus accipient, tũc seruitia, tũc fundamentorũ, ac uirorum dominia possidebunt, tunc eis mobilia, tunc pecuniæ conferentur actantis erunt diuitiis locupletes, ut & alios sua facultate sustentent, tunc denique omnes affines, defensiõis, eorum præsidio subleuantur. Cum'q; istius felicitatis commoda senserint, ac magnifica diuitiarũ fuerint affluentia copiosi, earum'que cœperint fructus, cum bona fama longæui morientur.

♓ In ♓ ♄ si fuerit inuentus, nati neq; paternam neq; maternam substantiam possidebũt, sed omnibus rebus perditis nudi relinquentur, & quicquid in prima ætate, in quolibet genere possederint, etiam hoc cum misera laceratione deperdent. Sed tamen per semetipsos magnos actus agentes, maximam quærent substantiæ facultatem. Habebunt etiam maximas ægritudines, atque discrimina, præsertim cum septenos, uel nouenos, hoc est hebdomaticos, uel enneaticos annos intrauerint, & periculorum continuatio usque ad trigesimumtertium ætatis annum extenditur. In iis uero periculis, non solum erunt ægritudines, sed & causæ, & accusationes, sine causa, & sine ratione conceptæ, turbæ quoque, seditiones repentinæ, assidua animi tormenta, insperata in aquis pericula, ac cum mulieribus dissensiones. Sed nec proderunt eis, quascunque uxores primas fuerint sortiti, Saturnus quoque in ♓ positus, nec uirgines decernit uxores. Et cum in omnibus genituræ cardinibus circumiens fuerit, maximis difficultatibus, ac contrarietatibus faciet implicari, præsertim in primo cursus sui circulo constitutus, sed quandiu triginta annos cõpleuerit, & spatia secundæ ætatis intrauerit, tandiu periculorum maiorum decernit incõmoda. Cum autem ad ♋ uenerit, tunc illis tempora meliora promittit. Cum uero in signum ♌ intrauerit, tunc eorum negocia corrigit, tunc gloriam, patrimonium, honores maximos pollicetur, tunc omnes actus eorum prosper sequetur euentus, tunc illis fides, tunc magnorum uirorum negocia credentur, ex qua administratione, patrimonii consequantur

consequantur augmenta. In extremis tamen corporis partibus assiduos dolores habebũt, maximásque ex ferro cicatrices, sed ex filiorum casibus assiduos luctus consequentur. Cũ autem illos ♄ prioris temporis tempestate quassauerit, tũc deinde illis lætitiam ex uitio decernit, & ex gratia coniugali, secundum genituræ mensuram atq; substantiam, quam cæteræ sua auctoritate decreuerint stellæ, coniunctionibus, uel aspectibus roboratæ.

IOVIS DECRETA PER SINGVLA ZODIACI SIGNA. CAP. IIII.



Vpiter in ♈ si fuerit inuentus, quæcunq; in prima ætate habuerint nati, in omni actu turbantur, quandiu compleuerint genituræ contraria. Sed cũ hęc tempora completa fuerint, tunc honestates, tunc felices actus, bona tempora, proficiendi locus, maximorúmq; negociorum actus decernuntur, tunc præterea potentium, ac magnorum uirorum amicitiis copulantur, aut in magnis ac regiis domibus constitutis, potentis administrationis eis officia creduntur. Tunc patrimonia maxima consequuntur, ac dominandi accipiunt potestatẽ atq; ex uxoribus, uel filiis maximo lætitiæ releuantur augmento. Tunc deniq; potentiæ cõferuntur, ac honoris insignia, tunc regimen hominum'q; potestatem sortiuntur, tũc in omnibus causis, causarúmq; certaminibus uictores existunt, & quicquid tacita cogitatione tractauerint, id totum facillima ratione completur, ♃ enim homines facit præconio bonitatis ornatos, sed qui circa os quoddam habeant signum. Erunt autem alienorum patrimoniorum domini, sed in deorum cultu religiosi, & cum fide omnium præcepta seruantes, & qui à potentioribus uiris, seu regibus ad magnæ administrationis officia dirigantur, imperiosi in omnibus actibus existentes, & fortes, sed quorum prima tempora sint difficilia, postea tamen deorum assidua monitione formati, prospere cuncta compleant, præsertim si in principalibus genituræ locis positos, & non in deiectis ♄, uel ♂, uel ☉, uel ☿, aut ♀ seu ☽, ipse trigonica radiatione respexerit. *Iupiter in ♈.*

In ♉ ♃ si fuerit inuentus, quicunq; eum sic habuerint, in maxima gloria, ac potestatibus erunt. Sed postea quàm tempora sua ♄ impleuerit, cum in primis tẽporibus illis graui periculorum tempestate fuerint quassati, cũq; in ægritudinibus, seruitiis, & causis uersati fuerint, cum præterea cum potentioribus cõtentiones, damna, labores, iniuriásq; fuerint perpessi, tunc prosperos omnium negociorum habebunt euentus, tũc glorias, tunc potentium amicitias sortientur, tunc eis potentes uitæ suæ secreta committent. Nauigabunt autem in magno mari, aut in fluuiis, uersabuntur etiam cum sterilibus, aut infamibus uiris, religioni tamen seruientibus. Sed his à mulieribus uitæ præsidia cõferuntur, ac per ipsas magnæ dignitatis, & maximorum honorum insignia consequentur. Erunt tamen iusti, fortes & amicis exhibentes amorem, eritq; in ipsis liber sermo, & pro amicis fortiter excusabunt. Sed erunt temerarii, in omni certaminum contentione, ac fortes, & qui sibi nunquam, sed amicis semper prodesse desyderent, existunt tamen illis amici frequenter ingrati, ipsi quoque sæpius labentes, iterum corriguntur. Erunt etiam duorũ patrum, aut duarum matrum filii, unius scilicet per naturam, alterius uero per accidens. Sed inter initia ex uxoribus gaudia habebunt, ac ex filiis postea dolores. Multis similiter proderũt, maxima habentes felicitatis insignia. Sed hæc omnia pro genituræ mensura Iupiter ipse decernit. ♉

In ♊ ♃ si fuerit inuentus, quicunq; eum sic habuerint, in maximis gloriis erunt, ac potestatibus in amicitiis noti, & gratia semper ornati, ac cum multa quæsierint, hæc eadem rursus amittunt, & bona eorum assidua commutatione uariantur. In primo enim uitæ tempore erunt in dissensionibus, & in multis negociis, & damnis, in angustiis, & ægritudinibus, ac de uxore & filiis, assiduos dolores habebũt, q̃diu quadragesimũ quintum ætatis annũ impleuerint. Infra enim hoc genituræ tẽporis spatiũ, quicquid habuerint, dissipabunt. Verum cum hoc tempus fuerit diuersum, tunc notitias habebunt, tunc subsidia facultatum. Primo autem tempore erunt cum suis uxoribus dissentientes, postea pro- ♊

spera

ſpera matrimonia poſſidebunt in locis publicis,atq; ex iis accipient maxima felicitatis in ſignia.Sed hæc pro genituræ menſura decernunt,ac pro cæterarum ſtellarum mixtura,et rationibus,radiationibúſq;,quas te in omnibus ſeruare,ac meminiſſe conueniet.

♋ In ♋ ♃ ſi fuerit inuentus,quicunq; eum ſic habuerint,erunt potentium amici,atque cum eis uerſabuntur,ſecreta eorum fideli taciturnitate ſeruantes.Et cum tempora eorum poſſidere cœperit ♃,tunc illis patrimonia,tũc honores,tunc gloriæ conferunt̃ inſignia. Sed nunquam in illis felicitas,nec fides amicitiæ perſeuerat.erunt autem frequenter humi les,ſed qui gregum peculia teneant.Sed cum ♄ principalia genituræ loca fuerit ingreſſus, uel cum ad ♒ aut ♓ uenerit,tunc maximorum diſcriminnm difficultatibus implican tur.Tunc pericula,tunc turbæ,tunc damna,tunc ægritudines fiunt,tunc cum potẽtibus uiris,aut affinibus ſimultates,tũc falſæ accuſationes,& publici ſermonis inuidiæ creſcũt. Sed hæc tunc mitigantur,cum ♄ cum ♃ in quadratis huius ſigni lateribus fuerint inuen ti.Cum autem ♄ ad hoc idem uenerit ſignum,& ♃ ſe applicuerit ſtellæ, multum iuua bit,proderit plus tamen cum ad ſignum ♌ tranſitum fecerit.Nam cum in ♌ tempore ſe cundæ ſtationis intrauerit,felicitates,glorias,& alicuius honoris inſignia decernit. Tunc enim plurimis hominibus imperabunt,tunc omnium aduerſariorum ſuperabitur im probitas,tunc eorum notiam felix fama ſubleuabit,tunc erit lætitia, ut & alios ſuſtentare poſſint. Sed cum felices fuerint,rurſus partem felicitatis amittent. Hæc autem ſecundum ſecreti differentiam decernuntur. Habebunt enim ex muliere,uel uxore lætitiam , læta buntur etiam ſuſcepta ſobole, & fundamentorum atque mobilium dominia conſe quentur.Poſt uariam tamen ætatem,ac inæqualitatem uitæ,ad proſpera cõmoda felicita tis accedent,ut ſint admiratione digni,& ipſi quoq; ſæpius mirentur,qua ratione ad hæc felicitatis inſignia peruenerint.

♌ In leone Iupiter ſi fuerit inuentus,quicunq; eum ſic habuerint,in multis laboribus, ac fatigationibus erunt,quã diu ♄ relictis Piſcibus,ad Arietis ſignum uenerit. Cum enim Io uem in Leone poſitum,trigonica Saturnus radiatione reſpexerit,tunc poteſtates,tunc glo rias,tunc notitias,tunc potentium amicorum præſidia conſequuntur, atq; in diſciplina conſtituti,maximos fructus accipiunt,túncq; ad omnes actus proſperos prouecti,primũ tamen procurationis officia tractabunt.Sed primæ eis non proderũt uxores,nec eas uirgi nes ſortientur ſed ab aliis ſtupratas,erunt nihilominus felices,ac per ſemetipſos felicitatis inſignia conſequentur,poſtquam patrimonium paternum fuerit amiſſum, erunt quo que fortes animo,profuſi,liberales,ſed qui res alienas praua ſemper cupiditate compulſi deſyderent.

♍ In ♍ ♃ ſi fuerit inuentus,quicunq; eum ſic habuerint erunt mundi,honeſti, bene nu triti,pudici,efficaces,fideles,bono ſemper amicos diligentes affectu,moribus ingenui,cõ tentioſi,potentes,laborioſi, nõ habentes quoq; unum in uita curſum,quandiu ♉ Satur nus tranſierit ab eo ſigno,in quo ipſe ♄ in genitura fuerit conſtitutus. Sed cum in piſci bus fuerit,erunt in tempeſtatibus,damnis,ægritudinibus,doloribus, ac ſollicitudine,cũ autem de Piſcibus ♄ tranſierit,tunc gloriam,tunc potentiam,tunc pudicas & beneuolas ſortient̃ uxores,ac maritorum cõmodis ſeruientes, habebũt tamen de filiis dolores,quan diu ♄ tempora fuerint completa,ſed erunt in magno honore,ac poteſtatibus quæ tamen pro genituræ ſubſtantia decernuntur.

♎ In ♎ ♃ ſi fuerit inuentus,quicunq; eum ſic habuerint, habebunt iactationes, & tur bas in prima ſemper ætate, præſertim ſi ♄ in diametro Iouis, uel Lunæ fuerit inuentus. Tunc enim damna,tunc domeſticæ diſſenſiones,tunc triſtitiæ,tunc iniuriæ, tunc igno miniæ,cauſæ,peregrinationes,offenſæ,tunc patrimonii dilapidationes decernuntur.Sed cum hæc diametra ♄ tranſierit, & per opportuna genituræ loca ♃ currere cœperit, Tũc initia felicitatis accipient,tunc gloria,lætitiáque decernitur,tunc idonea facultatum ſubſi dia conſequentur.Quotieſcunque autem Iupiter poſt exceſſum Saturni ad opportuna ge nituræ loca peruenerit,tunc iungit eos,aut potentibus uiris,aut ducibus, uel regibus,tũc

quoq; nobilitas, tunc notitia decernitur, secundum tamen genituræ substantiam, tunc etiam illis potentium uirorum secreta creduntur, tunc potentium res, ac patrimonia illis committuntur. Erunt autem fabricatores, aut pastinatores, & multorum dominia possidentes, habebunt'q; ex uxore, & filiis lætitiam. Sed cum primum fuerint infortuniis fatigati, ac in omnibus causis ipsis sententiæ proferantur, ac sine consortibus litigarint, tunc enim prosperos habebunt euentus in omnibus, si ab omni commutationis fuerint consortio separati. Habebunt etiam quoddam signum in corpore, erunt'q; aut duorum patrum, aut duarum matrum filii, nec non & alienorum patrimoniorum dominia consequentur, erunt'q; religiosi deorũ cultores, sed in primo uitæ tempore maximas habebunt difficultates, in postremo autem, honestis actibus ornabuntur.

In Scorpione Iupiter si fuerit inuentus, quicunque eum sic habuerint, homines erunt religiosi, & potentes, præsertim cum ad æstiua tropicáque signa Saturnus peruenerit, nam in cæteris signis Saturno constituto, ac in primo genituræ quadrato, erunt in ægritudinibus, & turbis, in accusationibus, & commotionibus, in causis, & dissensionibus, ac in negociorum humilitatibus, cum uero primum Saturni quadratum exierit, id est cum ad pisces transitum fecerit, cum potentibus, ac ducibus erunt, eorum secreta fideli taciturnitate seruantes, nauigabunt quoque grandes fluuios, ac maria, & per steriles, aut infames homines, uel mulieres, maxima negocia perpetrabunt. Erunt autem propitii multitudini, atq; in populo habẽtes insignia potestatis, animo pariter & corpore fortes, ac magnæ substantiæ dominia consequentes, habebunt lætitiam ex uxorum, ac filiorum affectibus, sed priori defensione sopita rigescunt. Hi etiam à potentioribus uiris, ac regibus, ad alicuius administrationis potestatem constituti, pluribus proderunt, sed cum in prima ætate fatigati fuerint, felices deinceps erunt, licet nec tute lætentur. Hic autem ea omnia etiam notanda sunt, quæ superius in ♈ signo diximus. ♏

In Sagittario Iupiter si fuerit inuentus, quicunque eum sic habuerint, erũt gloriosi, potentes, nobiles, noti, duces, uel ducum, aut potentiũ amici, locupletes, copiosi, docti. Sed quicquid consecuti fuerint, tandiu perdent, quandiu prima loca genituræ Saturni stella transiuerit, tunc enim erunt in turbationibus, doloribus ac seditionibus, & quæcunque complere uoluerint, prosperos non habebunt effectus. Erunt autem in ipsis temporibus, in laboribus, & angustiis quandiu completo Iupiter secundo cursus sui circulo, locum suum prospera radiatione coniunxerit. Tunc enim gradatim omnia prospera pro locorum potestate decernit, tunc notitiam, tunc gloriam, tunc potentiam, tunc potestatem, tunc patrimonii largitur augmenta, tunc hilaritatem tunc lætitiam dabit, tunc matrimonia, filiósq; decernit. Et qui sic habuerint Iouem, aliena patrimonia possidebunt, erunt sane boni, & apti ad omne humanitatis officium. Sed in primo uitæ suæ tempore in omnibus rebus stabiles erunt, cum uxore autem dissentient, ac in medio ætatis cursu constituti, prospera felicitate lætabuntur. Sed si in genitura Saturnus Iouem in Sagittario constitutum, aut quadrata, aut diametra radiatiõe pulsauerit, aut uxores, aut filios non habebũt, præsertim si in finibus Saturni Iupiter fuerit inuentus, erunt tamen homines magnæ fortunæ, liberales, amabiles, multorum amici, omnibus noti, mundi, honesti, omni genere bonitatis ornati, præsertim si in primis genituræ locis constitutus, quamcunq; de cæteris stellis trigonica radiatione respexerit. ♐

In Capricorno Iupiter si fuerit inuentus, quicunque eum sic habuerint, erunt gloriosi potentium amici, amicorum'que secreta fideli taciturnitate seruantes, erunt'que felices. Sed tunc cum Iupiter spatia secundi cursus impleuerit, nam ante hoc tempus, in quocunque honore fuerint, ab eius potentia deiicientur, erunt'q; in angustiis, & difficillimis actibus, in notationibus humillimis, & humilitatibus tandiu hominibus seruiẽtibus, quandiu secundum trigonum eiusdem signi, uel loci Saturnus transierit. Ante enim hoc tempus, in plurimis doloribus, & damnis, in causis, & contractionibus uersabuntur, & suorum mortes uidebunt, ac multis infortuniis implicabuntur, & in tantis erunt infelicita- ♑

tibus constituti, ut ab ista malorum continuatione, morte cupiant liberari. Sed cum hęc, quæ diximus loca Saturnus transierit, exclusis omnibus malis, atq; sopitis, maxima felicitatis cõmoda consequentur, ac plurimorum conuersationibus subleuati, magnis erũt felicitatibus præpositi, secundum tamen genituræ uires, atq; substantiam.

♒ In Aquario Iupiter si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines uenatores erunt, formosi tamen, bene compositi, & qui pulcherrimis, lautísq; uestimentis delectentur, ob eam'q; causam à plerisq; metuantur, & diligantur. Sed hoc præcipue futurum decernitur, cum alterius cursus spatia Iupiter impleuerit. Ante enim hoc tempus, uitiosi erunt, epulones, & bibones, & qui posthabita omni rei familiaris cura, nihil aliud affectent, nisi Epicureorum more, sine laboribus, in quiete & rerum ubertate uiuere. Sed cũ tertium huius signi trigonũ Saturnus transierit, tunc omnia in melius disponentur.

♓ In Piscibus Iupiter si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint homines erunt docti, sapientes legum, ac iurisperiti, multarum scientiarum & occultarum præcipue, solertes inquisitores. Sed hoc præcipue decernitur, cum primum loca genituræ Saturnus transierit. Erunt enim tunc læti, alacres, iocundi, & aliquo etiam nobilitatis genere decorati, sed iocationibus dediti, canticis & uoluptatibus, unde sibi multa corporis, & animi solatia consequantur. Ast paulo post, tanta aduersitatum omnium oppressione deprimentur, ut uix eos uita delectet. In ætatis uero fine iterum gaudia consequentur.

MARTIS DECRETA, PER SING. ZODIACI SIGNA CAP. VI.



Mars in ♈ Mars in Ariete si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt fures, clamosi, fraudulenti, litigatores, & q super alios se semp contendãt extollere. Hi tamen in prima ætate, felicitatem aliquã consequent̃, exercituũ ductores erunt, populorum gubernatores, semper'q; ad arma parati, unde alios sua fortitudine, aut sæuitate deterreant. Sed hoc erit præcipue cum primum genituræ loca Saturnus transierit, ante enim hoc tempus leues erunt, & amoris laqueis impediti, qui tamen semper armis ornati aliis quærant timorem incutere, & ab eis semper uenerari.

♉ In Tauro Mars si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines faciet audaces, temerarios, obligurritores, & quibus fas, aut nefas iuxtà sit, dum uoluntatem suam expleant. Hi enim mulierum lenociniis implicati, rixas sæpius, litésq;, & quandoq; non sine homicidio ciebunt, hac'q; de causa, infelicitate plurima fatigabuntur, erunt quoq; turpissimi, fœdissimíq; aspectus, iocísq;, ac iaculationibus cõtinue dediti. Sed cum primum orbem suum Saturnus impleuerit, relicto prioris uitę instituto, si facta sua correxerint, meliore poterunt in reliqua ætate uitæ decreto lætari.

♊ In Geminis Mars si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erunt militiæ dediti, sed qui plurima stratagemata, arte & ingenio suo in bellis reperiant, non autẽ erunt adeo temerarii, & audaces, sed qui potius armis recõditis, sontes punire cupientes, eorum occulta facinora uigili sagacitate perquirãt. Nunc fortasse apud reges & principes, magna quandoque honorum insignia consequentur. Sed cum prima genituræ loca Saturnus pertransierit, pauperes effecti, & fortasse corpore uitiati, uix necessaria sibi poterunt uitæ subsidia sufficienti ratione parare.

♋ In Cancro Mars si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, equites erunt, & qui balistarum tormentorum'que iaculationibus delectentur, equos nutrient, & beluas ad malitiam pertinentes, erũt quoque milites, & militaribus negociis impediti, unde sibi honorem quandoque & cæterorum militum timorem acquirant, erunt tamen fœdissimi aspectus, mirabilis formæ, & quos primum omnes irrideant. Sed cum primum orbem suum Saturnus transierit, medicæ facultati, & chirurgicæ præcipue intenti, uariis occultisque uenenis, magicas summo studio sequentur incantationes.

♌ In Leone Mars si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erunt potentes, audaces, & fortes, & qui equestri præcipue iaculatione delectentur. Facie tamen tristes erunt,

erunt soliciti, & multum cogitabundi, & qui sæpius aliquo dolore perculsi, & caput plangant, & pectora pugnis obtundant, ac perpexam barbam in omnibus cogitationibus suis permulceant. Ast cũ Saturnus secundũ genituræ trigonũ pertransierit, maioribus negociis occupati, rei uxoriæ fortasse indulgebunt, unde quietiorem sibi uitam comparent, aut id agere tentabunt, quo sibi gloriam consequantur.

In ♍ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt turpissimi, fœdissimiq; aspectus, grauissimæ iracundiæ, sed eam intra pectus suum diutissime cõtinentes, & qui audaci semper animo in res quascunq;, & ab aliis intentatas, & præsertim in homicidia ferantur. Sed cum ad secũdum genituræ trigonũ Saturnus peruenerit, ad cæcitatem fortasse, & membrorũ læsioné aliquã deuenient, erunt quoq; pauperes, uitiosi, obscuri, malisq; negociis impediti, & qui uix sibi necessaria uitæ possint alimẽta subministrare. ♍

In ♎ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; sic eũ habuerint, homines erũt boni aspectus, pulchræ formæ, delitiis dediti, sed qui armis præcipue delectentur, atq; equestri iaculatione laborent. Cum uero primũ genituræ trigonum Saturnus transierit, nõnullis mœroribus afficientur, quibus non mediocres fortasse illis icturæ ac damna prouenient. Sed cum ad alterum genituræ trigonũ Saturnus ipse deuenerit, tunc in iocosis conuiuiis, lætisq; sodalitiis uersabuntur, tunc ioculationes, cantúsq; exercebunt, tranquilla uitæ quiete felicissime perfruentes. ♎

In ♏ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; eum sic habuerint, homines erunt potentes, fortes, audaces, & qui omnibus facile inimicis suis dominentur. Erũt quoq; alti nominis, optimæq; famæ, & qui sua bona sapienti moderatione custodiant, sed hoc erit præcipue cum primum genituræ trigonum ♄ transierit. Ante enim hoc tempus, pauperes erunt, inuidi, odiosi, malorum operum, nonnullisq; militibus inseruientes. Erunt etiam ita mulieribus dediti, ut omni posthabita pudoris honestate, & illis quãdoq; uim inferre conentur, & cum eis sæpius irati lites exerceant. ♏

In ♐ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt molles, effeminati, ac in actibus suis plurimum pigri & inertes, uocis quidem femineæ, debiles quoq;, ac muliebri apparatu gaudentes. Sed cũ primũ genituræ trigonum ♄ transierit, tũc audaces erũt, fortes, magnanimi, & in magnis negociis occupati, & qui uiribus, & magnanimitate sua, facile ab omnibus timeantur. Erunt tamen audaces, & læti, sed qui potius legibus, & æquitate, q̃ uiolẽter acta sua perficere studeãt, unde sibi magnã gloriã acquirãt. ♐

In ♑ ♂ si fuerit inuentus, quicũq; sic eũ habuerint, hoĩes erũt regii, nobiles, potẽtes, maximis tropheis, plurimóq; uictoriarũ genere honestati, quiq; in talibus se potissimũ negociis immisceant, quæ cæteri nõ audeant, ita facili ratione suscipere. Sed hoc erit præcipue, cũ secundũ genituræ trigonũ ♄ transierit, ante enim hoc tẽpus, nõ ita decernunt huiusce modi felicitates, licet amicabili semper præclarorũ uirorum consortio coniungantur, animumq; semper ad res arduas, cæteris penitus abditas adiungant. ♑

In ♒ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, mali erũt, perfidi, nefarii, uitiligatores, & qui inter omnes conentur dissensiones, discordiásq; seminare, cæterósq; semper instigent, ut humanam societaté uiolantes, assiduas studeant hominibus contumelias inferre. Sed cũ primũ decanũ genituræ ♄ transierit, tunc alendis equis, bellis mouendis, ac inuadendis hostibus operam nauabũt. Sed paulopost in membrorum uitia, oculorumq; deuenient cæcitatem, unde aliis seruire cogãtur, nec ullam amplius habeant uitæ suæ libertatem. ♒

In ♓ ♂ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt ioculatores, uoptarii, mulierumq; sectatores, & qui omes delectationes, & corporis, & animi sui explere desyderent. Erũt tamen diuinatores, uates, sortilegi, & qui magicis operationibus res adeo mirabiles efficiant, ut ea de causa ab omnibus honorent, & à multis etiam timeãtur. Hæc autem erunt, cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, nam ante hoc tempus, hominum interfectores erunt, ac nulla seruata legis æquitate, aduersantiũ sibi superatores. ♓

SOLIS DECRETA PER SING. ZODIACI SIGNA CAP. VI

Sol in ♈ Ol in ♈ si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erunt uariæ fortunæ, quandoque enim ex uilibus alti, quandoque ex dominis, atque principibus, ad humilem fortunam tristemque deiecti. Sed hi potissimũ maleficiis, crudelitate, sęuáque uictoria gaudebunt. Sed cũ primũ genituræ trigonũ ♄ transierit, fueritque ☉ in cardinibus, uel eorum anaphoris, nec minaci maleuolarũ radiatione depressus, substantiã augebunt, taliáque à principibus itinera sortient, in quibus honorem, & cõmodum conquirant. Quod si maleuolarum fuerit radiatione percussus, à regibus mala patientur.

♉ In ♉ ☉ si fuerit inuentus, quicunque sic eũ habuerint, homines erunt tales, qui ut thesauros suos augmentent, semper in pręliis uersabuntur, atque ad saturandam uenerem, qua laborabunt, quocunque modo poterunt, pecunias augere tentabũt, etiam iniustas. Sed cum primum orbem genituræ ♄ impleuerit, fueritque ☉ prospera beneuolarum stellarũ radiatione munitus, tunc incipient à regibus & principibus utilitatem & gloriam consequi. Quod si fuerit malarum minaci radiatione depressus, ab iisdem regibus, dolores, angustias insperatósque labores consequentur.

♊ In ♊ ☉ si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, principes erũt aut primates, sed exigui spiritus, paruæque potentiæ. Hi tamen secundũ uoluntatem suam omnia regere cupient, nullius consiliis adhærentes, eáque de causa, famam, & conditioné suam amittent. Sed cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, fueritque ☉ in opportunis locis constitutus, ac beneuolarum stellarũ prospera radiatione munitus, habebunt hi magnum ex societate prouentum, atque filiorũ causa, maximam lætitiam cõsequentur, quæ tamen è diuerso continget, si ☉ maleuolæ stellæ impediant.

♋ In ♋ ☉ si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erũt ioculationibus, cantibus, ludis, fabulisque potissimum dediti, uenustorum ornatuũ amatores, & qui propter tales uoluptates suas, hominũ penitus conciliationes, societatésque contemnãt. Sed cũ primũ genituræ trigonũ ♄ transierit, tunc inimicos suos timeant, nam de facili quidé ab eis superabuntur, eruntque in multis laboribus constituti. Si uero ☉ fuerit in opportunis genituræ locis constitutus, neque maleuolarum minaci radiatione depressus, hæc mala omnia minuentur.

♌ In ♌ ☉ si fuerit inuentus, quicunque sic eũ habuerint, reges erũt, principes, potentésque uiri, qui & armis, & potentiæ suæ confidant, cupiantque penitus omnes superare, atque omnibus dominari, & omnes uoluntates, & desyderia sua, quomodocunque obtinere. Eruntque tales, qui utilitatem semper & lucrũ, cum summa omniũ laudatione, ex omnibus negociis suis reportent. Et præcipue si ☉ fuerit in opportunis genituræ locis constitutus, atque à malis penitus liber. Sed cum ad tertium genituræ trigonum ♄ peruenerit, tunc eis ægritudines, & dolores plerique contingent.

♍ In ♍ ☉ si fuerit inuentus, quicunque sic eum habuerint, homines erunt clari, & alti, ac mirabili quodã ingenio præditi. Sed ludis tantũ, fabulis, ac ioculationibus intenti, qui conuiuia, cantus, & sodalitates ament, ac omnibus delitiis, odoribus, & uoluptatibus uacent, substantiã tamen, ingenio, & doctrina sua, accumulatissime consequant. Et hoc pręcipue, cũ secundũ genituræ trigonũ ♄ transierit, fueritque ☉ in opportunis locis, beneuolarum stellarũ præsidio munitus. Quod si maleuolarum fuerit radiatione percussus, uota sua nunquam poterunt adimplere.

♎ In ♎ ☉ si fuerit inuentus, quicũque sic eũ habuerint, potentes erũt, & principes, sed qui amisso imperio, aut felici cõditione sua, extorres, & profugi ab hostiũ suorũ conspectu tremuli effugiant, nec ullũ habeant cui cõfidentes, satis tuto uitã suã credere possint. Et hoc, cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, solque in genitura maleuolarum fuerit radiatione depressus. Nam ante hoc tempus, in prima forte ætate, multa itinera facient, ex quibus aliquam gloriam & emolumentum felicissime consequantur.

In ♏

In ♏ ☉ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, hoies erũt formosi, cõpleti corporis & ornati, magni nominis, & famæ, & qui ornatis uestibus delectenť. Erunt quoq; tales, qui honorem atq; existimationẽ à regibus consequanť, hæreditates plurimas acquirant, & patrimoniũ augeant, unde ab aliis timeãtur. Et hoc præcipue, cum primũ genituræ trigonum ♄ transierit, ante enim hoc tẽpus in multis laboribus, & societatibus constituti, ex uiolenta quapiam populatione, maxima lucra consequenť, & maxime si ☉ maleuolæ stellæ minaci radiatione non respexerint. ♏

In ♐ ☉ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, potentes erũt, & magnis honorum insignibus decorati, sed qui multa damna hominibus inferant, ac sine ratiõe, uel æquitate aliqua, ad mortẽ etiam usq; populando denudent, unde nõnullæ etiã ipsis tristitię contingant detractiones multorũ, & solicitudines, ac liberos nonnunq; amittant. Et hoc pręcipue, cũ primũ genituræ trigonũ ♄ trãsierit, Sol'q; fuerit maliuolarũ minaci radiatiõe depressus, ante eẽ hoc tẽpus, lęti erunt, & satis fortunati atq; pulcherrima prole fœcundi. ♐

In ♑ ☉ si fuerit inuentus, quicunq; eũ sic habuerint, magnę famæ, altíq; nominis reges erũt, qui omnia mala, minoribus imminentia prohibere conenť, nõ sinant'q; potentiores in populũ desæuire. Sed cum primũ genituræ trigonũ ♄ transierit, tũc ægritudines, dolores, tristitiæ, tunc honoris, famæ'q; diminutio, tunc patrimonii dispendia decernũtur. Efficientur enim tales, qui uiliorum etiam hominũ consortia sequanť, talíq; societatẽ cõiuncti, talia peragant, unde sibi dedecus & infamia multipliciter consequatur.

In ♒ ☉ si fuerit inuentus, quicũq; sic eũ habuerint, homines erũt aliis imperantes, sed modici nominis, & exiguæ famæ, & qui paucos habeant fidos clientes. Erunt enim hi suæ uoluntatis, talia seruis suis præcipientes, quæ cõditionẽ suã sæpius excedãt, unde paucos sibi reperiant obedientes. Accident etiã eis, & eorũ sociis pleræ'q;, ex hac fortasse causa, solicitudines, labores, & ægrotationes, multáq; damna, & forte etiam substantiæ destructionem, suscitatis aduersariis patientur. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, rei uxoriæ operam dabunt. ♒

In ♓ ☉ si fuerit inuentus, quicũq; eũ sic habuerint, hoies erũt ludis, ioculationibus, & cantibus dediti, inertes, quieti, ociosi, nihil operantes, sed suis tantũ uolũtatibus assentientes, nec morũ honestatẽ, aut turpitudinẽ existimantes, sed malorũ, penitus morũ malæ'q; naturæ, unde multi plerũq; labores, multa damna, & angustię cõtingẽt. Et hoc pręcipue, cum secundũ geniturę trigonum ♄ transierit, nam ante hoc tẽpus, his delitiis tantũ asciti, bonam fortasse fortunã consequi poterunt, quã sua culpa in malã deinde conuertent. ♓

VENERIS DECRETA PER SING. ZODIACI SIGNA CA. VII.

Venus in ♈ si fuerit inuenta, quicũq; sic eam habuerint, homines erũt tristes, soliciti, anxii, uitiati & corpore & animo, pauperes, & mendici, & quibus plurima noceant diuersarum calamitatum impedimenta. Erunt hi quoq; multæ cogitationis, & uarii discursus, & impuro sæpius amore detenti, & pręcipue si ♀ sic positam ♂ aliqua radiatione respexerit. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, fueritq; ♀ prospera ♃ radiatione munita, mitigatur aliquantulum hæc mala fortuna, melioresq; deinceps promittit euentus. *Venus in* ♈

In ♉ ♀ si fuerit inuẽta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt nobiles, & alti cordis, magnæ existimationis, & famæ, regum ac principum familiares, & regiorum fortasse filiorum institutores, & qui semper cum primatibus, & nobilibus uiris consuetudinẽ habeãt. Et hoc præcipue, si in opportunis genituræ locis positã ♀, prospera ♃ radiatione respexerit. Sed cum secundum trigonum ♄ transierit, nõnulli nascentur in eos tumores, unde & acquisitã famã amittant, & maxima percipiãt in suis facultatibus detrimenta. ♉

In ♊ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines boni erunt, bonam'q; in omnes uoluntatẽ habentes, & qui maximo quodã pietatis ardore, omnibus hominibus, & pauperibus præcipue, & afflictis subuenire conentur. Erunt hi quoq; sapiẽtes, astuti, ingeniosi, facundi, & formoso, delectabilíq; aspectu, omnibus maxime grati, & præci- ♊

pue si ☿ Venerem prospera radiatione respexerit. Sed cum secūdum genituræ trigonùm
♄ transierit, pleráq; patientur impedimenta, multósq; labores, atq; angustias subibunt.

In ♋ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt, epulis tantū, con
♋ uiuiis, ac sodalitatibus intenti, gemmas, & lapillos, & cætera huiuscemodi ornamenta se
ctantes, pulchrarum uestium amatores, & qui ad omne uoluptatū genus, toto cordis af=
fectu sæpissime ferant̄, & maxime, si in opportunis genituræ locis ♀ constitutam, ♃ pro=
spera radiatione respexerit, secundum'q; genituræ trigonū ♄ transierit, ante em̄ hoc tēpus,
nōnullis solicitudinibus, & laboribus grauabunt̄, q̄bus maxima patient̄ uitæ detrimēta.

In ♌ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt pauperes, negle=
♌ cti, corpore uitiati, diuersæ, uariæ'q; naturæ, malis quibusdā facinoribus semper intenti, et
qui in diuersa ut plurimum fortuna constituti, crebris sæpius laboribus fatigētur. Sed cū
primum ♄ genituræ trigonum transierit, fuerítq; ♀ benigna ♃ radiatione munita, hæc
omnia penitus macula minuuntur. Tunc enim cum nobilibus, ut plurimum homini=
bus uersantes, & famam instaurant, & aliqua consequuntur subsidia facultatum.

In ♍ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt semper tristes, an=
♍ xii, soliciti, luctuosi, & qui corpore & animo uitiati, egenis, ut plurimum, & infimis ho=
minibus socientur. Et hoc præcipue, cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, fue=
ritq; ♀, aut ☿ aduersa maleuolarum radiatione perculsus Sed cum secundū ♄ trigonum
transierit, fuerítq; ♀, aut ☿ prospera beneuolarum stellarū radiatione munita, tunc exactis
malis omnibus, secunda quandoq; incipiet aliquantulum afflare fortuna.

In ♎ si ♀ fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt æqui, & iusti, sed
♎ iudiciorū, aut militariū ornamentorū amatores quíq; muliebri ex causa cōpulsi, armis
sæpenumero cogant̄ aduersantes expellere, indéq; nō modica patiant̄ aduersitatis incom
moda, & hoc præcipue, cum secundū genituræ trigonū ♄ transierit, ante enim hoc tem=
pus, ioculationibus, ludis, & cantibus intenti erunt, ac femineis amoribus implicati, ex
quibus, licet aliquando multos labores incurrant, plurima tamen uoluptatum oblecta=
menta percipient.

In ♏ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt cholerici, litigiosi,
♏ superbi, animo elati, & qui semper lites discordias, ac iurgia sequant̄, cupiéntes quacunq;
ratione uoluntatū suarū desyderia cōsequi. Hi etiam, nullo habito respectu honestatis, aut
æquitatis, res concupitas conabunt̄ ex aliorum manibus uiolenter extrahere, hácq; de cau
sa non curabunt aliquando ad interfectiones etiam hominum usq; descendere. Sed cum
primum genituræ trigonum ♄ transierit, ad æquitatis rationem quandoq; conuersi, prio
tis uitæ inst tuta in melius uertere studebunt.

In ♐ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt iaculatores, sagit=
♐ tarii, & qui in martiis huiuscemodi ludis plurimū delectentur, hácq; de causa, nobilibus
fortasse uiris grati erunt, quorum semper assidua consuetudine utentur. Inde sibi poterūt
aliqua uitæ subsidia comparare, famam'q; & gloriosum nomen apud alios cōsequi. Sed
cum primū genituræ trigonum ♄ transierit, malis & nefariis societatibus implicati, quic=
quid in primæua fuerint iuuentute consecuti, id totum misera quadam infamiæ, fortu=
næ'q; aduersæ laceratione deperdunt.

In ♑ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erūt honesti, placidi, ala=
♑ cres, ioculatorum, cantuum, sodalitatum'q; amatores. bonæ staturæ, pulchri aspectus, &
qui conuiuiis potissimum delectentur, résq; formosas, & ornatas ament. Et hoc præcipue
cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, nam ante hoc tempus, flagitiosis potissi=
mum hominibus adiungentur, ex quibus dedecus potius, & infamiam consequantur,
& præcipue si in deiectis genituræ locis constitutam Venerem minaci, atque aduersa ♄ ra
diatione respexerit.

In ♒ ♀ si fuerit inuenta, qui sic eam habuerint, homines erunt aucupiis tantum, &
♒ uenationibus dediti, in cæteris uero pigri, inertes, ociosi, melancholici, & qui nullis sciāt

se bonatum

se bonarum rerum operibus applicare. Accipitres tamen, falcones, astures, aquilas, & aues huiuscemodi, equosq; ad uenandum, alere studebunt. Erunt quoq; ad huiusce exercitationis negocia ualde ingeniosi, unde etiam sibi non modica quærant uitæ subsidia. Et hoc præcipue cum primum genituræ trigonū ♄ transierit, nam ante hoc tempus misera quadam uitæ parsimonia laborabunt.

In ♓ ♀ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt docti, sapientes, legales, & qui omnia magno sensu, summóq; ingenio perficiant, hácq; de causa, reges erūt, principes, seu iudices, & qui optimo legum, ac iudiciorum discursu, omnia pertractent, & præcipue si ♀ sic constitutam ♃ prospera radiatione respexerit, tunc enim bonis moribus optimo consilio, ac sapientia populos gubernabunt, indeq; sibi gloriam & utilitaté maximam consequentur. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, nonnulla laborum incōmoda patientur. ♓

MERCVRII DECRETA PER SINGVLA ZODIACI SIGNA. CAP. VIII.



Mercurius in ♈ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erūt mali, litigiosi, rixatores, contentiosi, homicidæ, & qui uariis semper clamoribus, astute, & insidiose omnibus obsistere conentur, eáq; de causa in maximas sæpenumero iacturas, & calamitates ueniant. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, fueritq; ☿ beneuolarum stellarū prospera radiatione munitus, aliquid pristinæ ferocitatis deponere coguntur, unde aliquos sibi amicos parare possint, ex quibus necessaria uitæ subsidia consequantur. *Mercurius in ♈*

In ♉ ☿ si fuerit inuentus, qui sic eum habuerint, homines erunt ioculatores, cantores, & qui ludis, & fabulis, conuiuiis, & ingurgitationibus delectentur, inertes, lenti, ociosi, ac uentri tantum, & uoluptatibus dediti. Erunt tamen callidi, ingeniosi, sagaces, & qui multa ingenii uiribus exequantur, Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transiuerit, fueritq; ☿ maleuolarum stellarum radiis impeditus, tunc labores, tunc anxietates, tunc multa decernuntur incōmoda, ex quibus eis damna multa proueniant. ♉

In ♊ ☿ si fuerit inuentus, quicūq; eū sic habuerint, homines erūt acuti sensus, ingeniosi, sagaces, sed semper in malū proni, & qui facundiā, & industriā suā, ad lites, & iurgia, dissensiones, atq; discordias semper accōmodent. Sed cū secundū genituræ trigonū ♄ trāsierit, tunc damna, & detrimenta, tunc calamitates, & inopiæ decernuntur, & hoc præcipue in hebdomaticis, uel enneaticis annis, in quibus ad tantam aliquando uenient rerū inopiam, ut ab aliis cogantur necessaria uitæ subsidia miserabiliter postulare. ♊

In ♋ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erūt tristes, soliciti, anxii, ac in multis quotidie cogitationibus uersantes, uafri tamen erunt, astuti, callidi, cauillosi, ac dolorum, & insidiarum pleni, quibus falso semper alios impugnare, ac superare conentur, erunt quoq; malorum operum, ex quibus in magnā sæpius infamiam, ac detrimenta proueniant. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, depositis malis moribus, dolosisq; operibus, in meliorem uitam conuertentur, ac prospero aliquantisper fortunæ decreto gaudebunt. ♋

In ♌ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; eū sic habuerint, milites erunt, reíq; militari potissimum operam dantes, bella diligent & prælia, in quibus maxime ualebunt, unde sibi decus & gloriā, cum maxima etiā utilitate cōsequent. Erunt quoq; adeo uictoriæ cupidi, ut sępius, præter equitaté & iustitiā, illā conent uiolenter de manibus hostiū arripere. Sed cū secundū genituræ trigonū ♄ transierit, in nōnullos deducentur dolores, & labores, unde maxima percipiant uitę impediméta, & maxime si ☿ maleuolarū fuerit radiis impeditus. ♌

In ♍ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, fortes erunt, industrii, sagaces, equorum nutritores, acciptrum, falconum, cæterarumq; auium, quæ ad aucupia pertinent, similiter & canum, molossorū, uertagorū, & qui sunt ad uenationes accōmodati. Homines quoq;, ac milites tenebunt, omniáq; munimenta, quæ ad militiam pertinēt, ac ♍

plurimum equestri iaculatione delectabuntur. Sed cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, tunc in aliquas molestias, animíq; perturbationes decident, ex quibus sine detrimento, uix se poterunt expedire.

♎ In ♎ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, boni erunt oratores, supputatores, arithmetici, geometræ, ac diuinæ matheseos optimi speculatores. Erunt quoq; tales, qui semper in libris, ac lectionibus uersentur, omniumq́; scientiarum recondita quæque uestigent, & hac ex causa multi nominis erũt, & à multis amati, & uenerati, à quibus plurima recipient facultatis augmenta, & maxime si ☿ sic constitutum, prospera ♃ radiatione respexerit. Sed cum primum genituræ trigonum ♄ transierit in rebus quibusdã occultis impliciti in aliquos incident labores.

♏ In ♏ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt satis pulchri, ac uenusti, bene compositi, bonæ apparentiæ, & qui ornatis uestibus delectentur, bene morati, honesti, & liberales. Sed qui præcipue timeantur à multis, & assiduis gaudeant ęquitationibus, & hoc præcipue cum secundum geniturę trigonum ♄ attigerit, tunc ẽm cum uiris potentibus sociati, aliqua honorum, ac facultatum emolumẽta consequentur. Sed ante hoc tempus nõnullis laboribus, & solicitudinibus impediti, assidue fatigabuntur.

♐ In ♐ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, mali homines erunt, uitiligatores, homicidæ, semper ad dissensiones, & discordias præparati, & qui armis, armorumq́; omniũ munimentis, ut plurimum delectenẽ, nec leges, nec iura seruantes, sed iudicibus, eorumq́; ministris semper infesti, & hoc præcipue cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, fueritq; ☿ aduerso eius uel ♂ sydere depressus. Nam ante hoc tempus, non adeo mali erunt, licet sint malorum cœtibus associati, unde peiores efficiantur.

♑ In ♑ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, pauperes erunt, debiles, ignobiles, omnibus facultatibus denudati, ualetudinarii, membris uitiati, ac longis laboribus, uitæq; impedimentis continue fatigati, & maxime si ☿ nulla beneuola stella prospera radiatione respexerit. Sed cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, fueritq; ☿, ♃, aut ♀ prosperis radiis adiutus, de tantis calamitatibus aliquantulum subleuati, uix pauca quęritabunt, & exigua uitæ subsidia quibus ad mortem usq; miserabiliter uiuant.

♒ In ♒ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt astronomi, augures, sortilegi, magici, supputatores, somniorum interpretes, & qui diuino quodã furore perciti, gentibus futura prædicãt, unde sibi & nomen aliquod in populo, & multa etiã uitæ subsidia consequanẽ. Erunt quoq; tales, qui semper terũ occultarũ, thesaurorũ, metallorum, ac cæterorũ abditorum, inuestigatione laborent. Sed cum secundum geniturę trigonum ♄ transierit, his rebus maxime occupati in aliqua uitæ impedimẽta deuenient.

♓ In ♓ ☿ si fuerit inuentus, quicunq; sic eum habuerint, homines erunt pulchri, acuti, intelligentes, legum, iudiciorumq́; æquissimi cultores, uenusti aspectus, corpore, membrísq; bene cõpositi, ornatis uestimentis plurimum gaudentes, facundi, diserti, & in multis scientiis eruditi, hácq; de causa ab omnibus honorati, à quibus multa conquirant subsidia facultatum, & maxime si ☿ sic positum, prospera ♃ radiatiõe respexerit. Sed cũ secundum geniturę trigonum ♄ transierit, tunc aliqbus perturbationibus occupati in nõnulla uenient uitæ impedimenta.

LVNAE DECRETA PER SING. ZODIACI SIGNA CAP. IX.

Luna in ♈



Vna in ♈ si fuerit inuenta, quicunq; sic eã habuerint, reges erunt, aut principes, diuites, opulenti, magnę famę, summæq́; potẽtiæ, formosi, uenusti, mẽbrísq;, ac toto corpore completi, fortes, audaces & ab omnibus formidati. Eruntq; tales, qui suo ingenio multa conquirant honorum insignia, & ex humili etiam loco, ad altum ascendãt conditionis gradum, & hoc præcipue, cum primum orbem suum ♄ impleuerit, nam ante hoc tempus, in multis aduersitatibus, & laboribus constituti, in maxima deuenient uitę impedimenta.

♉ In ♉ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, nobiles similiter, ac principes erũt, ampli

ampli nominis, multæ'q; famæ, uenusti aspectus, morum'q; cōpositorū, & qui negocia sua, modesto semper consilio, ad finem usq; perducant, tranquilli, quieti, alacres, bonæ cōplexionis, & qui à populo maxime diligant, & præcipue si ☽ sic positā ♃, aut ♀ prospera radiatione respexerit. Sed cū secundū genituræ trigonū ♄ transierit, in enneaticis maxime, seu hebdomaticis ānis, aliqbus aduersitatib⁹ impliciti, maxima incurrēt uitę impedimēta.

In ♊ ☽ si fuerit inuenta, quicūq; sic eā habuerint, pauperes erunt, miseri, & infelices, fœdi aspectus, corpore uitiati, res'q; suas atq; negocia, sine ullo consilio uel moderatione tractantes, unde sibi & dedecus patiant, & multa sæpenumero detrimenta facultatū. Erunt hi quoq; uiles, abiecti, rusticorū morū, fœdi, sordidi'q; uestitus, angusti uictus, & in omnibus penitus despecti. Sed boni tamen sensus, acuti ingenii, & ad omnia si uoluerint acta, satis industrii, & hoc precipue cū secundū genituræ trigonū ♄ impleuerit, nam ante hoc tempus, melioribus negociis occupati, satis miciorem uitam agent. ♍

In ♋ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, reges erunt, & principes, magni, altí'q; nominis, bonæ famæ, elati gradus, & amplæ dignitatis, potentes, diuites, locupletes, & quibus multi libenter obediant. Erūt hi quoq; pulchri aspectus, uenustæ faciei, proceri corporis & amabilis, & cum quadā beneuolentia metuendi. Sed cū primū genituræ trigonū ♄ transierit, irascibiles aliquantulū efficientur, asperi, duri, & sęueri, & qui sępenumero in alios sæuientes, nonnulla incurrant uitæ impedimenta. Sed tempore illo exacto, iterum pii, & iusti effecti, maxima consequentur honoris insignia. ♋

In ♌ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, reges erunt similiter, ac principes, pulchro honorum stemmate decorati, diuites opulenti, & locupletes. Sed infenso quodā superbiæ spiritu elati, quo faciēte, multa in subditos sæuitia & crudelitate utant, unde populorum in se animos, irascibili quadam seditione conuertant, ut ea de causa illos despiciant, suis'q; nolint imperiis obedire. Qua de re, cum primum genituræ trigonum ♄ transierit, ad meliorem uitæ institutionem cōuertentur, ut populorum ad se animos alliciāt. Sed tandem ad primos actus redeuntes, miserabilem & despectam uitam agent. ♌

In ♍ ☽ si fuerit inuenta, quicūq; sic eam habuerint, homines erūt tristes, soliciti, anxii, multarū cogitationū, uarii'q; discursus, quærētes, quo pacto sibi possint uitæ alimēta componere. Erunt tamen boni intellectus, acuti ingenii, & multarū artiū exercitatione cōpositi. Sed ob malā fortunā suā, uestiū semper laceratione deformes, atq; cantibus, & fabulationibus suis, multis deseruientes, ut inde uictum sibi quæritare possint. Sed cum secundū genituræ trigonum ♄ transierit, fuerint'q; ☿ & ☽, beneuolarum stellarum radiatione muniti, meliori fatorum decreto, uitam suam instaurabunt. ♍

In ♎ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, nobiles erūt, & urbiū primates, diuites, locupletes, ac potentes, sed qui relictis omnibus negociis suis, inertes & ociosi ad animi tantū relaxationē conuertant, ludis, ioculationibus, cantibus, choreis'q;, ac huiusce modi uoluptatibus semper inuigilent, mulieribus iocosis, & meretricibus utant, eá'q; de causa & honoris, & famæ ac etiā facultatū suarū dispendia patiant. Sed cū primū genituræ trigonū ♄ transierit, multis aduersitatibus occupati, in magnos labores, angustias, & solicitudines deuenient, ita ut priorē uitæ institutionē, etiā coacti, relinquere compellant. ♎

In ♏ ☽ si fuerit inuenta, quicūq; sic eam habuerint, hoīes erūt mali, asperi, crudeles, & qui multis anxietatibus, doloribus, & angustiis fatigent, ignorantes, rerū humanarū expertes, crasso ingenio, & qui propter ignorantiā suam, in multos sæpius deducant errores, unde & sibi & suis magna quādoq; detrimēta proueniant. Sed cū primū genituræ trigonū ♄ transierit, aliquantulū subleuati, & rerū experientia docti, misera inuenient uitæ subsidia. In enneaticis tamen, & hebdomaticis annis, talia patientur calamitatis incōmoda, ut mortem sæpius in aduersitatibus constituti, afflicto corde desyderent. ♏

In ♐ ☽ si ferit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, reges erunt, ac principes, seu ciuitatum primates, diuites, potentes, locupletes, boni sensus, optimi'q; consilii atq; iudicii, legū, & iustitiæ amatores. Sed literarum expertes, inertes, pigri, ociosi, & qui de rebus, aut impe- ♐

rio suo,

tio suo, nullam penitus curam habeant. Erunt hi quoq; nullius cogitationis, siue discursus, & in suis præcipue negociis, unde in maxima quãdoq; uitæ impedimenta deueniãt. Quod si primum genituræ trigonum ♄ transierit, tunc damna multa, tunc detrimenta, tunc aduersitates ex praua rerum suarum cogitatione patientur, tunc deniq; in summas quandoq; calamitates incurrent.

♑ In ♑ luna si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, nobiles erunt, diuites, & potentes, alti nominis, magnæ'q; existimationis & famæ, formosi, uenusti, decori, ac omnibus membris, & toto corpore, delectabili quadam proportione compositi, ornatis uestibus, delicatóq; apparatu gaudentes, eáq; de causa, à multis dilecti, à plerisq; uero etiam uenerati, & præcipue si sic positã ☽, prospera ♃ radiatione respexerit. Hoc autem eo potissimũ tempore decernitur, quo primum genituræ trigonum ♄ transierit, nam ante hoc tempus, aliquibus laboribus, ac perturbationibus impediti, in maximas incident angustias, à quibus tamen deinde leuabuntur.

♒ In ♒ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, homines erunt uagi, profugi, extortes, & qui fugitiuos ut plurimũ insequantur, nunquam quiescentes, sed in continuo semper motu constituti. Erunt hi quoque, aucupiis, & uenationibus dediti, ex quibus tamen nullam, uel modicam utilitatem percipiant, eásq; præcipue res agere conabuntur, ex quibus nullũ penitus emolumentũ cõsequi possint, in hebdomaticis uero uel enneaticis annis, maiora etiam uitæ impedimenta patientur. Sed cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, tunc ex mulierum, siue uxorum causa, aliqua poterunt uitæ cõmoda reperire, atq; in aliquo loco quiescere.

♓ In ♓ ☽ si fuerit inuenta, quicunq; sic eam habuerint, humiles erũt, & abiecti, pauperes, despecti, uestibus & pannis obsiti, ac penitus seruis similes, ociosi, inertes, nullarum cogitationum, uenatores tamen, aucupes, & lusores, & qui huiuscemodi sint semper uoluptatibus impliciti. Sed hoc erit præcipue, cum secundum genituræ trigonum ♄ transierit, nam ante hoc tempus, meliori fortasse decreto gaudebunt. Hæc sunt Mauorti, decus nostrum, singularum stellarum in quibusq; signis decreta, quæ si inuicem comparata, sano mentis iudicio examinaueris, indubitabili uaticinio, humanorũ fatorũ poteris explicare substantiã. Nunc quid singulæ stellæ, in suis, & alienis finibus decernant, dicendum est.

PLANETARVM DECRETA IN ALIORVM FINIBVS, ET PRIMVM ♄. CAP. X.

Saturnus in suis locis.



Saturnus si in domo, uel decano suo fuerit inuentus, & fuerit natiuitas diurna, homines faciet nobilium semper uirorũ, ac regũ, & principũ amicitiã sequẽtes, cũ eísq; assidua cõmercii, ac consuetudinis conuersatione cõiunctos. Quod si sic cõstitutus, in horosc. fuerit inuentus, eíq; locus fortunæ pari sit societate coniunctus, maximã decernit substãtiæ facultatem. Si uero nocturna fuerit genitura laborum, ægritudinum'q; multitudinem præbet.

♃ Saturnus si in domo, uel decano ♃ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, statũ felicẽ, substãtiæ copiã, honorum'q; multitudinẽ decernit. Tũc enim prospere filios enutriũt, uxores diligũt, nobiliũ'q; uirorũ societates, arcanáq; cõsilia ineũt, unde sibi honoratũ nomen, famam'q; cõquirũt. Si uero nocturna fuerit genitura, discordes cũ nobilibus uiris, urbísq; primatibus inimicitias, cõtentiones'q; decernit, luctuosum quoq; patris interitũ minatur.

♂ Saturnus si in domo, uel decano ♂ fuerit inuentus, tam in diurna, q̃ in nocturna genitura, hoĩes facit asperos, crudos, seueros, & qui nulla unq̃ pietatis, seu misericordiæ indinatione moueanť, graues quoq;, iracũdos, & multa tã in factis suis, q̃ alienis, sæpenũero cogitantes, difficiles quidem, intractabiles, superbos, & insolentes, sed qui similium sibi principum, & militum præcipue, strictas amicitias, necessitudines'q; concilient.

☉ Saturnus si in domo uel decano ☉ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, patri completos honores, diuitias'q; decernit, tum memorabile nomen, optimam'q; famam, quæ etiam pari ratione, in posteros extendatur, ægritudinibus tamen humidis laborabunt, &

biothanati

biothanati fortasse morientur,& maxime si in eodem loco ♂ fuerit societate coniunctus. Si uero nocturna fuerit genitura magnum quidem utriq; detrimentum & damnum, de decus quoq;, infamiam'q; decernit.

Saturnus si in domo, uel decano ♀ fuerit inuetus, in utraq; genitura, homines efficiet quorum fides erit exigua, nullus amor coniugii, nec propriæ uxoris beneuolentia, sed aut seruam, aut meretricem, uel pauperem, & obscuro loco natam ducent uxorem, multáq; illis feminarũ gratia, impedimenta contingent, multæ'q; cogitationes, ac solicitudines, necnon & tali fortasse morbo grauabuntur, quo per omnem uitam grauati, misera tandem morte pereant.

Saturnus si in domo, uel decano ☿ fuerit inuentus, in utraq; etiam genitura, homines faciet occultarum scientiarum inuestigatione solicitos, sapientes, cautos, facundos, elegantes, sed grauis loquelæ, & forte impeditæ linguæ, & qui sæpenumero talium studiorũ suorum multiplici grauitate impediantur, in multásq; nõnunquam ægritudines incidant, & difficiles, & periculosas. Erunt hi quoque animo malo, & stomachoso, uani, mendaces, & qui multa inuidia fatigentur.

Saturnus si in domo uel decano ☽ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm in nocturna genitura, matris substantiã perdet, eiúsq; honorem, famam'q; denigrabit, homines'q; faciet melancholicis, aut frigidis ægritudinibus laborantes, uarios quoq; membrorum dolores sæpissime patientes, & qui ad tantam quãdoq; deueniant paupertaté, ut omnibus uitæ subsidiis destituti, publico etiam cogant hospitio mendicare, ac ægritudinum suarum miserabilia quæritent alimenta.

IOVIS DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS. CAP. XI.

IVpiter si in domo uel decano suo fuerit inuentus, & sit diurna genitura, homines facit fortunatos, diuites, honoratos, & quibus maxima conferantur honoris insignia, & hoc si nulla eum maleuola stella minaci radiatione respexerit. Faciet quoq; principibus gratos, & dilectos, & qui apud eos aliquo magistratus honore præferantur. Si uero fuerit nocturna genitura, aliquid ex hoc felici decreto diminuit, facit quoq;, tali ex causa, nõnullis laboribus fatigari. *Iupiter in suis locis.*

Iupiter si in domo, uel decano ♄ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm nocturna genitura, homines diuites facit & locupletes, sed qui nulla penitus honoris, aut nominis alicuius insignia consequantur. Immo etiam tales efficiet, qui cum multam substantiã possideant, pauperes tamen se esse dissimulent, nullam famam curent, nec laudem, secũdum tamen stirpis suæ conditionem. Erunt autem angusto corde, & ad lucrũ auido, cuius gratia, nec labores, nec turpia etiam facinora reputent, unde sæpius mala consequentur. ♄

Iupiter si in domo, uel decano ♂ fuerit inuentus, in utraq; genitura, ductores faciet exercituum, magnos'q; milites, præcipue si in cardinibus, uel eorũ anaphoris fuerit constitutus, & in signis masculinis. Faciet quoq; astronomos, & qui stellarũ cursus explorét, cuius rei gratia, ad aliqua nonnunq̃ dignitatũ insignia conferantur. Et maxime si sic constitutum, ☉ aut ☽ in genituræ cardinibus collocati, eos beneuola radiatione respexerint, suo'q; decreto firmauerint. ♂

Iupiter si in domo, uel decano ☉ fuerit inuẽtus, & sit diurna genitura, homines faciet sapientes, boni ingenii, principibus & populo gratos, & qui sapientia & probitate sua, multa reip. conferant emolumenta. Quod si tali societate coniunctus, in genituræ cardinibus, uel eorum anaphoris fuerit collocatus, tales fortasse reddet, qui regia potestate decorati, uel ipsi reges sint, uel regum principum'q; uicarii. Si uero nocturna fuerit genitura aliquid ex tali felicitate minuitur. ☉

Iupiter si in domo, uel decano ♀ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, homines faciet in principũ domibus honoratos, & qui aut eorũ cõsilia pertractét, aut census exigãt, ex quibus maxima sibi cõparent emolumẽta. Hi quoq; nobiliũ feminarũ cõsuetudine utentur, ♀

& forte

& forte furtiuam uenerem cum eis agitabũt, unde sibi gloriam & honoris insignia, nec non & lautissima facultatum subsidia conferantur. Si uero nocturna fuerit genitura, fidei religionísq; gratia, non mediocrem decernit utilitatem.

☿ Iupiter si in domo uel decano ☿ fuerit inuentus, in utraq; genitura, homines facit boni sensus, & intellectus, negociatores fideles & cautos, & qui apud omnes, bonam existimationem, ac beneuolentiam consequantur, diuites quoq; ac locupletes, supputatores, arithmeticos, & qui in cõmunem utilitatem, non sine magno honore suo, ac emolumẽto, ingenii uires exerceant, & forte propter hoc uillarum moderationem aliquam sortientur, quibus iura æqua lance dispensent.

☽ Iupiter si in domo uel decano ☽ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, homines faciet fortunatos, atq; felices, & qui semper regum, ac principum consortio iungantur. Et præcipue si ambo tali radiatione coniuncti, in genituræ cardinibus, uel eorum anaphoris fuerint collocati, eos enim tales efficient, qui magno semper honorum cumulo extollantur. Si uero nocturna fuerit genitura, non principum, aut regum consuetudines, sed felicem populorum amicitiam decernit.

MARTIS DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS. CAP. XII.

Mars in suis locis.



Ars si in domo, uel decano suo fuerit inuentus, tam in diurna, quàm in nocturna genitura, homines faciet superbos, audaces, sæuos, iracũdos, & qui omnes animi sui conceptus studeant ad finem usq; deducere. Hi tamen parentum suorum substantiam dissipabunt, hácq; de causa maiores fortasse fratres amittent. Erunt quoque feroces, temerarii, impetuosi, & nullo penitus pietatis, aut religionis munere decorati, sed propria quadam temeritatis suæ licentia furiosi.

♄ Mars si in domo, uel decano ♄ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm nocturna genitura, homines faciet pulchros, celeres, cursú q; agiles, & ad omnia opera sua, tam faciles, q̃ industrios, melancholicos tamen, & rerum occultarum inquisitores, ut thesaurorũ, sepulchrorum, aurísq; & argenti, absconditíq; metalli, & omniũ deniq; rerum, quæ à cõmuni hominum consuetudine sunt alienæ. Eorum tamen minores fratres, fatali syderum decreto, substantiam suam destruent.

♃ Mars si in domo, uel decano ♃ fuerit inuentus, in utraq; similiter genitura, homines faciet nobiles, magnos, elatos, intimósq; regum, ac principum societate beneuolentiáque coniunctos, maximáq; ab eis, non solum honorum insignia, sed uitæ etiam subsidia cõsequentes. Quod si ♃ in ♂ domo fuerit constitutus, aut eum beneuola radiatione respexerit, nobiles faciet exercituum, multǽque militię ductores, unde sibi maximum nomen & gloriam consequantur.

☉ Mars si in domo, uel decano ☉ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm in nocturna genitura, homines faciet seipsos destruẽtes, patrísq; substantiam perdentes, honorem quoq; ac famam suam penitus dissipantes, quíq; ut uitam ducant, ferream quampiam artem exercebunt, habebunt tamen in oculis & stomacho ægritudinẽ grauem, qua forte uel subita, uel biothanata morte morientur. Quod si ♄ quoq; in eodem loco fuerit inuentus, hæc omnia stabiliori decreto firmabit.

♀ Mars si in domo, uel decano ♀ fuerit inuentus, in utraq; similiter genitura homines faciet libidinosos, incestos, stupratores, adulteros, & qui uel cognatas uiolent fœminas, uel eis iniuriam inferentes, alienas sequantur uxores. Sed tales, cum primum mulierum suarum crudelem intentum uiderint, aut meretrices iugali sibi connubio copulabũt, aut ferro uel igni cadentes, seu aliqua potius inimicorũ proditione sublati, biothanati morient̃.

☿ Mars si in domo uel decano ☿ fuerit inuentus, in utraq; etiam genitura, homines faciet sensatos, callidos, astutos, & qui sua calliditate socios superantes, dolis & insidiis multa lucrentur. Erunt tamen bonæ cogitationis & intellectus, diúq; laborabunt, & arte & ingenio, ut

nio, ut quoquo modo possint, aliquid sibi honoris & facultatis acquirant, quod etiam licet dolose ut plurimum, ac ficte, secundum tamen uota sua consequētur. Eruntq; in omnibus operibus suis & negociis completi.

Mars si in domo, uel decano ☽ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm in nocturna genitura, homines faciet leues, temerios, in malis & occultis audaces, sed intelligentes, sensatos, & rerum profundarum & abditarum inquisitores, ex quibus sibi facultates acquirāt. Erunt tamen in operibus & uictu suo debiles, matrisq; substantiam dissipabunt, multa incomoda, morbósq; patientur, non multum diuites erunt, sed oligochronii biothanata morte deficient, aut subita nece peribunt. ☽

SOLIS DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS. CAP. XIII.



Ol si in domo uel decano suo fuerit inuentus, & sit diurna genitura, reges faciet, diuites, magnos, & fortes, & qui ab alienis magnas opes gloriamq; conquirant, & maxime si sic constituti, in geniturae cardinibus, uel eorum anaphoris fuerint collocati. Si uero nocturna fuerit genitura, patris tristitiā, subitumq; decernit interitum, homines tamen facit saepius peregrinantes, qui tamen in suis peregrinationibus cōmodum & utilitatem consequantur. *Sol in locis suis.*

Sol si in domo, uel decano ♄ fuerit inuētus, & sit diurna genitura, homines faciet alti cordis, profundae cogitationis, & qui res magnas & occultas sagaci semper inquisitione perquirant, hiq; in omnibus operibus suis stabiles erunt, atq; constantes, nec unq̄ ab inceptis desistent, quoad optatum finem consequantur. Si uero nocturna fuerit genitura, haec omnia leuiori fato decernuntur, hominesq; in operibus suis redduntur incōstantes. ♄

Sol si in domo, uel decano ♃ fuerit inuētus, in utraq; genitura, homines faciet mansuetos, fideles, & in genere suo maiores & digniores, sed qui non multum opibus, ac lucris inuigilent, & maxime si in eodem loco ☽ quoque fuerit, pari societate coniuncta. Erunt etiam hi maxime libidinosi, & qui cognatorum suorum uxores affectent, nec etiam turpe existiment cum propria matre seu nouerca coire. In mulieris quoq; genitura eadem libido decernitur. ♃

Sol si in domo, uel decano ♂ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, epatis dolorem, talésq; decernit aegritudines, ex quibus mors ipsa timeatur, patrem quoq; facit biothanatū interire, & maxime si ♏ talis fuerit radiorum societas, homines tamen facit satis diuites, et opulentos, operosos quoq; & in negociis suis completos. Si uero nocturna fuerit genitura, omnia praedicta mala minuentur, nec tam crudo decreto saeuibunt. ♂

Sol si in domo, uel decano ♀ fuerit inuentus, tam in diurna, quàm nocturna genitura, homines faciet diuinos, sortilegos, astronomos, somniorum expositores, & qui coelesti quodam mysterio futura praenuncient, rerum occultarum inquisitores, ueridicos, bonos, fideles, & qui uariis itineribus, ac peregrinationibus delectenť. Erunt tamen aliquantulum irascibiles, ac cholerici, & humidis adeo qualitatibus laborantes, ut inde saepius mala patiantur. ♀

Sol si in domo, uel decano ☿ fuerit inuentus, in diurna genitura, homines faciet multae scientiae, ac bonorū operum, callidos, secretos, fideles, & à nobilibus maxime dilectos, sed ut plurimū ualetudinarios, & humidis aegritudinibus laborantes. Si uero nocturna fuerit genitura, in prima aetate pauperes reddit, & malos, maláq; facinora exercētes, sed postea diuites facit, & magicis praestigiis implicatos, sed qui plerūq; oculorum & stomachi aegritudine fatigentur. ☿

Sol si in domo uel decano ☽ fuerit inuentus, & sit diurna genitura, hoīes faciet dignos, honoratos, amabiles, multa quoq; magistratuum, & honorum insignia consequentes, & qui regibus & principibus intima sint necessitudinis familiaritate coniuncti. Hi tamen humidis sępius qualitatibus depressi, in uarias, & molestas aegritudines decidūt. Si uero nocturna fuerit genitura, hęc nihilominus om̄ia, sed restricto quodā influxu decernunť. ☽

VENERIS DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS CAP. XIIII.

Venus in suis locis.



Enus si in domo, uel decano suo fuerit inuēta, tam in diurna, quàm nocturna genitura, gaudii multitudinem, felicitatis augmentū, & bonæ fortunæ præmia decernit. Homines tamen faciet, qui stultas mulieres, ac temerarias, summo dilectionis prosequantur affectu. Vnde sibi apud populum dedecus & infamiam acquirant. Erunt tamen in reliquis operibus suis fortunati, & ab omnibus semper dilecti.

♄ Venus si in domo, uel decano ♄ fuerit inuenta, in utraq; genitura, homines faciet steriles, & nullos penitus liberos cōsequentes, malos tamen, adulteros, stupratores, & qui alienas, & cognatorum suorum præcipue sequantur uxores, quiq; matrem propriam inhonesta libidinis tentigine corrumpere nitātur. Erunt hi quoq; malę cogitationis & mentis, quorum uxores, grauissima sæpius morte tollantur.

♃ Venus si in domo, uel decano ♃ fuerit inuenta, in utraq; similiter genitura, honores, diuitias, magistratus, utilésq; redditus, ex mulierum causa decernit. Erunt hi sane mulierū nobiliū consiliarii, aut dispensatores, unde sibi famam, & honorem inter cæteros, opésq; plurimas consequantur. Erunt tamen hi propter hoc parentibus odiosi, sed uxores suas magno prosequentur amoris affectu, indéq; lætitiam & gaudium parabunt.

♂ Venus si in domo uel decano ♂ fuerit inuenta, tam in diurna, quàm in nocturna genitura, homines faciet cum mulieribus contentiosos, quarum & malarum præcipue, omni fœdissimo libidinum genere coniuncti, cōsuetudine utentur, unde sibi damna plurima, ac detrimenta prouenient. Erunt hi quoq; uxorum alienarum sectatores, uel publicarum meretricum, aut seruarum, qua ex causa uel proprias abdicabunt uxores, uel crudeliter necabunt.

☉ Venus si in domo uel decano ☉ fuerit inuenta, in utraq; similiter genitura, homines faciet puerilium feminarum sectatores, quibus nefario quoq; libidinis genere abutantur. Erunt tamen nobilium præcipue puellarum amatores, ex quarum sæpenumero causa, in damna & detrimenta plurima, ac etiam in summam infamiam, & forte in mortis pericula deueniant, quæ possint summa difficultate uitari.

☿ ♀ si in domo uel decano ☿ fuerit inuenta, in utraq; genitura homines faciet ualde libidinosos, & puerorum præcipue, aut paruarum puellarum sectatores, sed in reliquis religiosos, & mulierum maxime ornamenta elaborantes, rerum odoratarum mercatores, aurifices, uel sigillorum, aut monilium opifices, & qui omni arte & ingenio mulieribus obsequi studeant, unde multa fortasse poterunt eis incōmoda prouenire.

☽ Venus si in domo uel decano ☽ fuerit inuenta, tam in diurna, quàm nocturna genitura, homines faciet uenereos, præter modum incontinentes, dissolutos, & qui impetuosa semper libidinum tentigine stimulentur. Erunt enim tales, qui nulla cognationis, aut cōsanguinitatis ratione detenti, ad quoscunq; appetitus sui ducantur affectus. Hi quoq; multis rebus intenti, nunquàm in unius expeditione, stabili decreto persistent.

MERCVRII DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS. CA. XV.

Mercurius in locis suis.



Ercurius si in domo uel decano suo fuerit inuentus, tam in diurna, quàm nocturna genitura, homines faciet ingeniosos, cautos, astutos, & in omni arte ac sciētia industrios, sed arithmeticos præcipue, & bonos supputatores, Medicos etiam, philosophos, geometras, & diuina matheseos speculatione decoros. Erunt hi sane tanta ingenii facilitate ualentes, ut quicquid uiderint, manuum suarum audeant industria perficere.

♄ Mercurius si in domo, uel decano ♄ fuerit inuentus, in utraq; genitura homines faciet mutos, aut blæsos, ac lingua impeditos, tardos, secretos, simulatores, multæ cogitationis, ac rerum humanarū abscōditores, religiosos tamen, & legum, sacrorumq; secreta percipientes,

pientes, augures quandoque, uel astronomos, & qui sapientū, ac religiosorū uirorum consuetudine delectentur, melancholicos tamen, graues, & taciturnos, sed qui profunda semper mentis agitatione fatigentur.

☿ si in domo uel decano ♃ fuerit inuentus, tam in diurna, quam nocturna genitura, homines faciet sensatos, sapientes ac iurisperitos, & qui regū uel principū consiliis adhibeantur. Erunt hi sane populorū, ac gentium iudices, qui leges, iuraque sua sapientia dicāt, quique principū suorū noīe, urbes aliquas regant, aut ciuitates. Hi quoque sępius nobiliū uirorum negocia pertractant, censūs exigunt, ac censuum supputationes efficiunt. Sæpius etiam legum aut decretorum institutiones publica cæteros lectione instituunt. ♃

☿ si in domo uel decano ♂ fuerit inuentus, tam in diurna, quam nocturna genitura, homines faciet falsos, mendaces, perfidos, & qui fidem sibi etiam religiose creditam, semper fallere contendant, cum talibus si consortium iungas, nunquam illis fidei tuæ secreta committas, nunquam aliquid simplici ratione cōmendes, abnegabūt enim & impudentiā suam irreligiosa periurii defensione cōmunient, erunt quoque ad omne perfidiæ facinus armati, præsertim si sic ☿ constituto, rursus in ☿ finibus ♂ fuerit inuentus, uel si in deiectis genituræ locis ☿ positū, ♂ superior effectus, quadrata radiatione pulsauerit, tunc etiam propter hęc criminū facinora, aut diuturna carceris custodia, aut perpetuis damnantur exiliis, aut criminum portione possessi, metuentes imminentis sententiæ sęueritatem, desertis patriis laboribus, ad remota & longinqua loca, fugitiuo errore ducunt. Quod si sic ☿ et ♂ cōstitutis, ☽ plena luminibus, per quadratū diametrū feratur ad ♂, nec eam beneuolæ stellæ prospera radiatiōe cōmuniant, nec ♂ malitia, aut ☿, ♃ aut ♀ testimonio fuerit mitigata, propter hæc facinora, sæua animaduersione plectuntur. ♂

☿ si in domo uel decano ☉ fuerit inuetus, & fuerit diurna genitura, faciet mediocres animo pariter ac mente audientes, excogitātes, sed & ipsos difficiles, ac maliciosas literas tractare perficiet, & laboriosarū literarum officia cōmendata, ut publicis faciet officiis deputari. Cordatos etiam cum quadā curiositate perficiet, ac secretis & illicitis actibus, inefficacibus studiis implicatos. Si uero fuerit nocturna genitura, aut mente captos efficiet, aut aure, linguáue debilitatos, errores quoque uitæ decernit & uitia, talésque facit, quos semper malæ famæ iudicia persequantur, & quos nunquam recte iudicium boni sermonis insinuet. ☉

Mercurius si in finibus, uel decano ♀ fuerit inuentus, in diurna, nocturnáque genitura, omnia simili ratione decernit, tunc enim sermones hominū grato faciet splendore uenustatis ornari, potentibus quoque ac regibus, fido necessitudinis amore coniungit, redditque tales, qui omnia rectis soleant consiliorum rationibus inuenire, & quorum omnis actus prosper sequatur euentus, & qui duplicibus literis imbuantur, ac computos omnes, & omnes solertia disciplinas consequantur, aut athletis hominibus potentis alicuius erunt honore præpositi, aut musicæ modos, dulci modulatione cōponent, aut poeticæ disciplinam sequent, aut colorū infectores erunt, aut per ipsos aromatū odor suauitatis afferetur, aut preciosarum gemmarū merces, aut peregrinæ negociationis officia tractabunt, ita ut omnifariam ex istis actibus, & patrimonium illis conferatur & dignitas. Erūt sane in uenereo coitu libidinosi, & qui aliena matrimonia praua mentis cupiditate corrumpant, erunt etiam uitiosi, & qui ex istis uitiis, crebra semper pulsentur infamia. ♀

Mercurius quid in domo uel decano ☽ decernat, satis superque in primis libri huius partibus dictum est. ☽

LVNAE DECRETA IN ALIORVM PLANETARVM FINIBVS CAP. XVI.



Luna si in domo, uel decano suo fuerit inuēta, & sit nocturna genitura, magnam substantiā, & magnæ gloriæ decernit insignia ac potentiæ cuiusdam assignat officiū, præsertim si in principalibus genituræ locis fuerit inuenta. Faciet etiam per semetipsos idonea sibi quærētes subsidia facultatū, efficaces, & populares artifices. Si uero fuerit diurna genitura, faciet laboriosos, pere- *Luna in suis locis.*

grinos,& quorum uita frequenter periculorũ continuatione quassetur, ualetudines quoque & uitia, cum acerbo dolorum cruciatu emergit. Indicit sane in nocturna genitura si in domo, uel decano suo posita, nonũ ab horosc. locum tenuerit, felicitatẽ, diuitias, gloriam, ac homini principatum, cum maxima potestate decernit.

♄ ☽ si in finibus, aut decano ♄ fuerit inuẽta, & sit plena luminibus, facit languidos, frigidos & anio pariter et corpore, & ab omni penitus audacia semotos, habentes tamen ingeniũ, temeritatis ardore inflatum, & quorũ sententias frigidi humoris tormenta cõficiant. Si uero fuerit minuta luminibus, facit tales, quorum desyderia & actus nunquam prosper sequatur euentus, & qui amissa patrimonii facultate, misero paupertatis onere deprimant, tardos in omibus actibus, ac animo pariter & corpore languidos, alios tussicos, alios splenicos efficiet, aliorũ renes acerbo dolore discruciat, alios uero importuna sanguinis profusione debilitat & perdit.

♃ ☽ si in ♃ finibus, uel decano fuerit inuenta, & sit plena luminibus, faciet homines honestos, efficaces, & qui omnes actus, prosperis semper rationibus compleant, patrimonia propria sibi uirtute quærentes, aliósque mercandi gratia, ad loca peregrina deducet. Si uero fuerit minuta luminibus, ex morte parentum infortunia decernit, aut neruorum dolores efficit, si in maleuolarum stellarum signis, aut domibus fuerit inuenta.

♂ Luna si in ♂ finibus uel decano fuerit inuenta, & sit per diem plena luminibus, expositos, aut ignobiles faciet, aut uitium, ualetudinem'que decernit, aut periculorum uiolentiis, aut repentinis faciet casibus implicari. Si uero fuerit nocturna genitura, aut parentes uitio dissensionis separat, aut matrem ostendit ignobilem, quosdã uero peregrinationis, quosdam ægritudinum quassat incõmodis. Si uero per diem fuerit minuta luminibus in iis, in quibus diximus partibus uel decanis, patrimonium dissipat, & periculosorum negociorum decernit officia, ac ex ipsis negociis caduca discrimina, aut miseras ualetudines, uitiaque deducit. Si uero fuerit nocturna genitura, & sit minuta luminibus, faciet efficaces, & officia multa tractantes, fortes, gloriosos, & quibus publicorum negociorum officia credantur, sed qui peregrinis religionibus immorentur, et quos semper in omnibus actibus prosper sequatur euentus.

☉ Luna si in ☉ domo, uel decano, plena luminibus fuerit inuenta, & sit diurna genitura, faciet populares, sed quibus publica cõmittãtur officia, efficaces, & qui omia negociorum genera prospero compleant semper effectu. Si uero in opportunis genituræ locis fuerit inuenta, hoc est in MC, uel in horosc. & plena luminibus ♃ fuerit radiatione adornata, faciet potentes, imperatores, reges, uel tales administratores, quorum potestati orbis terrarum iudicia credantur. Si fuerit minuta luminibus, faciet ad nullos actus necessarios, et animo pariter ac uita humiles, qui nunquam in aliquo negocio perseuerent, quorundã uero matres debilitatas, & longa ægritudinis continuatione quassatas, malæ mortis faciet subire discrimina.

♀ Luna si in ♀ domo, uel decano fuerit inuenta, & sit plena luminibus, faciet infamibus semper amoribus implicatos, & ingentibus libidinum cupiditatibus deditos, impuros, libidinosos, & qui erraticis semper amoribus inhærescant. Si uero fuerit minuta luminibus, bonos actus, cum maximæ felicitatis decernit augmento, & ex numero affiniũ matrimonium prosperis decernit auspiciis.

☿ Luna si in ☿ finibus, uel decano fuerit inuenta, & sit plena luminibus, faciet perfidos, & qui res cõmendatas obstinato mentis furore, & auaris cupiditatibus abnegent. Faciet etiam effractores, fures, malitiosos, & qui mendacia sua, umbra quadam soleant ueritatis ornare, similiter aut suorum proditores faciet, aut qui deos obstinati, sacrilego furore contemnant. Erunt sane laboriosi operarii, sed qui nunquam fructus ex laboribus consequãtur, & quos perpetui operis laboriosa solicitudo discruciet. Si uero fuerit minuta luminibus, aut phthisicos, aut insanos, aut mentecaptos, malos, malitiosos, & qui ad omne malitiæ uitus libenter accedant, quíque aut malos homines, aut mala negocia, obstinata animositate

mositate defendāt, & quorū per dies singulos, ad omne facinus crescat improbitas, sed & ipsi similes sibi homines nocere consueuerunt. Quod si ♂ in iisdem partibus cum ☽ fuerit inuentus, hos eosdem malæ conscientiæ consortio laboribus iungit, aut uariis facit accusationibus implicari, aut carceri tradit, aut publicis ligat uinculis cathenatum. Si uero nihil horū fuerit, misetos misera morte prosternit, patrimonium, ac uitam pariter humiliat, uitia, ualetudines, & acerba mortis discrimina, cū misera calamitate decernit.

QVINTI LIBRI HVIVS INSTITVTIVA PERORATIO CAP. XVII.



Aec tibi sunt omnia Mauorti, decus nostrū, specialiter intimata, nec à nobis aliquid est prætermissum, quod diuini generis uates, & istius interpretes disciplinæ, prudentis solertiæ, & docti sermonis studio, protulerunt. Sed hoc, quod frequenter diximus, iisdem prudentiæ tuæ cōmonitionibus intimamus, ut omné uim stellarū, omniumq́ꝫ signorum mixturas, ac partium efficacias, pro locorum potestatibus inuicem compares, nec ex unius stellæ cursu, totam genituræ uelis explicare substantiam, sed prius horosc. cum duodecim locorū potestatibus iungas, stellas etiam cum stellis singulis compares, & quæras, quæ stella cum horosc. quā radiatione iungatur, & quatenus uires syderum stellas suas aut impugnent, aut erigant, quas etiam formas singulis stellis, signorum aut partium naturalis species attribuat, quid singulorū quoqꝫ locorū, ac cardinum decernat auctoritas, Cumq́ꝫ hæc omnia sagaci fuerint inquisitione collata, tunc inspecta genituræ substantia, de singulis rebus prome sententias. Sed has easdem, moderata prius comparatione, formas, sortes, & signorum etiam anaphoras diligenter inspicias. Nec enim semper ingressus ♀ loca ♃, decernit uxores, nec ingressus filiorū locū filios tribuit, sed illis hęc reddit, qbus uxores, uel filios prioris substātia genituræ decreuerit. Nec semper ♂ circumiens, ex occasu horosc. minacibus radiationibus respicit. Nec semper ♄ ab horosc. parte ueniens, grauia periculorum discrimina, generali malitiæ atrocitate decernit. Sed quibuscunqꝫ ex totius genituræ substantia pericula decreta sunt, tunc ex signorum anaphoris prouecti, & effecti temporum dñi, omniū periculorum ordines exequantur. Vnde sæpissima cōmotione cōmixti, per singularū partiū potestates, animū tuum, diuina institutione formatum, solerti coniectura debent instruere. Frequenter enim ♃ bonitaté mali signi mutat hospitiū, & ♄ malitiam bonæ partis hospitiū salutare debilitat, nec debes ex malo loco sperare discrimen, cum eū salutare sydus aspexerit, sicut maleuolarum etiam stellarū minaces radii, ex loci opportunitate franguntur, sic enim omnia in hominū genituris, locorum, partium, signorū, stellarumq́ꝫ mixtura cōponit, quæ si omnia æquata moderatione collegeris, omne fatū hominis, uerissimis poteris expicare sentētiis. Sed hoc expedito libro, sermo noster ad sexti libri principia transferatur, illic enim omnes tibi stellarū mixturas, uerissimis interpretationibus intimabo, ut eo explicato libro, intentio nostra, ad specialem apothelesmatum interpretationem, bonis auibus transferatur.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM PROCONS. MATHESEOS LIB. VI.

PRAEFATIO.



REQVENTER Mauorti, decus nostrum, de mixturis stellarum sermo noster admonuit, nihil tibi aliud in omnibus sententiis, nihil in decretorum substantia, requirendum, si mixtæ temporationis efficaciam insinuatis, præsertim cum in hominum genituris, aliud primi, aliud secundi cardines faciant. Primi enim cardines horosc. mediumq́ꝫ cœlum possident, secundi I M C occasumq́ꝫ suscipiunt, & ex quatuor istorum cardinum uaria semper, ac cōtraria potestate, co-

gnoscitur omnis geniturę substantia. Omnes autem stellæ, pro naturæ suæ potestatibus, aliud in primis constitutæ decernunt cardinibus, aliud in secundis. Sed & quintus & undecimus ab horosc. locus, id est bonæ fortunę, signa pigrorũ locorũ, inerti humilitate dissentientes, cum pigris, ac deiectis locis nulla rationis societate iunguntur, sed ueram decernẽdi efficaciam, nonus, ac tertius locus ab horosc. fortiuntur, nam & hæc loca horosc. maximũ consortiũ societatis adiungunt. Secundus uero & octauus ab horosc. locus, ab omni horosc. uinculo dissoluto societatis consortio separantur. Sextus autem & duodecimus ab horosc. locus, omni ratione societatis excluditur, & caduca humilitate deiectionis impugnatur. Ex ista ergo locorũ uarietate, aut erigit̃ stellarũ potestas, aut decidit, sicut in præcedenti explicatione monstrauimus, in tertio enim libro specialiter comprehendimus, quid in quoq; loco singulæ stellæ constitutæ decernant. Sed tu quibuscũq; precibus implora, ne quando sextum, aut duodecimũ ab horosc. locũ, secundũ etiam et octauũ in decretis hominũ, aut beneuolarum, aut maleuolarum cursus obtineat. Hæc enim loca ab omnibus stellis, inimicis semper radiationibus occupantur, nam hęc loca quodcunq; stellarum sydus insederit, aut bonitatis suæ perdit salutare præsidium, aut si malignũ fuerit, fortius ad nocendum exasperat malitiæ potestatem. Firmantur etiam in his locis maleuolæ stellæ, cum ☽ positæ, ac omnia generaliter, sine aliquo remedio, infortuniorũ exitia decernunt. Beneuolæ uero, in abscõsis locorum quodammodo humilitatibus clausæ, potestatis suæ perdunt salutare præsidium. Sed & aliud in diurnis, aliud in nocturnis genituris, diuersa operatur stellarum mutabilisq; cõditio. Et uarias habẽt decernendi potestates, cum fuerint trigonica, uel quadrata, uel diametra sibi singulæ stellæ radiatione cõiunctæ. Hinc enim omnis mixturarum societas temperatur, hinc tota decretorũ potestas inspicitur. Inuicem enim sibi stellæ, pro natura sua uel conditione semper oppositæ, fata hominum, æquabili uarietatis moderatione componunt. Hanc igitur tibi nunc Mauorti decus nostrum, mixturarũ explicabo substantiã, ut plenam tibi insinuem huius diuinę prudentiæ disciplinam. Sed anteq; ad mixturarũ explicationẽ sermo noster accedat, pauca tibi de regiis splendidarum stellarum potestatibus dicam, ut huius libri principia, augustorum syderum axplicationibus adornata, feliciori auspicio procedant.

REGIAE SIGNORVM STELLAE EARVM- QVE DECRETA CAP. I.



Laras stellas, & augusta maiestatis radiatione fulgentes, in signis omnibus inuenimus, sed regales in quatuor, in ♉ scilicet, ♌, ♏, & ♒, in quibus autẽ partibus istarũ augustũ lumen inuenias, breui oratione monstrabo. Quinta pars ♌ habet stellam lucido splendore fulgentem. In hac stella si crescens lumine ☽ fuerit inuenta, horosc. M C, partiliter præsidens cardini, regna, & maxima potestatis decernit imperia. Sed & ♒ uigesima pars simili maiestatis splẽdore decorat̃, nam & in hac stella si ☽ fuerit in ortu, plena luminibus, primósq; geniturę cardines possederit, simili modo regalis potẽtiæ, & imperatoriæ dignitatis decernit insignia. Sed & decima quinta ♉ pars, et uigesima septima et trigesima, lumine pariter maiestatis ornant̃. In decimaquinta eñ ♉ parte ☽ si fuerit inuenta, potentissimæ & affluentis substãtiæ decernit augmentũ, & hoc si primos geniturę cardines possederit. In uicesima uero & septima ♉ parte ☽ si fuerit inuenta, magna dignitatis decernit insignia, & facit tales homines, qui maximorũ populorũ uitã, sua potestate sustentẽt, donantes populo, quicqd populari fuerit studio postulatũ, magnifica & præclara tẽplis donaria cõsecrantes, ut ex istis perpetuis gloriæ splendoribus honorent̃. Tricesima etiã pars, sicut diximus ♉ diuino micat lumine maiestatis. In hac eñ parte si ☽ fuerit inuenta, magnæ potestatis insignia, licẽtiamq; decernit, nam si in ista parte cõstituta, in primis cardinibus fuerit inuenta, ducatus, imperia, regnumq; decernit, præsertim si eam lumine cresceñti, prospera ♃ radiatione respexerit, tũc enim potestatis suę licentiã subleuati, & maris, & terræ dñia possidentes, quocũq; exercitũ feliciter ducent. Hęc eadẽ etiã septima pars ♏ efficiet, ipsam eñ partẽ similis splendor maiestatis

ſtatis exornat. Sed in iſta parte ☽ in primis cardinibus conſtituta, cũ præcedentibus digni tatis inſignibus, diræ crudelitatis, & immodicæ terroribus decernit honoré. Qui enim ha buerit ☽, in maxima poteſtatis licentia conſtitutus, cõtra omnes homines effrenatæ cupiditatis furore graſſatur. Hęc autem tibi interim in libris myriogeneſeos parua collegimus, ſed hoc explicato opere, etiam illa promiſſa reddimus. Nunc mixturas ſtellarũ omnes, ſicut promiſimus, intimemus, ut omnium earũ temperatione compoſita, totum quicquid polliciti ſumus, breuiter explicemus. De claris aũt ſtellis omniũ ſignorũ, in octauo & poſtremo libro, & de earum decretis, omnia tibi ſpecialiter dicam.

REGIAE STELLAE

♉	xv	xxvii	xxx
♌	v	o	o
♏	vii	o	o
♒	xx	o	o

PLANETARVM RADIATIONES, EARVMQVE DECRETA, ET PRIMVM PLANETARVM RADIATIO TRIGONA CAP. II.

OMnes ſtellę, ſi ſe trigonica radiatione reſpexerint, ſiue beneuolæ ſint, ſiue maleuolę, proſperis ſemper mixturarũ temperationibus cõparantur, & maleuolarũ quidé, ex iſta radiatione mitigat̃ improbitas, beneuolarũ uero ſalutaria potiſſ. beneficia cõualeſcũt.

♄ CVM CAETERIS PLANETIS TRIGONVS CAP. III.



SAturnus itaq; ſi ♃ fuerit trigonica radiatione cõiunctus, & pigra, ac deiecta loca uitiauerit iſta coniunctio, ſint & ambo in iis, in quibus gaudét ſignis, uel unus eorum in domo ſua conſtitutus, alium trigonica radiatione reſpiciat, ſint'q; horoſc. partili radiatione ſociati, infinitarũ diuitiarũ copias, cum magna felicitate decernunt, præſertim ſi alter eorũ ☽ creſcentis lumen exceperit, tunc enim ♄ infinitarũ, ac magnarũ poſſeſſionũ dominia largitur, tunc ſementes factos, tunc paſcua, ſaltúſq; ſylueſtres decernit, ſacrarũ etiam quarũdam ædium publicos fabricatores efficiet, ita tamen ut ex iſta fabricatione maximũ dignitatis meritũ accedat, fiſcaliũ etiá præſtationũ exactores, aut ſacræ faciet annonæ præpoſitos, ſed in iſtis actibus maximam cõfert potétię dignitaté, in infinitũ etiá ſuperiores paterna dignitate perficiet. Sed pro menſura, ſubſtantiáq; genituræ, aliis procurationũ officia, aliis ex maximis hæreditatibus cõmoda, aliis lucra confert, licet alieno labore quæſita, hos tamen omnes potentes & maximos uiros, incorrupta fidei inſinuatione cõmendat. Si uero ♄, ac ♃, trigonica, ut diximus, radiatione coniunctis, æquabili ☿ radio ſocietur, ſacrarum & inacceſſarũ religionũ ſecreta cõmittit, ita ut magnarũ ciuitatũ, ſeu regnorum faciant officia tractare, taléſq; uiros efficit, quibus reges omnia actuũ ſuorũ officia cõmittát, ac frequenter etiá munus præclaræ legationis imponant, hi tamen nimiis infortuniis, ex filiorũ caſibus fatigant̃, & amittentes filios, aut alienã ſobolem nutrire cogunt̃, aũt certe filios ſuos, poſt multũ temporis ſpatiũ, recipiũt ab aliis educatos. Sed hæc tũc efficiunt̃, ſi ſine ♂ teſtimonio, diurna fuerit genitura. Si eñ aut ♂ iſtá mixtioné minaci radiatione pulſauerit, aut ſit nocturna genitura, hæc quæ diximus, minuunt̃ omnia, hoc amplius, & inuidiæ reprehenſionem, & cõtrarietates, & malæ inſinuationis odia decernit, ut totum quicquid boni decretum fuerit, inimicum & odioſum ♂ teſtimonium impugnet.

Saturnus cũ ♃ in trigonũ

♄ ſi ♂ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & in opportunis genituræ locis ſit iſta ſociatio, ſint'q; ambo in iis, in quibus gaudent ſignis, uel partibus, uel in quibus exaltant̃, nec illis ♃, aut ☿ teſtimoniũ deſit, lucra maxima, & quotidiani quæſtus lucra decernunt & increméta, facient etiá tales homines, quos in omnibus actibus proſper ſemper ſequat̃ euentus, & qui in omni actu licentia poteſtatis erigant̃, propriis laboribus, maxima ſibi dignitatis inſignia cõparantes, notos, nobiles, imperioſos, & maximarũ ciuitatũ officia gubernantes, ſed iſti malas fratrũ mortes aſſidue conſpiciũt. ♂

♄ ſi ☉ fuerit trigonica radiatione cõiunctus, & ſint ambo in opportunis genituræ locis poſiti, et ab oĩbus humilitatibus ſeparati, ſit etiá diurna genitura, uitę inſignia, aſſiduis dignitatis, ꝑmotiõibus accumulát & maximæ decernũt glorię poteſtaté, notitiá quoq;, ac nobilitaté cõferũt, parétes etiá ipſorũ ſimili faciũt incremẽto dignitatis ornari, pręſertim ſi ☉

in masculinis signis constituti, ista fuerint radiatione sociati. Si uero nocturna fuerit genitura, paternis facultatibus dissipatis, patrimonium illis propria facient uirtute conferri.

♀ Saturnus si ♀ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionũ humilitatibus separati facient uitam hominũ mansueta moderatione perspicuá, & mores eorũ ornamento pudicae conuersationis exornant, ac penitus ab omni impudicitia semotos, ita ut ex ista perspicuitate, inuidia illis satis ab inferioribus concitet̃, sed hos eosdẽ tarde faciũt nuptiali coniugio copulari.

☿ Saturnus si ☿ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, facient cordatos, ingeniosos, & ad omnia disciplinarum officia semper applicatos, & mores eorum maturae facient pondere grauitatis ornari, talésque reddent, quorum consilia uiuacibus semper rationibus conualescant. Sed actus, aut ex rationibus dabunt, aut certe publicis computationibus fiscalibúsque praeponent, aut regios scribas efficient, ita ut ex istis actibus, magna illis conferantur subsidia facultatis. Sed illud meminisse nos conuenit, quod sola ☿ stella, in duodecimo ab horosc. loco constituta gaudet.

☿ stella sola in loco 12 ab horo. gaudet.

☽ Saturnus si ☽ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionũ humilitatibus separati, & ☽ sit plena luminibus, eos, qui sic habuerint, regibus aut imperatoribus, seu potẽtibus uiris, prospera felicique cõmendatione, semper insinuant, maxima enim ex ista coniunctione gloriae decernunt̃ insignia. Si uero ☽ fuerit minuta luminibus, praedictae felicitatis incrementa minuuntur. Sed & in ☽ hoc meminisse debemus, quod sola in octauo ab horosc. loco, in nocturna genitura, felix inuenitur, praesertim si hoc in loco, in quibus gaudet signis, uel finibus, plena luminibus fuerit inuenta, tunc enim felicitatis, tunc dignitatis insignia, tunc maxima facultum subsidia, tunc dignitates, tunc principatus, ex ista loci potestate decernit, & praecipue si ♃ in undecimo ab horosc. loco fuerit inuentus.

IVPITER CVM CAETERIS PLANETIS TRIGONVS CAP. IIII.



♃ cum ♂ trigonus.

Vpiter si ♂ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, maxima dignitatis imperia, & magnam decernunt licentiae potestatem, reddunt'que tales, qui omnes actus felicissimis ratonibus cõpleant, maximae'que administrationis officia decernunt, talésque efficiunt, quibus crebri honores, regum iudicio, conferantur.

☉ Iupiter si ☉ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionũ humilitatibus separati, maxima decernunt nobilitatis augmenta, affluentium'que diuitiarũ copiosa praesidia, & magnae etiam gloriae insignia largiuntur, maximáque faciunt ex filiorum felicitatibus gaudia, ac uitã claro semper honore dignitatis exornant, atque honoratam reddunt.

♀ ♃ si ♀ fuerit trigonica radiatiõe cõiunctus, & sint ambo in opprtunis geniturę locis positi, & ab õmibus deiectionũ humilitatibus separati, maximã decernũt gratiã ueritatis, & omnibus bonis amabili conuersatione semper associant, fidum'que uxorum amorem circa illos semper inducunt, sed augmenta patrimonii, & dignitatis insignia, aut amicorũ illis, aut uxorum praesidio penitus conferuntur.

☿ ♃ si ☿ fuerit trigonica radiatione cõiunctus, & sint ambo in opportunis geniturae locis positi, & ab omnibus deiectionũ humlitatibus separati, faciunt ingeniosos, cordatos, & acerrima ingenii potestate formatos, & qui omnia negocia prosperis semper actibus exequant̃, faciunt etiam omnibus hoĩbus praeponi, magnificae, ac potẽtissimae merito dignitatis, ac tales eos perficiũt, ut in omnibus actibus, & laudent̃ semper, & placeãt. Facient etiam scribas, publicis rationibus, fiscalibus'que praepositos, & publica officia, sine aliqua reprehensione tractantes, ac necessitates regias, suis dispositionibus ordinãtes, alios etiã facient coelestium syderum secreta apte cognoscere.

Iupiter

Iupiter si ☽ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & ab omnibus deiectionũ humilitatibus separati, sit etiam ☽ plena luminibus, facient homines claros, notitia nobilitatis ornatos, ac bonæ famæ testimonia perhibentes, sed pro cætera genituræ substantia, aliis potentissimarum administrationum licentiam tribuunt, alios exercitui præponunt, aliis maximarum prouinciarum iudicia cõmittunt. Sed hos eosdem, integra, & incorrupta iudicatione nobilitant, ut eorum fides ornetur, incorrupta semper licentia potestatis.

MARS CVM CAETERIS PLANETIS TRIGONVS CAP. V.




Ars si ☉ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, maximæ potestatis, & maxima decernũt dignitatis insignia, præsertim si in nocturna genitura, in dextro ♂ latere ☉ fuerit cõstitutus, tũc enim gloriosæ licentiæ potestates, tunc honorũ decernuntur imperia. Si uero his sic constitutis, & ex alio trigono latere, hos eosdem ♃ prospera radiatione respexerit, in primis genituræ cardinibus constitutus, & bono in loco, his omnibus ☽ radius accesserit, tunc maximas administrationes exercitus cõmittunt, & infinita dignitatis insignia, cum maxima licentiæ potestate decernunt. Sed hæc erunt fortiora, si ♂, ☉, & ♃ in mascu. signis fuerint constituti. *Mars cũ ☉ in trigono.*

Mars si ♀ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & ab omibus deiectionũ humilitatibus separati, quotidiana lucra ex assidua quæstuũ continuatione decernũt, & prosperi matrimonii nuptias, ex ista cõiunctione societate perficiunt, eruntq; tales, qui se semper grata honestate componant, superbo tamen potentiæ spiritu subleuati, sed plurima semper matrimonia sectantes, hæc eadem facillimis rationibus consequentur. ♀

Mars si ☿ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & ab omibus deiectionũ humilitatibus separati, faciunt sapientes, & ab omnibus actibus, prosperis consiliorũ rationibus explicatos, & quos in omni negociorũ cõuersatione, prosper semper sequatur euentus, & qui omnium necessitatum angustias, consiliorum suorum possint auctoritatibus mitigare, acutos, efficaces, rationum, computationumq;, aut literarum officia tractantes. ☿

Mars si ☽ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & omnibus deiectionum humilitatibus separati, & sit ☽ minuta luminibus, & nocturna genitura, omnia felicitatis ornamenta decernũt, & in omnibus actibus, prosperos exitus, assiduis felicitatibus largiuntur. Faciunt etiam, ut omnia quæ desyderent, facillimis rationibus consequantur. Quod si hanc ♂ Lunæque mixturam, testimonii sui ♃ radiatione respexerit, & maximos sane ex tali syderatione pollicebunt homines, & maxime similiter decernent dignitatis imperia, gloriam quoq;, & magnæ largientur licentiã potestatis, hominesq; tales, prospera huiuscemodi radiatione producent, quibus & qui sunt in rep. primi magistratus merito conferantur, & qui in multos habeant populos dominatum, quorum consiliis principum etiam facta tractentur, summamq; in gentes habeant & potestatem, & uenerationem. Si uero fuerit ☽ plena luminibus, inter has prosperitates, corpus tamen assidua uariarum ægritudinũ uexatione debilitant, ac plerisq; molestiis, turbationumque impedimentis, nõnunq̃ fatali sua irradiatione conficiunt. ☽

SOL CVM LVNA SOLA TRIGONVS CAP. VI.



Ol si ☽ fuerit trigonica radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis constituti, atque ab omni penitus deiectionum humilitatibus separati, coniuncta simili inter se prospera radiatione, homines similiter beneuola inter se conciliatione coniunctos esse faciunt, eisque multorum bonorum præmia largiuntur, nobiles faciunt insignes, & quibus

& quibus multa felicitatis insignia decernāt. Et hoc si aliorū opportuno fuerint societatis testimonio perornati, ita ut non deficiētis, sed crescentis ☽ lumen, ☉ ipse penitus excipiat. Si uero fuerit ☽ deficiens, hæc omnia, quæ diximus felicitatis ornamenta minuentur. At si in opportunis genituræ locis non fuerint collocati, uel si alicuius maleuolæ stellæ fuerint minaci radiatione percussi, omniū donorū suorum potestate priuātur, nec amplius possunt fatalia felicitatis ornamenta decernere.

VENVS CVM LVNA SOLA, TRIGONA CAP. VII.

Venus si ☽ fuerit trigonica radiatione coniuncta, & sint ambæ in opportunis genituræ locis positæ, & ab omnibus deiectionum humilitatibus separatæ, & sit ☽ minuta luminibus, sit etiam nocturna genitura, altissimæ per ipsas felicitatis decernuntur insignia, tunc enim actus, tunc gloria, ex ista coniunctionis societate proueniunt. Tunc circa filios maternus crescit affectus, tunc matrimonia incorrupta pudicitiæ fide seruantur, tunc amabili filiorum charitate gratia semper insinuatur, tunc fratres fido diliguntur affectu, tunc uenustatis gratiæ, tunc felicitatis lætitia, tunc gloriosa traditur potentię disciplina mortalibus.

MERCVRIVS CVM LVNA SOLA, TRIGONVS CAP. VIII.

Mercurius si ☽ trigonica fuerit radiatione coniunctus, & sint ambo in opportunis genituræ locis positi, & ab omnibus deiectionum humilitatibus separati, omnia pro signorum uarietate decernunt, aliis enim facundiam orationis assignant, aliis ex ea præclara decernunt, aliis enim facundiam orationis assignant, aliis ex ea præclara decernunt artium insignia, aliis dulcem musicæ sonum tradunt, alios pictores efficiunt, sed tales, quorum artes præclara nobilitas semper insinuet, aliis armorum potestates decernūt, aliis gaudii tradunt ac lætitiæ disciplinam, alios dulci modulatione cantantes, popularibus uoluptatibus ascribunt, sed hos omnes populorum iudicio, fideli cōmendatione semper insinuant, alios faciunt negociationum officia tractantes. Sed hæc omnia pro cæterarū stellarum testimoniis, & pro locorum, ac signorum uiribus explicant. Quæ sint autē dextra trigona, quæ quadrata, in secundo libro explicatum est.

PLANETARVM OMNIVM RADIATIO QVADRATA CAP. IX

Nunc tibi quadratæ radiationis decreta narrabo, quæ societas, forti semper, ac minaci componitur sydere, ex ista enim coniunctione, maleuolarum stellarum uirtus augetur, & beneuolarum præsidia interdum uicta sunt, minax enim radiatio, cum diametra coniunctione, in malis perpetrandis, pari semper potestate grassatur.

♄ CVM CAETERIS PLANETIS QVADRATVS CAP. X.

Saturnus Ioui in quadrato iunctus. Saturnus si ♃ quadrata fuerit radiatiōe cōiunctus, & sit superior ♄, ac dextri quadrati superiorem partem possideat, ♃ uero in sinistro quadrato, factus uideatur inferior, et uitæ discrimina decernunt, & patrimonii substantiam minuunt, ac omnium hominū consilia in prauum uertunt, actus impediunt, ac eorum mentes, uariis animi dissensionibus conturbant, patres quoq; uario calamitatis genere impugnant, paternam etiam substantiam, uariis lacerationibus dissipant. Si uero ♃ superior effectus fuerit, & dextrū possidens latus, ♄ uero in sinistro quadrato positus, eū respexerit, præcedentiū calamitatū infortunia mitigantur, parentes aūt aliquo laudis uel gloriæ splendore nobilitant, ac ꝑ genituræ mensura quotidiana lucrorum illis cōmoda, felicitatum'q; incrementa conferuntur.

♂ ♄ si ♂ quadrata fuerit radiatione cōiunctus, & sit ♄ superior effectus, ac dextrū quadratū possidens in sinistro ♂ positum, minaci radiatione respexerit, omnes actus, ex ista coniunctiōe, inefficaci studio semꝑ impediūt, & faciūt ab omī negociorū officio, frigido mētis torpore alienos, ęgritudines etiā diuersi generis semꝑ indicūt, ut mixtū caloribus frigus corpus eorū horrida cōtinuatiōe cōcutiat. Sed et paternę substātiæ facultates dilapidat ista cōiūctio, ac fratrū mortes, graui infortuniorū casu semꝑ ostēdit. Si uero ♂ suꝑior effectus et dextrū possidēs latus, ♄ i inferiori loco cōstitutū, q̄drata radiatiōe respexerit, matri ex ista cōiunctiōe citū mortis præparatꝰ exitiū, sed istos ad oēs actus ꝓsperósq; conatus, efficax studium

dium semper adducit, omni semper prioris maliciẹ labe sopita, sed nihilominus paternā substantia, ex ista etiā coniunctione dispergit, ipsi quoq; assidua damnorū continuatione quassantur, ac semper illis domesticorum rumorum improbitas, malignum infamiæ uulnus infligit.

♄ si ☉ quadrata fuerit radiatione cōiunctus, & ipse dextri quadrati superiorē possidens ☉ partem, in sinistro quadrato ☉ positū, minaci radiatione respexerit, præcedētis generis insignia debilitat ista coniunctio, & iacturam dignitatis, cū acerbo detrimento honoris indicit, & corpus eorum, assidua neruorum contractione deformat, sed & eorū parentes hac eadem infortuniorū labe constringit. Facit etiā hos eosdē patres ante perire, q̄ matres, sed & ipsos uario peccatorum genere semper errare, & noxiorum conuersatione decernit exitia, graues quoq; ægritudine ex acerbo humorū frigore semper indicit, patrimoniū etiam & oēs actus, & excindit pariter & frangit. Si uero ☉ superior effectus, & dextrum possidens latus, ♄ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, paternam substantiam dispergit ista coniunctio, & graues domesticorum hominū inimicitias semper indicit, ac omnem mentis impetum, omnésq; actus, uario indignationis genere, semper impugnat, sed & consilia nunquam prosperos habere patitur effectus, ac in prima ætate, acerba & crebra ægritudinum indicit incōmoda, corpúsq; fatigatum multiplici ægritudinum continuatione, malorúmq; frequentia debilitat.

♄ si ♀ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ♀ positam, minaci radiatione respexerit, dilapidato patrimonio, graue onus mendicitatis indicit ista coniunctio, & à fœminis acerbarum calamitatum minatur semper exitia, nec aliquam largitur gratiam uenustatis, uec unq̄ eorū cupiditates prosperos habere patitur effectus. Si uero ♀ superior effecta, & dextrum possidens latus ♄ in inferiori loco constitutū, quadrata radiatione respexerit ista cōiunctio, honestis ac pudicis moribus largitur uxores, sed quæ ibi in domo, omnem dominādi uendicēt potestatē, maritos tamē fido, & incorrupto diligētes affectu, ita ut inuicē ambos gratia cōiugalis associet, sed qui amorē suum cum quadā conentur dissimulatione cælare. ♀

♄ si ☿ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens ☿ pattem, in sinistro quadrato ☿ positum minaci radiatione respexerit, à primo natalis die exitia decernit ista coniunctio, & omnes animi cogitationes, omnésq; cōsiliorum ordines, pariter impugnat, & omnes actus frigido torpore semper insequitur. Facit etiam alienis semper potestatibus subiacere, in actibus tamen secunda negociorū ministeria tractantes, sed ipsis maximas inuidiæ tempestates indicit. Aliorū etiam obligata lingua, balbum uocis sonum efficiet, alios obtusis auribus efficit surdos, hæc quoq; uitia perseuerāt, nisi recedente ☿ à malo testimonio ♂ fuerint mitigata. Si uero ☿ superior effectus, & dextrum possidens latus, ♄ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, nihil quidem boni, ex ista coniunctionis societate decernitur, sed aliquantulum præcedentium infortuniorum mitigatur improbitas.

♄ si ☽ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens ☽ pattem, in sinistro quadrato ☽ positam, minaci radiatione respexerit, malitiosis humoribus fatigari corpus faciet ista coniunctio, & ab omnibus actibus, pigris animi faciet torporibus separatos, talésq; reddet, qui ad nullos actus aliquando audere possint. Sed & maternam substantiam ista coniunctio miseris semper lacerationibus dissipat, ita ut contra matres, filios faciat parricidalia inimicitiarum subire certamina. Si uero ☽ superior effecta ac dextrū possidens latus, ♄ in inferiori loco constitutū, quadrata radiatiōe respexerit, misera morte prosternit ista coniunctio, & natū acerba periculorū cōtinuatiōe circūuenit atq; ex malignis humoribus, grauis ęgritudinis indicit exitia, ac uariis errorū efficiet infortuniis fatigari, matrimonii quoque & honoris damna, & iacturas semper indicit, & nisi aliarū stellarū pręsidio fulta fuerit ista cōiunctio, in uxoris animo, acerbas odiorū dissensiones exasperat, ab omniq; amicorum & filiorum facit præsidiis destitutos.

Iupiter

IVPITER CVM CAETERIS PLANETIS QVADRATVS CAP. XI.

Iupiter Marti quadrata radiatione iunctus.



Vpiter si ♂ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ♂ positum minaci radiatione respexerit. Ista coniunctio maxime gloriæ decernit insignia, & hos eosdem bona cõmendatione semper insinuat, alios militaribus faciet officiis implicari, alios regalibus domibus deputabit, eísq; nobilium, ac publicorũ actuum officia decernet, istísq; faciet negociorum officiis subleuari, ita ut hæc negocia cũ maximo consequantur dignitatis augmento, sed hi nunquam poterunt bene seruare paternæ substantiæ facultatem, ex filiorum autem casibus ista coniunctio assiduos dolores semper indicit, aut certe filios tarde suscipi faciet. Si uero ♂ superior effectus, & dextrũ possidens latus, ♃ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit. Ista coniunctio incensum omnem mentis impetum exacuit, faciétq; in omni uita uario semper errore peccare, ac sine causa homines cogit magni laboris incõmoda sustinere, sed iste labor, aut ex publicis, aut regiis actibus comparatur, & hoc amplius malarum insinuationũ, & acerbarum causationum pericula infesto decernit ardore.

☉ ♃ si ☉ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ☉ positum, minaci radiatione respexerit, & proprio & paterno merito, ista coniunctio dignitatis insignia decernit, sed & bonorum, ac magnorum honorum incrementa, promotionésq; largitur, & bono commẽdationum testimonio semper insinuat, ita ut illis dignitatis merito multi subiaceant. Si uero ☉ superior effectus, & dextrum possidens latus, ♃ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, uirum faciet ista coniunctio claro nobilitatis splendore decoratum, sed patrimonium misera faciet publicatione conscribi, infortuniísq; ac malorum inimicorum minaces turbas concitabit.

♀ ♃ si ♀ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ♀ constitutam, minaci radiatione respexerit, multorum amicitiis coniunctio ista semper associat, feminarúmq; præsidio, & actus, & lucra, eadem faciet ratione conferri, ac omnem uitæ substantiam, honesta dignitate semper exornat, & hos eosdem, deorum religiones, deuota faciet ueneratione seruare. Si uero ♀ superior effecta, & dextrum possidens latus, ♃ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, ex ista coniunctione amorum decernit illecebras, & circa corporis cultum, ornata uestimenta semper indicit, ac luxuriosa uoluntatis desyderia decernit, sed quotienscũq; prospera lætitiæ gaudia fuerint consecuti, totiens in contrarium erunt fatorum istorũ mutata decreta, ac in peius sublapsa lætitia.

☿ ♃ si ☿ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ☿ positum, minaci radiatione respexerit, ex ista coniunctione, scripturarum uel liberalium artium decernuntur officia, & rationibus fiunt, computationibúsq; præpositi, patrimonium quoq; illis & actus, ex publica quadam defensione confertur. Si uero ☿ superior effectus, & dextrum possidens latus, ♃ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, sufficientia subsidia facultatum faciet ista cõiunctio, sed hi semetipsos, in omni actu semper impediũt, omnia bona, quasi mala, ignoto mentis timore uitantes, erúntq; tales, ut quicquid magnis etiam precibus consequi cupiant, id totum, etiam si casu illis obuenerit, obstinato mentis iudicio cõtemnant, & qui nec ab aliis quidem sibi aliqua beneficia conferri desyderent, nec ipsi bonum sibi aliquod comparare conentur.

☽ ♃ si ☽ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ☽ positam, minaci radiatione respexerit, & matri, & ipsi infinitas diuitias decernit ista coiunctio, ac maxima negociorum indicit officia, ac omnibus affinibus maximæ dignitatis merito præponit, ita ut in summo gradu positum, in populi

populi notitiam semper insinuet atque egregio faciat famæ testimonio semper ornatum. Si uero ☽ superior effecta, & dextrum possidens latus, ♃ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, multa felicitatis insignia largitur ista coniunctio, sed & cōmendationes decernit & glorias, & potentibus ac regibus, prospera probatione semper insinuat, sed non per omne tempus hæc eadem felicitas perseuerat, nam quodam tempore, & patrimonii damna, & honoris detrimenta decernit, ac insignia minuit dignitatis, pigro quoque mentis torpore oppressos, à præcedentium negociorū administrationibus facit alienos.

MARS CVM CAETERIS PLANETIS QVADRATVS CAP. XII.



Mars si ☉ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ☉ positum, minaci radiatione respexerit, nullum infortuniorum casum prætermittit ista coniunctio, sed omnes proficiendi occasiones, promotionumque ordines, maligna cōpositione semper impugnat. Si uero ☉ superior effectus, & dextrum possidens latus, ♂ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, & patri, & ipsi qui natus fuerit ex ipsa coniunctione, miserum præparatur exitiū, & infortuniorū cumulus adiungitur, ac uaria calamitatū decernunt incōmoda, seditiones etiam concitat, pugnas indicit, & popularis animaduersionis excitat metuenda discrimina, sed & integra mentis & consiliorum fundamenta diruit, ac semper oculis miserum pondus cæcitatis indicit, hæc autē periculorū discrimina, in diurna genitura, fortius concitantur, præsertim si ipsa coniunctio cum horosc. fuerit minaci radiatione coniuncta, uel si ♂ in occasu positus, uel M C, possidens, partem ☉ respiciat, qui in alio cardine cōstitutus, lumen ☽ crescentis excipiat. Tunc enim publica animaduersione prostratos, miseris lacerationibus dissipāt, tunc etiam populari furore laceratis artubus, honor denegatur debitus sepulturæ, ita ut et in uita, & post mortem, animaduersionis perseuerante discrimine, maior calamitatis exitus augeatur. Sed in nocturna genitura ex ista coniūctione, hæc eadem, simili rationis ordine perpetrantur.

Mars cum ☉ quadratus.

♂ si ♀ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ♀ positam, minaci radiatione respexerit, omnia mala decernit ista coniunctio, tūc enim rixas & accusationes indicit, ac metuenda discrimina, tunc uirum ex mulieris causa damna concutiunt, quod si in tropicis signis fuerit ista coniunctio, tunc uirorum effœminato corpore, omnis impudicitiæ impuritas conualescit, tūc uiri muliebriū libidinū patientur ardores, tunc cum pudoris existimationisque naufragio, impudicæ impuritatis labibus polluuntur, sed & uxores suas ad adulteria uenire compellent, & alienis complexibus patientiam prostituti pudoris addicunt, ac malis auspiciis copulatum matrimonium, alienis cogunt libidinibus, cum misera calamitatis necessitate seruire, aut lenonis animo latens uxoris adulterium libenter agnoscunt, si mulieres per uirum, istam prostituti corporis necessitatem, eam acerbo semper animi dolore sustineant. Si uero ♀ superior effecta, & dextrum possidens latus, ♂ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, hęc eadem simili ratione decernit, sed facinus suū, qui sic ♀ habuerint, latenter exercent, ut prostituti pudoris scelerata cōmercia, absconsis libidinum impuritatibus protegantur, ac mala conscientia celet, quicquid uitiosis animi cupiditatibus fuerit perpetratum, pręsertim si aliquem horum, uel simul positus ♃, uel trigonica radiatione respexerit. ♀

Mars si ☿ quadrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati superiorem possidens partem, in sinistro quadrato ☿ constitutum, minaci radiatione respexerit, omniū malorum metuendos exitus decernit ista coniunctio, ac nociua semper hominem malorum continuatione debilitat, & omnes actus, uaria cōtrarietate semper impugnat, ac malignis rumoribus, male semper hos eosdē insinuari perficiet, acerbarū quoque accusationū ☿

concitat metuenda discrimina, nam aut ex istorum periculorum calamitatibus, custo-
diis traduntur, aut carceribus deputantur. Sed hæc mala in diurna genitura fortius con-
ualescunt, in nocturna uero, ex parte aliqua mitigãtur. Si uero ☿ superior effectus, & dex-
trum possidens latus, ♂ in inferiori loco constitutum, quadrata radiatione respexerit, cõ-
iunctio ista malos, malignos, malitiosos'q; perficiet, pessima ac pestifera semper cupiditate
mentis armatos, omnia circũscriptionum exercentes officia, rapaces, & qui de rebus alie-
nis, uaria mentis cupiditate pascantur, & qui ab uno ad alium uirum trãseant, solicitam
semper stationem quærentes, qui etiam pestiferi morsus uulnus infigant, ac nefariis ma-
chinationibus destituti, & callidis circũscriptionibus, ad suam utilitatem uacantes, quas
nociua semper armat improbitas, omnem patrimonii sui substantiam in malignas circũ
scriptiones transire patiantur.

☽ Mars si ☽ quadrata fuerit radiatione cõiunctus, & ipse dextri quadrati superiorem pos-
sidens partem, in sinistro quadrato ☽ positam, minaci radiatione respexerit, matri ista con
iunctio acerbum pondus uiduitatis indicit, & hanc eandem, debilitatis uiribus, aut san-
guinis profluuio, aut miseræ mortis atrocitatibus perimi facit, ipsos uero, qui nati fuerint
acerbis dæmonum facit incursionibus implicari, ita ut anima maligni spiritus potestate
possessa, dæmoni in corpore dominãdi tribuat potestatẽ, præsertim si ♂ in ♄ finibus fue
rit inuentus, ☽ uero, aut in ☿, aut in ♂ finibus fuerit. Frequenter tamen, ex beneuolarum
stellarum finibus, pręcedentis malitiæ mitigatur improbitas. Sed ii, cum tali fuerint infor
tuniorum calamitate possessi, uitantes hæc incursionum discrimina, ad numinis alicu-
ius confugiunt salutare præsidium, ut sic ab istius periculi discrimine liberentur. Si uero
☽ superior effecta, & dextrum possidens latus, ♂ in inferiori loco constitutum, quadrata
radiatione respexerit, ignobilis & deiecti generis matrem facit ista coniunctio, sed & uitæ
angustias, ex misera necessitate semper indicit, fatum quoq;, ac uitæ substantiam, miseræ
humilitatis deiectione prosternit. Et inter hæc infortunia cum maximo etiam infelici-
tatis augmento, malas quoq; decernit uxores, & quæ maritos suos, non solum superbo
quodam elationis genere conentur incessere, sed totam etiam rei familiaris substantiam
dissipare nitantur, ac si fortasse aliorum syderum radiatione benigna, quicquam fuerit fe-
licitatis pollicitum, nequitia sua id semper auertere studeant, uariisq; in dies cogitent con-
iuges suos, ac totam pene familiam contumeliis perturbare. Si uero maleuolarum stella-
rum aduersa quoq; radiatione, percussa fuerit ista coniunctio, tanto peiore quatiẽtur detri
mento, quanto potentiores fuerint, qui sinistram hanc syderum consociationem, mina-
ci radio lacessierint. Sed si ♂ ac ☽ sic infeliciter cõstitutis, ac in deiectis genituræ locis, aduer
sa confœderatione sociatis, beneuolarum stellarum testimonium affuerit, licet parũ pro-
fuerit earum radiatio, aliquid tamen ex superioribus malis quandóq; minuitur, & pręser-
tim si tales beneuolæ stellæ, in bono fuerint statu, uel in aliqua sua potestate gaudentes,

SOL CVM LVNA SOLA QVADRATVS CAP. XIII.


Ol si ☽ quadrata fuerit radiatione coniunctus, siue dextrum, siue sinistrum
latus cardinaliter præsideant, in hominum decretis efficaciam, ex aliarum
stellarum radius prosperæ felicitatis accesserit, actus maximi, idonea uitæ
substantia, ac gloriosæ dignitatis insignia, ex prosperis semper commenda-
tionibus conferuntur, ac plerunq; laudabili uirorum bonorum applausu.
magistratus, regiorum'q; officiorum negocia, non sine magno conceduntur emolu-
mento. Si uero maleuolæ stellæ, sine beneuolarum præsidio, istam solis & lunæ societa-
tem, maligna radiatione conuenerint, maxima uitæ discrimina, ac infortuniorum decer-
nuntur incommoda, quæ nisi quis soletti animi prudentia superauerit, ad summam
quandoque calãmitatem hominem deducunt. Sed si sic maleuolarum stellarum radiis
adiunctis, malis'q; infortunatum aspectibus adiectis, ☽ plena luminibus feratur ad ♃, &
♃ coniunctionem ☽ crescentis excepetit, nobilitatis insignia, cum maxima tamen inui-
dia de-

dia decernit. Quod si præcedenti ♃ coniunctioni fuerint præsidia denegata, maleuolarũ stellarum nociua crescit improbitas.

VENVS CVM CAETERIS PLANETIS QVADRATA CAP. XIIII



Eneri si ☿ quadrata fuerit radiatione coniunctus, quocũq; ipsorum dextrũ quadratum, leuum'ue possidente, omnia æquabili ratione decernunt, præclara enim & amabilis & dignæ cuiusdam artis officia promittit ista coniũctio, aut magnæ cuiusdam doctrinæ ex ista cõiunctione traditur disciplina ut ex hoc institutionis officio, claræ conuersationis lætitiam consequantur, sed hos propter amores, malignus inuidorum sermo nota spargit infamia.

♀ si ☽ quadrata fuerit radiatione coniuncta, & dextri quadrati ☽ superiorem possidens ☽ partem, in sinistro quadrato ♀ positam, minaci radiatione respexerit, maxima diuitiarum lucra decernit ista coniunctio. Sed uiros feminarum causa uariis semper afficit damnis, aut infamiæ depressionem semper imponit Si uero ♀ superior effecta, & dextrum possidens latus, ☽ in inferiori loco constitutam, quadrata radiatione respexerit, maximam felicitatem, prosperis semper auget incrementis, & præcedentibus bonis, meliora decernit, actus quoq; & uitam, ac conuersationem condecorat ista coniunctio, & incorruptum amorem seruat uxoris, puros quoq; ac bonos coniugum decernit affectus, plena etiam lætitiæ cõmoda, & præclaræ artis insignia, ac honestum cõuersationis ordinem, dulcisq; sermonis gratiam, cum maxima felicitate decernit, sed nihilominus alienos concubitus, impatienti cupiditate indicit, eorum tamen matribus honestam largitur gloriam castitatis, sed hi ex alienis manumissionibus morigeras sibi sortiuntur uxores.

MERCVRIVS CVM LVNA QVADRATVS CAP. XV.



Ercurius si ☽ quodrata fuerit radiatione coniunctus, & ipse dextri quadrati possidens superiorem partem, in sinistro quadrato ☽ positam, minaci radiatione respexerit, ex ista coniunctione sapienter ornatos, & docta orationis facundia, ac honesto sermone præditos indicit, sed his ex populari seditione discrimen frequenter affertur. Si sic autem ☿ constitutum, maleuola stella superior effecta, quadrata radiatione respexerit, ut ☽ quidẽ de diametro, ☿ uero de quadrato respiciat, metuendum falsi crimen impingit, sed in isto facinore detectos, facit aut in custodia constitui, aut in carcerem trudi, seu uincula, aut exiliũ publicæ sententiæ animaduersione subire. Si uero ☽ superior effecta, & dextrum possidens latus, ☿ in inferiori loco cõstitutum, quadrata radiatione respexerit, mentis leuitate instabiles faciet ista cõiunctio, eorum'q; consilia, hac atq; illac, uaria cogitatione transuertet, ne animus eorum aliquando unius consilii ratione utatur. Hæc in genituris hominum decernit quadrata radiatio, hasq; ex quadratis lateribus sententias, per dies singulos, fatorum promit auctoritas, quas in omni tractatu debes diligenter inspicere, præsertim cum hæc eadem quadrata immutatio stellarum, statutorum etiam faciat decreta mutari. Sed his explicatis, diametrorũ etiam efficacias specialiter intimabo. Quæ autem sint dextra quadrata, quæ sinistra, in institutionis libro manifestissime diximus.

Veneris et ☿ quartilis aspectus qua ratione fiat, scire non possũ, maior nanq; distantia, qua se iungi à se inuicẽ possunt, est 75 grad. nisi platice intelligere uelis.

PLANETARVM OMNIVM DIAMETRA RADIATIO CAP. XVI



Vnc tibi diametræ radiationis explicabo decreta, quæ quidem societas minaci semper sydere componitur, ac omnium maxime stellarum cõditionem, naturam'q; destruit, cogitque ut plurimum ad infelicitatem tendere, diametra enim radiatio contraria se potestate semper impugnat, & inimico cõtra se genere societatis exurgit, ac, sicut quadrata, minax semper est radiatio.

SATVRNVS CVM CAETERIS PLANETIS DIAMETER CAP. VII.

Saturnus cum ♃ in diametra radiatiōe.



Aturnus itaq; si ♃ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem, uirium suarũ potestate pulsauerint, in omibus actibus ista cōiunctio, multa infortuniorum decernit exitia, & ex casu filiorum, acerba doloris tormenta semper indicit. Quod si in parte horosc. uel in horosc. ♄ fuerit cardinaliter constitutus, & in occasu ♃ positum, diametra radiatione respexerit, post grauia iuuentutis infortunia, in ultimo senectutis tempore, felicitatis tarda commoda conferentur.

♂ ♄ si ♂ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem uirium suarum potestate pulsauerint, grauium discriminũ, & multarum solicitudinum incōmoda decernit ista radiatio, plurimis enim ac malis faciet contrarietatibus implicari, sed & acerba faciet inuidię labe pulsari, ac miseras necessitatis angustias indicit, corpus quoq; assiduis ægritudinibus, laborumq; faciet cōtinuationibus fatigari, grauia etiā uitæ discrimina semper imponit, ac metuendæ mortis imaginē frequenter ostēdit, domesticarum etiam inimicitiarum decernit incursus̄, ac terribilium seditionum crebras tempestates exagitat. Sobolem quoq; denegat filiorum, patrem cita facit morte prosterni, et ex laboribus labores assidua continuatione perpetuat. Si uero in aquosis signis constituti ♄ & ♂ diametra se, sicut diximus, radiatione respexerint, tũc procellis, grauibusq; tempestatibus submersos ac naufragos, undis sæuientibus fluctus exponit, aut fluuiorum torrentium grauioribus undis obrutos, multis periculorum discriminibus faciet implicari, aut maligno humore concreta pestis, fortes, ac perpetuas indicit ægritudinum calamitates. Si uero alter eorum in ferino signo constitutus, alterum diametra radiatione respexerit, ex quadrupedis, uel feræ bestiæ ictu, miserum periculi discrimen affertur, aliorum medullis incensum ueneni uirus, acerbum mortis exitium, flebili calamitate decernit. Si uero in quadrupedibus signis constituti, uel alter eorum tantum, alterum diametra radiatione respexerit, cum iis malis, quæ in præcedentibus diximus, graui ruinarum pondere oppressi, ac dissipati, & corporis laceratione confecti, aut moriũtur, aut uicina mortis coguntur subire discrimina Sed hæc omnia infortunia, tunc forti calamitatis cumulo conualescunt, cum sic positos ♃ nullis radiationibus mitigarit. Nam si genituræ cardines possidentes, ☽ in quocunq; cardine constituta, hac eadem radiatione respexerit, seu quadrata. Tunc grauiora pericula, tunc fugitiuos errores, tunc exilia, publicásq; decernit mortes ista coniũctio, tunc honore libertatis erepto, iugum miseræ seruitutis imponit. Si uero in quarto uel in decimo, uel in nono ab horosc. loco cōstituti, se diametra radiatione respexerint, omnem semper prosperæ felicitatis euentum extinguent, ac miseræ deiectionis exitium caduca humilitate decernunt. Sed hęc infortunia, medio uitæ tempore, fortius conualescũt. Si uero in deiectis ac pigris locis constituti, diametra se radiatione respexerint, minus quidem nocebunt, sed tamen dolores, & miseræ egestatis incōmoda, ex ista radiatione decernunt. Sed hæc omnia malorum metuenda discrimina ♀ ac ♃ opportunis testimoniis mitigantur, & maleuolarum stellarum malitia, prospero dei salutaris testimonio hebetatur, ac præcedentium discriminum minaces plurimum exitus resoluũtur.

☉ Saturnus si ☉ diametra tradiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem uirium suarum potestate pulsauerint, nec eos ex aliqua parte ♃ salutare sydus aspiciat, aut patrem facient laboriosis necessitatibus implicari, aut ipsis certe laboriosæ uitę pondus imponent, aut egestatis angustias, cum quadam tenacitate decernunt, aliis uero acerbæ ualetudinis discrimen infigunt. Sed & siqua habuerint subsidia facultatum, ab ipsis adhuc superstitibus pereunt, aut post eorum mortem miseris lacerationibus dissipātur. Sed & malæ mortis exitium, ex ista radiatione decernitur, & omnis uitæ substantia, uariis ac malis laborum continuationibus conquassatur. Horum autem malorum fortius crescit improbitas, si in femininis cōstituti signis, se ista simul radiatione respexerint.

Saturnus si ♀ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem uirium suarum potestate pulsauerint, facient homines lupanaribus deditos, promiscua libidinum scorta sectari, ita ut ex hoc cum magna nota, graui pulsentur infamia. Facient etiam eos, libidinis causa, à nuptialibus uinculis separatos, sed si ex cætera geniture substantia decretum matrimonium fuerit, aliquam cum pudoris sui detrimento sortientur uxorem, aut certe aliis uxor decernitur, quam pestiferum uitium misera contagione semper immaculet, aut enim erit seruilium sordiũ squallore polluta, aut seruis prostituti pudoris uoluptate semper associata, sed & ipsis denegatur omnis uenereæ, gratia uenustatis.

Saturnus si ☿ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem uirium suarum potestate pulsauerint, linguam tardo sono uocis impediunt, ita ut in ipsis faucibus, tardis conatibus impedita uerba deficiant, aut linguæ obligatione confundantur. Sed hæc mala tunc fortius conualescunt, si in muto signo ☿ constitutum ♄ diametra radiatione respexerit, uel si ☿ sub radiis ☉ absconsus, diametra à ♄ fuerit radiatione pulsatus. Sed & si ☽ cum ☿ eadem societate coniunctam, diametra ♄ radiatione respexerit, hæc quæ diximus mala fortius conualescunt, nisi ♂ testimonium quolibet genere cõmodatum, præcedentis malitiæ soluat in cõmodum, cum cæteris enim, quæ diximus sine ♂ testimonio, etiam exitiale laboris pondus indicitur. Sed cũ his malis animi sapientiæ decernitur disciplina, ac perita studiorum magisteria conferuntur, sed inefficaci artis suæ studio semper inuigilant, ac tumultum eorum tristitia celeritatis semper exasperat, ipsi quoq; erecto superbiæ spiritu subleuantur, ac sibi uaria solicitudinum per dies singulos odia generant, fratribus quoq; suis ætatis gradu præferuntur, nam quicunq; maiores fratres fuerint, aut mortis exitu, aut longis peregrinationibus diuidentur, matres quoque ut plurimum in prima uident ætate perire. ☿

Saturnus si ☽ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerit, primum quidem maternarum facultatum faciunt labefactari substantiam, sed & ipsam matrem, uaria dolorum, & latentium ægritudinum cõtinuatione debilitant, aut eam peruersorum tristitia semper inuoluunt. Quod si ab iis beneuolarum stellarum radius recesserit, & ab omni salutarium syderum fuerint testimonio destituti, tũc matrem inhonesta corporis turpitudo dedecorat, ac eam assiduis incursionibus damna concutiunt, sed ipsis etiam uaria periculorum discrimina semper insurgunt, hæc autem ♄ & ☽ pro signorum uarietate decernunt, nam si in quadrupedibus signis unus constitutus, alterum diametra radiatione respexerit, ex talibus animalibus periculorum discrimen affertur. Si uero in femineis signis constituti, ista se radiatione respexerint, ex feris, uel bestiis, uel ex uenenatis serpentium morsibus, maximi periculi comparatur exitium. Si uero in humanis signis, hoc quod diximus diametrũ fuerit, ex hominum insidiis, uarium calamitatis exurgit excidium, si uero in aquosis signis constituti, radios suos diametra obstinatione pulsauerint, ex aquarum inundationibus aut ex malignis humoribus, miserum pestilentiæ discrimen affertur. Et si nullum beneuolarum stellarum præsidium, minacis radiationis fregerit potestatem, omnis corporis forma uitiosæ ægritudinis calamitate mutatur, aut clarum oculorum lumen, miseræ cæcitatis tenebris obumbratur, alios autem, sic positi, patriam suam deserere, uaria periculorum, atq; discriminum necessitate compellunt. ☽

♃ CVM CAETERIS PLANETIS DIAMETER CAP. XVIII.

IVpiter si ♂ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, omnem uitæ inæqualitatem, & patrimonii lacerationem assidua ratione decernunt, sed & omnium amicorum ex ista ratione, assiduis offensis cõtra illos odium concitatur, & maxima periculorum discrimina, aut ex turbulentis conuersationibus, aut ex temerariis actibus inferuntur. *Iupiter ♂ in diametro oppositus.*

☉ Iupiter si ☉ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis cōstituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, paternas facultates, miseris faciunt lacerationibus dissipari, sed & omnium uitæ substantiam, & præcedētis dignitatis gradus, miseris honorum deiectionibus minuunt, ut semper inferiores illis præferantur licentia potestatis, sed hæc in diurna genitura minuuntur, in nocturna autem fortius conualescunt, ac uerum ostendunt effectum.

♀ Iupiter si ♀ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, omnes proficiendi ordines, & omne promotionis uotum impugnat ista radiatio, sed nec aliquando fidos amicorū decernit affectus. Eos enim amici, subdolis & infidis cogitationibus persequentur, nec ueris aliquando uolent appellare sermonibus, sed conabuntur illos captiua semqer dissimulatione decipere, aliud malitiosa cogitatione tractantes, & aliud ficta sermonis bonitate dicentes. Iidem etiam amici, grauibus simultatum indignationibus incitati, uario contra illos genere dissensionis insurgent, & cuicunque aliquam beneficiorum contulerint gratiam, statim ii contra illos, grauibus inimicitiarum dissensionibus eriguntur, & cuicunq; aliquid propria liberalitate contulerint, contrariæ ab illis semper eis gratiæ rependūtur. Habēbunt tamen in quibusdam maxima felicitatis augmenta, habebunt etiam sufficientes patrimonii facultates. Quod si in ♀ finibus ♃ fuerit inuentus, in cupiditatibus suis, prosperos habebunt semper euentus. Sed quidam circa nuptias, nunquam firmis animorum affectibus perseuerant.

☿ Iupiter si ☿ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis cōstituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, illos impugnat ista radiatio, quicunque docti sermonis disciplinam fuerint affecuti, sed & populi metuendas seditiones exagitat, & popularis indignationis iurgia frequenter indicit, ac potentioribus uiris, aut regibus, inuidentium studio, male insinuari semper efficiet, sed & fratrum acerbas mortes frequenter ostendit, aut eos à fraternis affectibus, graui simultate dissociant & cum illos unà sanguinis necessitudo coniungat, parricidali odiorum contra se simultate depugnant.

☽ Iupiter si ☽ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, & sit ☽ plena luminibus, & partes ♃ ☽ partium numerus antecedat, principalia dignitatis insignia decernit ista radiatio, eorūmque uitam clara potestate nobilitat, sed & omnia potentiæ ornamenta decernit, facitque talem, qui nunquam possit alienis potestatibus subiacere, & qui semper uirtutis gratia, & animi cōstantia, alienis potestatibus fidenter resistat. Si uero fuerit ☽ minuta luminibus, nihil de præcedentibus bonis, sed maxima infortuniorum decernuntur exitia, hæc autē mala tunc fortius conualescunt, si nocturna fuerit genitura, cum simili coniunctione decreta.

MARS CVM CAETERIS PLANETIS DIAMETER CAP. XIX.

Mars cū ☉ diameter.



Ars si ☉ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis cōstituti locis, longa se inuicem suorum radiorū potestate pulsauerint, & sit diurna genitura, patrē ista radiatio, misera mortis atrocitate prosternit, aut lumina graui oculorum ualetudine, semper excæcat, ipsos uero, ex altis deiectos locis, misera laceratione præcipitat, aut graue nescientibus periculum semper affertur, ac omnes actus grauibus facit contrarietatibus impediri. Si uero fuerit nocturna genitura, fractis uiribus, substantiam omnem, fatigati corporis imbecillitate debilitat, & lacerato, ac dissipato patrimonio, egestatem miseræ mendicitatis imponit.

♀ Mars si ♀ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerit, & sit diurna genitura, uagis semper faciet errorum uitiis implicari, sed & ægritudinum incommoda, assidua radiatione decernūt, nuptias uero, & filios ♀ & ♂ sic positi, inuido stridore semper impugnāt. Quod si in tropicis signis constituti, diametra se radiatione respexerint, ea decernunt, quæ eos quadratos de-

tos decernere, in superioribus partibus diximus, præsertim si se de ♄ uel ♋ ista radiatione pulsauerint, & si nullum illis ♃ in hac syderatione prosperum, aut felix testimonium ac commodauerit.

Mars si ☿ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, maxima infortuniorum, et calamitatum exitia decernit ista coniunctio, aut enim immutata tabularum & scripturarum fide, qui sic Martem & Mercuriū habuerint, falsi crimen incurrūt, aut omnibus facinoribus, malæ conscientiæ societate iunguntur, aut cum maleficis & uenenariis, criminosæ uitæ consortium ineunt, aut debitorum graui fœnore semper oppressi, cum pudoris iactura, ad publica iudicia pertrahuntur, hi quoque prauo cupiditatis ardore possessi, & religiosa fidei commercia polluentes, depositas uel commendatas res abnegare conantur, ut ex ista perfidia, uel ex præcedentibus criminibus, publicæ contra illos sententiæ discrimen immineat, & iudicātium subiecti potestatibus, metuendo, causarum terrore quatiantur. Alii præcedentium facinorum exagitati terroribus, & malæ conscientię oneribus fatigati, à suis erroribus separantur, pręsertim si in finibus ♄, uel in eius domo, uel in domo sua ☿ fuerit inuentus in diurna genitura, nec Iupiter aliquem ipsorum trigonica radiatione respexerit. ☿

♂ si ☽ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicē radiorū suorum potestate pulsauerint, aut oligochronios facient, aut grauibus periculorum continuationibus insequentur, aut nuptias non decernunt, uel si aliarum stellarum præsidio decretę fuerint, uxores datę, miseris mortium anxietatibus peribunt, ipsi quoque malo mortis exitu morientur, aut publica erunt animaduersione prostrati, præsertim si ☽ fuerit suis plena luminibus, radiisq́. ☽

SOL CVM LVNA SOLA DIAMETER CAP. XX.



Ol si Lunam diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, uitam & statum hominis, ordinem'q substantiæ, & omnia dignitatis insignia uaria faciunt ratione mutari. Tunc enim collocatis diuitiis, rursus onus paupertatis affertur, & paupertatis incōmoda, aliarum diuitiarum rursus solatiis relaxantur, ita ut hominis sit ambigua conditio, qui modo locuples abundantibus copiis exultet, modo egenus, indecoro & turpi quæstu, miseræ uitæ subsidia quæritare cogatur. Faciunt etiam circa uultum, inhonestæ ualetudinis uitia, quæ corpus ipsum penitus immaculent, ac turpi quadam fœditate deforment. Nonnunq́ etiam mirabili quodam, ac miserando ægritudinis genere corpus etiam ipsum, misera contractione debilitant, ita ut ad necessarios uitæ usus, uix satis possint debilitata membra peroptatum officium suum implere.

VENVS CVM LVNA SOLA DIAMETRA CAP. XXI.



Enus si Lunam dimetra radiatione respexerit, ita ut in contrariis cōstituti locis, longa se inuicem radiorū suorū potestate pulsauerint, infelices nuptias ex ista radiatione decernunt, sed nec aliquo patiuntur, sic positi, felicitatis ordine subleuari, aut enim nunquam filios habebunt, aut susceptam sobolem misera morte prosternunt, sed & ipsi crebra mala, & multas uxorū suarum pati coguntur iniurias, quæ maritis suis dominari cupientes, superbo & elato spiritu, in eos sæpius inuehuntur.

MERCVRIVS CVM LVNA SOLA DIMETER CAP. XXII.

Mercurius si ☽ diametra radiatione respexerit, ita ut in contrariis constituti locis, longa se inuicem radiorum suorum potestate pulsauerint, effrenatæ multitudinis impetum, & populares seditiones suscitant, ac cruenta discrimina, ita ut eos semper in cœtu publico, uox maligna populi persequatur, sed & animo & uerbis, deiectam eis timoris trepidationem, fœdum'q pauorem inducunt.

PLANETARVM OMNIVM HEXAGONA RADIATIO CAP. XXIII.



Vm stellæ hexagona se radiatione respexerint, hæc decernunt, quæ ex trigonica eas diximus radiatione decernere, sed decretorum ipsorũ ex aliqua parte minuitur effectus, & languidis uiribus destituta radiatio in genituris omĩbus, efficatiam sui minori potestate componit. Sed illud meminisse te conuenit, quod effectum habent hexagona in uiribus, si tropicis uel duplicibus signis diuidantur. In efficacia uero tunc existunt, quotiens solidum signum in tali radiatione interuenit.

PLANETARVM OMNIVM PARILIS RADIATIO CA. XXIIII.

Vt omnifariam tibi Mauorti decus nostrum, integras mixturarum efficacias intimemus, extricatis trigonis, mixturis pariter & quadratis, & omni diametrorum radiatione specialiter explicata, nunc iunctas stellarum societatis, manifesta sermonis interpretatione signabimus, ut omni mixturarum temperatione monstrata, ad specialia apotelesmatum decreta ueniamus.

♄ CVM CAETERIS PLANETIS PARITER CA. XXV.



Saturnus & ♃ simul constituti.

Aturnus & ♃ si unum partis hospitium acceperint, & in uno loco pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, si in opportunis genituræ locis, & in iis, in quibus gaudent signis, uel partibus, ista fuerint societatis radiatione coniuncti, felicitatis insignia, patrimonii augmẽta, gloriæ cõmoda, uirtutis incorrupta præsidia, felicem filiorum sobolem ex ista societate decernunt, præsertim si diurna fuerit genitura, tunc enim actus maximos, tunc procurationis officia, tunc alienæ substantiæ potestatem adiungunt. Sed si eos sic positos, ex superiori loco ♂ minaci radiatione pulsauerit, totum hoc, quod dixi, inuida ♂ radiatione mutatur, ac semper in peius tendit.

Saturnus & ♂ si unum partis hospitium acceperint, & in eodem loco pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, si in opportunis genituræ locis fuerit ista coniunctio, mores hominum æquabili grauitatis moderatione componit, & omnes animi impetus mansuetis temperationibus mitigat, mortis autem inconsulta temeritas, & ardoris improbitas, ac inflammati caloris algor impatiens, cõiunctione Saturnii frigoris temperatur, & mitigatis ignibus, quos natura proprii caloris incenderat, ad effingendos mores hominum, grauitas, ex adiuncti sibi frigoris societate mutatur, & ♂ calor in moribus instituendis, tardo ♄ frigore semper hebetatur. Cum enim ♄ frigus ♂ calore tepescet, & cum illius flammas ♄ frigus extinxerit, ex ista temperationis moderatione, mores hominum perfecta grauitatis ornamenta percipiunt. Sed nihilominus actus, contrariis stellarum istarum dissensionibus impeditur, cum in negociis alter reuocet, alter impellat, sed nunquam, quod uelint, qui sic ♂ & ♄ habuerint, prospere consequuntur, semper enim cum animi tristitia, inefficaci cupiditate soliciti, imperfecta desyderiorum suorum uota relinquunt. Sed & uariis etiam ægritudinum discriminibus implicantur, et corpus eorum assidui languoris continuationibus fatigatur, atq; ad nociua corporis detrimẽta, assidue contra illos nigri fellis concitatur exitium, sed & cita mors opprimit, patrem pariter & matrem, paterna etiam substantia uariis lacerationibus dissipatur, fratribúsq; per ipsos malũ semper præparatur exitium. Quicunq; etiam fuerint primi suscepti, aut misero mortis prosternuntur interitu, aut omni felicitatis præsidio destituti, fraternę gloriæ potestatem, cum maxima humilitatis ueneratione suscipiunt, sed ipsis difficultates maximas, & errorem grauium solicitudinum frequenter imponunt, hæc autem omnia fortius conualescunt si aliquem genituræ cardinem, eadem partis societate possederint, tunc enim animus eorum, mutabili rationum uarietate, uirtutes sustinet, nisi ♃ in primis cardinibus constitutus, & in iis in quibus exaltatur signis, uel in domo sua, uel in opportunis genituræ locis positus, omnia hæc malorum discrimina, propitio suo sydere mitigarit.

Saturnus

Saturnus & ☉ si unum hospitium partis acceperint, & in eodem loco pariter constituti, æquabili potestatis societate iungantur, paternam omnem substantiam dissipat ista coniunctio, sed & ipsi & patri miserũ mortis decernit exitiũ, hæc aũt mala, in nocturnis genituris, fortius conualescũt, siue in matutino, siue in uespertino ortu ♄ fuerit inuentus, tunc enim patrem grauibus infortuniorum cumulis, tũc miseris periculorum discriminibus semper incurrit, tunc fratribus acerba malorum decernit exitia. Si uero in nocturna genitura ♄ & ☉ ista fuerint societate coniuncti. Sed si in eodẽ signo constituti, istis fuerint partium diuersitatibus separati, ut ☉ quidem paucas, ♄ autem plures habeat partes, tunc patri cum misero calamitatis exitio, malæ mortis discrimen indicitur. Omnia uero, quæ diximus, forti malorum continuatione proueniunt, sed cum his omnibus malis, lacerato patrimonio, siue proscripto, & omni fortunæ substantia dissipata, extremum onus paupertatis imponitur. Languores quoq; ex uitiosis humoribus inferuntur, ac uires omnes, fatigati corporis imbecillitate deprimuntur, aliorum etiam oculis, miserum exitium cæcitatis impingitur. Hos autem ipsos idoneos agricolas semper efficiet ista coniunctio, ita ut illis post multum temporis spatium, ex agrorum cultura, idonea facultatum subsidia cõferantur. Erunt sane ipsi in tristitia semper obscuri. Quod si in ☉ uel ♄ domo, ☉ & ♄ pariter fuerint collocati, gloriosum quidem patrem efficiunt, sed omni diuitiarum præsidio destitutum, ipsos uero contra patres, ☉ & ♄ simul positi, parricidalibus inimicitiarum odiis exasperant, sed hos eosdem earum infelicitatum, quas diximus, misera decreta semper impugnant.

Saturnus & ♀ si unum hospitium partis acceperint, & in eodem loco pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, indignarum mulierum nuptias decernit ista cõiunctio, & misera matrimoniorum infortunia semper excitat. Itidem aut steriles, aut debiles decernit uxores, quarum insigne quoddam uitium, omnem corporis formam dedecoret, aut enim graui pulsantur infamia, aut ex istis infortuniis, etiam illis filiorum soboles denegatur. Sic autem habentes ♄ & ♀, nunquam filios, aut tarde suscipient, eruntque frigidi semper ad ♀, & immanis eorum animus instabili semper uarietate dissentiet. Hæc etiã in feminarũ genituris ♀ & ♄ simul positi æquata radiationis societate decernunt, sed hæc fortius cõualescũt, si in ♑ uel ♒ ♄ & ♀ fuerint pariter inuenti, nam hæc signa ♀ male semper inficiunt, præsertim si ♄ societas accesserit, tunc enim eius malitia cõiunctionis, nec præsentia potest ♃, nec testimonio mitigari. ♀

Saturnus & Mercurius si unius partis locum æquata societate possederint, uocis sonum, balba linguæ confusione, semper indicunt, aut tardo sermone faciunt impedita uerba proferri, aut auditum graui ualetudine semper impugnant, & nunquam eorum permittunt desyderia compleri. Erunt etiam in omnibus actibus fidei testimonio destituti, ac rigida mentis auctoritate durati, & obstinata semperque tristi dissimulatione compositi, sed hi animi sui consilia, alta malitiæ taciturnitate cælabũt, ingenia uero eorũ multis disciplinarum studiis, felici sydere penitus imbuentur. ☿

Saturnus & Luna si hospitium unum pariter acceperint, & in eodem loco inuicem constituti, æquabili societatis ratione iungantur, omnes impetus & animi cogitationes, ac omnes actus imbecilla mortis trepidatione semper impugnant, sed & materna substantia, ex ista societate, miseris lacerationibus dissipatur, matres etiam eorum, ac iidem ipsi, grauia ægritudinum continuatione debilitantur. Si uero diurna sit genitura, & sit Luna plena luminibus, ac beneuolarum stellarum accesserit opportuna radiatio, omnium præcedentium malorum prohibetur improbitas. Si uero fuerit nocturna genitura, et Luna sit uel minuta uel plena, omnia infelicitatis genera, & omne malorum exitium decernit ista coniunctio. Sed si Iupiter aut ♀ testimonia pariter accesserint, contempto salutari præsidio, calamitatis exitium conualescit. ☽

Iupiter

IVPITER CVM CAETERIS PLANETIS PARITER CA. XXVI

Iupiter cū ♂



IVpiter & ♂ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter cōstituti, æquabili societatis potestate iungātur, maxima decernūt insignia dignitatum, ac maximam conferūt licentiæ potestatem. Faciunt enim homines magnatū ciuitatum, aut regionum officia gubernātes, in maximis etiam populis gloriosæ licētiæ tribuunt potestatē. Erunt etiam hi tales, qui omnia quæ desyderant, prospero consequantur euentu, præsertim si in opportunis genituræ locis positi, uel in primis cardinibus, uel in quinto, aut in undecimo ab horosc. loco, in domo ♃, aut ♂ simul fuerint constituti. Tunc enim fasces, tunc arma, tūc illis maximi cōmittuntur exercitus, tunc etiam in magnis honoribus positi, magnificæ potestatis licentiam felici sydere sortiuntur.


☉

♃ & ☉ si in eodem signo pariter fuerint constituti, & sit ♃ sub radiis ☉ absconsus, omnem felicitatis ordinem, uariis deiectionibus minuit. Si uero fuerit ♃ liberatus à radiis ☉, in matutino ortu constitutus, ac eiusdem signi cum ☉ hospitio copuletur, fatum, substantiam, uitam, atq; ex istis felicitatibus fructus, cū maxima etiā honoris potestate decernit, & à bono parente uidebuntur esse progeniti, ita ut ex die ortus sui, omnia parentibus felicitatis insignia conferantur, sed & ipsi, qui sic ♃ et ☉ habuerint, felices, suscepta filiorū sobole gaudebunt, ac lætabuntur.

♀

Iupiter & ♀ in eadem parte uel signo, si pariter fuerint constituti, honoris insignia, cū maxima decernunt gratia uenustatis, bonorum etiam & magnorum uirorum fidelibus amicitiis semper associant. Sic etiam (ut ante diximus) collocatis, promissionum captæ persuasionibus puellæ, uirginitatem suam desyderio corruptoris addicunt, sed ex hac occasione, & crimina concitantur, & tumultus seditiosæ uocis infertur. Fiunt autem maiora periculorum discrimina, si cum ☿ ♂ fuerit inuentus. Si uero in ♄ signo, ♂ & ♀ simul positi, easdem possederint partes, & ♄ in uicino signo, hoc est in secundo fuerit inuentus, ita ut ipse primus, coniunctionem ♀ uenientis capiat, & ♂ ☽ respiciens, quacūq; ♀ radiatione iungatur, ♄ etiam ☽ pariter aspiciat, & ☉ sit in MC, ☽ uero & horosc. in ♋ constituti, hi incesto furoris ardore, & potestatis alicuius præsidio liberati, matrum suarū connubia sortiuntur, aut nouercas suas, præpostero mentis ardore, ac cupiditate possessi, ad consortium tori genialis inuitant. Si uero mulieris fuerit ista genitura, matrimonii gratia hæc eadem mulier, aut patri iungetur, aut uitrico. Talem Oedipodem habuisse genituram, antiquę ferunt memoriæ lectionum, fuit enim horosc. in ♋, ☉ in ♈, ♄ in ♓, ♃ & ♀ in ♒, ♂ in ♎, ☽ in nebula ♋ ☿ uero cum ☉.

OEDIPI GENITVRA.



♃ & ☿ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, maxima religionis insignia decernunt, legisq; peritum reddunt, & qui in suis rationibus sensu completus sit & intellectu, uictorem quoq; notāt in causis, & qui multorum hominum, secundum Socraticum institutum, utilitatē, commodum'q; procuret. Reddunt etiam acutissimos supputatores, et hac potissimum ex causa, regum, ac principum scribas. ☿

♃ & ☽ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, augmentum maximum in diuitiis, ac fortuna decernunt. Quod si ♃ orientalis fuerit, natum parente meliorem reddit, ac non solum opibus, sed etiam dignitate ampliorem. Si uero ☽ fuerit lumine diminuta, ac paucioru patrium numero, quàm ♃ eleuata, multum quidem de superiori fortuna diuitiis, ac decreta nati dignitate diminuit. ☽

MARS CVM CAETERIS PLANETIS PARITER CA. XXVII.



Mars & ☉ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, nati parentem cito moriturū enunciant, eiq; non mediocres labores, doloresq; decernunt, substātiam destruūt & expectationem, ferriq; aut ignis damna decernunt, eum'q; in consiliis & cogitatiōibus suis inconstantē uariumq; cōstituunt. Si uero in cardinibus, uel eorū anaphoris fuerint cōstituti, hæc oīa firmiori sane certioriq; decreto cōstabūt. *Mars cū* ☉

♂ & ♀ si in unum pariter fuerint collocati, ac in signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, mulierum causa lites, damna, atq; impedimenta decernunt. Quod si in mobili signo fuerint, humilem quidem & obscuram feminam uitiligantem insinuant. Sed ubicunq; fuerint constituti, turpes ac manifestas ♀ species reddunt. Quod si mulieris fuerit genitura, manifestam arguent, audacemq; meretricem, multaque tentigine famosam. ♀

♂ & ☿ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, mendacem, sed bonæ rationis natum decernūt, sapientem, acutum, disertum, & hac ex causa apud plurimos cōmendatum. Quod si benigna accesserit ♀ radiatio, illud idem efficiet, sed parenti maxime pium. Si uero ♄ radiatio fuerit adiecta, hæc bona diminuit. Sed si ☿ hoc modo iūctus, sub radiis ☉, & in cardine fuerit, ☽ aspiciens, malas cogitationes, furta, & dolos decernet. ☿

♂ & ☽ si in unū pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, uitæ læsionem, ferri nocumentum, ac biothanatam mortem decernunt, matri anxietatem, solicitudinemq;, ac laborem minantur. Quod si in aliquo cardine tali fuerint societate coniuncti, diuersas artes, operumq; subtilitatem, sed non sine summo damno atq; iactura constituunt, unde non sibi solum, sed etiam cognatis et amicis, non modicum mœroris adiungant. ☽

SOL CVM CAETERIS PLANETIS PARITER CAP. XXVIII.



Sol & ♀ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, ♀ autem in occidente fuerit collocata, in nocturna genitura, aut in oriente in diurna, magnum sane nomen, mirabilem expectationem, ac diuinam penè famam, nato decernunt, qui non solum ab omni populo diligatur, sed etiam ipse quoq;, miro quodam amoris affectu cæteros prosequatur. Sed hoc melius efficietur, si ambo sic iuncti in cardinibus fuerint collocati. *Sol & Venus unà.*

☉ & ☿ si in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem signo pariter constituti, æquabili societatis potestate iungantur, aut orientales fuerint, aut occidentales, mirabilē animi sensum, pietatem'q; decernit. Hos enim sapientes, ut plurimū scribas, supputatores, ac principum faciunt negocia pertractantes, qui non sibi solum ex tali sapientia, maxima consequantur honoris insignia, sed aliis etiam summa conquirant subsidia facultatum, quibus aliquo præsint magistratus honore. ☿

☉ & ☽

☉ & ☽ ſi in unũ pariter fuerint collocati, ac in eodem ſigno pariter conſtituti, æquabili ſocietatis poteſtate iungantur, in quacunq; genituræ parte collocati, malum teſtimoniũ perhibent, eiúsq; partis ſignificationem debilitant. Quod ſi ſic pariter cõſtituti, in ſeptimo ab horoſc. loco poſiti fuerint, malas decernũt uxores, litigioſas, & inflato ſuperbiæ ſpiritu tumentes. Si uero in ſexto ab horoſc. loco fuerint collocati, nato infortunium, & ægritudines, ac plerunq; cæcitatem minantur.

VENVS CVM CAETERIS PLANETIS PARITER CAP. XXIX.

VEnus & ☿ ſi in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem ſigno pariter conſtituti, æquabili ſocietatis poteſtate iũgantur, ioculationum ac ludorum amorem inducunt, multas quoq; tribuunt uxores & amicas. Verſificatores reddunt, cantores, & facundos oratores, ſed quibus maxime noceat ♀, non ſolum cogitationes & conſilia, ſed ingenium etiam & induſtriam minuendo. Quod ſi eos, ſic poſitos ♃ benigna radiatione reſpexerit, & præcipue in horoſc. conſtitutus, ex mulieribus maxima decernit honoris inſignia.

♀ & ☽ ſi in unum pariter fuerit collocati, ac in eodem ſigno pariter conſtituti, æquabili ſocietatis poteſtate iungantur, homines facient multa ornatus diligentia compoſitos, pulchra facie & hilari, multæq; expectationis & fortunæ. Sed tamen in ſuis coniugiis minime conſtantes, nam alienas uxores appetentes, uario adulteriorum crimine laborabunt, iis uero è diuerſo plerunq; ſolet accidere ut eodem quoq; modo, eorum uxores, alieno concubitu, pares uices reddant.

MERCVRIVS CVM LVNA IVNCTVS PARITER CAP. XXX.

MErcurius & ☽ ſi in unum pariter fuerint collocati, ac in eodem ſigno pariter conſtituti, æquabili ſocietatis poteſtate iungantur, fueritq; ibi ♃, uel ſaltem beneuola radiatione coniunctus, claros reddunt, cordatóſq; uiros, ſed mendaces plerunq; & inconſtantes, quod ſi eos aſpexerint in fortunę, hoc firmius erit, prædiconesq; famoſos efficient. Si uero ☽ partium numero magis aucta fuerit ꝙ ☿, mala omnia deterget, bonáq; decreta, ſtabili fatorum diſpoſitione, firmius adiiciet.

CATHOLICA SYDERVM PROMISCVE POSITORVM DECRETA CAP. XXXI.

LVna ſi in ☿ finibus fuerit inuenta, & maſculini generis ſydus acceperit, & præſertim ♒, nec ♀, ♃ trigonica radiatione iungatur, qui ſic habuerint, nunquam filios aliquos ſortientur.

☽ ſi in æquinoctialibus in horoſc. fuerit inuenta, id eſt in ♈, uel ♎, ♃ uero & ♂ pari ſocietate cõiuncti, in MC, uel in occaſu fuerint collocati, ♀ autem & ♄ in ♑, uel ♒ pariter conſtituti, & eundem partis numerum poſſidentes, ♂ & ♃ qualibet radiatione reſpiciant, ſteriles facient, & effœminatos, abſciſos quoque, & gallos, religionum cęrimoniis ſeruientes.

♄ & ♂, ſi in ♀ domo, æquata partis ſocietate coniuncti, fuerint conſtituti, occaſum uel in MC poſſidentes, & in diametro eorum ♀ in domo ♂ poſita, ♂ & ♄, æquata ſit partis ratione contraria, hæc ſtellarum ordinatio, eunuchi genituram nobis apertiſſima demonſtratione oſtendit.

♂ & ☽ ſi diametra ſibi fuerint radiatione contrarii, & eaſdem ambo, in diametro conſtituti, partes accipiant, ♀ uero, in dextro eorum quadrato conſtituta, ac de diametro ♄ reſpiciens, per ſiniſtrum quadratum ☽ Martemq; pulſauerit, ita ut ipſa de diametro ♄, ☽ uero & ♂ de quadrato reſpiciat, & ☿ MC, poſſederit, ex hac ſtellarũ mixtura, aut ſteriles uel hermaphroditi, aut certe generantur eunuchi.

♄ & ♀ ſi in ſigno uel finibus ♀ pariter cõſtituti MC poſſederint partes, & ♂ ab iis alienus fuerit effectus, aut pauperem iſta coniunctio, aut prouectæ ætatis decernit uxorem. Si uero ſic ♄ & ♀ cõſtitutos, trigonica ♃ radiatione reſpiciat, uel ſi cum ipſis fuerit inuentus, ex iſto ♃ teſtimonio, uidua quidẽ uxor decernitur, ſed diuitiarũ affluentia copioſa.

♀ ſi in

Venus si in ☿ parte, cũ ♃ fuerit inuenta, ista sociatio, adulterio cognitam decernit uxorem, si uero iis pariter constitutis, ☿ stella ad hoc idem consortiũ partis accesserit, hoc marito relicto, quẽ adulterio fuerat interueniente sortita, ad alterius mariti rursus nuptias transibit mulier, aut hoc iuuenis amore capta perficiet, aut pauperis cuiusdam secuta concubitus, aut ignobilis coitum, humili ac prona mentis cupiditate desiderans, ut omnifariam praui amoris illecebris, inferioris uiri consortium ignobiliter sortiatur.


Luna cum ☿ si pariliter fuerit inuenta, & ☉ in horosc. partiliter fuerit collocatus, ♃ uero in anaphora horosc. constitutus, ☽ trigonica radiatione iungatur, ex ista coniunctione uel societate, clara nobilitatis decernuntur insignia.

Venerẽ si in MC constitutã, trigonica ♃ radiatione respiciat, uel si cum ea fuerit inuentus, & ♀ ab omnibus maleuolarum stellarum fuerit radiationibus separata, feminarum præsidio, ex ista cõiunctione, maxima felicitatis insignia cõferũtur, aut ex aliquo femineo opere, felicitatis initiũ datur. Sed hos eosdẽ facit musici carminis modos dulciter flectere, aut citharã, lyramq́; ꝑcutere, aut certe molli corporis flexu, cũ satis grata uenustate saltare.

Iupiter semper in MC partiliter constitutus, misero libidinis studio, ad sordidarũ mulierum concubitus impellit, si uero cum eo ♂ fuerit inuentus, & ipse eandem possidens partem, uxorem facit ab alio uiolenter arripi. Si autem iis ♀ accesserit stella, illustribus uiris, de meritorio detracta mulier, coniugali gratia copulatur. Si uero iis omnibus ☉ quadratus accesserit, patrum concubinis, aut nouercis suis, nefaria cupiditate iunguntur, & retractas patrum uxores matrimonii societate coniungunt, sed cum fuerint nuptiæ praua cupiditate completæ, perueniente mulieris fuga, dissoluitur matrimonium, quod prius fuerat infaustis ominibus copulatum.

Mars si in MC, cum ☽ fuerit inuentus, & ♃ in horosc fuerit partiliter collocatus, in occasu uero ☉ fuerit constitutus, ♃ de diametro, ♂ uero & ☽ quadrata radiatione respiciẽs, nuptias ista coniunctio, cum exitiali certaminis conflictatione decernit. Tunc enim grauia uulnera, minax contendentium gladius infligit, tunc grauis pugna, sæui ardoris certaminibus concitatur, tunc famosa prœliorum certamina, & funesti furoris cupiditatibus excitatum, & cadentium gemitu, strepituq́; pugnantium, atq; acerba sanguinis profusione, contractæ nuptiæ cruentantur. Tale Paris Alexander decretum habuisse suggeritur, cuius ex nuptiis, pugnarum famosa certamina, & fabulosa patriæ excidia contigerunt. Sed totum Alex. Paridis decretum hac fuit ratione compositum. Horosc. fuit in ♒, ☉ in ♌, ☽ in ♏, ♄ in ♌, ♃ in ♒, ♂ in ♏, ♀ autem & ☿ in geminis.

PARIDIS GENITVRA.



Saturnus & ♂, ſi in M C fuerint partiliter collocati, aut hūc eundem locum, in aliis car dinibus conſtituti, quadrata uel diametra radiatione reſpiciant, nec eorum maliciam, ♃ ac ♀ ſalutaria præſidia mitigarint, laborioſos, pauperes, miſero paupertatis onere depreſ- ſos, & quotidiani laboris continuatione quaſſatos, perficiet iſta cōiunctio, ut aſſiduis cor potis fatigationibus, miſera uitæ alimenta quærantur. Si uero hunc eundem locum ♂ de diametro reſpexerit, ♄ in M C, ſiue in I M C, aut certe in horoſc. conſtituto, ſintq́ʒ omēs diuino teſtimonio deſtituti, cum præcedentibus malis, publici etiam carceris cuſtodiam, & ferrea decernuntur uincula cathenarum. Si autem his ſic conſtitutis, plenam lumini- bus ☽, ♃ clementi radiatione reſpexerit, poſt multos labores, ac diſcrimina talia liberant, & in meliorem tranſeunt uitæ ſubſtantiam.

Mars ſi in medio cœli partiliter fuerit inuentus, & ſecundum ab eo ſignum, de uicino poſita ♄ ſtella poſſederit, laborioſos, pauperes, ac uitam manu quærentes efficiet iſta con- iunctio, ſed & facies eorum triſtis ſemper uultus innubilat. Sed ſi M C, ♂ æquata parte re ſpiciat, & in ſecundo ſigno ♄ ſic ſit (ut ante diximus) conſtitutus, maiora infelicitatis one ra decernūtur, & maiorum infortuniorum cumulus accedit, ſed & nunquam hi, qui ſic eos habuerint, quod cupiunt conſequentur.

Luna ſi in labiis ♈, uel in ♑ fuerit inuenta, uel ♉ labra ſimili ratione poſſederit, mulie- res quidem uitagines faciet, uiros uero ad omnia libidinum uitia ſemper impellit, ut mi- ſero concitati ♀ ſtimulo, impuri & impudici coitus uota concipiant. Quod ſi ☽ in iis, in quibus diximus, ſignorum partibus fuerit collocata, & has eaſdem partes, ☿ & ♂, cum ☽ eadem ratione poſſederint, & ☽ ad ♂ defluat ſtellam, in quacunq́ʒ ſigni parte ☽ fuerit in- uenta, ex hac parte uitium libidinis inuenitur, ſed prædictorum uitiorum tegitur & miti- gatur improbitas. Si uero ſine ♃ teſtimonio, ♀ fuerit cum iis inuenta, omne uitium im- pudicæ impuritatis indicitur, tunc uiri, ſpontanea furoris adhortatione, muliebria patiū- tur, tunc impuro honore uitioſæ libidinis ardorem exequi ſtudent. Si uero fuerit mulie- ris iſta genitura, meretricem proſtituti pudoris efficiet, & quæ corpus ſuum, prauis libi- dinum cupiditatibus, tradat, pudorem ſuum mercedis quotidianæ gratia, poteſtati le- nonis addicens, erítque in publicis meritoriis proſtituta, etiamſi ex alto genere uideatur eſſe progenita.

☉, ☽, & horoſc. ſi ita ſint in genitura collocati, ut nulla ſibi exiſtant omnes ratione con iuncti, & ☉ horoſc. non uideat, & ☽ rurſus, nec ☉ nec horoſc, ſimiliter aſpiciat, nec ſint aliqua partium ſocietate cōiuncti, tanto paupertatis onere fatigant, ut hi qui ſic eos habue rint uario infelicitatis onere prægrauati, ad extremum exitium mendicitatis, ſiniſtris aui- bus accedant.

☉ & ☽ ſi feminei generis ſigna poſſideant, & horoſc. in feminino ſigno fuerit inuen- tus & ibi ſit ☿ poſitus partiliter, hi manibus propriis naturam ſuam putare coguntur.

☉ & ☽ ſi in horoſc. fuerint partiliter conſtituti, aut unus horoſc. præcedat, & alter ſub- ſequatur, ita tamen, ut hoc in horoſc. fiat ſigno, & in anaphora horoſc. ♂ ſit conſtitutus, & ♄ ♂ aliqua teſtimonii radiatione iungatur, hæc ſyderatio miſerum oculis onus cæci- tatis imponit.


☽ ſi in M C fuerit inuenta, & in I M C ♀ conſtituta, partili ☽ radiatione reſpiciat. Iſta coniunctio, inceſtæ cupiditatis ardore, ſorores fratribus iunget uxores. Si uero in dextro ☽ quadrato ♀ fuerit collocata, homines faciet, ad omnia negociorum officia pręparatos, qui ſibi multarum amicitiarum præſidia conquirant, & quos uxores fido diligant ſem- per affectu, facítque omnibus amicis amabili charitate coniunctos, ſed hæc omnia for- tius conualeſcent, ſi unum de duobus trigonica Iupiter radiatione benignóque aſpe- ctu reſpiciat.

Horoſc. ſi in ſigno ♍ fuerit inuentus, & in eodem ♂, ☿ & ♀ partiliter fuerint colloca- ti, ♃ uero in occaſu poſitus, ♓ poſſederit ſignum, & iis, qui in horoſc. ſunt partili radia- tione iungatur, ☉ uero in anaphora horoſc. hoc eſt in ♎ ſit conſtitutus, & ☽ in quinto

ab ho-

ab horosc.loco ♑ constituta possideat, ♄ uero in nono ab horosc.loco positus, ♉ signũ teneat, qui sic hos omnes habuerit, talis erit orator, ut in modum fulminum, dictorum eius sententiæ proferantur, ita ut pro eius arbitrio, multitudinis animi aut quiescentes excitentur, aut incensi facile mitigentur. Talia etiam erunt eius dicta, ut hæc, ad augmentum & nutrimentum ingenii sui, posteritas, animosa contentione perdiscat. Talis enim orator, apud Macedoniæ Philippum, nomine Hermodorus, omnes orationis licentia persequebatur, ut manifestius explicemus. Hæc genitura diuinum Demostheni spirauit ingenium.


DEMOSTHENIS, ET HERMODORI GENITVRA.



♂ ☿ & ♀, si in ♀ finibus simul fuerint collocati, & horosc. eiusdem partis possederit finem, Iupiter uero in ♊ constitutus in occasu, hos omnes diametra radiatione respiciat, sitque illis æqualius partium societate coniunctus, Sol autem in ♑, & Luna in quinto ab horosc.loco constituta, ♈ signum teneat, ita ut in capite sit ♈. In his enim partibus faciet cæcos, Saturnus uero in nono ab horosc.loco, in Leone sit constitutus. Hæc genitura diuinum poëtam heroici cuiusdam carminis facit, ut martios strepitus, pugnatúmque me tuenda, certamina celeberrimi carminis nobilitate perscribat. Talis genitura Homerum, diuinum Cumæi carminis fecit interpretem, principem'q; poëtarum.


Luna in primis ♈ partibus cæcos facit.

HOMERI GENITVRA.




Horosc. si in ♒ fuerit inuentus, & in eius parte ♂, & ♀ & ☿ sint partiliter collocati, in occasu uero ♃ positus, ♌ habeat signum, & in anaphora horosc. ☉ constitutus, signum ♓ teneat, ☽ uero in ♊ collocata, & in quinto genituræ loco constituta, horosc. trigonica radiatione respiciat, & ♄ nonum ab horosc. locum tenens in Libræ signo sit constitutus, hæc genitura diuinarum & cœlestium institutionũ reddit interpretem, qui docili sermone, & diuini ingenii potestate cõpositus, ac cœlesti quodãmodo institutione formatus, uera disputationum licentia, ad omnia secreta diuinitatis accedat, hæc enim Platonis genitura fuisse, uera hystoriæ narratione suggeritur.

PLATONIS GENITVRA.



Horosc. si in Libra fuerit inuentus, & ♂, ♀, & ☿ in eodem sint partiliter collocati. Iupiter uero in occasu positus, hoc est in ♈ signo, ♂, ♀, ☿, & horosc. diametra radiatione respiciat. Sol uero in ♏ positus, in anaphora sit horosc. constitutus, Luna etiam in Aquario posita, quintum ab horosc. locum teneat. Saturnus uero in nono ab horosc. loco constitutus, in ♊ sit collocatus. Hæc genitura diuinum lyrici carminis poëtam reddit, qui choreas libero, redimitus edera, religiosi carminis moderatione componat. Talis genitura, Pyndaro & Archilocho, dulcissimi carminis modos, diuina ingenii inspiratione largita est.

PINDARI ET ARCHILOCHI GENITVRA.




Horosc. si in ♈ fuerit inuentus, & in ♃ finibus, & ♂, ♀, & ☿, in eodem sint partiliter cōstituti, & ♃ in ♎ positus, hoc est in occasu, diametra horosc. radiatione respiciat, ☉ uero in anaphora horosc. positus, ♉ signum possideat, & ☽ in quinto loco ab horosc. collocata, ♌ signum teneat, Saturnus uero in nono loco ab horosc. constitutus, ♐ habeat signum. Hæc genitura diuinum facit artis mechanicæ repertorem. Hic est ille noster, cuius ingenio fabricata sphæra, cœli lapsum, & omnium syderum cursus, exemplo diuinę imitationis ostendit. Hic est Syracusanus Archimedes, qui Romanos exercitus, mechanicis artibus sæpe prostrauit. Hunc Marcellus, in triumpho uictoriæ constitutus, ac inter ouantes militum strepitus, & triumphales laureas collocatus, lugubri mœrore defleuit.

Sed sufficienter tibi, Mauorti decus nostrum, illustrium uirorū deiecta narrauimus, nunc ad incœpti operis ordinem reuertamur. *Huius genituram uersa pagina inuenies*

Saturnus si in ♎ fuerit constitutus, in finibus scilicet ♃, hoc est in altitudine sua & in eadem parte horosc. fuerit inuentus, in ♈ uero ♀ constituta, horosc. ex occasu diametra radiatione respiciat, ♂ uero & ☽, & æquata partium societate coniuncti, in MC sint partiliter collocati, ☉ autem & ☿ in ♊ constituti, nonum ab horosc. locum teneant, Iupiter uero in Aquario positus, & stationem faciens, quintum genituræ possederit locum. Hæc genitura potentissimū regni decernit imperiū, uel potentis dignitatis insignia pollicetur.

☽ si in duodecimo ab horosc. loco, id est in cacodæmone fuerit inuenta, & sit in eo signo, quod ♄ dicitur trigonū, id est in ♒, aut in ♊, aut in ♎, ☉ uero in sexto ab horosc.

ARCHIMEDIS GENITVRA.



loco constitutus,& diametra radiatione respiciat,similíq; sint partium societate coniun=cti,♃ autem in octauo sit genituræ loco constitutus,laboriosæ paupertatis,ex ista genitura & miseræ mendicitatis decernuntur incommoda.

☽ & ♂ si in septimo sint ab horosc.loco cõstituti,hoc est in occasu,& sint in eo signo, in quo ♂ trigonum inuenitur,id est,aut in ♋,aut in ♏,aut in ♓,♃ uero in MC sit partiliter collocatus,& ei ☉ trigonica radiatione iungat,athletam faciet ista genitura,sed qui in sacris certaminibus uictor,gloriosa & digna reportet insignia coronarum.

♀ si in feminino signo collocata,in occasu genituræ fuerit inuenta,& ♂ in feminino similiter signo fuerit constitutus,☉ etiam & ☽ signa feminina possideat,cinædũ tibi hominem ista genitura demonstrat.Si uero in parte horosc.♄,& ♂ simul fuerint constituti,& sit feminini generis signum,& in occasu ♀ & ☿ positi,femininũ similiter teneant signum,uel si in MC ♂ & ♄ partiliter constituti feminini habeant generis signum,publicos cinædos hæc genitura, aut certe abscisos gallos efficiet.Si uero mulieris fuerit ista genitura,meretricem publicam & famosam,nundinato pudore perficiet.

☽ cum ♂,si in octauo ab horosc.loco simul fuerint collocati, & eos ☿, in diametro constitutus,partili radiatione respiciat,in medio crudelitatis ardore,latrones ista genitura perficiet,sed eorum facinora,pro stellarum uarietatibus inuenimus.Si enim in terrenis signis ♂ & ☽ fuerint collocati,in desertis locis grassator constitutus, latrocinantem manum,profusione sanguinis cruentabit.Si uero in aquosis signis fuerint constituti pecorum abactores efficient, insequentibus hominibus minaci semper gladio resistentes. In solidis autem signis positi,famosos domorum effractores reddent,sed qui armati gladio, quiescentibus hominibus,& patrimonii iacturam, & uitæ discrimen infligant.Homines autem tales,in istis facinoribus comprehensi,publicæ animaduersionis seueritate plectantur.Sed si ♂ & ☿ in IMC,uel in occasu simul fuerint cõstituti,Luna uero aut in eorum diametra,aut quadrato,aut cum ipsis fuerit plena luminibus,hæc eadem,quæ diximus,simili ratione decernunt.

♄ & ♀,si in occasu genituræ fuerint collocati,in octauo uero ab horosc. loco ♂ fuerit cõstitutus,☿ aũt uel cũ ♂ uel cũ ♄,& ♀,nec aliquẽ horũ ♃ prospera radiatione cõueniat, hęc genitura,aut seruos faciet,aut gallos,sed qui omĩa scelestę impuritatis uitia sustineant.

♂ si in

♂ ſi in horoſc. parte fuerit inuentus, & in occaſu ♀ partiliter conſtituta, M C uero partẽ ♄ ſtella poſſideat, & ☽ ſit in I M C poſita, impurum hominẽ iſta genitura perficiet.

♂ ſi in M C fuerit inuentus, in femininoꝗ ſigno, & ♄ cum ♀ in undecimo ſint ab horoſc. loco conſtituti, horoſc. uero cũ ♃ & ☽ & ☿ in ♀ ſigno ſint conſtituti, aut matres ſuás, aut nouercas, aut matrum ſorores, qui ſic has ſtellas habuerint, inceſta libidinis cupiditate corrumpent.

♀ cum ♄ in horoſc. conſtituta, in quocunꝗ ſigno, & in quibuſcunꝗ partibus poſita genitura, licentia poteſtatis, aut meretrices publicas, aut prouectæ ætatis decernit uxores, præſertim ſi nulla eos ♃ radiatione reſpiciat.

♃ & ♂, ſi in M C ſimul fuerint partiliter collocati, faciunt homines, præconio bonitatis ornatos, & quibus ſemper beatæ felicitatis inſignia conferantur, præſertim ſi in domo ♃ uel in eius finibus, hæc fuerit reperta coniunctio.

♂ ſi in M C fuerit, aut in domo ☽ ſit conſtitutus, & in eo loco ♃, cum ♀ & ♂ ſit pariter collocatus, & ad ♃ feratur ☽, plena luminibus, maximæ felicitatis inſignia decernũt.

☿, ♄, ♂, ♀ pariter & ☽, ſi in M C cõſiſtant, æquata partium ſocietate coniuncti, egeſtatẽ & onus miſeræ paupertatis indicunt, & hos eoſdem ianitores faciunt, ad hoc obſequiũ, mendicitatis neceſſitate compulſos, ſed & filiorum mortem, frequenti infortuniorum calamitate, infauſto ſydere, ſiniſtroꝗ omine demonſtrant.

♂ & ♀ ſi in quinto ab horoſc loco ſimul fuerint conſtituti, & ſit ☽ in horoſc. partiliter collocata, claræ nobilitatis decernunt inſignia, ac fidum regis amorem indicũt. Sed hi ab adulteris cognitas ſortiuntur uxores. Decernuntur etiam illis, ad honoris ornatum, prætexta, & aureæ ueſtes, atꝗ aurearum inſignia coronarum.

Horoſc. ſi in maleuolæ ſtellæ ſigno fuerit inuentus, & ipſa ſtella maleuola in duodecimo ab horoſc. loco poſita ſit, faciet canũ morſibus diſſipari. Et ſi duodecimus ab horoſc. locus, in maleuolæ ſit ſtellæ ſigno conſtitutus, & ipſa maleuola ſtella, cuius xii diximus eſſe domiciliũ loci, in ſeptimo ab horoſc. loco, id eſt in occaſu fuerit conſtituta, hoc idem mortis diſcrimen indicit, niſi flebile mortis huius exitium, & grauium infortuniorũ metuenda diſcrimina, bonum teſtimonium ♃ pariter ac ♀ ſalutari numinum ſuorum præſidio mitigarit.

☽ & ☉, ſi in ♂ trigono ſimul fuerint conſtituti, hoc eſt, aut in ♋, aut in ♏, aut in ♓, & ipſe ♂, aut in M C, aut in occaſu, fuerit inuentus, aſſiduæ peregrinationis decernuntur incõmoda, ita ut in extraneis regionibus conſtituti, extremum uitæ diem compleant.

♂ ſi cum horoſc. parte in trigonis ſuis fuerit inuentus, id eſt, aut in ♋, aut in ♏, aut in ♓, & ♀ cum ☿ in occaſu fuerint conſtituti, & ſint ♂ æquata partium ſocietate coniuncti, hi qui ſic has ſtellas habuerint, uxorum ſuarum mali interfectores exiſtunt.

Horoſc. ſi in ♀ ſigno fuerit inuentus, et in eodem ♀ ſit partiliter collocata, ♂ uero & ☽ ſint in occaſu, in ſigno ♂ pariter conſtituti, & in finibus ♂, mater eius genituræ, impio gladio percuſſa, morietur.

☽ ſi in M C fuerit inuenta, & in I M C ♄, ♂ & ♃ ſint pariter connſtituti, is, qui ſic habuerit, de patris laboribus retractus, graue iugum captiuitatis accipiet.

☽ ſi in M C fuerit inuenta, & cum ea ♂ & ♄ conſtituti, æquata partium ſocietate iungantur, aut ſequeſtres, aut turpium libidinum miniſtros facient, ita ut ex tali quæſtu, quotidiana illis uitæ præſidia comparentur.

♄ ſi in ſexto ab horoſc. loco fuerit inuentus, & ♀ & ☿ in xii ſint cõſtituti, & hi omnes diametra ſe radiatione pulſantes, æquata partium ſocietate iungãtur, hi filias ſuas inceſto cupiditatis ardore, ad contentionem tori genialis aſſociant, ſed ſi ♀, ☿ & ♃ domicilia ſua mutauerint, hoc idem ſimili ratione decernunt, & indicunt.

♀, ☿, ♃ & ♄, ſi in undecimo ab horoſc. loco, ſimul fuerint cõſtituti, & omnes æquata partiliter ſocietate iungantur, potentiſſimorum diuitum ancillas decernunt uxores.

♄ & ♀, ſi in M C ſint partiliter conſtituti, & eos ♃ nulla radiatione reſpiciat, & ſit mulieris iſta genitura, cum eunuchis uel ſterilibus uiris, inefficaci libidinis cupiditate coibit, ac impudico actu miſcebitur.

Venus & Iupiter, ſi in quinto uel undecimo ab horoſc. loco pariter fuerint inuenti, & eos nulla ſtella ex aliqua parte reſpiciat, difficiles nuptias, aut graues decernunt ex nuptiis ſimultates, ut ſemper acerbis diſſenſionibus implicati, iurgia & lites malignæ ſimultatis exerceant.

♂ ſi cum horoſc. æquabili partium ſocietate iungatur, & ambo in domo ♃ fuerint cōſtituti, ♂ quoque & horoſc. ♄ trigonica radiatione reſpiciat, & Luna ſit in nouiſſimis horoſc. partibus conſtituta, hi qui has ſtellas habuerint, aut cum matre, aut cū nouerca coibunt. Si uero mulieris ſit iſta genitura, aut cum patre ſuo, aut uitrico, inceſta libidinis cupiditate concumbet, erítque nihilominus iſta mulier circa omnem libidinem, uitio proſtituti pudoris impatiens. Si uero ♄ in quinto ab horoſc. loco fuerit inuentus, & ☿ cum ♀ in undecimo, priuignarum nuptias, cum nefaria cupiditate decernunt.

♄ in quocunque cardine fuerit inuentus, & ſic in diametro poſitum, ☿ minaci radiatione reſpiciat, ex iſta radiatione, filiorum ſoboles denegatur.

☉ in horoſc. conſtituto, ſi ♂ & ♄ in anaphora horoſc. fuerint, in dextro oculo uitium aliquod infligitur. Si uero ☽ ſit in horoſc. conſtituta, & in anaphora horoſc. ♂ aut ♄ fuerint inuenti, hoc idem uitium ſiniſter oculus accipiet, ſed hæc in nocturna genitura. Si autem in M C ☽ fuerit inuenta, & ☉ ſit in horoſc. conſtitutus, ♄ uero nonū ab horoſc. locum teneat, maximam uiſus debilitatem inducūt. Aſt ſi ☿ fuerit in nono, & ♂ ſit in undecimo, & ☽ in ſexto poſitam, diametra radiatione reſpiciat, ♄ autem & ☉, partili ſocietate coniuncti, in octauo ab horoſcopo loco ſint conſtituti, miſerum exitium cæcitatis infligunt. Sed ſi ☽ in I M C fuerit inuenta, & ♄, ☉, & ♂ in octauo ab horoſcopo loco conſtituti, ☽ trigonica radiatione reſpiciant, cæcitatem & corporis debilitatem, miſera mendicitate decernunt. Sed ſi Saturnus in duodecimo ab horoſcopo loco fuerit inuentus, & ☉ ☽ & ♂ ſimul poſiti, ♄ trigonica radiatione reſpiciant, cæcitatem etiam ex iſta ſocietate decernunt. Sed ſi ☉ & ♂ in octauo ab horoſcopo loco fuerint conſtituti, & in diametro eorum, in humano ſigno collocati, ☽ cum ♄ fuerint inuenti, hæc itidem radiatio, cæcitatem, cum corporis infirmitate decernit. Sed ſi Saturnus in occaſu ſit conſtitutus, & Mars in horoſcopo, ☉ uero in anaphora horoſcopi ſit poſitus, & in ſexto ab horoſcopo loco ☽ ſit conſtituta, proceſſu temporis, aſſiduæ ualetudines, ſuffuſionis uitio afferunt cæcitatem. Sed ſi ☽ in horoſc. fuerit conſtituta, & ☉ ſit in ſeptimo ab horoſc. loco, id eſt in occaſu poſitus, maximum uitium oculis affert.

♂ ſi in M C fuerit inuentus, & ♄ in undecimo ab horoſc. loco ſit conſtitutus, ☉ uero in anaphora ſit horoſc. & ☽ in octauo ab horoſc. loco conſtitutam diametra radiatione reſpiciat, extincto uno lumine oculorum, alterius reſeruatur.

☿ & ☽ ſi ſimul fuerint conſtituti, & ſint æquata partium ſocietate coniuncti, & in ſiniſtro quadrati latere ♂ habeāt & ♀ cōſtitutos, aut corpus acuto capite deformant, aut oculorum aciem, peruerſa luminum compoſitione dedecorant, aut ceruicem faciūt ab uno turpiter latere deflexam.

☉ ſi in horoſc. fuerit inuentus, & in I M C ſit ♄ conſtitutus, & dextrum trigonum ab horoſc. ☽ poſſideat, etiam iſta coniunctionis ſocietas periculum cæcitatis infligit. Sed ſi in tropico ſigno ♄, & ☽ ſimul fuerint conſtituti, & in eorum diametro ♂ et ☉ fuerint pariter collocati, ex iſta etiam coniunctione, oculis periculum ſemper affertur. Sed ſi ſic collocatus Iupiter, in M C fuerit inuentus, omnia paupertatis relaxat incommoda. Si uero in M C, ♄, & ☽ fuerint inuenti, & ☉ & ♂ in octauo ab horoſc. loco ſint conſtituti, ſic etiam miſeria decernitur cæcitatis. Sed ſi Sol in horoſcopo fuerit inuentus, & in anaphora horoſcopi ſit Saturnus cōſtitutus, Luna etiam in M C poſita, & ♂ in undecimo ab horoſc.

ab horosc.loco inueniatur etiam sic miseria decernitur cæcitatis,& luminis.


☉ & ☽,si in tropico signo fuerint synodica radiatione coniuncti,& sit ☽ omni luminis sui splendore priuata,& cum his ☿,maximam sapientiam,& præclarum ingenium, ac multarum rerũ scientiam,sed cum oculorũ cæcitate,& corporis debilitate, decernunt.

☽ ♄,& ♂,si in æquinoctialibus signis fuerint partiliter collocati,notis quibusdam totum corpus immaculant,aut albis uarietatibus dedecorant, aut certe hominum corpus possidebit,serpens molliter impetigo,aut minutis squammis cadentibus, exasperati corporis forma mutabitur,aut hominem scabies diurna quassabit,aut lepra certe inhonesta figuratione deturpat.

☿ ♄ & ☉,si in septimo ab horosc.loco,id est in occasu simul fuerint collocati,& in sexto ab horosc.loco,Luna cum ♂ æquabili sit partis societate coniuncta, aut claudos reddunt,aut amputatis manibus debiles,aut certe faciunt insanos,caducæ mentis uitio plurimum laborantes.

Nunc tibi,Mauorti,decus nostrum, decretum ioculare monstrabo, cuius instructus exemplo,etiam similes poteris definire genituras.Ille deformis ac debilis Græcus,cuius cõflati corporis formam diuinis nobis Homerus carminibus nũciauit,quem cum omniũ risu,uir sapiens seuera obiurgatione castigat,hac habuit decretũ ratione cõpositũ.Horosc. fuit in ♒ constitus,in ♑ autem, id est duodecimo ab horosc.loco ☉ & ♄ æquata partis potestate coniuncti,♃ uero in anaphora horosc.positus,& ♂ in nono ab horosc. loco, cum ☽,♎ signum possedit,☿ uero & ♀ in horosc.id est in ♒,fuerunt constituti.Hoc decretũ nobis genituræ Thersiten monstrauit,fuit em̃ imbecillis, debilis,ridiculus,& garrula uerbositate semper impatiens. Hæc itaq; omnia præscripta nobis genitura demonstrat.

THERSITAE GENITVRA.



♀ si in ♑ cõstituta,diametra ♄ radiatione percutiat,facit tales,quos uxores suæ omnibus conuitiorum generibus execrentur,& quorum corpora, hircini odoris tristem illuuiem,desudatis grauibus humoribus euaporẽt,eruntq; ipsi,execrati coitus,ex Venereis libidinibus semper infames,& qui promiscuæ libidinis uitiosos cõcubitus,proiecta mentis cupiditate desyderẽt.Sed hæc ex aliqua parte ♃ mitigat,si ♀ trigonica radiatione respexerit,aut saltem remanentibus cæteris odoris hircini fatalem & tetram tergit illuuiem.

☽,♄ & ♀ ſi in ſeptimo ab horoſc.loco,id eſt in in occaſu fuerint conſtituti,cum effœminati corporis mollicie, cinædos efficient, & qui ueterum fabularum exitus, in ſcęnis ſæpe ſaltantes imitentur.Si uero ♂,in I M C poſitus, eos quadrata radiatione reſpexerit, impuros faciet,& ad omne libidinoſæ uitium turpitudinis applicatos,& qui ſemper cũ uxoribus ſuis,impudico atq; impuro coitu iungantur.Si uero hos omnes, ſic in occaſu poſitos,♃ ex I M C ,quadrata radiatione reſpexerit,cum iis omnibus uitiis, puerorũ etiã amatores,infamésq; pedicones efficiet.

♃,♄,& ♀ ſi fuerint in M C partiliter conſtituti, æquata ſibi partis ſocietate coniuncti et in I M C ♂ cõſtitutus,omnes hos diametra radiatione reſpiciat, puerorũ faciunt amatores,ſed qui hoc libidinis uitium,propria corporis iactura diſpendióq; compeſcant.

♃ ♀ & ♄ ſi in ſeptimo ab horoſc.loco,id eſt in occaſu ſimul fuerint collocati,ex morte uxoris hæreditas conferetur,ſed ipſi graui erunt ægritudinis continuatione quaſſati,ipſíſque difficile filiorum decernitur ſoboles.

☿ ſi in M C fuerit conſtitutus,& cum eo ſint ♀ ♄,Iupiteŕq; collocati, peregrinas quidẽ uxores decernunt,ſed magna diuitiarum affluentia,ac ubertate copioſas.

♄ ſi fuerit in horoſc.conſtitutus,☿ uero & ♃ in ſeptimo ſint loco ab horoſc. collocati, filios denegant,ſed ſi cõmutata fuerit ordinationis iſta cõpoſitio,id eſt ſi in horoſc. fuerit ♃ & ☿,& hos in occaſu poſitus ♄ diametra radiatiõe reſpiciat,hoc idem decernũt.

☿ & ♀ ſi in I M C ſimul fuerint collocati,& ♄ M C poſſidens partem,hos eoſdem diametra radiatione percutiat,mulierem prouectæ ætatis decernit uxorem,ſed & ipſe cũ uxore ſua,impuro coitu miſcebuntur.

♀ ſi in M C fuerit collocata,& ei ♄ æquata partis ſocietate iũgatur,☽ uero in I M C cõſtituta,hos eoſdem diametra radiatione reſpiciat,aut ſteriles,aut certe prouectæ ætatis decernit uxores,ita ut ex iſta copulatione filii in perpetuum denegentur.

☿ ſi in quinto ab horoſc.loco fuerit conſtitutus,& cum eo ♂ æquata ſit partis ſocietate coniunctus,aut ſorores,aut ex ſororibus filias decernit uxores.

♄ ſi in M C fuerit conſtitutus,& ei ſic poſito,♃ & ♂ in eodem loco ſocietas accedat, omne triſtitiæ genus faciunt ab uxoribus comparari,ut nunquam illis lætitiam gratiæ cõiugalis poſſint indicere.

♀ ſi in ueſpertino ortu,in ſeptimo ab horoſc.loco,id eſt in occaſu fuerit collocata,& ♄ ſit in M C parte conſtitutus,uiros ad ♀ languidos efficiet,ſed & feminas,♀ cupiditate ſopita,& omni extincta libidinis ſubſtantia,frigidas faciet ſemper ad coitum.

♂ & ☽ ſi in M C æquata ſint partis ſocietate coniuncti,& cum iis,♀ & ☿ pariter conſtitutus,eos diametra radiatione reſpiciat,decretũ hoc,in uiri genitura,publicos gallos efficiet,mulieres uero meretrices reddet,ac omni honeſti pudoris præſidio deſtitutas.

♄ & ♃ ſi in I M C ſint pariter conſtituti,aut in occaſu,id eſt in ſeptimo ab horoſc.loco collocati,ex filiorum infortuniis,graue triſtitiæ pondus indicunt. Quod ſi cum iis ☿ in iiſdem locis fuerit inuentus,& ♀ in eodem loco poſita,æquata illis partis ſocietate iungatur,mulieres quidem ſteriles efficient,& mares,uirilibus cupiditatibus deſtitutos, ab omni coitu ſeparabunt.Si uero ſint in tropico (ſicut diximus) ſigno poſiti,faciunt naturale mulieris corpus incorrupto aditu glutinatum.Si autem cum his omnibus etiam ♂ fuerit inuentus,abſciſos gallos faciet,ſacrorum cærimoniis ſeruientes.

♂ & ☽ ſi in horoſc.fuerint pariter conſtituti,& iis ſic poſitis,☿ M C poſſederit partem, & ♄ in occaſu poſitus,illos diametra,☿ uero quadrata radiatione reſpiciat,filios in tenera cõſtitutos ętate,& adhuc in nutricũ ſinu uagientes,fatis immaturis faciũt caſibus interire.

☿ ſi in M C fuerit cõſtitutus,& ei ♂,♄,& ♀ æquata partiũ ſocietate iungantur,faciunt ſic poſiti,filios ante patrum conſpectũ,miſeris & acerbis mortium neceſſitatibus interire.

♂ ſi in I M C fuerit inuentus,in occaſu uero ſit ♄ cõſtitutus,& ♀ in horoſc. cõſtituta, ♂ quadrata,♄ uero diametra radiatione iungatur,ex iſta ſyderum ſocietate,mors cita dilectæ præparatur uxori.

♃ ſi in

♃ si in occasu, id est in septimo ab horosc. loco fuerit inuentus, in horosc. uero ♂ & ☿ æquata sint partis necessitate compositi, filios denegabũt. Sed si ☿ & ♃ in cardinibus cõstituti, diametra se radiatione respiciant, & ♀ sit in horosc. ita ut unus in occasu, alius in MC, & alius in IMC sit constitutus, masculos filios miseris mortium faciunt atrocitatibus interire. Sed si ☿ in aliquo cardine constitutus, in contrario cardine ♄ positum, diametra radiatione respiciat, ex hoc sydere filiorum soboles denegatur.

Horosc. si in tropicis signis, uel duplicibus sit cõstitutus, & in eius parte ♂ & ☿ æquata sint partis societate coniuncti, ♃ uero horosc. & eos etiam diametra radiatione respiciat, aut epilenticos faciunt homines, aut certe præpostera mente semper insanos.

♀ si fuerit in horosc. partiliter constituta, & ♄ in IMC positus, ♀ quadrata radiatione iungatur, faciet homines, templorum obsequiis deputatos, qui latenti diuinitatis instinctu, mutato mentis ordine, & instantis religionis potestate possessi, petẽtibus hominibus futura prædicãt, & sic illis ex ista cõuersatione, quotidianæ uitæ alimenta quærantur.

Horosc. si in ♍ sit constitutus, & in eodẽ ♃, ♂, ☿, & ♀ sint collocati, ♄ uero in ♓, id est in occasu, hos omnes quos diximus, diametra radiatione respiciat, & ☉ in anaphora horosc. constitutus, signum ♎ possideat, ☽ uero in ♒ sit posita, & omnes in suis sint finibus constituti, hoc est, ♃, ♄, ♂, ☿, & ♀ ex ista genitura, decretum potentissimi imperatoris ostenditur.

♂ si fuerit in horosc. constitutus, & ☽ aut ad ♂ feratur, aut ab eo defluat, uitæ humilitatem, grauia ualetudinis uitia, acerba periculorum discriminia, & miseræ calamitatis incursus, ex ista coniunctionis societate decernunt. Sed si in occasu ♂ fuerit inuentus, & ab eo defluat ☽, hæc eadem simili ratione perficiunt.

Si ☉ in Ariete, aut ♏ fuerit constitutus, & cum eo horosc. æquata sit partium societate coniunctus, ♂ uero & ♄ & ♃, in opportunis genituræ locis positi, trigonica se radiatione respexerint, facient tyrannos, crudeles, terribiles, & efficaces, qui in hominum necibus, & in miserorum pœnis, crudeli semper feritate grassentur.

☽ si in horosc. fuerit inuenta, et eam in occasu, id est, in septimo ab horosc. loco, aut ♄, aut ♃ constitutus, diametra radiatione respiciat, eius, qui sic eos habuerit conscientia, latenti homicidio polluetur, ac penitus contaminabitur.

☉, ♂ & ☿, si in occasu, id est, in septimo ab horosc. loco, & in tropico signo, æqua sint partium societate cõiuncti, homicidam, latronem, & humano semper cruore perfusum, & omni genere crudelitatis armatum, ista stellarum societas efficiet. Si uero ♄ cum iis fuerit inuentus, ipse nobis exitium mortis ostendit, nam istis facinoribus cõprehensus, seuera animaduertentis sententia, patibulo suffixus, in crucem crudeliter erigitur.

♃ si in iis partib. inuentus fuerit, in quibus est Andromeda constituta, & ♄ cõiunctionem ☽ uenientis excipiat, ex ista coniunctione, maxima infelicitatis decernuntur incommoda. Quod si sic ☽, sicut diximus, positam, ♂ diametra radiatione respexerit, faciet homines, sceleratis cogitationibus deprehensos, in crucem tolli.

♀ si in ♉ fuerit constituta, & eas ♉ partes teneat, in quibus sunt positæ Pleiades, & sit ☽ plena luminibus, & ☿ & ♂, aut cũ ea sint æquata partiũ societate cõiuncti, aut de q̃drato latere superiores effecti, minaci eã radiatiõe respiciãt, q sic eos habuerit, à latronibus captus peribit, sed minacis gladii mucrone percussus. Si aũt ♀ in ♉ cũ horosc. fuerit inuenta, & ☽ in MC constitutã, plenã luminibus, quadrata radiatiõe percutiat, hoc idem quod diximus, simili ratiõe pficiet. Sed si horosc. in ♉ fuerit inuẽtus, & ♂ in ♌ cõstitutus, ex IMC, horosc. minaci radiatione respiciat, gladio faciet interire. Sed si horosc. in ♎ fuerit inuentus, & in ♑ ♂, id est in IMC horosc. de quadrato, minaci radiatiõe respiciat, etiã sic, pcussos gladio faciet interire, illud autem sciendum est, quod si in ♈ horosc. posito, uel in ♏, ♂ in occasu, uel in MC fuerit inuentus, cum leui testimonio beneuolarũ, nihil mali decernit, præsertim si fuerit nocturna genitura, ♂ enim domum suam semper tuetur, & nunquam eam in occasu positus euertit.

Si ♋ uel

Si ♋ uel ♌ in horosc. fuerit constitutus, & in occasu sint ♄ domicilia collocata, sitq;
ipse ♄ in M C positus, faciet homines hydropicos interire. Si uero hæc, quæ diximus, si-
gna habuerint horosc. & ☿ sit in M C positus, homines ueneno faciet interire. Si uero iis
signis horoscopantibus, ♃ in M C fuerit inuentus, inter pocula & mensas, ac inter lætos
conuiuarum strepitus, ex cruditate, aut nimio potu, mors repentina decernitur. Si autem
iis signis, quibus diximus horoscopantibus, ♂ & ☉ in I M C fuerint constituti, aut gla-
dio perimuntur, aut flagrantia ignis exuruntur. Si uero ♀ in his signis horoscopantibus,
& ☽ in M C fuerit inuenta, sacris ægritudinibus quassatos homines faciet interire.
Venus si in ♋, uel in ♏ in I M C fuerit inuenta, aut uitiosis humoribus oppressos, aut
torrentibus undis submersos, miseræ faciet uitæ munus implere.
♂ & ☿ si in octauo ab horosc. loco simul fuerint collocati, malos fures efficient, qui
res alienas praua mentis cupiditate desiderent, & qui furore mentis immodico, & auari-
tiæ uitio possessi, aliena patrimonia, iniustis semper desideriorũ cupiditatibus insequant̃.
☉ si in horosc. fuerit inuentus, & ☽ in occasu posita, ♄ uero & ♂, aut cum ☉ sint, aut
cum ☽ pariter collocati, & una maleuolarum stellarum, aut cum ☉, aut cum ☽ constitu-
ta sit, & alia maleuola stella, de sequentibus cardinibus unum teneat, is, qui sic hanc stella
rum coniunctionem habuerit, exponetur.
♂ si in horoscopo fuerit constitutus, & in M C parte ☿ positus, quadrata ♂ radiatione
iungatur, publicos, ac malignos accusatores efficiet. Sed si ☿ in occasu fuerit inuentus, &
in I M C ♂ collocatus, ☿ quadrata radiatione respiciat, latrones perficiet, sed qui frequen-
ter humano sanguine cruententur.
♂ si in horosc. fuerit inuentus, & in quacunq; cardinis anaphora ♄ fuerit collocatus,
☽ uero & ♃ in deiecto sint loco partiliter constituti, tandiu uiuunt, qui nati fuerint, quan
diu Iouem ☽ cito transeat cursu. Si uero ☽ cum ♃ fideli fuerit radiatione coniuncta, tan-
diu uiuunt, quandiu ♄ primum occurrentem sibi transeat cardinem. Si autem instabiles
fuerint ☽ radii, tot diebus uiuunt (sicut ante diximus) quot ☽ cum ♃ fuerit inuenta Si ue
ro (sicut diximus) ♂ aut ♄ positus fuerit, & ♃ in deiecto loco constituto, in principali car
dine ☽ fuerit inuenta, id est in horosc. ex ♂ oligochronios, cum malo discrimine mortis
efficient. Si uero in M C ♄ fuerit inuentus, & ☽ in I M C constituta, ♄ diametra radiatio-
ne iungatur, ♂ uero, aut in occasu constitutus, aut in M C, ☽ minaci radiatione respiciat
æquatas tamen ☽ possidens partes, statim uteri angustias rũpit, ac partus sibi occurrentes
morti tradit. Si autem ☉ in horosc. fuerit inuentus, & in occasu constituta, diametra ☉
radiatione iungatur, & ♂ aut ♄ cum uno eorum fuerit cõstitutus, id est, aut cum ☉, aut
cum ☽, siue eo cum uno existente, alius quemcunq; alium cardinem teneat, qui natus fue
rit, exponetur.
☉ si in septimo ab horosc. loco fuerit inuentus, & in duodecimo ab horosc. ♄ positus,
☉ diametra radiatione respiciat, sed & ☽ & ♂ in duodecimo cum ♄ æquata partium so-
cietate cõiuncti, ☉ etiam ipsi per diametrũ opponantur, facient debiles, parilyticos, & quo
rum soluta neruorũ compagine, omne corpus, fractis ac dissipatis uiribus dedecoretur.
♄ ♂ & ☽, si pariter constituti, æquata partium societate in duodecimo sint ab horosc.
loco coniuncti, & eos ♃ trigonica radiatione respiciat, aut in occasu, aut in tertio ab ho-
rosc. loco sit constitutus, ☉ uero horosc. partiliter teneat, crudelem nobis tyrannum ista
genitura demonstrat.
☿, ♀, ♄ & ♂, si in undecimo ab horsc. loco, æquata fuerint radiatione compositi, ho-
miné luxuriosum faciunt, qui profusis sumptibus, sit lasciuis cupiditatibus implicatus.
♂ & ☿, si in quinto ab horosc. loco fuerint pariter collocati, & eos ♄ superior effectus,
quadrata radiatione respiciat, aut cum ipsis positus, æquata sit partiũ societate coniunctus,
falsarios faciet, aut qui pecunias publicas, conflaturarum adulterinis artificiis imitentur.
Si uero iis sic positis, aliquo cõsensu in posteris annuat ☽, latrones homicidásq; perficiet.
Si uero ♂ & ☿ quintum ab horosc. locum teneant, & ☽ ♄ minuta, aut certe ☿ uel ♂ ple-
na, dia-

na, diametra radiatione percutiat, propter falsi crimen, publicæ decernũt mortis exitium, ita ut in isto deiecti uitio, seuera iudicis animaduersione plectantur. Si uero ☉ in horosc. constituto, & cum eodem ☿ collocato, ♄ & ♂, in occasu positi, ☉ diametra radiatione respiciant, facient in falsi crimine comprehensos, in crucem tolli, nec hoc periculum bonũ poterit ♃ testimonium mitigare, sed contempto eius salutari præsidio, maleuolarũ stellarum minaces radii, omnifariam publicæ ac uiolentæ decernunt mortis exitium.

♄ & ♂ si in horosc. fuerint partiliter collocati, & in occasu ☉ et ☿ pariter positi, eos diametra radiatione respiciant, ex ista radiationis societate, aut pes amputatur, aut manus. Sed postea, cum ista fuerint corporis laceratione confecti, etiam miserum incurrunt mortis exitium, interitúmque fatalem.

Si in eodem signo horosc. pars, inter ♄ & ♂ media fuerit inuenta, lugubris infortunii monstrat flebilem casum, nam intra matris uiscera impedito partu, laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, ut sic artuatis uisceris partibus, membra omnia crudelis artificii præsidio proferantur.

☽ si in duplici signo constituta, M C partem possederit, & sit ♄ in occasu, & in I M C ♂ caducos efficiet. Quod si ☽ synodica cum ☉ fuerit, & sit cum ea ♂ pariter constitutus, & omnes M C partem teneant, & sit ♂ in ortu matutino, & ♄, aut cum iis, aut in occasu positus, caducos simili ratione perficiet, qui insano mentis furore mutati, rectum perdant ordinem uitæ. Si uero ♂, ☽ & ☉, sicut diximus collocatis, ♄ in M C fuerit inuentus, & eos in I M C constitutos, diametra radiatione respiciat, uitio mentis oppressos, & per præcipitia iactatos, excipiet miseræ mortis exitium. Sed generaliter semper, si in duplicibus signis ♂ & ♄ pariter constituti, in occasu pariter fuerint inuenti, hæc eadem simili ratione decernunt, sicut superius dictum est.

Horosc. si cum ☉ in ♊ fuerit inuentus, & in M C, id est in ♓, ☽ fuerit collocata, in imo uero cœlo, id est in ♍, ♂ constitutus, occasus cardinum teneat, ita ut in duplicibus signis positi, omnes genituræ cardines possideant, caducos etiam ex ista societate perficient, ac graui morbo furentes.

♃ si in duplici signo collocatus, M C cardinem teneat, & eum in I M C ♄ positus, diametra radiatione respiciat, & ☽ Saturno societatis coniunctione iungatur, ab extraneis adoptati, hæreditatis titulo patrimonium quærunt, ut fiant eorum legibus filii, quibus natura filios proprios denegarat.

♂ ♄ & ♀ si in M C æquata sint partium societate coniuncti, & his quartus ☿ testis accedat, meretrices efficiet, quæ detrimento nundinati pudoris, & prostituti corporis gratia, miserum quæstum per dies singulos quærant. Si uero masculi fuerit ista genitura, effœminati furoris ardore, muliebribus libidinum uitiis implicabitur.

☉ & ♂ si in horosc. simul fuerint inuenti, & in I M C ♄ positus, quadrata eos radiatione respiciat, ☽ uero in M C collocata, ♄ per diametrum, ☉ uero & ♂ per quadratũ respiciat, parricidalia parentum circa filios odia, funestam'q; cædem semper exagitat.

♂ si in horosc. fuerit constitutus, & in sexto ab horosc. loco ♃ sit collocatus, & ☽ cum ☿ & ♀ M C partẽ æquata coniunctionis societate possideat, præclaræ nobilitatis insignia decernit ista coniunctio.

Horosc. si in ♈ fuerit inuentus, & illic ♂, ♄ pariter & ♀, ☉ etiam sit in eodem signo, ancillam aut anum decernit uxorem, aut certe humilem, & omni dignitatis præsidio, destitutam. Quod si iis sic positis ☿ accedat, meretrices publicas ad matrimonium tori genialis adducit. Quod si iis omnibus sic (ut diximus) constitutis, in M C ☽ fuerit inuenta, incesto furoris ardore, & nefaria mentis cupiditate possessos, ad filiarum concubitus uenire compellunt.

♂ & ☉ si in tropico signo constituti, in occasu fuerint inuenti, & iis tertius in eodem loco ☿ accedat, latronem efficiet, sed qui in peregrinis locis latrocinia exercens, humano sanguine cruententur, is tamen in eodem facinore detectus, seuera animaduersiõe punit.

☿ ☽ & ♀, si in xi ab horosc. loco pariter fuerint collocati, & sit feminini ♋ signum, & ♂ eos trigonica radiatione respiciat, musicos faciunt, qui lyræ uel hatenarios uel æreneos, dulci modulatione percutiant.

☿, ♂, ♀ & ☽, si in horosc. simul fuerint collocati, uel in M C saltatores & pantomimos efficient, gratia uenustatis ornatos. Si uero hos ♃ sic collocatos prospera radiatione respiciat, iis ipsis gloriam ex populari iudicio largitur, præsertim si ipsis, sic positis ♄ bonū testimonium commodarit.

☽ cum ☉ synodica, si in undecimo ab horosc. loco fuerit inuenta, & cum iis sit ♃ pariter constitutus, horosc. uero ♄ & ♂ diuersa radiatione respiciant, ut unus de quadrato, & alius de diametro, et unus ipsorum in æquinoctiali sit positus signo, elephantiæ lōgā & diuturnam ægritudinem usq; ad ultimum uitæ diem decernunt.

♄ aut ☽ si in parte ♒ humiliter constituatur, aut ♂, & hanc eandem partem de diametro ♄ aspiciat, filios faciet à parentibus separari.

Luna si in ♉ Pleiadibus fuerit inuenta, aut in ♋ nebula, aut in ♌ iuba, aut in ♏ fronte, ab octaua scilicet parte usq; ad decimam in ♐, aut in spinis ♑, aut in ♓ lino, aut in ♈ capite, & sit minuta luminibus, id est, in omī splendore luminis erogato, & eam aut ♄, aut ♂ aliqua radiatiōe respiciat, cæcos efficiet. Si uero in iis signis, & in iis in quibus diximus locis, aliquem genituræ cardinem teneat, omni oculorum substantia dissipata, miserum discrimen cæcitatis affertur. Si uero sit ☽ plena luminibus, & adhuc augmenta splendoris accipiens, cæcos quidem non efficiet, sed aut uitium, aut ualetudinem, uel cicatricem seu notam in uultu semper infligit, ut inhonesta quadam specie formæ faciem dedecoret.

♃ & ♂ si in M C partiliter fuerint inuenti, & in tertio ab horosc. loco, ☿ & ♀ æquata partis societate coniuncti, octauū uero ab horosc. locum ♄ teneat, ☉ aūt sit in ♊, & ☽ aut in domo, aut in altitudine sua sit posita, hoc decretū heroem, uirū fortem, homicidamq; perficiet, qui uictrici dextra, hostium aceruos eximia strage conficiat.

Horosc. si in ♉, ditropico signo fuerit inuentus, & ☽ in duodecimo sit loco ab horosc. constituta, ♃ uero & ♂ æquata sint partium societate coniuncti, ac in I M C cardinem uergant, ☿ autem & ♀ æquatis partibus M C cardinem possideant, malitiosæ meretricis animum demonstrat ista genitura, ad cuius concubitum plurimos inuitet gratia uenustatis, sed hæc per loca peregrina ducetur, & erit frequentibus causis, ac magnis accusationibus implicata. Accipiet etiam eam publica custodia, & crebras turbationes atq; iniurias sustinebit, filios quoq; geminos abortabit, sed hæc quæstus & libidinis causa, pudorem suum etiam duobus fratribus nundinabit, & ad coitum suum, patrem pariter inuitabit & filium, omnia enim hæc, immodico libidinis ardore, cum effrenata pecuniæ cupiditate perficiet. Sed cum mediæ ætatis intrauerit tempus, tunc reuertetur ad patriā, & iuuenem peregrinū, pauperem, & indignū, ad consortiū sibi tori genialis associabit, atq; uehiculo manumissiōis copulata, usq; ad ultimū uitæ diem, cū misera necessitate perueniet.

GENERALES CVIVSQVE GENITVRAE EPHODI. CA. XXXIII.



Expositis iis omnibus, quæ mixtura temperationis ostendit, ac diligenti ratione compositis, ad huius libri finē Mauorti, decus nostrum, properabo. Sed est adhuc, quod ad plenam operis huius substantiā requiratur, & id tibi nunc uerissima expositione monstrabo. Aliter enim ad secreta matheseos uenire non possumus, quæ septimus liber habebit, nec ad sphærā barbaricam quam octaui tibi libri corpus ostendit, nisi omnia prius, quæ ad fundamenta totius scientiæ pertinēt, diligēti fuerint traditione collecta, ostendemus itaq;, quid in quo loco, & quatenus debeas quærere. Neq; eñ parentes, uel parentū uitā ab horosc. locus quadratus ostendit, nec cōiugem septimus, nec filios v, nec amicos xi, nec ualetudines sextus. Quia itaq; omnia dicturos nos esse promisimus, accipe rationē plenam ueritatis & fidei, ut hæc omnia possis diligenti cōsyderatione colligere, ne platicis definitionibus occupatus, fidem integram ueritatis amittas, sed eam certissime reperias.

Patris

Patris itaq; locum ſi partili uolueris ratione colligere,& ſit diurna genitura,à parte ☉ uſque ad partes ♄,omnium partium numerum computa,omnium ſcilicet ſignorū,quæ à ☉ ſunt uſq; ad ♄,& cum integram numeri feceris ſummā,ab horoſc. parte incipiens hūc numerum,qui cōpletus fuerit,ſignis omnibus diuides,reddens triginta partes ſingulis ſignis,& in quo ſigno nouiſſima pars ceciderit,ipſum tibi ſignum patris locum monſtrabit. In nocturna uero genitura, à ♄ parte uſque ad ☉ computa,hoc idem faciens. Cum itaq; ſolerti computatione ſignum patris inueneris,ex natura ipſius ſigni, patris ſubſtantiam figurabis, reſpice etiam, quatenus hoc idem ſignum beneuolarum ſtellarum radiis adornetur.Si enim in horoſc. ſigno,aut beneuolæ ſtellæ fuerint,aut proſpera illud radiatione reſpexerint,patris felicitas inuenitur.Si uero maleuolæ ſtellæ hoc idē fecerint,omnia nobis de patre contraria nunciantur. Inſpice etiam in hoc ipſo ſigno,utrum beneuolæ ſtellæ ſint,an maleuolæ,& quatenus dominus ipſius ſigni in genitura ſit collocatus,et in quo ſigno,& in quibus finibus,& an in primis,an in ſecundis cardinibus aſſiſtat,an in quibus gaudet locis,an in pigris,atq; deiectis,ex iis enim omnibus inuenies,qualis geniture pater fuerit,quæ tamen omnia particulariter declarabo.

Si Saturnus fuerit ſub radijs ☉ accipitur ĩ die,à ☉ in ♃,in nocte uero econuerſo. Hali parte 4.cap.16.

Si in ♄ ſigno locus patris fuerit inuentus,quære quo ſit in loco genituræ ♄ cōſtitutus, ſi enim fuerit diurna genitura,& ♄ in ipſo loco fuerit inuentus,aut in ſuis partibus,uel ſignis,in quibus exaltatur,uel in iis,in quibus gaudet locis,& ſit in matutino ortu, addēs ad numerum,& eum ♄ proſpera radiatione reſpiciat,faciet patrem grauem, modeſtum, maturum,cum placida ſeueritate terribilem,agrorum cultorem,& cui ex iſtis fructibus, maxima patrimonii præſidia conferantur,quíq; magnis promotionibus ſubleuetur. Si uero ſit nocturna genitura,& ſit ♄ in deiectis locis,aut in deiectis cardinibus,aut in humilitatibus ſuis,uel ſit retrogradus,uel ſub radiis ☉ abſconſus,patrem facit laborioſum,ſordidum,horribilem,triſtem,pigris ſemper conatibus hæſitantem,ac ſeruum,& ſeruilibus moribus,aut turpiſſimæ ſeruitutis ſquallore pollutum.

patris locus in ♄.

Si in ♃ ſigno patris locus fuerit inuentus,& ♃ in ipſo loco ſit conſtitutus, uel in quibus exaltatur ſignis,uel in primis cardinibus,aut in quinto,aut in undecimo loco,& ſit addens ad numerum,& in matutino ortu cōſtitutus,reſpiciátq; locum de trigono uel hexagono,patrem oſtendit felicibus ornatum dignitatis inſignibus.Si uero ♃,aut in ſecūdis cardinibus fuerit,aut in deiectis,et pigris locis,uel retrogradus,uel ſub radiis ☉ abſcōſus,mediocrem patrem fuiſſe penitus demonſtrabit. ♃

Si in ♂ ſigno patris locus fuerit inuentus,& ſit diurna genitura,& ſit ♂ in ipſo loco, aut in cardinibus,aut in quinto,aut in undecimo ab horoſc.loco,aut in octauo, uel tertio,& ſit in ortu matutino,& recto partium gradu pergens,faciet patrem auſterum,temerarium,uariis laboribus & diſcriminibus implicatum,oligochronium,præpoſteris cupiditatibus ſemper implicitum.Quod ſi ſic poſitus ♂,patris locū de quadrato uel diametro uiderit,biothanatū faciet.Si uero fuerit nocturna genitura,& ♃ aut ♀ locum patris, aut matris proſpera radiatione reſpiciat,hæc,quæ diximus,ex parte aliqua mitigantur, facítq; patrem erectum,militarem,ſeuerum,& quem ſemper arma,ferrúmq; delectet,ac pro merito ſuo genituræ,aut principem,aut ducem reddit. ♂

Si in ☉ ſigno patris locus fuerit inuentus,& ſit diurna genitura,quære quo in ſigno, uel in quo genituræ loco ☉ poſitus ſit.Si enim aut in ipſo ſigno ☉ fuerit,aut in altitudine ſua,aut in principalibus cardinibus,uel in quinto,uel in undecimo ab horoſc. loco, patrem oſtendit affluentibus diuitiis copioſum,& maximis ornatum dignitatis inſignibus,ac magnæ felicitatis gloriam reportantem.Si uero fuerit in deiectis locis,aut in ſecundis cardinibus,aut in humilitatibus ſuis,& eum à beneuolis deſtitutum, maleuolarum ſtellarū impugnent radii,omnia hæc,quæ diximus,ex maxima parte minuuntur,præſertim ſi fuerit diurna genitura,tunc enim patrē inter cætera etiam cita morte proſternit. ☉

Si in ♀ ſigno patris locus fuerit inuentus,quærendū eſt,quo ſit in loco ♀ ſtella collocata,nam ſi in ipſo loco fuerit,aut in primis cardinibus,aut in iis,in q̄bus gaudet ſignis,aut ♀

in quibus exaltatur, aut in quinto uel undecimo ab horosc. loco, & sit ortu matutina, & ad numerum addens, & in iis constituta locis, uel signis, patris locum prospera radiatione respiciat, patri maxima honestatis decernit insignia, ac maximam gratiæ uenustatem. Si uero in deiectis locis fuerit, & in iis signis, in quibus humiliaē, aut retrograda, aut sub radiis ☉ absconsa, mediocrem patrem nobis ostendet.

☿ Si in ☿ signo patris locus fuerit inuentus, quære quo sit in loco ☿ collocatus, si em̄ aut in ipso loco fuerit, aut in altitudine, uel domo sua, aut in partibus suis, uel in iis, in qbus gaudet cardinibus, & locis, & sit in ortu matutino, & addens ad numerum, faciet patrem omnibus negociorum officiis applicatum, & cui frequenter lucra maxima conferantur, & qui filios suos tenero diligat semper affectu. Si uero ☿, hoc est dominum paterni loci, beneuolarum stellarū prospera radiatio iuuerit, maiora iis, quæ diximus, augmenta consequentur. Si uero fuerit ☿ in deiectis locis, aut in iis, in quibus non gaudet cardinibus, aut in humilitatibus suis, & sit retrogradus, aut sub radiis ☉ absconsus, præcedentis felicitatis decreta mutanē, ac omnia, quæ diximus, tenuiter patri, mediocriterq̧ cōferunē.

☽ Si in ☽ signo patris locus fuerit inuentus, quære, quo sit in loco genituræ ☽ posita, si em̄ in ipso loco fuerit, aut in iis signis, in quibus exaltatur, aut in principalibus cardinibus, aut in quinto, aut in undecimo ab horosc. loco, & sit plena luminibus, ac sit nocturna genitura, & eam beneuolæ stellæ prospera radiatione respiciant, & sit ab omnibus maleuolarum stellarū societatibus separata, faciet patrē clarū, perspicuū, copiosum, & cui semp̄ patrimoniū cōferatur & dignitas. Si uero sit ☽ in deiectis locis, aut in secūdis cardinibus, aut in humilitatibus suis, & eam destitutā beneuolarū stellarū pręsidio, maleuolarū stellarū radius impugnet, & sit diurna genitura, uel ipsa sit minuta luminibus, et eam ♄ respiciat, aut ♂ plenā, omnia quæ ante diximus, ex maxima parte minuunē, & sit aut exul, aut biothanatus, erratis moribus, uitæ rectū iter nesciens. Sed in hoc loco, ut ante diximus, omniū stellarum mixturas, condonationes, radiationes, diligenti debes ratione semper inspicere, ut mixtis omnibus, & sagaci temperationis coniunctione compositis, patris locum, ueris possis explicare sententiis. Patrem etiam ipsam diligenter exquire, & uide, quis sit patris dominus, & ubi positus, ipse enim ex sua natura locum inficit. Hanc autem rationem apotelesmatum, in sequentibus quoq̧ locis seruare debebis, nam & in matris loco, & fratrum, & uxoris, & filiorum, & ualetudinis ac uitiorum, omnia debes sæpissimis radiationibus temperare, ut omnium stellarum radiatione perspecta, et locorum ac signorum potestate collecta, partium quoq̧ ac finium, omnia ueris possis explicare sententiis. Ast licet secundum hæc eadem apotelesmata in aliis loca colligamus, generaliter tamen in genituris, ☉ loco patris ponitur, sed eum nos partiliter melius inuenimus.

Matris locus. Matris locum si partili ratione colligere uolueris, & sit diurna genitura, à parte ♀ inchoans, & per sequentia signa pergens, omnes partes usq̧ ad ☽ computa locum, ac omnium partium summa collecta, ab horosc. inchoans eas omnes sequentibus diuides signis, & in quocunq̧ signo nouissima pars uenerit, hoc tibi signum in diurna genitura, locū matris ostendet. Si uero fuerit nocturna genitura, à ☽ parte inchoans, usq̧ ad ♀ partes collige, & cætera simili ratione perficies. Cum hunc itaq̧ locum partili ratione collegeris, omnia sic ratione collegeris, omnia sic requires, sicut in patris te loco debere quærere diximus, beneuolarum scilicet, maleuolarumq̧ radios, locorum etiam & signorum potestates, mixturas quoq̧ temperationesq̧ radiorum, quę cū omnia æquata cōparatione cōtuleris, matris locum, ueris poteris explicare sententiis.

Hali habet, die ac nocte à ♄ in ♃. Fratrum locum si partiliter uolueris inuenire, & sit diurna genitura, à parte ♄ inchoās usq̧ ad partes ♃ cōputa, & quantuscūq̧ computus fuerit, summā hanc eandē, ab horosc. parte inchoans, per sequentia diuide signa, & in quocunq̧ signo totius numeri nouissima pars uenerit, hoc tibi signum fratrū locum ostendet. Si uero nocturna genitura fuerit, à ♃ ad ♄ simili more cōputabis omnē partiū numerum, & sic ab horosc. inchoans, hoc idem simili ratione perficies. Cum ergo locum fratrum isti partili ratione collegeris, inspice hūc

te hunc eundem locum quatenus maleuolæ stellæ, beneuolæ'que respiciant, uide etiam signi potestatem, & in quo loco genituræ hoc signum positum esse uideatur. Si enim beneuolæ stellæ, aut in ipso signo fuerint inuentæ, aut in opportunis genituræ locis constitutæ, & in iis, in quibus gaudent signis, uel in quibus exaltantur, uel in domiciliis suis sint collocatæ, multorum, ac bonorum fratrum consortem decernunt. Si uero maleuolæ stellæ hoc idem fecerint, beneuolarum stellarum testimoniis destitutæ, contrariū faciunt. Si uero beneuolæ & maleuolæ stellæ hunc eundem locum, æquata societatis potestate respexerint, & dant fratres pariter & tollunt. Sed secundum stellarum genera, cuncta tractabis, masculæ enim beneuolæ stellæ, masculos dabunt, feminæ uero beneuolæ, feminas, hoc idem etiam maleuolæ stellæ perficiunt, & sic omnia, pro singularum stellarum potestate complentur. Sed generaliter sicut in libro institutionis diximus, tertius ab horosc. locus fratres ostendit, nos autem partiliter requiramus.

Coniugis locum si partiliter uolueris inuenire, computa à parte ♄ usque ad partem ♀, & quantacunque computus fecerit summam, tantam ab horosc. inchoans, per sequentia diuides signa, & in quocunque signo nouissimam inueneris partem, hæc tibi in diurna genitura, coniugis locum ostendet, in nocturna uero genitura, à ♀ inchoans ad ♄ computabis, & similiter collectum partiū numerū, ab horosc. inchoans, diuides, & in quocūque signo nouissima pars uenerit, hoc tibi in nocturna genitura coniugis locum ostendet. Alii à ☉ ad ♀, & in diurna, & in nocturna genitura, & tantundem ab horosc. computant, & in uirili, & in muliebri genitura similiter computātes, & hoc etiam nos in multis genituris probauimus. Cum itaque locum coniugis hac, qua diximus ratione collegeris, primum inspice in signi potestatem, utrum nam solidum sit, an duplex, an tropicum. Secundo ordine illud quæres, quo in loco genituræ signi sit dominus collocatus. Tertio requires hūc secundum locum, in quo est finium dominus, quatenus eum beneuolæ stellæ, maleuolæ'ue respiciant. Cum enim idem signum, in quo locus coniugis fuerit inuentus, beneuolæ stellæ possederint, in opportunis genituræ locis positæ, ac nulla humilitate deiectæ, sed conditionis suæ potestatem secutæ, uxores dabunt gloriosas, diuites, & quæ semp concordialibus uinculis copulentur, sed non multarum uxorum nuptiæ decernuntur, nam quamcunque sortiti fuerint, usque ad ultimum uitæ diem perseuerant matrimonia, cū grandi lætitia uenustatis, sed uxorum mortes ex signorum natura deficiente, atque ex eorū differentia, matrimoniorum genera poteris inuenire. Si uero maleuolæ stellæ hoc idem fecerint, omnia his contraria fiunt, tunc enim humiles, tunc in gloriæ decernuntur uxores, tunc etiam in matrimoniis dissensiones, tunc acerba genera simultatum, tunc etiam diffidiorum misera turbatio perpetratur, tunc ipsæ steriles, tunc adulteræ sunt coniuges, sed hæc omnia pro stellarum potestatibus poteris explicare. Si uero in genitura mulieris locum mariti uolueris inuenire, & sit diurna genitura, à ♂ ad ♀, in nocturna uero à ♀ ad ♂, hoc idem simili ratione percipies, & tantundem ab horosc. & in quocunque signo nouissimæ partis uenerit numerus, hoc signum tibi mariti locū monstrabit. Qualis sit itaque maritus, simili poteris ratione cognoscere, quā in uirorum genituris de mulieribus diximus. Meminisse autem debes, quod generaliter uxorē ♀, maritū uero ♂ semper ostēdit.

Hermes apud Alcabiciū, à ♀ ad ♄ accepit, die & nocte partē coniugij in genitura mulieris. Videtur à ☉ in ♀ accipi pars coniugij ex dicto Hermetis, quod & Hali probat lib.5.cap.6. alioquipars cõiugij, et fortunæ idē esset. Ita etiam uidere est apud Alcabiciū, differentia quinta de partibus.

Pars coniugij in genitura mulieris.

♀ uxorem ♂ uero maritū ostendit.

Filiorum nobis locum ♀ & ☿ semper ostendunt, quicunque enim ipsorum prior in genitura sit positus, ab eo inchoans usque ad alium computabis, & collectam omnium partium summam, ab horosc. inchoans, signis sequentibus diuides, & in quocunque signo nouissima pars uenerit, hoc tibi signum filiorum locum monstrabit, quomodo autem sit, ut diximus, quicunque prior, hoc docemus exemplo. Si ♀ in ♉ fuerit, & ☿ in ♊, prior ☿ inuenitur, à ☿ itaque inchoans usque ad ♀ computabis Si uero simili modo ♀ ante fuerit, & in signis posterioribus ☿, à ♀ computationis dabis exordium. Si uero in uno signo fuerint cōstituti, ab eo inchoans usque ad alium uenies, qui in posterioribus eiusdem signi partibus fuerit inuentus. Si aūt in iisdē partibus fuerint inuenti, ab illo inchoabis, cuius minuta præcedunt. Si uero in iisdem minutis fuerint, tūc hoc prætermisso, à ♃ ad ☿ in diurna, in

na, in nocturna uero à ☿ ad ♃, iisdem rationibus computabis. Cum itaque filiorũ locum partili ratione collegeris, inspice simili modo, quatenus hunc eundem locum beneuolæ stellæ, maleuolæue respiciant, sed & condonationis stellarum diligentissima ratione pertracta, signi etiam naturam pariter ac potestatẽ. Si enim beneuolæ stellæ hunc respexerint, in opportunis genituræ locis positæ, & in fecundis signis, filios pro locorũ & signorũ potestate decernunt, maleuolæ uero contrariũ faciũt. Sed & ipsę interdũ maleuolæ, si* cõdonationis suæ genitura fuerit, filios decernunt, hoc est ♄ in diurna, & ♂ in nocturna. Decernunt̃ aũt filii pro signorũ natura. Illud tamen scire debemus quod si in duplici signo, filiorum locus fuerit inuentus, de duabus uxoribus, si uero solidũ fuerit signũ, uir quidẽ de una uxore, mulier uero de uno marito filios habebit. Si uero filiorũ locum maleuolæ stellæ, & beneuolæ pari ratione respiciant, filiorum sobolem & dant pariter & tollũt. Aut si beneuolarum stellarũ obtinuerit potestas maleuolarũ stellarũ inimicos radios, debilitas quædam susceptis filiis infertur, aut certe filii à parentibus grandi simultate dissociabuntur. In hoc autẽ loco, sicut in cæteris omnibus, mixturas tẽperationésque stellarũ, diligẽti ratione perspicias, signorum etiam naturam locorũ quoque ab horosc. uenientium, proprias potestates. Sed generaliter filiorum locum, quinta sedes ostendit, & eius signi domini atque natura, beneuolarum quoque uel maleuolarum stellarum testimonia.

Conditiõis legendum, conditionaria enĩ non solum dicuntur luminaria, sed & planetæ, quod Arabes Haiz dicũt, hoc est, quando p anet a diurnus, in die est supra terrã, nocturnus, in nocte infra.

Vitiorum ac ualetudinis locum si partiliter uolueris inuenire, in diurna quidem genitura, à ♄ inchoans usque ad ♂ computabis, & tantundem ab horosc. in nocturna uero, à ♂ inchoans, ad ♄ computabis, & tantundem ab horosc. & in quocunque signo collectarum partium nouissimus uenerit numerus, hoc tibi signum uitiorum ac ualetudinis locum monstrabit, sed generaliter exitium ab horosc. sextum signum ostendit. Vitium itaque ualetudinum, principe in loco, ex signi natura definies. In institutionis enim libro diximus, quas corporis partes singula signa possideant. Secundo ordine inspicies, quatenus hunc eundem locum beneuolæ stellæ maleuolæque respiciant, si enim hunc locum, in domibus suis, aut in altitudinibus collocatæ, prospera radiatione respiciant, ab omni ualetudinis incursione hominem liberabunt. Si uero maleuolæ stellæ hunc locum minaci radiatione respiciant, acerba ualetudinum uitia, cum misera calamitate decernũt, sed hæc pro signorum natura, & sua potestate perficiunt, ♂ enim plagas, minora corporum uulnera, præcipitia, ruinas, & ex ipsis casibus miserorum uulnerum exitia decernit, ♄ uero pestiferi humoris incursum, spasmos, tremores, caligines, et ex aqs misera discrimina, ac iis similia decernit. Quod si maleuolas stellas decernentes, beneuolarum radius accesserit, hæc omnia mala mitigantur. Si uero hic locus possessus à maleuolis, nudus ab omni beneuolarum stellarum præsidio relinquatur, perpetua ualetudinum uitia, & exitiales calamitatum exitus decernuntur. Vitiabit autem ♂ intra quindecim annos, ♄ intra xxx, ☉ uero intra xix. Quod si duo simul fuerint, qui uitiant, utriusque annis definiti temporis cõputatis, in utroque tempore sperati uitii, uel ualetudinis incursionem, pro natura sua, utraque hæc stella decernet.

Cupidinis locum si partiliter uolueris inuenire, in diurna quidem genitura, à parte dæmonis usque ad partẽ Fortunæ computabis, & tantũdẽ ab horosc. in nocturna uero, à fortuna usque ad dæmonem, simillimis rationibus computabis, & tantundem ab horosc. & cum locum hunc partili ratione collegeris, ex signo & stellarum testimoniis, omnis tibi desyderiorum cupiditatis demonstrabitur. Locum autem fortunæ, & locum dæmonis, qua ratione inuenias, in quarto diximus libro.

Necessitatis locũ si partili uolueris inuenire ratiõe, in diurna qdẽ genitura, à fortuna cõputabis ad dæmonẽ. In nocturna uero à dęmone ad fortunã, & tãtundẽ ab horosc. & cũ hũc eundẽ locũ ista ratiõe collegeris, oĩa de eo loco, pro signorũ & stellarũ q̃litate definies.

Honorũ locum si partili ratione uolueris colligere, à decimo semper cõputabis ad ☉. & tantundẽ ab horosc. & quodcunque signum nouissimam acceperit partẽ, hoc tibi honorũ monstrabit insignia, & ex sua natura, & ex accidẽtibus stellarũ omniũ testimoniis.

Militiæ

Militiæ locum si partili uolueris ratione colligere, à ♂ semper computabis ad ☉, & tantundem ab horosc. & in quocunq; signo nouissima pars uenerit, hoc tibi pro natura sua, & stellarum testimoniis, militiæ monstrat euentum.

Peregrinationis locũ si partiliter uolueris inuenire, à ☉ semper cõputabis ad ♂, & tantundem ab horosc. & in quocunque signo nouissima pars uenerit, hoc tibi pro natura sua, & stellarum testimoniis, peregrinationis exitum ostendet.

Existimationis famam si partili uolueris ratione colligere, à ☉ usq; ad MC computabis, & tantundem ab horosc. & in quocunq; signo nouissima pars uenerit, hoc tibi pro natura sua & stellarum testimoniis, famam existimationis ostendet.

Corporis uirtutem si partiliter uolueris inuenire, à ☉ computabis ad ♃, & tantundem ab horoscopo, & cætera simili ratiõe pertractes, omnia enim tibi pro natura signorum & stellarum testimoniis decreta monstrabuntur.

Possessionum substantiam si partili uolueris ratione colligere, à ☿ semper computabis ad ♃, & tandem ab horosc. & in quocunque signo nouissima pars ceciderit, ex ipsius signi natura & stellarum testimoniis possessionis ordinem inuenies.

Accusationis locum si partili uolueris ratione colligere, à ♂ semper computabis ad ♄, & tantundem ab horosc. & in quocunque signo pars ultima ceciderit, hoc tibi pro natura sua, & stellarum testimoniis, accusationis exitum monstrabit.

Aduersariorum locum, & inimicorum si partili uolueris ratiõe colligere, per diem à ♂ ad ☿ cõputabis, per noctem uero à ☿ rursus ad ♂, & tantũdem ab horosc. & in quocũq; signo nouissima pars uenerit, hoc ex natura sua, & stellarũ testimoniis mõstrat inimicos.

Amicorum locum si partili uolueris ratione colligere, per diem quidem à ♃ ad ☿ computabis, per noctem uero à ☿ ad Iouem, & tantundem ab horosc. & in quocunq; signo ultima pars uenerit, hoc tibi ex natura sua, & stellarum testimoniis, amicos uerissima ratione monstrabit, quos quæris.

Gloriæ locus, nocte à ♀ ad ♃, die autem contrà. Nemesis, nocte à fortuna ad Lunam die autem contrà. Potestatis nocte à ♄ ad ☉, die autem contrà.

Basis nocte à fortuna ad genium, die autem contrà. Si uero ♀ triginta partes accesserit, siue nocte, siue die, à genio ad fortunam, partiliter computabis.

Seruorum locum si partili uolueris ratione colligere, à ☿ semper cõputabis ad ☽, & tandem ab horosc. & in quocunque signo ultima pars uenerit, hoc tibi pro natura sua, et stellarum testimoniis, seruitia demonstrabit.

TEMPORIS DIVISIO CHRONOCRATORI DEBITA XXXIII.

Coepimus tibi Mauorti, omnia secreta matheseos, uerissimis definitionum sententiis intimare, sed plenissimum tibi horum omnium tractatum, septimus liber monstrabit, ut omnia sine aliqua difficultate facillimis, ac uerissimis possis inquisitionibus inuenire. Ad complemẽtum autem huius libri illud addetur, ut demonstrem tibi, quæ stella, cum temporum domina fuerit, & sibi cæterisq; stellis, totam x annorũ, ac nouem mensiũ diuiserit substantiã, quicq; ei qua ratione decernat. Quatenus aũt inueniatur temporũ dñs, quẽ Græci χρονοκράτορα uocant, in libro institutionis, manifesta ratione monstrauimus, quam rem diligenter inquire, ut possis periculorum omnium exitus, ac ordines exploratos habere.

SATVRNI DECRETA CVM TEMPORVM DOMINVS FVERIT. CAP. XXXIIII.

Saturnus si temporũ dñs fuerit effectus, tibi ex omĩ tẽpore, sicut in libro institutionis docuimus xxx dicat menses. Respice itaq; quatenus sit in genitura positus, & an diurna sit genitura, an uero nocturna, & an genituræ cardines teneat, & quid ex signi natura, uel ex loci potestate decernat, quæ cũ omĩa diligenti ratione collegeris, tũc inuenies quid faciat, cũ temporũ dñs fuerit. Si eñi in genitura pericula ab ipso decreta fuerint, tũc exequit̃ quicqd ante decreuerat. Si orbi-

taté in genitura decernit, tūc miserā filiorū sobolē crudeli potestate ꝑsequit̃. Si uiduitatē decreuerit, tunc matrimonium, aut morte, aut dissensione dissociat. Si accusationes, tūc inimicorum suscitat turbas, si ægritudines, tūc uitium miseræ calamitatis infligit, si damna, tunc patrimonium uariis lacerationibus quatit. Si uero bene fuerit collocatus, & prosperum aliquod in genitura decernat conditionis suæ secutus potestatē, tūc reddit quicquid ante ꝑmiserat, præsertim si genituræ dn̄m, bene collocatus, in diurna genitura respexerit.

♃ ex tempore suo xii menses deputat ♄, si temporum dominus fuerit effectus, si autem male sit in genitura à ♄ positus, & per ipsum aut periculum uel ægritudo, aut damnum uel infortunium decretum fuerit, tunc omnes periculorum minæ, salutatis dei potestatibus mitigantur. Si uero bene constitutus in genitura ♃ tempora decreuerit, maximæ felicitatis incrementa largitur, præsertim si fuerit diurna genitura, & ipse in bonis signis uel partibus positus, ♃ trigonica & felici fuerit radiatione coniunctus.

♂ ex decennio suo menses quindecim deputat ♄, si temporum dominus fuerit effectus, sed cum ♂ deputatum sibi à ♄ tempus acceperit, omni malicia sopita, læti decernit temporis gaudiū, in uicem enim se ex contrariis uirtutum suarum potestatibus mitigant.

Soli ex decennio suo menses xix deputat ♄, si temporum dominus fuerit effectus, sed cum ☉ deputatum sibi à ♄ tempus acceperit, causas concitat, & iurgio contentiosa certamina, sed ipsæ causæ ex maxima parte de domorum, aut fundamētorum proprietatibus inferuntur, præsertim si nocturna sit genitura, sed & patri periculum decernit, & dignitatis iacturam facit.

Veneri ex decennio suo menses octo deputat ♄, si temporum dominus fuerit effectus sed cum ♀ deputatū sibi à ♄ tempus acceperit, illud quidē ab omni infortunio separat, ita ut præcedentis discriminis, quod alterius stellæ malitia perpetrasset, incursus, salutari remedio corrigatur. Quod si ipse nuptias decernit, uidua tunc uxor nuptiali uinculo copulat̃.

Mercurio ex decennio suo menses xx deputat ♄, si temporū dominus fuerit effectus, sed cum ☿ deputatū sibi à ♄ tempus acceperit, ueterū causarum sopitas excitat simultates, & latentia contentionum iurgia, rediuiuis rursum actionibus faciet inferri & suscitari.

Lunæ ex decennio suo menses xxv deputat ♄, si temporū dominus fuerit effectus, sed cum ☽ deputatum sibi à ♄ tempus acceperit, ex uitiosis humoribus ægritudines concitabit, aut ex aqua maximum periculi discrimen impinget, aut nouarum faciet litium denūciatione turbari, ut omne hoc tempus, uaria pericula, & uarias solicitudines semper inducat. Sed hæc, si fuerit ☽ plena luminibus, si autem minuta, & in genitura, ♄ radiatiōe pulsata, cū miseris calamitatibus, infelicissimæ mortis decernit incōmoda.

IOVIS DECRETA CVM TEMPORVM DOMINVS FVERIT CAP. XXXV.



Vpiter si temporum dominus fuerit effectus, hoc est cum temporum ordo ad eum uenerit, etiam ipsi anni decem, & mēses nouem deferentur, sed hoc omne tempus ab ipso quoq; simili ratione diuiditur. Inspiciendus est itaq; etiam ipse, cum dominus fuerit, quatenus sit positus in genitura, & in quibus sit signis, ac partibus collocatus, & an sit in primis an in secundis cardinibus constitutus, an uero in pigris atq; deiectis, & an sit diurna genitura, an uero nocturna, ex iis enim omnibus, cum dominus temporū fuerit, decretorū eius efficacias inueniemus, quicquid enim in genitura à ♃ decretum fuerit, cum temporum dominiū acquisierit reddit, sed hoc & in cæteris omnibus stellis seruare debebis, quicquid de ♄ diximus. Omnes enim stellæ, quicquid in genitura decreuerint, siue illud sit prosperum, siue malū cum temporū dominium nactæ fuerint, penitus exequentur.

Ioui igit̃, cū decem anni, & nouem menses delati sint, ipse sibi primus, ex omni hoc tēpore duodecim uendicat menses. In iis itaq; xii mensibus, quos sic ipse ♃ deputarit felicitatis gloriam, ac lætitias, pro genituræ mensura decernit, præsertim si ipsæ genituræ dominus fuerit, tunc enim cuicunq; genituræ, aut nuptiæ, aut filii decreti fuerint, si tēpus ætatis admiserit

admiſerit, cum ipſe temporũ dominus fuerit, cum maxima ratione perficiet, glorias etiã & honores, atq; patrimonii augmenta, ut diximus, pro genituræ menſura largitur.

Saturno ex decennio ſuo menſes xxx deputat ♃, ſi temporum dominus fuerit effectus ſed cum ♄ deputatũ ſibi à ♃ tempus acceperit, pigra homines cõuerſatione faciet ſemper hebetari, ita ut in omnibus actibus inerti frigoris torpore deficiant, hoc autem ſi ſit nocturna genitura, & ſi bene non ſit ♄ in genitura poſitus.

Marti ex decennio ſuo menſes xv deputat ♃ ſi temporum dominus fuerit effectus, cũ itaque ♂ deputatum ſibi à Ioue tempus acceperit, omnem uitæ, ac negociorum ordinem mutat, & quicquid præcedenti negociorum diſpoſitione tractatur, ad alterius uitæ ordinem transfert, ita ut hoc tempore inſtituta prioris officii deſerantur, aut certe uariis diſcriminibus nocebit.

Soli ex decennio ſuo menſes xix deputat ♃, ſi temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; Sol deputatum ſibi à ♃ tempus acceperit, omnia faciet uitæ ſecreta publicari, ac oẽs actus uaria ratione conuerti, animum quoq; per diuerſa ſolicitudinum genera, uariis cogitationibus ducit, diſſipat etiam quicquid fuerit ante compoſitum, ita ut turbatis omnibus, atq; confuſis, animus per diuerſa ſolicitudinum genera diuidatur, ſed hæc in diurna genitura minuuntur.

Veneri ex decennio ſuo menſes octo deputat ♃, ſi temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; ♀ deputatũ ſibi à ♃ tempus acceperit, ſi nocturnæ genituræ domina fuerit, aut ipſe ♃ nuptias facit, ac proſpera tempora cum felicitatis cõmodo decernit. In diurna uero genitura, mediocres & aſſiduas amoris indicit illecebras, pręſertim ſi ♀ loci uel ſigni naturam ipſa commouerit, aut ſua natura mutauerit.

Mercurio ex decennio ſuo menſes xx deputat ♃, ſi temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; ☿ deputatum ſibi à ♃ tempus acceperit, tales actus decernit, ex quibus maxima lucrorum cõmoda conferantur, & plurimarum, ac magnarum amicitiarum præſidia largitur, ac in omnibus officiis augmenta proſperæ rationis aſſignat, ita ut ex omnibus actibus, proſpera & lucrorum & felicitatis cõmoda cõferantur cum fauſta fortuna.

Lunæ ex decennio ſuo menſes xxv deputat ♃, ſi temporum dominus fuerit effectus, cũ itaq; ☽ deputatum ſibi à ♃ tempus acceperit, tranquillæ ſerenitatis quietem, & maxima felicitatis incrementa decernit, ſed hoc pro genituræ ſubſtantia, tunc enim præcedentiũ infortuniorum dolor, uariis ſolatiorum generibus mitigatur, tunc ægeſtatis anguſtiæ relaxantur, tunc ægritudinum uitia ſanitas conſtringit, tunc periculorum metus proſperis præſidiis opponuntur, tunc in omnibus certaminibus ex cauſis, ad uota ſententiæ proferuntur, tunc dolor frangitur, tunc ſolicitudo mutatur, ita ut præcedentium infortuniorũ ſquallore deterſo, purum, ac mundum felicitatis tempus accedat, præſertim ſi Lunam plenam luminibus ♃ in genitura proſpera radiatione reſpiciat.

MARTIS DECRETA CVM TEMPORVM DOMINVS FVERIT CAP. XXXVI.



Ars ſi temporum dominus fuerit effectus, uel cum ad ♂ dicennii dominiũ uenerit, omne hoc tempus ab ipſo etiam eiſdem rationibus diuiditur, atq; in hoc itidem, ſicut in ♄ & ♃, omnia ſimili ratione debes inſpicere, ſignũ ſcilicet, partem, conditionem, locum, teſtimoniáq;, ut omnia poſſis manifeſtis inquiſitionibus inuenire, ac iudicare.

Mars igitur, cum temporum dominus fuerit, ex decennio ſuo, ſibi quindecim menſes retinet, in quibus actus quidem maximos, pro genituræ ſubſtantia, ſed cum priori turbatione decernit, ita ut in ipſis actibus, qualeſcunq; fuerint, uarium periculorũ diſcrimen oriatur, præſertim ſi diurnæ genituræ dominus extiterit.

Saturno ex decennio ſuo menſes xxx deputat ♂, ſi temporũ dñs fuerit effectus, cũ itaq; ♄ deputatũ ſibi à ♂ tẽpus acceperit, in omnibus cõuerſationibus pigrum tarditatis pondus imponit, ita ut omia negocia tardius ſemper agant, facit quoq; inefficax tempus, ſor-

didum

didum, squallidum, & ab omnibus consuetis actibus semper alienum & separatum.

Ioui ex decennio suo menses duodecim deputat ♂, si temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; ♃ deputatum sibi à ♂ tempus acceperit, omnia prosperitatis cōmoda decernit, ac negocia prospero complere faciet semper euentu, lucra etiam, & omnia rerum officia largitur, reddit quoq; laborantibus requiem, ægris salutem, solicitis securitatem, errantibus reditū, litigantibus finem, & in angustia constitutus abundantiam.

Soli ex decennio suo menses xix deputat ♂, si temporū dominus fuerit effectus, cum itaq; ☉ deputatum sibi à ♂ tempus acceperit, maxima periculorum discrimina ex assidua calamitate decernit, ac omnem uitæ ordinem misera permutatione cōturbat, turbas quoque excitat, seditiones mouet, & oculorum dolores, cum maxima ægritudinis cōtinuatione inducit, uitam etiam omnē maximis periculis & damnorū incursionibus concutit, hæc'q; erunt ineuitabilia pericula, nisi eis bonum ♃, ac benignum testimoniū testiterit.

Veneri ex decennio suo menses octo deputat ♂ si temporum dn̄s fuerit effectus, cum itaq; ♀ deputatum sibi à ♂ tempus acceperit, facit quidem prosperum tempus, & ab omī periculorum discrimine separatum, sed ex multarum mulierum coitu, in iisdem mensibus infamia semper infertur. Quod si in genitura quadrati sibi fuerint, adulteria tunc faciunt perpetrari, sed hoc facinus cum ♃ testimonio cælant, cum ☿ autem & ☉, etiam cū misero uitæ discrimine, faciunt publicari.

Mercurio ex decennio suo menses uiginti deputat ♂, si temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; ☿ deputatum sibi à ♂ tempus acceperit, ex scripturis quibusdam pericula faciet concitari, aut ex aliquo furto miserum damnum semper infliget, sed inimicos frequentibus faciet rationibus dissipari. Quod si in genitura quadrati uel diametri sibi inuicem fuerint, tunc maleficiorum, uel adulteræ pecuniæ crimen indicunt, præsertim si ☿ in finibus, uel domo ♄ fuerit inuentus.

Lunæ ex decennio suo menses xxv deputat ♂, si temporum dominus fuerit effectus, cū itaq; ☽ deputatum sibi à ♂ tempus acceperit, maxima periculorum discrimina faciet semper inferri, præsertim si fuerit plena luminibus, tunc enim periculosa decernuntur temporum spatia, tunc fugæ, tunc exilia, tunc misera periculorum discrimina concitantur, tunc homines in custodiam, aut publicum carcerem detruduntur, tunc incendia, tunc febres, tunc graue damnum, cum misera patrimonii laceratione decernitur, tūc grauis ægritudinum casus semper affertur. Quod si in genitura, cum testimonio ♃ quadrati uel diametri fuerint, tunc sine dubitatione, aut cruentam, aut flebilem, aut repentinā mortem faciunt. Quod si in genitura ♄, cum ☽ fuerit inuentus, & ☽ à ♂ deputatum sibi tempus acceperit, etiam tunc mortis acerbæ ex præcedentibus periculis inferuntur exitia, quæ tamen pericula ex signorum uarietatibus sortiuntur euentum.

SOLIS DECRETA CVM TEMPORVM DOMINVS FVERIT CAP. XXXVII.



SOl si temporum dominus fuerit effectus, omnia etiam in ipso, quæ in cæteris diximus, simili debes ratione perspicere, mixturas scilicet, temperationes, signum, locum, & partes, ut ex horum omnium comparatione, totum decretorum ordinem inuenias, sed ab ipso etiam omne hoc tempus, quod sortitum est, simillimis rationibus diuidetur.

Sol itaq; cum temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo xix menses sibi detinet. In iis itaq; xix mensibus, nihil ab eo prosperum, sed omnia infortuniorū genera sperare debemus, quæ tamen in diurna genitura ex parte aliqua mitigantur, ♃ autem testimonio sopiuntur, ♄ uero & ♂ eriguntur, præsertim si ipse in genitura hominis male fuerit collocatus.

♄ ex decēnio suo mēses xxx deputat ☉, si temporū dn̄s fuerit effectus, cū itaq; ♄ deputatum sibi à sole tempus acceperit, in nocturna quidē genitura pestiferū, ac mortiferū minatē exitiū, in diurna uero, maximę felicitatis incremēta decernit, pro genituræ tamē substantia

præsertim

præsertim si bene in genitura collocatus, decretum suum felici sydere firmauerit.

Ioui ex decennio suo menses duodecim deputat ☉, si temporum dominus fuerit effectus, cum itaque ♃ deputatum sibi à ☉ tempus acceperit, tranquillæ felicitatis cõmoda, cũ maxima uitæ lætitia decernit, ita ut omni malorum uestigio deterso, prosperum felicitatis tempus hominem accipiat, tunc enim relaxantur damna, tunc sanitas redditur, tunc homines ex præcedentibus discriminibus liberantur.

♂ ex decennio suo mẽses quindecim deputat ☉, si temporũ dñs fuerit effectus, cũ itaque ♂ deputatũ sibi à ☉ tempus acceperit, siue in diurna, siue in nocturna genitura, patrimonio miseris lacerationibus dissipato, extremæ paupertatis indicit angustias, sed & crebras causarũ conflictationes exagitat, oculorũ etiam crebros dolores efficiet, ac graue periculi discrimen indicit, atque assidua damnorum continuatione concutiet.

♀ ex decennio suo menses octo deputat ☉, si temporũ dominus fuerit effectus, cũ itaque ♀ deputatum sibi à ☉ tempus acceperit, in omnibus quidẽ negociis prosperum decernit euentum, sed uxoris animos, cum quadam malitiæ dissensione, semper inflãmat, ita ut tunc se prodat & detegat, uel si ei uxor non fuerit, tunc ab aliqua muliere discrimen indicitur & propter hoc publicas causas, & forenses simultates exagitat, ac turbas cum uiris mediocribus semper incitat.

☿ ex decennio suo menses uiginti deputat ☉, si temporũ dominus fuerit effectus, cum itaque ☿ deputatum sibi à ☉ tempus acceperit, negocia multa, crebros actus, & assidua lucrorum cõmoda decernit, sed quæ cum maximis laboribus, & periculis acquirantur.

Luna ex decennio suo menses uigintique deputat ☉, si temporũ dominus fuerit effectus, cum itaque ☽ deputatum sibi à ☉ tempus acceperit, omnẽ uitam hominis, stabili semper uarietate conturbat, ita ut quicquid prisco tempore collocatum fuerit, rursus potioribus rationibus auferatur, eritque ipsum tempus, ex uaria inæqualitate mutabile, ita ut angustiæ repentinis diuitiis releuent, & ipsas rursum diuitias paupertatis angustię subsequant.

VENERIS DECRETA CVM TEMPORVM DOMINA FVERIT CAP. XXXVIII.



Veneri quoque decem annorum, & nouem mensium spãtia deferũtur. Cum autem ♀ domina temporum fuerit, omnia & in ipsa pari debes ratione perspicere, quæ in cæteris obseruanda monstrauimus. Ex omni itaque hoc tempore ipsa sibi octo tantum uendicat menses, in quibus coniugales affectus maxima releuat gratia uenustatis, sed & lætitiam summa cum securitate decernit, præsertim si eiusdem genituræ domina fuerit.

♄ ex decennio suo menses triginta deputat ♀, si temporũ domina fuerit effecta, cũ itaque ♄ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, aut cum muliere graues dissensiones, sua indignatione peragitat, aut ab uxore, uel morte, uel simultatibus quibusdam separat.

♃ ex decennio suo menses duodecim deputat ♀, si temporum domina fuerit effecta, cum itaque ♃ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, bonum quidem tempus & lætum decernit, sed quasdam infamias agitabit in eo.

♂ ex decennio suo menses quindecim deputat ♀, si temporum domina fuerit effecta, cum ita ♂ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, multa mala, & frequentia dolorum decernit incõmoda, tunc etiam animum uariis amorum illecebris semper exagitat, & propter amoris dura tormenta, grauem animo dolorem semper imponit, ita ut propter hæc errantis animi uitia, etiam causarum discrimina frequenter accedant. Turbæ etiam & pericula propter uxores pessimas, aut ab eis inferuntur, aut enim adulterii crimen exurgit, aut amor quidam, impura, ac inhonesta cogitatione conceptus.

☉ ex decennio suo menses xix deputat ♀, si temporum domina fuerit effecta, cum itaque ☉ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, homines faciet suas fugere semper uxores, & hoc cum capitis periculo, patrimoniique iactura. Si uero prosper ♃ radius accesserit, ii quidem peregrinationis necessitatibus separantur.

☿ ex decennio suo menses xx deputat ♀, si temporum domina fuerit effecta, cum itaq; ☿ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, omnia negocia prospereo euentu cōpleri efficiet, frequentia etiam lætitiæ gaudia decernit, lucra quoq; maxima cōferri faciet, ac idonea feliciter subsidia facultatum.

☽ ex decennio suo menses xxv deputat ♀, si temporum domina fuerit effecta, cum itaq; ☽ deputatum sibi à ♀ tempus acceperit, stridorem animi latentis indicit. Si uero ☽ in genitura fuerit plena luminibus, & ei ♀ tempora deputarit, maximis quidem in rebus nocebit, omnia infortuniorum uitia concitando.

MERCVRII DECRETA CVM TEMPORVM DOMINVS FVERIT CAP. XXXIX.



Ercurio quoq; decem annorum, & nouem mensium spatia deferentur, in hoc autem omnia, sicut in cæteris stellis, simili debemus ratione colligere. Cum igitur ipse temporum dominus fuerit effectus, ex decennio suo uiginti sibi menses reseruat, in quibus omnia bona, ex assidua felicitate decernit, facítq; ut omnes actus prosper sequatur euentus, præsertim si genituræ dominus fuerit, ac in ipsa genitura bene steterit collocatus.

♄ ex decennio suo menses triginta deputat ☿, si temporum dominus fuerit effectus, cū itaq; ♄ deputatū sibi à ☿ tempus acceperit, domesticorū mortes, ex assidua infortuniorū calamitate decernit, ut parentū, affiniū, patronorū, & qui nobis prodesse consueuerunt.

♃ ex decennio suo menses duodecim deputat ☿, si temporū dominus fuerit effectus, cum itaq; ♃ deputatum sibi à ☿ tempus acceperit, dies sane quietos, & ab omni negociorum strepitu separatos decernit, atq; in hac ipsa quiete, maxima laudis cōmoda, & lætitiæ gaudia semper accōmodat, filios etiam non habentibus, si genituræ ratio permiserit, omī ratione decernit,

♂ ex decennio suo menses quindecim deputat ☿, si temporū dominus fuerit effectus, cum itaq; ♂ deputatū sibi à ☿ tempus acceperit, inimicos suscitabit, accusationes inferet, litésq; ex noua denuntiatione decernit, quas tamen bonū ♃ testimonium mitigat.

☉ ex decennio suo menses xix deputat ☿, si temporum dominus fuerit effectus, cum itaq; ☉ deputatum sibi à ☿ tempus acceperit, maxima patrimonii damna, & maximas animo solicitudines semper indicit.

♀ ex decennnio suo menses octo deputat ☿, si temporum dominus fuerit, cum itaq; ♀ deputatū sibi à ☿ tempus acceperit, bona cōmoda, ex assidua felicitate decernit, securitatē quoq;, perfectam quietem, ac pro mensura genituræ, cōmoda lucra.

☽ ex decennio suo menses xxv deputat ☿, si temporum dominus fuerit effectus cū itaq; ☽ deputatum sibi à ☿ tempus acceperit, maximas ęgritudines, maximáq; languorū uitia decernit, sed hæc pro loci ac signi natura, nisi ea ♃ bono testimonio mitigarit.

LVNAE DECRETA CVM TEMPORVM DOMINA FVERIT CAP. XXXX.



Vnæ quoq; decem annorum & nouem mensium spatia deferuntur, in hac autem, sicut in omnibus cæteris stellis, omnia debes diligenti ratione tractare. Ex hoc itaq; decennio ☽ sibimetipsa xxv menses reseruat, in quibus si sic sit exposita, ut minuta luminibus ad ♄ feratur, uel plena ad ♂ omnifariam mortem decernit. Si uero plena luminibus, beneuolarum fuerit testimoniis adornata, cum maximis licet laboribus, modica tamen patrimonii incremēta decernit. Semper enim ☉ & ☽ tempora malos habent exitus, præsertim si eos maleuolæ stellæ minaci & infortunata radiatione respiciant.

♄ ex decennio suo menses triginta deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cum itaq; ♄ deputatum sibi à ☽ tempus acceperit, si minuta sit ☽, ex uitiosis humoribus, aut ex aquis, seu ex naufragiis, miseras mortes, miseráq; periculorum decernit exitia. Si uero plena sit, facit quidem hæc eadem, sed euadendi dat facultatem.

♃ ex de-

♃ ex decennio suo menses duodecim deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cum itaq; ♃ deputatum sibi à ☽ tempus acceperit, omnia bona cũ lætitia & hilaritate decernit, præsertim si ☽ fuerit plena luminibus, tunc enim pericula, tunc metus, tunc ægritudines sopiuntur, tunc pro genituræ mensura, felicitatis augmenta procedunt, résque aduersæ in prosperum tendunt.

♂ ex decennio suo menses quindecim deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cum itaque ♂ deputatũ sibi à ☽ tempus acceperit, si plena sit ☽, maximas turbationes, seditionésq; decernit, & si in genitura quadrata uel diametra uideatur à ♂ cruentum calamitatis exitum decernit.

☉ ex decennio suo menses xix deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cum itaque ☉ deputatum sibi à ☽ tempus acceperit, incendia, exustiones, ægritudines, & flagrantium febriũ miseros languores indicit, sed hæc omnia prosperũ ♃ testimoniũ mitigabit.

♀ ex decennio suo menses octo deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cũ itaq; ♀ deputatũ sibi à ☽ tempus acceperit, si fuerit diurna genitura, sterilitatis stridorem decernit, si uero fuerit nocturna, maxima lucrorũ increméta largitur, præsertim si ☽ fuerit splendore, ac luminibus diminuta.

☿ ex decennio suo menses uiginti deputat ☽, si temporum domina fuerit effecta, cum itaq; ☿ deputatum sibi à ☽ tempus acceperit, frigidas ægritudines, cum maxima corporis debilitate potissimum decernit.

His rationibus Mauorti, decus nostrum, temporum summa diuiditur. Sed nolo, ut in tractatibus istis definiendis, abruptæ sententiæ proferantur, frequenter enim, si beneuola stella deputatatum sibi tempus acceperit, si habuerit tũc secum maleuolam temporalem, quæ eam quadrata uel diametra radiatione respiciat, bonitatis suæ decretũ maleuolę stellę potestate dimittit. Hoc idem & in maleuola stella simili ratione reperies, nam si deputatũ sibi maleuola stella tempus acceperit, & eam tunc beneuola, aut pariter posita, aut prospera radiatione composita mitigarit, omne decretum infortuniorum, beneuolæ stellæ salutari præsidio subleuatur. Intimata tibi itaq; est, sic ut intelligatur, perfecti operis disciplina, nec est adhuc aliud, quod requiratur, omnia enim, quibus rudes animos instituere debemus, docili sermone enarrauimus. Qui nunc igitur primis cęrimoniarũ initiis, ad ipsum secretorum limen accessimus, intento animo reliqua debemus audire, ne in fastidio auribus constitutis, & ista respuentibus dicta errantium tractatuũ pereuntes, sententias ingeramus. Completo itaq; sexto libro, omne dicédi studium, ad secreta libri septimi bonis auibus, felicíq; sydere transferatur.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM PROCONS. MATHESEOS LIB. VII.

PRAEFATIO.



VM ignotis hominibus Orpheus sacrorum cærimonias aperiret, nihil aliud ab iis, quos initiabat, in primo uestibulo, nisi iurisiurãdi necessitatem, & cum terribili quadam auctoritate religionis exegit, ne profanis auribus inuentæ, ac compositæ religionis secreta proderent. Sed et Plato Timæũ perpetuo apud se frequenter continuit, ne secretarum disputationum ueneranda commenta, imperitis aliquando intimaret, patiuntur enim hæc omnia iacturam, cum perditis & desperatis animis ingeruntur. Apud Pythagoræos etiam noster Porphyrius, religiosa epulanté animum nostrum, silentio consecrauit. Vnde & ego horum uirorum legem secutus, cõuenio te iureiurando Mauorti decus nostrum, per fabricatorem mundi deum, qui omia

neceſſitate perpetuitatis excoluit, qui ſolem firmauit & lunam, qui omniũ ſyderum cur=
ſus, ordinéſq; diſpoſuit, qui maris fluctus, intra certos terræ terminos coartauit, qui ignẽ
ad ſempiternam ſibi ſubſtantiam inflammauit, qui terram in medio collocatam, æqua=
ta moderatione ſuſpendit, qui homines, feras, alites, & omnia animantium genera, diui=
na artificii maieſtate compoſuit, qui terram perennibus fontibus rigat, qui uentorum fla
tus cum quadam facit neceſſitatis moderatione uariari, qui ad fabricationem omnium
quatuor elementorum, diuerſitate compoſita, ex contrariis & repugnantibus cuncta per=
fecit, qui ortum & occaſum, ac omnium terræmotuum, per animæ deſcenſum, & aſcen
ſum, immortalitate æternæ perpetuitatis ordinauit, ne hęc ueneranda cõmunia profanis,
uel imperitis auribus intimentur, ſed iis tantum, quos animus incorruptus, ad rectum ui
uendi ordinem, caſto ac pudico præſidio mentis inſtituit, quorum illibata fides, quorũ
manus ab omni ſunt facinorum ſcelere ſeparatæ, integris ſcilicet, pudicis, ſobriis, ac mode
ſtis, ut puro tantum mentis ſplendore decoratis, integra ſe ſcientia diuinationis inſinuet.
Accipe itaq; omnia partili ratione collectá, & quia iam te, iuriſiurandi religione conueni=
mus, accipe quod tibi, cum maxima licet animi trepidatione munus tranſmittimus.

EXPOSITORVM VEL NON NVTRITO= RVM GENITVRAE CAP. I.



Vorum itaq; horoſc. beneuolæ non uiderint ſtellæ, & ☽ ſit in aliquo cardi=
ne conſtituta ♂ & ♄ in ſeptimo ab horoſc. loco, hoc eſt in occaſu poſitis, ii
nati ſtatim à matribus exponuntur. Sed ſi horoſc. in iis ſignis fuerit, quę bre
uia habent tempora, & ♂ in ſeptimo ab horoſc. loco, hoc eſt in occaſu ſit,
☽ uero minuta lumine ad ♄ feratur, aut ad ♂ plena, natus infans ſimiliter
exponetur. Si autem dominus fortunæ, hoc eſt eius ſigni dominus, in quo locus fortunę
fuerit inuentus, & dominus eius ſigni, in quo pars horoſc. coſtituta eſt, ſub radiis fuerint
☉ abſconſi, aut in iis ſignis, in quibus ante diximus fuerint collocati, ♄ & ♂ in noctur=
na genitura, natus infans exponetur. Sed ſi ☽ in horoſc. fuerit inuenta, aut in occaſu ho=
roſc. & ♂ & ♄ diametra ſint radiatione coniuncti, aut ſi una maleuola in conceptionali
☉ fuerit inuenta, qui natus fuerit, exponetur. Si uero ☉ & ☽ diametra ſe radiatione reſpi=
ciant, aut ſi quadrati fuerint, ita tamen ut hæc ſchemata in cardinibus faciant, & cum am
bobus maleuolæ ſint ſtellæ pariter cõſtitutæ, hoc eſt ſi ☉ in horoſc. fuerit, & ☽ in occaſu,
aut ☽ in horoſc. et ☉ in occaſu, & cũ uno ſit ♂ et cũ alio ♄, in ipſo partu, infans in angu=
ſtiis cõſtitutus, ſuffocatus extinguit̃. Si aũt ſuperiores maleuolæ ſtellæ effectæ, ☽ minaci ra
diatiõe reſpiciát, etiã mater in ipſo partu graue diſcrimen mortis incurrit. Si ☉ in horoſc.
fuerit inuentus, & ☽ plena luminibus, in quocunq; ſigno feratur ad ♂, ♄ uero in aliquo
ſit cardine conſtitutus, is qui natus fuerit, expoſitus interibit. Sed ſi ☽ cum ♂ in quocun=
que cardine fuerit inuenta, & in contrario ☉ cum ♄ fuerit conſtitutus, ac omnibus iis ♃
teſtimonium deſit, is, qui natus fuerit, aut exponetur, aut ſtatim cum matre pariter interi=
bit. Si ☽ in quocunque cardine fuerit inuenta, & ♂ eandem de quocũq; cardine alio, dia=
metra radiatione reſpiciat, aut cum ipſa in eadem parte fuerit inuentus, & ♄ alium genitu
ræ cardinem teneat, aut in anaphora ſit cardinis conſtitutus, is, qui natus fuerit exponet̃.
Quod ſi ♃ ſtella, in quocunque cardine fuerit inuenta, & eam ♂ de loco ſuperiore re=
ſpiciat, expoſitos aut inueniri faciet, aut reuerti, pręſertim ſi ♂ Venus quacunque radiatio
ne reſpiciat. Si ☉ cum ♄ in horoſc. fuerit inuentus, & ☽ ſit in MC conſtituta, ♂ uero in
IMC poſitus, ☽ diametra radiatione reſpiciat, is, qui natus fuerit exponetur, ſed ſi ☉ in
horoſc. conſtituto, & ☽ in MC, ♄ ſit in occaſu, & ♂ in IMC, is, qui natus fuerit, expoſi=
tus ſtatim peribit, aut mater cum ipſo pariter morietur, ſed quod ſemper & generaliter ſer=
uare conuenit, ſi ☉ & ☽ in quibuſcunque cardinibus conſtitutos, ♂ & ♄ diametra radia
tione reſpiciant, aut unum de diametra, alterum de quadrata, aut exponentur nati, aut ſta
tim peribunt, uel cum ipſis matres miſero perimentur exitio. Si ♂ & ♄ in aliquo cardine
fuerint inuenti, aut uno eorum in cardine conſtituto, alius ſit in anaphora poſitus, aut

in epicataphora,☽ uero ab uno ipsorum,aut diametra,aut quadrata radiatione pulset, aut pariter sit constituta,is,qui sic natus fuerit,exponetur,si uero iis sic constitutis, beneuola stella coniunctionem ☽ uenientis exceperit,expositi ab aliis coniungentur,& in libertatem redditi,filiorum loco nutrientur.Si ☽ in horosc.fuerit inuenta,& ♂ sit in duodecimo ab horosc loco,♄ uero in anaphora horosc.positus,☉ quacunq; radiatione respiciat,pecus,intra uiscera matris artuatim concisum à medicis proferetur,quod si sic ordinatis,alienus à cardinibus ♃ fuerit,etiam mater,in ipso partu constituta, morietur. Si autem ☽ sic fuerit constituta,& maleuolam stellam unam in præcedenti signo habeat, aliã in sequenti,& stella ☽ sequẽs,☉ quacũq; radiatiõe respiciat,is,qui natus fuerit exponet,aut statim,ut natus fuerit interibit. Si dñs genituræ aut dñs signi,in quo fortunæ locus fuerit inuentus,in duodecimo ab horosc.aut in sexto loco fuerint inuenti,aut in secũdo,aut in octauo,nec eos aliqua beneuolarũ stellarũ prospera radiatione respiciat,nec dominus genituræ in suis sit finibus constitutus,is,qui natus fuerit, statim exponetur. Sed si aliqua maleuola stella aut stellam,aut horosc.uiderit,& omnis beneuolarum stellarum radius ab iis alienus fuerit,expositi quidem à canibus laniabũtur.Si dominus genituræ in tropicis signis fuerit inuentus,& sit in pigris,& deiectis locis positus,☽ diametra radiatione respiciat, maleuolæ uero stellæ, aut per quadratũ,uel diametrũ,☽ æquata partium societate iungantur,ii,qui nati fuerint,aut in mari,aut in fluuio proiecti,statim interibunt.Si uero beneuolæ stellæ ☽,aut horosc. testimonium commodarint, paucis diebus nutriti,tandem proiicientur.Cum ☉ & ☽ tricesimam cuiusque signi partẽ possederint,is,qui natus fuerit, nulla uitæ tempora possidebit.Si uero ☉,& ☽ in tricesima signi parte constitutos,maleuolæ stellæ de quadrato,aut diametro respexerint,is, qui natus fuerit expositus,& à canibus lacetatus extinguet.Sed si ☽ & ☉ in quinto ab horosc. loco partiliter fuerint inuenti,& beneuolæ stellæ,nec eos,nec horosc.prospera radiatione respexerint,is qui natus fuerit,exponetur,si uero maleuolæ stellæ respexerint, expositus à canibus consumetur. Si autem, sicut diximus, in tropicis signis fuerint constituti, sine beneuolarum stellarum testimonio, natus statim in aqua peribit. Si in genitura, neq; ☉,neq; ☽,neque horosc.neq; fortunæ locum beneuolæ stellæ prospera radiatione respexerint,is,qui natus fuerit,exponetur.Si uero maleuolarum stellarum radius accesserit, expositus quidem à canibus consumetur. Si autem nulla beneuolarum stellarum neque cum Sole & ☽, neque in horosc. neque in M C, neque in quinto ab horosc. loco,neque in undecimo,neq; in nono,neq; in tertio,neq; in septimo,neq; in quarto fuerit inuenta,sed in iis locis solæ sint maleuolæ constitutæ,is,qui natus fuerit, exponetur. Si in genitura beneuolæ sub radiis sint ☉ absconsæ,maleuolæ uero in matutino ortu reperiãtur,is,qui natus fuerit,exponetur.Sed si ☽ sit synodica,ita ut omnem luminis substãtiam perdat,nec eam aliqua beneuola stella prospera radiatione respiciat, is qui natus fuerit,exponetur.Si uero maleuola stella sic positam ☽ uiderit,aut mortui nascentur, aut nati à canibus lacerabuntur.Si autem omnes stellæ cum ☉ & ☽,in sexto,aut in duodecimo ab horosc.loco fuerint inuentæ,is,qui natus fuerit exponetur.Quod si cæteris stellis,in iis,in quibus diximus locis positis,una beneuola stella in quocunq; cardine fuerit inuenta,expositus natus,ab alio collectus nutriet,sed ei hæc ipsa beneuola stella,ad uiuẽdum minora temporis sui spatia decernit.Si ☽ æquis partibus cum ♂ iungatur,in eodẽ signo posita,aut si in diametro constituti,æquas partes teneant,aut in I M C,nec eos aliqua beneuola stella respiciat,♄ uero sic positam cum ♂,☽ qualibet ratione uideat, matres natorum in ipso partu constitutæ,moriuntur.Si uero aliqua beneuola stella,sic cũ ♂ positam ☽ respiciat,conciso infante particulatim prolato,mater ex mortis periculo liberatur.Si ☽ in occasu fuerit inuenta,& ♂ aut cũ ipsa fuerit partiliter inuentus,aut in horosc. partiliter constitutus, & sit diurna genitura,is,qui natus fuerit,exponet, sed ♃ eos sic collocatos in alio cardine positus respexerit,aut si ♀ hoc idem fecerit,exposito uitæ presidia per alium cõferuntur, ut scilicet ab eo collocatus nutriatur,sed si cum ☽,in horosc.

anaphora constituta, diametra radiatione respexerit, & ♂, aut horosc. aut ☽ de quadrato
respiciat, nec hos omnes aliqua beneuola stella uiderit, is, qui natus fuerit, expositus sta-
tim peribit. Si Luna in uno signo cum ♂ & ♄ fuerit inuenta, ita ut inter ambos constitu-
ta, medium locum teneat, uel nulla eam beneuola stella uideat, uel si sit in M C colloca-
ta, longe ab ea sint beneuolæ stellæ, nec ei uicina societate iungãtur, is, qui natus fuerit, ex-
ponetur. Si uero ambæ maleuolæ stellæ, ita sint constitutæ, ut uicinis Lunæ lateribus ad-
hęrescant, nec aliqnod eis beneuolarum stellarũ testimonium accedat, is, qui natus fuerit,
statim cum matre pariter interibit. Si ☉ in M C fuerit inuentus, Luna uero in occasu, hoc
est in septimo ab horosc. loco, ♄ autem & ♂ ita sint positi, ut unus ☉, alter ☽ radiis suis
adhæreat, is, qui natus fuerit, exponetur. Si uero hos, sic collocatos, beneuolæ stellæ pro-
spera radiatione respiciant, expositus ab alio collectus inuenietur. Si in horosc. anaphora
♃ fuerit inuentus, & Lunã à ♂ diametra radiatione percussam, ipse quomodocunq; re-
spiciat, expositi nutriuntur, laqueis seruilibus implicati. Sed si in occasu fuerit inuentus, et
♄ cum eo, aut in horosc. ♂ uero in anaphora horosc. aut in epicataphora, hoc est in octa
uo ab horosc. loco, & nulla beneuola stella aliquem cardinem teneat, is, qui natus fuerit,
exponetur. Si dominus eius signi, in quo est horosc. constitutus, in anaphora horosc. fue
rit inuentus, & dominus anaphoræ in duodecimo sit ab horosc. loco positus, in diurna
genitura cum ☉, in nocturna uero cum Luna, is, qui natus fuerit, exponetur. Sed si iis sic
ordinatis, ☉ & Luna unita sibi iungantur, is qui natus fuerit, expositus statim peribit. Si
Luna in tertio ab horosc. loco fuerit inuenta, et ☉ in undecimo, domini uero eorũ signo
rum, in quibus ☉ & Luna fuerint constituti, in ix ab horosc. loco positi sint, is, qui natus
fuerit, exponetur. Si ☉ et Luna in occasu fuerint inuenti, hoc est in vii ab horosc. loco, do
mini uero utriusq; signi in sexto ab horosc. loco positi, is, qui natus fuerit, expositus à cani
bus lacerabitur. Si dñs eius signi, in quo est horosc. constitutus, in M C fuerit inuentus, et
in horosc sit maleuola stella cõstituta, nec alicuius beneuolæ stellæ radius, ad horosc. par-
tes accedat, is, qui natus fuerit, exponetur, & à canibus lacerabitur. Si datoris uitæ signum
sit hoc, quod est in anaphora horosc. constitutum, uel in sexto ab horosc. loco, ipse uero
dator uitæ, cum maleuola stella, pariter sit in M C collocatus, is, qui natus fuerit, statim à
canibus lacerabitur. Sed si dator uitæ dominus sit eius signi, in quo est anaphora consti-
tuta, ipse uero in sexto sit ab horosc. loco positus, is, qui natus fuerit non nutrietur. Si da-
tor uitæ in M C fuerit inuentus, & dominus ipsius signi in anaphora horosc. aut in sexto
ab horosc. loco fuerit inuentus, nec aliqua beneuola in quocunq; cardine fuerit inuenta,
is, qui natus fuerit, nõ nutrietur. Si Luna & ☉ fuerint collocati, ut neq; se, neq; horosc. ui-
deant, is, q natus fuerit, non nutrietur. Sed illud generaliter sciendum est, quod si quis oẽs
stellas in anaphora horosc. habuerit, uel in sexto ab horosc. loco, uel in octauo, uel in xii,
aut exponetur, aut non nutrietur. Si uero una stella, quæcunq; fuerit, aut ☉ per diem, seu
per noctem, in cardine fuerit, aut in quinto ab horosc. loco, cæteris sic, ut diximus, consti-
tutis, nutrietur, is, qui natus fuerit, sed erit oligochronius & infelix. Sed si ♂ & ♄ pariter
sint in anaphora horosc. constituti, nec ☉, nec Luna in suis domibus reperiatur, is qui na
tus fuerit, exponetur. Si dominus eius signi, in quo locus fortunæ fuerit inuentus, aut in
anaphora sit horosc. aut in sexto ab horosc. loco, locus uero fortunæ sit in M C, nec ali-
qua beneuola stella in genituræ cardinibus reperiatur, is, qui natus fuerit, non nutrietur.
Sed si locus fortunæ in M C fuerit inuentus, & maleuolæ stellæ hunc eundem locũ pari
li radiatione possideant, dominus uero ipsius signi, aut in anaphora horosc. aut sub ra-
diis ☉ sit absconsus, is, qui natus fuerit, non nutrietur. Sed si in septimo ab horosc. loco
fortunę locus fuerit inuentus, dominus uero ipsius signi, aut in ipso signo sit, aut in M C
sub radiis ☉ absconsus, is, qui natus fuerit, non nutrietur. Sed in quocunq; signo locus
fortunæ fuerit inuentus, dominus uero ipsius signi, aut in anaphora horosc. aut in sexto
ab horosc. loco positus, locum fortunæ non uideat, is, qui natus fuerit, non nutrietur. Si
autem in horosc. anaphora locus fortunæ fuerit, dominus uero ipsius signi in M C, sub
radiis

radiis ☉ absconsus, is qui natus fuerit, non nutrietur.

GEMINORVM CENITVRAE CVM SVO SEXV CAP II.



Vpiter & ☿ si pariter fuerint in horosc. constituti, horosc. autem ipse in duplici sit signo, ☽ etiam in quocũq; cardine fuerit, ☉ uero, in eo signo, in quo est, aliam sibi stellam habeat applicatam, aut geminas genitura, aut qui sic natus fuerit, geminos filios habebit. Illud tamen obseruãdum est, ne quem horum maleuola stella, superior effecta, respiciat, nam si unum eorũ respexerit, quicunq; prior conceptus fuerit, aut in partu morietur, aut ante conceptus eiicietur. Sed si non fuerit ☽ in cardinibus inuenta, nec in duplici signo, ♃ uero et ☿, sic, ut ante diximus, in duplici signo constituti, in horosc. fuerint pariter inuenti, ☽ aũt uel ☉ sit cũ aliqua stella collocatus, gemini nascẽt. Si ☽ aut cũ ☿, aut cũ ♃ fuerit inuenta, & ☉ aliam sibi stellam habeat applicatam, & in duplicibus signis constituti, inuicem se quacũq; radiatione respiciant, & si horosc. in duplici signo fuerit inuentus, habeátq; quãcunq; stellam, sibi pariter applicatam, gemini nascẽt. Sed si ☽ in ♃, aut ☿ signis fuerit inuenta, ♃ uero & ☿ sint in horosc. constituti, aut in occasu ab horosc. gemini nascentur. Si ☽ in duplici signo fuerit inuenta, & ☉ in cardine constitutus, secundũ à ☽ possideat signum, aut certe duplex, cũ ☿ aut cũ ♃ positus, signum teneat, gemini nascẽt, aut filios geminos habebunt. Sed utrũnam masculini generis, an feminini nascẽt, hac ratiõe colligemus. Si eñ ☉ & ☽ & horosc. in masculinis signis constitutis, masculinarũ stellarũ testimonia accessẽrint, hoc est ♃, ♄ uel ♂, masculi nascẽt, si uero ♀ sola hoc idẽ fecerit, in feminino signo cõstituta, ☉ uero ☽ & horosc. hac qua diximus ratiõe iungant, diuersi sexus gemini procreant. S ♂ & ♄ in domibus suis constituti, ☉ & ☽, & horosc. uiderint, nec iis beneuolarum stellarũ radius accedat, aut eiicient, aut immaturi nati statim peribunt. Si uero sic iis omnibus, ut diximus, constitutis, hac ratione & beneuolarũ & maleuolarũ radius accedat, quicunq; prior de geminis exierit, interibit. Si ☽ in aliquo cardine fuerit inuenta, in secũdo, scilicet signo, & cum eo sit beneuola stella pariter constituta, horosc. autem sit in duplici signo, aut cũ secũdo, aut cum ♃ aut cũ ☿, aut in tertio, aut in quinto, gemini nascent. Si dñs eius signi, in quo partiliter locus filiorum inuenit, in duplici signo fuerit inuentus, quintus uero ab horosc. locus in duplici signo sit cõstitutus, & ☽ similiter in duplici signo sit collocata, ac ♃, uel ☿ quacunq; radiatione respiciat, uel cum eo pariter fuerit inuenta, gemini nascentur.

SERVORVN SEV CAPTIVORVM GENITVRAE CAP. III.



I ☽ per diametrũ ♂, ♄ ue respiciat, aut unus per diametrũ respiciat, & alius se ☽ quadrata radiatiõe cõiungat, seruus nascet, præsertim si ☽ in I M C, aut in occasu fuerit inuenta. Si uero hos sic positos ♃ prospera radiatione respiciat, libertatis premia cõsequet. Si Sol et ☿ in M C pariter fuerint cõstituti, et ☽ maleuola stella diametra radiatione respiciat in cardine cõstituta, qui natus fuerit, mulieri supponet ancillæ. Si uero ♃, quos diximus, prospera radiatione respiciat, ingenuæ mulieri subiiciet. Si locus fortunæ in maleuolæ stellę signo fuerit inuentus, et in eodẽ signo ♂ fuerit, seruilis erit ista genitura. quod si ♂ in matutino ortu, in supradicto loco, cũ ♄ fuerit inuentus, felices seruos efficiet. Sed si locus fortunæ partiliter in ♌, aut in ♎, aut in ♈, aut in ♒, aut in ♊ fuerit inuentus, & ♂ in eisdẽ signis fuerit partiliter constitutus, seruos efficiet. Qđ si dñs signi, cũ ♂ cõstitutus, in eodẽ signo fuerit inuentus, aut alia beneuola stella, in seruili statu positi, libertatis præsidia cõsequentur. Si ☉ & ☽ in cardinibus fuerint inuenti, & ♂, uel ♄, aut cum ipsis in cardinibus sint cõstituti, aut eos ex aliis cardinibus respiciãt, nulla ex beneuolis stellis in cardinibus collocata, seruus nascet. Sed si ☽ in I M C, uel in occasu fuerit inuenta, & eam de dextro quadrato ♄ respexerit, aut ♂, uel de diametro, uel de eodem quadrato hos eosdem uideat, seruos efficient. Sed si ♂ in coniunctam ☽ partiliter & ♄ respiciat, ☽ uero sit in cardine cõstituta, seruos efficiet. Si uero istam cõiunctionẽ nulla beneuola stella uiderit, faciet seruos laboriosos, & miseros. Si lunã ♂ & ♄ diametra radiatiõe respiciãt, nec aliqua beneuola stella ☽ uiderit, nec in eo

dem ſigno beneuolæ ſtellæ ſe ☽ coniungat, ſeruos efficiet, & qui à parentibus ſuis alienen
tur. Si uero ☽ in I M C, ♂ uero Lunam quacunq; radiatione reſpiciat, ſeruos efficiet. Si ☉
& ☽ in xii ab horoſc. loco fuerint inuenti, aut in ſexto, & iis ♄ quolibet genere teſtimoniũ
accõmodet, nec ☉, nec ☽ beneuollæ ſtellæ reſpiciát, ſeruos efficient. Sed ſi Luna in I M C
fuerit inuenta, & cum ea ♄, ♂ uero eos quadrata, aut diametra radiatione reſpiciat, ſeruos
efficiet. Sed ſi Luna in I M C fuerit inuenta, & cum ea ♄ & ♂, ☉ uero in xii ab horoſc. lo-
co poſitus fuerit, Luna aũt in horoſc. anaphora, & nulla ſit beneuola ſtella in cardinibus
conſtituta, ſerui ſimili ratione naſcentur. Sed ſi ☉ in xii ab horoſc. loco fuerit inuentus &
Luna in viii, nec eos beneuola ſtella proſpera radiatione reſpiciat, ſeruos efficiet. Si in no-
cturna genitura, Luna quidem in M C fuerit inuenta, ☉ uero ſit in vi loco ab horoſc. con
ſtitutus, dñs aũt ſignorũ amborũ in octauo ab horoſc. loco poſitus fuerit, ſeruos efficiet.
Quod ſi dñs eorũ ſignorum, in quibus ſunt cõſtituti, dñi ſignorũ ☉ & Luna, aut in ho-
roſc. aut ętate in M C fuerit partiliter conſtitutus, ſic poſitis cæteris ſtellis, ut ante diximus,
ſeruus quidem naſcetur, ſed in prima libertatis præmia conſequetur. Si uero ii ipſi in ho-
roſc. aut in M C, ut diximus, aut in I M C, aut in occaſu fuerint, aut in quinto ab horoſc.
loco poſiti, aut in xi, tardius manumittetur. Si ☉ in M C fuerit inuentus, ☽ uero in ſexto
ab horoſc. loco conſtituta, ♃ autem in M C ſit poſitus, ♀ uero aut ♂, aut ♄ impugnet,
aut certe in deiectis locis fuerint conſtituti, ſerui nati manumittentur. Sed ſi ☉ & ☽ partili
ter in vi ſint ab horoſc. loco conſtituti, cæteræ uero ſtellæ in M C fuerit inuentæ, facient ex
ſeruitute in libertatem transferri. Si Luna in vi ab horoſc. loco fuerit inuenta, & ♂ in ſupe
rioribus cœli partibus conſtitutus, ☽ quadrata radiatione reſpiciat, & dñs eorum ſigno-
rum, in quibus ☉ & ☽ fuerint cõſtituti, in tertio ab horoſc. loco ſint poſiti, ♄ uero in ho-
roſc. ſit partiliter collocatus, ſeruos uſq; ad ultimũ uitæ diem faciet permanere. Si Luna in
I M C fuerit inuenta, ☉ uero cum ♂ in occaſu fuerit conſtitutus, ♄ autem & ♃ in vi ſint
ab horoſc loco poſiti, ☿ uero in octauo, ſeruos facient laborioſos, infelices, & qui ſemper
ſeruitutis onere deprimantur. Sed ſi ♃ cum ☉ in ſexto ab horoſc. loco fuerit inuentus, ☽
uero cum ♂ in occaſu fuerit conſtituta, & ♀ ſit in I M C poſita, ♄ autẽ tertium ab horoſ.
locum teneat, ſeruili natione producet. Si ♄ in xii ab horoſc. loco fuerit inuentus, ♂ uero
in anaphora horoſc. ſit cõſtitutus, & Luna partiliter ſit in horoſc. collocata, ♃ uero in octa
uo ſit loco ab horoſc. poſitus, & ☉ in tertio, ſerui ſimili ratione generant̃. Si ♂ in deiectio
ne ſua fuerit conſtitutus, hoc eſt in eo ſigno, in quo humiliatur, & ☽ minuta luminibus
ad eũ ferat̃, ♄ uero in tertio ab horoſ. loco ſit collocatus, & ♂ in I M C ſit poſitus, ac bene
uolæ ſtellę in ſexto loco ſint conſtitutæ, ſeruos infelices efficiet. Si ☽ minuta luminibus, &
in eo ſigno conſtituta, in quo humiliatur in ſeptimo loco ſit ab horoſc. cum ♄ partiliter
poſita, ♂ uero in vi loco ab horoſc. & ☉ in tertio, ſerui ſimili ratione naſcentur. Sed ſi in
tertio ab horoſc. loco ☉ cũ maleuola ſtella fuerit inuẽtus, aut in M C, bñuolæ uero ſtellæ
in deiectis locis ſint poſitæ, & ☽ minuta luminibus ſimili modo in deiecto loco ſit conſti
tuta, ſeruos debiles faciet. Quod ſi cæteris, ſic, ut diximus, ordinatis, ☽ cum ♂ in xii loco
ſit ab horoſc. conſtituta, ♄ uero ſtella in I M C fuerit inuenta, ſemilunatici naſcẽtur. Si aũt
☉ cũ ♂, aut cũ ♄ in anaphora horoſc. fuerit inuentus, Luna uero in xii ab horoſc. loco ſit
conſtituta, & beneuolæ ſtellæ in tertio ſint ab horoſc. loco poſitæ, ſeruos infelices efficiẽt.
Quod ſi iis ſic, ut diximus, ordinatis, ♃ in M C fuerit inuentus, poſt multos annos li-
bertatis præmia conſequentur. Si omnes beneuolæ ſtellæ in ſexto ab horoſc. loco fuerint
inuentæ, maleuolæ uero aut in ſeptimo, aut in octauo, Luna autẽ in tertio loco ſit ab ho-
roſc. conſtituta, naſcentur ſerui, miſeri, apocroti, oligochronii, & infelices.

DOMINORVM NVMERVS IN SERVIS. CAP. IIII.



Vna ſi in ſecũdo, aut in quinto, aut in octauo, aut in undecimo ab horoſ.
loco fuerit inuenta, & in maſculino ſigno, dñs uero ſigni ☽, aut in humili-
tate ſua, aut in deiectis locis fuerit inuentus, ♂ uero ☽, ſuperior effecta, qua-
drata radiatione reſpiciat, ob hoc, quia ♂ à Luna in quadrato ſigno conſti-
tus eſt, qui ſic natus fuerit, quatuor duminis ſeruiet. Quod ſi inter Lunam
& ♂ alia ſtella media fuerit inuenta, ad præcedentem numerum dominus alter addetur.

Sed si ☉ in diurna genitura à ♂ recesserit, per quotcunque signa deiectus, aut loco, aut signo fuerit, tot dabit dominos. In nocturna uero genitura, quotcunque signis à ♂, uel à ♄ deiecta abfuerit ☽, ab ipso usq; ad nouissimū numerans, tot dominos inuenies, dupli cia tamen signa pro duobus dominis numerando. Si ☉ & ☽ in seruili genitura deiecti fuerint, domini uero eorum signorum, in quibus ☉ & ☽ sunt constituti, in cardinibus genituræ sint positi, aut in aliis signis, aut in humilitatibus suis potentium dominorum serui fient. Si uero ♃ hos, quos in cardinibus diximus collocatos, prospera radiatione respexerit, serui libertatē consecuti, maxima gloriæ consequentur insignia. Si ☉ & Luna, aut in anaphora sint horosc. aut in sexto ab horosc. loco, aut in octauo, aut in duodecimo, siue partiliter, siue separatim, & sint in deiectionibus suis constituti, habeántq; in eodem signo, sed in præcedētibus partibus, maleuolas stellas, debiles, & cæcos, seruos faciēt, & qui in publicis deiecti locis, uitam suam cum medicitate sustineant.

LIBERTINORVM ET LIBERORVM GENITVRAE CAP. V.



CVm ♃ aut ♄ pariter in I M C fuerit constituti, & ☉ in secūdo sit ab horosc. loco, dic patrem fuisse seruum. Sed si ♀ in I M C fuerit inuenta, & ☉ fuerit cum ♂ in tertio ab horosc. loco constitutus, similiter monstrat patrem fuisse seruum. Si autem ☉ in domo ♄ fuerit inuentus, & ♄ sit in sexto ab horosc. loco, seruum patrem fuisse ostendit. Si Luna cum ♂ æquis partibus, in alienis signis, in horosc. fuerit inuenta, sine dubitatione matrem faciet ancillam. Sed si dominus eius signi in quo ☽ fuerit inuenta, aut in humilitate sua sit, aut in deiectis locis, matrem ancillam simili ratione demonstrat. Si uero minuta lumine Luna, cum ♂ in horoscopo fuerit inuenta, & ♄ in anaphora sit horosc. matrem faciet ancillam. Sed si Luna in I M C fuerit constituta, & dominus ipsius loci in sexto ab horosc. loco inueniatur, matrem demonstrat ancillam. Si uero ☉ & ♃ in deiectis locis uideris, aut pariter, aut diuisos & unus in duodecimo ab horosc. sit loco, alius in sexto, dic patrē fuisse seruū. Sed si ☽ simili modo cū ♀, in deiectis locis uideris, aut simul positas, aut diuisas una in sexto sit ab horosc. loco, alia in duodecimo, matrem dicas ancillam. Si Luna et ♀ in occasu fuerint inuentæ, hoc est in septimo ab horosc. loco, in tropico scilicet signo, & una maleuola stella in sexto ab horosc. loco sit cōstituta, alia in octauo, nec ♃ sit in primis cardinibus, nec eos trigonica radiatione respiciat, matres demonstrat ancillas, & quibus ianuarum custodia credatur. Si ☉ & Luna in sexto ab horosc. loco fuerint inuenti, & in ipso loco dominus signi sit pariter constitutus, horum parentes & seruitutis & infelicitatis onere deprimunt. Si uero beneuolæ stellæ in cardinibus fuerint inuentæ, postera parentibus aliqua felicitas conferetur. Si ☉ & Luna in deiectis ab horosc. locis fuerint inuenti, & in cardine aliquo ♀ constitutam, ♄ diametra radiatione respiciat, aut quadrata, aut cum ea fuerit inuentus, seruos efficient. Sed si ♂ cum ♀, sic, ut diximus, fuerit, hoc idem simili ratione perficitur. Si uero ☉ & Luna in deiectis locis fuerint constituti, & maleuolæ stellæ, aut in eodem signo, aut in quo est locus fortunæ constitutus, aut in horosc. aut in cæteris cardinibus, aut in cardinū anaphoris positæ fuerint, seruos simili ratione perficient. Sed si ♄ in octauo ab horosc. loco fuerit inuentus, aut in anaphora horosc. & ☽, aut in anaphoris sit, aut in epi cataphoris, ♀ uero sit sub radiis ☉ abscon sa, aut in duodecimo sit ab horosc. loco, seruos faciet & captiuos. Si ☉ & ☽ in deiectis locis constitutis, unus de maleuolis in cardine sit partiliter collocatus, seruos efficiet Quod si iis, sic, ut diximus, collocatis, beneuolæ stellæ coniunctionē ☽ crescentis acceperint, aut si in cardine partiliter fuerint inuentæ, aut in epi cataphoris, nati serui libertatis præmia consequent̄, aut filiorū loco nutrient̄. Si ☉ & ☽ in deiectis locis nō fuerint, ♄ uero, aut ♂ in aliquo sit cardine partiliter constitutus, alius uero ex ipsis in anaphoris sit positus, & ☉ & ☽ ambo quocūq; radiatiōe respiciant, captiuos efficiēt. Quod si hos oēs, sic collocatos, bn̄uola stella, aut in cardinibus posita, aut in anaphora cardinū collocata, ꝓspera radiatiōe respiciat, ex captiuitate, ꝓspera pręsidio liberabit. Qđ si plures bn̄uolę stellę, & in superioribꝰ locis collocatę, cōiunctionē ☽ crescētis acceperint, ceteris, sic, ut diximus, cōstitutis, ad ipsa captiuitatis discrimina uenientes, liberabunt.

MONSTROSORVM FOETVVM GENITVRAE CAP. VI.


Vna ſi in cõtortis uel ferinis ſignis fuerit inuenta, hoc eſt in ♉,♋,♏, ♑, uel
♓,nec dñs eius ſigni cũ ☽ ſit partili ſocietate cõiunctus,& alia etiã maleuola
ſtella ipſam,aut diametra,aut quadrata radiatione reſpiciat,aut cũ ea ſit pari
ter cõſtituta,ſecũda uero maleuola ſtella in anaphora ſit horoſc.& dñm for
tunæ reſpiciat,quadrupedes de quadrupede naſcent̃;pręſertim ſi dñs horoſc.
& dñs fortunæ,in iis ſignis,in quibus diximus,fuerit inuentus.Si uero dñs fortunæ, aut
dñs horoſc.in humano ſigno fuerit cõſtitutus,& in ſexto ab horoſc.loco,cæteris oĩbus,
ſic,ut diximus,cõſtitutis,naſcet̃ ex homine portentũ.Si maleuolæ ſtellę in cardinibus par
tiliter fuerint collocatæ,aut in cardinum anaphoris,☉ uero et ☽,in cardinibus poſiti,dia
metra ſe radiatione percutiant,beneuolæ aũt ſtellæ,neq; in cardinibus ſint poſitæ,neq; in
anaphoris cardinũ,ſed ſub radiis ſint ☉ abſconſę,aut quadrupes naſcet̃,aut monſtrum.
Si uero ♂,aut ☉,aut ☽,aut horoſc.quadrata,uel diametra radiatiõe reſpiciat,& fuerit na
tus quadrupes,ſacrificiis publicis deſtinabit̃.Si uero cæteris,ſic,ut diximus, ordinatis, ♃
& ♀,extra cardinem poſiti,aut ☉,aut Lunam,aut horoſc.uiderint,quadrupes,quod na=
tum fuerit,aut colet̃ ab hoĩbus,aut templorũ & ſimulachrorũ conſecrationi deſtinabit̃.
Sed hæc tibi omnia,ex eo libro,qui de fine uitæ à nobis ſcriptus eſt,ex trigoni orthogo=
no manifeſtius intimant̃,illic enim trigoni orthogoni ratio,quæ à quibuſdã Græcis ob=
ſcuritatis uidet̃ ambagib⁹ inuoluta,manifeſtis & breuiſſimis interp̃tatiõibus explicata eſt.

EVNVCHORVM HERMAPHRODITORVMQVE GENIT.CA.VII

SOl & Luna ſi in femineis ſignis fuerint inuenti,aut ſimul poſiti,aut in diuerſis locis
collocati,& ♀ in feminino ſigno conſtituta,in aliquo cardine fuerit,Luna uero et ♂
in quocũq; cardine fuerint partiliter collocati,aut eunuchos,aut hermaphroditos facient.
Si uero ☉ & Luna,eadẽ qua diximus ratiõe,in maſculinis ſignis fuerit collocati,& ♀ etiã
in maſculino ſigno poſita ſit,& ſit mulieris iſta genitura,naſcentur feminę,quę uirili ani
mo ſuccinctæ,in modũ uirorũ,cũ mulieribus coire deſyderẽt.Si ♀ in ☿ domo fuerit in=
uenta,et ☿ in ♀,aut ſi hoc idẽ in finibus ſuis fecerint,☽ uero in ♍,aut in ♉,aut in ♌ poſi
ta ſit,cæteræ aũt ſtellæ maſculinæ in femineis ſint ſignis,feminæ uero in maſculinis,bifor
mes uiri,uel hermaphroditi ex hac genitura naſcent̃.Si Luna in ſterilibus ſignis fuerit in=
uenta,& cum ea ſit ♄ partiliter collocatus,♀ uero eos quacũq; radiatione reſpexerit,ſit aũt
♄ in finibus ♀,& ♀ in finibus ♄,nec ☽ ♃ aliqua radiatiõe reſpiciat,eunuchi fient.Si ue=
ro in terrenis ſignis ☽ cũ ♄ ſic fuerit,ut dixim⁹,collocata,♀ aũt cũ ♄ fines mutauerit,et ad=
ſit ſimiliter ♃ teſtimoniũ,abſciſi coitus fient eunuchi,ſed q adhuc cũ mulieribus coëant.

CORPORE VITIATORVM GENITVRAE VARIAE CAP.VIII.

SOl ſi in horoſc.fuerit inuentus,& Luna in M C maleuolæ uero ambæ ita ſint diuiſę,
ut una ☉,alia Luna anaphorã teneat,& ab iis alienæ ſint beneuolæ ſtellæ,cæcos effi
cient,aut luminibus uitiatos.Sed ſi ☽ cũ ☉ ſynodica radiatione coniuncta fuerit, & ſint
in anaphoris,aut epicataphoris cardinũ conſtituti,& ♄ & ♂ in cardinibus ſint partiliter
collocati,oculis uitiũ cęcitatis infert̃.Semp̃ aũt gñaliter,in maleuolarũ anaphora ☉ ſint,
& ☽ cõſtituti,uitiũ oculis faciũt inferri.Si ☉ & ☽ ſynodica radiatiõe cõiuncti, in cardine
aliquo fuerint inuẽti,& ♂ in eodẽ loco poſitus partili ſit ei radiatiõe cõiunctus,oculis ui=
tiũ cęcitatis infert̃. Sed ſi ☉ & ☽ in horoſc.fuerint inuẽti,et ♂ in q̃rto ab horoſc.cõſtitutus
ſit,nec beneuolæ ſtellæ ☉,☽ aliqua radiatõe reſpiciãt,oculis uitiũ infert̃.Si ☉ in horoſ.cũ
♄ partiliter fuerit inuẽtus,& eos ♂ q̃drata uel diametra radiatione reſpiciat,uitiũ oculis ſi
militer infert̃.Quod ſi hos,ſic ordinatos,beneuolę ſtellę,ex ſuperiori loco,p̃ſpera radiatio
ne reſpiciãt,aut diuinitatis pręſidio,aut medicina interueniẽte cęcitas curabit̃. Si ♄ horoſ.
dñs,ſit in octauo ab horoſc.loco poſitus,& ☽ ſit in horoſc.cõſtituta,oculos uitio ſuffu=
ſionis excęcat.Sed ſi ☉ cũ ♂,aut cũ ☿ in ſeptimo ab horoſc.loco fuerit,luſcos efficiẽt, ſed
q̃bus aliquando homicidii facinus inferat̃.Si ☉ in aliquo cardine partiliter fuerit colloca
tus,& ♄ aut ♂ in eius anaphora ſit poſitus,dexter oculus uitiabitur.Si uero ☽ in cardine
fuerit collocata,& in eius anaphora ♄,aut ♂ fuerit,ſiniſter oculus hoc idẽ patietur.Si ue=
ro ☉

to ☉ & Luna pariter conſtituti, in cardine fuerint inuenti, aut in diuerſis cardinibus collocati, diametra ſe, uel quadrata radiatione reſpiciant, & utriuſq; anaphoras maleuolæ poſſideant, in utriſq; oculis uitium cæcitatis infertur. Si uero iis, ſic, ut diximus, collocatis, Ioue ♄, uel ♂ de ſuperiori loco reſpiciat, gladiatores efficient, ſed qui damnati ad hoc exitium transferãtur. Si ♂ in cardine aliquo partiliter fuerit collocatus, & ♄ aut in eius ſit anaphora, aut in alio cardine poſitus, & ambo Luna quadrata, uel diametra radiatione reſpiciãt, aut ſi cum ipſis, in eodem ſigno, æquata ſit partium ſocietate coniũcta, aut claudi, aut paralytici fiẽt. Sed ſi ♄ in cardine ſit aliquo cõſtitutus, ♂ uero in anaphora eius poſitus ſit, ☽ aut ♂ uel ♄ uideat, hoc idem ſimili ratione perficiunt, aut em̃ ex alto, aut ex quadrupede deiecti, aut huſcemodi diſcriminibus implicati, corporũ ſuorũ damna patiuntur.

FILIORVM CVM PATRIBVS DISSIDENTIVM GENITVRAE CAP. IX.



SI in genitura ♂, aut ♄ in quarto ab horoſc. loco fuerit inuentus, ☉ uero in octauo, aut filius alienabitur à patre, aut iurgia habebunt gratia ſimultatũ. Sed ſi ♂ in anaphora horoſ. fuerit inuentus, aut in anaphora MC, hoc idẽ ſimili ratione perficitur. Sed ſi ♂ in horoſc. uel in MC partiliter fuerit inuentus, ☉ uero in occaſu, aut in IMC fuerit conſtitutus, hoc idem etiam efficietur. Si uero hæc ſemota maleuolarum, quæ diximus, cum Luna fuerint, inter matrem & filios inimicitiarũ iurgia concitantur, præſertim ſi ſic Lunã ♄ reſpexerit. Sed quicũq; in diurna genitura ☉ in finibus ♂ habuerit, in nocturna uero ♄ & ☉ quidem per diem ♂, per noctẽ uero ♄ quadrata, aut diametra radiatione reſpexerit, nec hoc beneuolarũ ſtellarũ radius mitigarit, patres ſuos filii interficient, ſi uero ☽ ſic fuerit inuenta, matres. Si ☉ in maleuolarum ſtellarũ finibus, aut domibus conſtitutus, in ſexto, uel in xii loco ſit ab horoſc. collocatus, & eũ ſic poſitũ, maleuola ſtella quadrata, uel diametra radiatione reſpiciat, filios faciet à patribus ſuis exhæredari. Si uero ☉ ſic poſitum beneuola ſtella ex aliqua parte reſpexerit, paternę animaduerſionis ſęueritas mitigatur. Si aũt ☉ in horoſc. anaphora, uel in octauo ab horoſc. loco fuerit inuentus, non quidem exhæredabitur à patre, ſed paternam faciet ſubſtantiã quolibet genere diſſipari. Si uero ſic, ut diximus, ☉ poſitum beneuolæ ſtellę reſpexerint, pauca de paternis facultatibus interibũt, hoc idẽ in matribus, uel in maternis patrimoniis ☽ perficiet. Hoc aũt amplius, ſi ſic ☽ ſit in genitura poſita, aut xv, aut xvii partem in tropico ſigno tenens, & eã maleuolæ ſtellæ quadrata, uel diametra radiatione reſpiciant, materna ſubſtantia diſſipatur. Si uero ſic poſitã ☽ beneuolæ ſtellæ quacunq; radiatione reſpexerint, aliquid etiam de maternis facultatibus reſeruat̃. Sed ſi ☉ & ♂ ſimul in aliquo cardine fuerint, in tropico ſigno, paternas facultates faciunt diſſipari. Si uero hos ſic poſitos beneuola ſtella reſpexerit, aliquid ex paternis facultatibus reſeruat̃, & hoc idem ſimiliter in materna genitura, ſic poſita ☽ perficiet.

PARENTVM MORTIS TEMPVS ET CONDITIO CAP. X.



IN cuiuſcunq; genitura ☉ male fuerit collocatus, uel ſigni eius dominus, in quo ☉ fuerit inuentus, pater prior interibit. Si uero ☽ hoc paſſa fuerit mater. Quod autem dicimus, tale eſt. Si horoſc. In ♉, ☉ autem in ♒ fuerit inuentus, & ♄ in ♓, uel in quadratis ſignis ♓ uitiatus eſt dominus ſigni ☉, hoc eſt ♄, ac propter hoc pater iſtius genituræ prior interibit, quia ☉ in uitiati et maleuoli interfectoris locũ cecidit. Hoc autem ſi ☽ contigerit, matrẽ primam dicimus interire. Si uero iis ſic, ut diximus, ordinatis, & ♂ Saturnum quadrata radiatiõe reſpiciat, pater biothanatus, iuſſu uel ira principis interibit. Si autem iis ſic, ut diximus, ordinatis, ♃ in cardinibus fuerit inuentus, patris infortunia mitigantur, præſertim ſi in diurna genitura ☉ reſpiciat, in nocturna uero ☽, hoc em̃, quod diximus, ſi in nocturna genitura ☽ paſſa fuerit, mater ſimiliter interibit, ſed tunc hęc mala fortius cõualeſcũt, ſi iis ſic, ut diximus, ordinatis, beneuolæ ſtellæ aut in deiectis locis fuerint, aut ſub radiis ☉ abſconſæ. Si ☉ in cardine aliquo cõſtitutũ, aut diametra, aut q̃drata ♂ radiatiõe reſpiciat, aut fuerit, in

eodem

eodem ſigno, æquata partis ſocietate compoſitus, pater iuſſu principis, biothanatus inter-
ibit. Si uero ſic ☉ ordinato, eadem ♄, qua ♂ fuerit radiatione coniunctus, aut in aqua pa-
ter, aut ex humoribus interibit, ſeu ueneno. Si autẽ ☉ in anaphora horoſc. fuerit inuen-
tus, & ♂ eum quadrata radiatione reſpiciat, ſanguinem reiectans pater interibit. Sed ſi in
ſexto ab horoſc. loco ☉ fuerit inuentus, aut in tertio, aut in duodecimo, & eũ maleuo-
læ ſtellæ quadrata radiatiõe reſpiciant, aut cũ eo fuerint inuentæ, patri malæ mortis exitiũ
infertur. Si uero ☉ ſic (ut diximus) ordinatum, ♄ per quadratum radius aſpexerit, aut ſi
cum eo fuerit inuentus, abſconſis pater & latentibus ægritudinibus interibit, ut diſente-
ria, ſintexi, & cæteris huiuſcemodi. Si autem ☉ in occaſu fuerit inuentus, & ♂ & ♄ in
I M C, hoc idem patri ſimili ratione minantur. Si uero ☽ ſic, ut de ☉ diximus, fuerit or-
dinata, & hac ſit maleuolarum ſtellarum radiatione pulſata, ſimilia mater patietur exi-
tia. Sed in iis omnibus mixturis, beneuolarum ſtellarum radiationes, deiectionis debe-
mus ratione colligere, nam ♃ & ♀, cæteris ſic (ut diximus) ordinatis, ſi in cardinibus po-
ſiti, aut in opportunis genituræ locis, ☉ proſpera radiatione reſpexerint, præcedẽs patris
infortunium mitigatur, ſi matris. Si uero opitulante beneuola ſtella, & ſic (ut diximus)
poſita, dominus eius ſigni, in quo eſt beneuola ſtella collocata, cũ maleuolis ſtellis, uel
cum ☉ fuerit inuentus, in præcedenti ſcilicet deiectione, qua diximus, infortunia prædi-
cta circa patrem uel matrem potius conualeſcunt. Sed frequenter cum temporalis ♃ ad
♂ genituram uenerit, uel ſi eum quadrata radiatione uiderit, patri mortem afferet, hoc
idem ♄ temporalis faciet, ſi ☉ in genitura poſitum, quadrata, aut diametra radiatione re-
ſpiciat. Si uero hoc lunæ ♄ fecerit temporalis, mater morietur, ſed hoc non ſemper, cum
autem temporis ratio exegerit, ſecundũ ſtellarum dominia, de quibus ante tractauimus.
Si autem uere ac partiliter hoc uolueris inuenire, quod multis eſt abſcõſum, & maxime
comprobatum, ſi fuerit diurna genitura, computa à ☉ uſq; ad ☽, omnia ſigna, quæ ſunt
ad ordinem poſita, & quantuſcũq; ſignorũ numerus collectus fuerit, tantum rurſus ab
horoſc. computa, & ſi ultimi ſigni numerus in maſculino ſigno fuerit inuentus, pater
prior interibit. Si uero in feminino mater. In nocte autẽ hoc idem immutata ratione col-
ligitur. Si itaq; fuerit nocturna genitura, à ☽ inchoans, uſq; ad ☉ computa, omnia ſimili-
ter ſigna, quæ ſunt per ordinem poſita, & quantuſcunq; fuerit ſignorum numerus, tan-
tum ab horoſc. inchoans numera, & ſi in feminino ſigno nouiſſimus numerus fuerit
inuentus, pater prior interibit, ſi uero in maſculino, mater, aliter enim diurna, aliter no-
cturna genitura mõſtrat. Sed ſi ☉ & ☽ in in maſculinis ſignis fuerint inuenti, & horoſc.
in ſigno maſculino conſtitutum, aut ☿, aut ♂, aut ♄ teneat, pater prior interibit. Si uero
☉, & Luna & horoſc. ſimiliter in femininis ſint ſignis conſtituti, & ♂, aut ♄ in M C fue-
rit inuentus, mater prior interibit. Sed hoc, & à nobis & à pluribus improbatur, illud ue-
ro, quod ex præcedenti computatione colligitur, mortem ueris rationibus oſtendit.

ORBORVM FILIORVM NATALIA GENITVRAEQVE CA. XI.



Vm ſeptimus ab horoſc. locus in duplici ſigno fuerit inuentus, ſed duplici-
bus ſignis etiam ♎ addatur, ♀ uero in quocunq; cardine fuerit inuenta, ſe-
paratis diſſidio parentibus, ſoli filii relinquentur. Sed ſi duplex ſignum ſi-
militer in occaſu fuerit, & horoſc. in duplici, ♄ uero ſit in aliquo cardine cõ-
ſtitutus, ☉ autem & ☽ in maleuolarum ſtellarum ſignis collocati, in deie-
ctis ſint locis ab horoſc. poſiti, ambo parentes citis mortibus interibunt. Si uero ☉ ſolus,
ſic (ut diximus) poſitus fuerit, ſolus pater interibit, ſi autem ☽ mater. Sed hi caſus uſque ad
decimum quintum, & decimum ſextum annum inueniuntur, intra enim hoc tempus
ſic ordinatæ ſtellæ (ut diximus) parentum nobis mortes enunciant. Inuenies autem mor-
tium tempus, cum ♄ temporalis ad hæc loca peruenerit, quæ in præcedẽti demonſtratio-
ne ſignauimus. Sed ſi in duplicibꝰ ſignis cardines fuerint, & ☉ et ☽ in occaſu, uel in M C
fuerint, dñs etiam genituræ, aut in occaſu ſit, aut in I M C, parentes in prima filiorũ ætate
moriunt̃. Si M C, in ſigno ♂ fuerit inuentũ, mater eius genituræ duos maritos ſortiet̃, ita

ut hic

bit hic de secundo sit marito natus. Si uero in feminino de secunda nascetur uxore, præsertim si in duplicibus uel tropicis signis fuerit.

ADOPTIVORVM FILIORVM GENITVRAE CAP. XII.

Venus si in ♊ fuerit inuenta, aut in trigonis geminorum signis, aut in ♊, aut in ♉ faciet adoptari, sed in ♊ & in ♉, etiam si non fuerit in cardinibus, hoc faciet. In cæteris autem, quibus diximus, tunc cum cardinaliter fuerit inuenta, natos faciet adoptari.

FRATRVM CVIVSQVE NATI NVMERVS CAP. XIII.

Computa à ♄ ad ♃, & tantundem ab horosc. & in quodcunq; signum nouissimus uenerit numerus, ipsum tibi signum numerum fraternitatis ostendit. Si autem hunc locum maleuolæ uiderint, fratres interibunt, aut capitales inimicos acquirent, si beneuolæ, augebuntur. Sed si ♄ partiliter in horoscopo fuerit inuentus, & ipsæ partes sint ♄, intra iuuenilis ætatis annos, oēs fratres interibunt. Alii à ☿ numerant ad ☉, & tantundem ab horosc. et sic locum fratrum definiunt, cætera de ipso loco simili ratione dicentes, habet etiam hic tractatus in apotelesmatis efficaciam.

INCESTORVM NATALIA SEV GENITVRAE CAP. XIIII.

In uiri genitura, à ♄ ad ♀ numera, si sit diurna, & tantundem ab horosc. in nocturna uero econtra, & hoc tibi signum (ut frequenter diximus) locū demonstrat uxoris. Rursus locum fratrum à ♄ ad ♃ computa, & tantundem ab horosc. Si itaque locus coniugis, sic partiliter constitutus, in locum fratrum ceciderit, sic (ut diximus) computatum, hi sorores, aut affines suas sortient uxores, similiter in mulierū genitura reperies. Sed si ♀ cū dño geniturę in eodē signo pariter fuerint inuenti, aut sorores, aut affines decernit uxores. Sed si locus coniugis, partiliter cōputatus, in maternis signis uel paternis, & ipsis tamen partili ratione collectis, fuerit inuentus, aut matres, aut nouercas, aut nutrices decernit uxores. Similiter & in mulierum genitura reperies, præsertim si hæc eadem loca ♂, ♀ Mercuriusue respexerint. Et quia de incestis nuptiis loqui cœpimus, prætermissis cæteris, hæc retractentur. Si in genitura ♄ in ♃ signo, uel finibus fuerit inuentus, ♃ uero & ♀ in ♄, hos autem sic positos, ♂ & ☽ quadrata radiotione respexerint, hi coibunt, aut cum matribus, aut cum nouercis. Si uero ☿ iis fuerit adiunctus, aut cū filiis, uel filiabus, aut cum priuignis coibunt. Sed si ☽ cū ☉, ♄ & ♂ in domo ♄ fuerit inuenta, aut cum matre, aut cum nouerca, aut cum patre latenter coibunt. Si uero hi omnes, sic (ut diximus) fuerint in semptimo ab horosc. loco inuenti, post mortem patris, matrem suam hic sortietur uxorem, aut post mortem matris, filia hoc idem faciet cum patre. Si uero ☿ cum iis fuerit inuentus, mulieres filios suos, uiri autem filias suas sortiuntur uxores, sed si ☽ in nouissimis ♋ partibus constituta, ad ♃ feratur, aut in ♄ sit domo, ♀ uero inueniatur similiter in domo ♄, & ♄ in domo ♀, hoc idem simili ratione perficitur. Si ♀ cum ♂ in sexto ab horosc. loco fuerit inuenta, & uiros adulteros, & mulieres adulteras faciet. Si uero in domo ♄ constituti, & cum ipso ♄ in eodem signo partili societate coniuncti, in septimo sint ab horosc. loco, in mulierum quidem genitura, publicas meretrices faciunt, in uirorum autem natalibus hoc decernitur, ut aut meretrices habeant uxores, aut cum cinædis publicis, impura libidinis cupiditate iungantur, sintq; Socratici pædicones.

PAEDICONVM NATALIA SEV GENITVRAE CAP. XV.

Mercurius & ♂ partiliter in horosc. constituti, pariter puerorū amatores efficient, fortius tamen hanc libidinem conualescere facient, si in alienis domibus fuerint collocati. Sed si ♀ in domo ☿ fuerit posita, ☿ uero male sit in genitura constitutus, ad puerorum concubitus, amore præpostero semper impellunt. Sed ut hoc manifestius intelligatur, cum ♀ in domo ☿ fuerit, si ☿ in I M C sit collocatus, aut in occasu, aut in octauo ab horosc. loco, aut in sexto, aut in duodecimo, aut in anaphora horosc. aut in deiectionibus suis, hoc est, in quibus

humiliatur

humiliatur locis, tunc hoc quod diximus, complebit. Si locus coniugis, partiliter compu tatus, in domū ♄ ceciderit, ☿ uero in cardine cōſtitutus, ſi in maſculino ſigno fuerit, pue- rorum amatores efficiet, ſed tales qui nunquam feminarum coitus uelint, ſaltem cupidi- tate deſyderare. Sed ſi ♂ & ♀ domicilia ſua mutauerint, ut ſcilicet in ☿ domo ♂ ſit, in ♂ ☿, puerorum amatores efficient, præſertim ſi ſic poſiti, in deiecto ab horoſc. loco fuerint conſtituti. Si autem ☿ in domo ♂ fuerit, & ♂ eum quadrata uel diametra radiatione re- ſpiciat, puerorum amatores reddit, ♂ ſimiliter in domo ☿ ſi fuerit inuentus, & eū ☿ qua- drata uel diametra radiatione reſpiciat, hoc libidinis uitium ſimili poteſtate decernit. Si ue ro ☽ in domo uel finibus ☿, ☿ uero in domo ☽ fuerit inuentus, pædicones efficiet.

CINAEDORVM IMPVRORVM STERILIVM- QVE GENITVRAE CAP. XVI.



Ercurius & ♀ ſi pariter in xix ♉ parer ſint poſiti, impuros ore perficient. Sed ſi ♀ & ☽ cuiuſcunꝗ ſigni triceſimam partem tenuerint, & per quadratum ſe diametrumꝗ reſpiciant, hæc eadem uitia, ſed latenter facient exerceri. Si uero domini eorum ſignorum, in quibus ☾ & ♀ triceſimam partem poſſi dent, hæc eadem ſigna qualibet radiatione reſpexerint, talia uitia ſine cura pudoris, publice faciēt exerceri. Si ♂ & ♀ in matutino ortu collocati, in maſculino ſimul fuerint inuenti, mulieres uiragines, ſteriles ꝗ perficient, in uirorum uero genituris, ſi in fe- mininis ſignis, in ueſpertino ortu ſimul fuerint collocati, & eos ♄ quacūꝗ radiatione re- ſpexerit, cinædos efficient, templorum cantibus ſeruientes. Si uero in ♈ uel ♑ ſtellarū fue- rit iſta coniunctio, eadem libidinum uitia decernuntur. Sed ſi ♀ diametra uel quadrata ra diatione reſpexerint, & iis omnibus ♃ teſtimonium denegetur, in femininis quidem ma la podicis pronūciant, in uirorum uero genitura, gallos, abſciſos, & cinædos. Si Luna ♄ diametra radiatione reſpiciat, ♂ uero ita ſit poſitus, ut eos de quadrato, ♀ uero de diame- tro uideat, & omnes ii incōmutatis domibus exiſtant, mulieres quidem ſteriles, uiraginés que perficient, mares autem cinædos. Sed ſi ♄ cum ☽ in uno ſigno poſitus, in eadem par- te fuerit collocatus, cinædos, efficiet, ☽ quoꝗ & ♀ in eadem parte poſitæ, cinædos facient, ♀ item & ☉, in octauo ab horoſc. loco poſiti, cinædos reddunt. Sed ſi ☿ & ♀ in maleuo- larum ſtellarum ſint domibus collocati, ♂ uero & ♄ ſint in ♀ domo, hoc idem ſimili ra tione perficient. Sed ut hoc melius poſſis partili ratione colligere, breuiter oſtēdam. Com- puta à ☽ ad ♀, & tantundem ab horoſc. & ſi in femininum ſignum numerus ceciderit, et ☽ ſit in feminino ſigno conſtituta, à parte xxv uſꝗ ad xxx maſculos cinædos inuenies, ſed qui hoc uitium latenter exerceant, feminas uero ſimili ratione meretrices. Sed exiſtente ſic præcedente numero, à ♀ ad ☽ computa, & tantundem ab horoſc. & ſi numerus in femi- ninum ſignum ceciderit, dic uiros in iſtis libidinibus eſſe deiectos, hoc idem & in mulie ribus pronūciabis. Et ſi duobus iis numeris, ſic, ut diximus, conſtitutis, ☽ & ♀ in femini nis ſignis poſitæ, in nouiſſimis ſint ſignorum partibus collocatæ, ac præcedentibus in ui ris numeris in femineis ſignis inuentis, infames cum publica nota perficiunt. Si uero nō fuerit ♀ cum ☽, ſed in ueſpertino ortu conſtituta, & in feminei ſigni nouiſſimis partibus collocata, ☽ etiam in nouiſſimis ſigni partibus poſitam, quadrata radiatiōe reſpexerit, ma res cinædos, mulieres uero meretrices efficiet, ſed qui has libidines latenter ſemper exerceāt. Si uero ex præcedenti numero feminina inueneris ſigna, & iis ſic (ut diximus) exiſtētibus ♄ in feminino ſignum conſtitutū, ☽ uel ♀ quadrata radiatiōe reſpexerit, deformes faciēt, pauperésꝗ cinædos. Si uero omnibus ſic (ut diximus) ordinatis, ♂ cum ♄ fuerit inuētus gallos faciet & abſciſos. Si autem iis (ut diximus) poſitis, & utroꝗ numero partili ratione collecto, ♀ in nouiſſimis ſigni partibus conſtituta, ♄, Martemꝗ reſpiciat, cinædos felices efficiet, quibus templorum officia credātur, aut nobiles mulieres meretricum faciet uitiis implicari. Si ♂, ☿, ☽ & ♀ in tropicis ſignis, aut ſimul fuerint, aut quadrata ſe radiatiōe re- ſpexerint, meretrices efficient, ſed earum ſtudia ex ſignorum uarietate mutantur. Si enim in femineis ſignis, ſic (ut diximus) fuerint inuenti, meretrices efficient, ſi uero in maſculi-

nis, uiragi

nis, uiragines. Si ☽ cum ♂ & ♀ in horoſc. fuerit inuenta, & ☉ ſit in xii ab horoſc. loco poſitus, horoſc. uero ♄ quadrata uel diametra radiatione reſpiciat, gallos faciet, abſciſos, et cinædos, & eo magis, ſi in iis omnibus ♃ teſtimonium defuerit. Si ♀ & ♄ aut ſimul fuerint, aut ſe quadrata radiatione reſpexerint, aut ſint ſub radiis ☉ abſconſi, & ☽ ſit in feminino ſigno poſita, horoſc. in feminino ſigno collocato, latentes cinædos efficiũt. Si uero ♄ & ♀ in matutino ortu fuerint collocati, faciunt in iſta libidinum labe publicari. Si autem ♂ in ueſpertino ortu poſitus, quadrata illos uel diametra radiatione reſpexerit, publicos cinædos efficiet. Si uero iis omĩbus, ſic, ut diximus, ordinatis, ♂ in cardinibus fuerit inuentus, gallos faciet & abſciſos, ſed ſi fuerit fememinina genitura, & hæ omnes ſtellæ, ſic, ut diximus, fuerint in maſculinis ſignis collocatæ, libidinoſam uiraginem facient. Generaliter autem, ſi Luna & ☉, & horoſc. in ♑, uel ♈, uel in ♉, uel in ♌ fuerint, ita ut in facie eorundem ſignorum ſint, aut in dorſo, omnium libidinũ impuritates, cum extrema corporis effœminatione decernunt. In omni uero genitura, ſi ☽ in cauda ♌ fuerit inuenta, cinædos efficiet, matris deorum cyppaphapis ſeruientes. Si uero in facie ♌ ♑, uel ♈, uel ♉, Luna fuerit inuenta, & feminas & uiros ad omnia impuritatis uitia præcipitabit. Si autem in iis ſignis ☽ conſtitutam, ♄ & ♀ ſimul poſiti, in ſeptimo genituræ loco, quadrata radiatione reſpexerint, publicos cinædos efficient. Si uero iis ſe ♂ quacunq; radiatione coniunxerit, publicos reddent cinædos, ♀ quoq; in ♉, & in ♍, & in ♑, ſi ♂ & in ♄ qualibet radiatione reſpexerit, cinædos ſimili ratione perficiet. Si in nocturna genitura, ☽ in duodecimo, uel in ſexto ab horoſc. loco fuerit inuenta, in diurna uero Sol in iiſdem locis fuerit collocatus, & ſi quidem ☽ in nocturna in finibus ♀, Sol uero in diurna, in eiſdem finibus poſitus fuerit, ♀ autem in ſeptimo ab horoſc. loco, aut in I M C fuerit conſtituta, & in ſuis finibus, cinædi naſcentur. Quod ſi hos ſic, ut diximus, collocatos, ♂ quadrata uel diametra radiatione reſpexerit, gallos faciet, & abſciſos. In omnibus tamen iis, ♃ teſtimonium quære, nam ſi decreta fuerint hæc uitia, ex parte aliqua, aut mitigãtur, aut celantur. Hunc autem omnium tibi libinium locum partiliter intimabo, ut earũ uitia ueris poſſis rationibus inuenire. Computa igitur à Luna uſq; ad ♄, & quantuſcunq; ſignorum numerus fuerit inuentus, tantum rurſus ab horoſc. computabis, & in quodcunq; ſignum nouiſſimus uenerit numerus, ipſum tibi ſignum, uitiorum, ac libidinum locum oſtendet. Si itaq; ſignum femininum fuerit, in quod libidinis locus partiliter ceciderit, & maleuola ſtella hunc eundem locum quadrata, uel diametra radiatione reſpexerit, ♀ uero fuerit in aliquo cardine collocata, cinędi naſcentnr, ſed latentes. Si uero locus libidinum, partili ratione collectus, in deiectis ab horoſc. locis fuerit inuentus, & in ſigno feminino, omni faciet impuritatis labe pollutos. Si uero in hoc loco, ut diximus, fuerit conſtituta ☽, aut in primis partibus ♓, aut ♑, aut ♌, aut in ♉ nouiſſimis, impuris faciet libidinum uitiis implicari. Si autem loco libidinum, in deiectis locis conſtituto, & maleuolarũ ſtellarũ teſtimoniis pulſato, in deiectis ab horoſc. locis, uel in maleuolarum ſtellarum ſignis, uel in humilitatibus ſuis, ☉ & ☽ fuerint inuenti, cinædos publicos facient, omnium libidinum impuris uitiis implicatos. Fortius autem hæc conualeſcunt, ſi libidinis locus, aut in ♑, aut in ♉, aut in ♈ fuerit inuentus. Si ♀ domina genituræ fuerit inuenta, & habens dominium in ea, cum ♂ ſit pariter collocata, in feminino ſigno, & in deiectis ab horoſc. locis, ♄ uero, in maſculino ſigno poſitus, horum quidem trigonos de quadrato reſpexerit, & maxime in ſuis ſignis uel partibus collocatus, ☽ quoq; ſit in deiectis lõcis poſita, cinædi naſcentur. Si ☽, ♀, & ♄, in femineis ſignis fuerint collocati, & in deiectis ab horoſc. locis, & ſint aut ſimul, aut quadrati, publicos cinædos efficiunt. Si uero unus ex iis omĩbus bene fuerit collocatus, faciet homines, latenter hæc uitia exercentes. Si ♀, et ♄, in feminino ſigno conſtituti, in ſeptimo ſint ab horoſc, loco poſiti, ☉ uero, ♃ & ☽, & ♂, in deiectis ſint ab horoſc. locis conſtituti, ſine dubitatione cinædos efficient. Si uero iis omnibus, ſic ut diximus, conſtitutis, ♃ ſolus in primis cardinibus fuerit inuentus, cinædos efficiet, ſed quibus regalium munerum officia credantur. Si uero ſic omnibus, ut diximus, poſitis, ☽

in primis cardinibus fuerit posita, cinædos diuites faciet. Si ♀ & ♂ in tropicis signis positi, quadrata se, uel diametra radiatione respexerint, in femineis scilicet signis positi, cinædos efficient, sed qui latenter his uitiis implicentur. Si uero in statione constituti, sine ♃ testimonio hæc, quæ diximus, signa possederint, mulieres quidem meretrices prostitutas, uiros uero publicos cinædos efficient, qui sine ullo pudore prostituantur.

VXORVM MARITORVMVE NVMERVS CAP. XVII.



IN omnibus genituris, si ♀ in duplicibus, uel in tropicis signis fuerit inuenta, & dñi eorum signorũ, in quibus fuerit, similiter in duplicibus signis, uel tropicis positi fuerit, uiris quidẽ plurimas uxores, mulierib⁹ uero plures maritos decernunt. Si uero ♀ neq; in tropicis, neq; in duplicibus signis constitutam, ☽ similiter aspiciat, uiro quidem una uxor, mulieri uero unus maritus decernitˉ. Si aũt in tropicis signis, uel duplicibus ♀ posita, ☽ uiderit, uiris plurimas uxores, mulieribus uero plurimos maritos decernit. In oĩbus itidẽ genituris, si ♄ cũ ♀ in eodẽ signo fuerit inuẽtus, si ♄ plures habuerit partes, unã decernit uxorẽ, si ♀ plurimas. Hoc idẽ & in mulierum genituris inuenies, ♀ in occasu constituta, ab aliis stupratam dabit uxorem, aut sine tabulis matrimonialibus coibũt. Si uero eam ♂ uiderit, adulterio uxores cognitas sortientur. Si autem sic ♀ ordinata, in ♉ uel in ♎ fuerit, ingenuas uxores dabit, in cæteris uero signis ignobiles. Si ♀ in M C fuerit inuenta, & eam ☽ trigonica radiatione respiciat, habeatq; etiam cæterarum stellarum testimonia, unam decernit uxorem. Si uero in alio quocunq; signo fuerit inuenta, computa ab ipsa ♀, usq; ad illud signum, in quo partiliter locus coniugis inueniatur, quotcunq; fuerint signa à ♀ usq; ad signum cõiugii, tot decernuntur uxores Sic & in femineis genituris, de maritis inuenies. Rationem hanc aliqui probant, à nobis uero, ut fateamur, minime probatur.

CONIVGATORVM ADINVICEM AFFECTVS CAP. XVIII.



SI locus uxoris partiliter inuentus, ea scilicet ratione, quam in præcedenti libro monstrauimus, si in ♃ signo fuerit inuentus, erit uir ab omnibus libidinum illecebris separatus. Si uero hunc eundem locum, in ♃ signo positum, ipse ♃ uiderit, aut in ipso loco fuerit inuentus, fortius pudicitiæ gratia conualescit. Si autem in ♄ domo fuerit, libidinosos efficiet, sed si hunc locũ ♄ uiderit, uiros circa mulieres suas reddit austeros. Quod si in ♂ signo fuerit inuentus, & ♂ aut ♃ hunc eundem locũ respiciat, aut unus ex iis in ipso loco sit, alius uero hunc eundem respiciat, uiros faciet uxores suas fido diligere semper affectu. Si uero in ☿ signo hic locus fuerit inuentus, & ☿ ipsum locum uiderit, aut ibi fuerit constitutus, passiuos amatores faciet, ☉ regios, ☽ gratos & amabiles. Si ☽ cum ♂ in domo ♂ fuerit inuenta, & hos ♄ diametra, uel quadrata radiatiõe respiciat, homines faciet sine uxore, sine filiis, & phthisicos. Si ♃ cum ♀ in occasu fuerit inuentus, uiri libenter cum maribus, mulieres uero cũ senibus coibunt. Si autem in horosc. sic fuerint inuenti, uiri cum minoribus, mulieres uero cum iuuenibus libentius coibunt.


SPONSALIVM SEV NVPTIARVM TEMPORA CAP. XIX.



CVm locum coniugis partiliter inueneris, si dominus ipsius signi in eodem signo fuerit inuentus, completis primis annis ipsius signi, nuptiæ decernuntur. Si uero dominus signi ita sit collocatus, ut loci coniugis signũ nulla radiatione respiciat, sed alia stella in ipso signo sit posita, cõpletis primis tẽporibus eius stellæ, nuptiæ decernunt. Si uero nulla in ipso signo fuerit collocata, post anaphoram ipsius signi, uxor decernitur. Sed est alia ratio subtilior partili ratione composita. Computa omniũ stellarum substantiam, & ex toto numero unam facito summam, & hanc ab eo signo inchoans in quo locus coniugis partiliter fuerit inuentus cæteris signis diuidas, ita ut singulis des triginta partes, & in quodcũq; signum nouissimus numerus uenerit, cũ ad ipsum signũ ♃ applicuerit, tunc nuptiæ decernuntur. quod quia aliquantulum obscurum est, hoc idem tibi rursus per exemplum manifestius intimabo

mabo. Computa ☉ partes xix, ☽ xxv, ♄ xxx, ♂ xv, ♃ xii, ♀ viii, ☿ xx qui omnis computus cxxix partes facit, hunc ergo omnem numerum ab ea ſigni parte computabis, in quo coniugis locus fuerit partiliter inuentus, ſingulis in ordine ſequentibus ſignis triginta partes deputando, & in quodcunq; ſignum nouiſſimus numerus uenerit, eũ nota locũ. Deinde ſolerti inquiſitione perquiras, quando ♃ ab eo loco, in quo geniture tempore fuerit, ad hunc nouiſſimũ partium locum uenerit, tunc enim ſponſalia uera decernuntur.

VXORVM SVARVM INTERFECTORVM GENITVRAE CAP. XX.



I ♀ in domo ♂ & eius finibus fuerit inuenta, & ♂ in domo ♀, uel eius finibus fuerit collocatus, ac ☽ in ſuis ſignis uel finibus poſitam, & luminibus plenam, diametra radiatione reſpexerit, uxores proprias ſuis manibus interimunt mariti. Si uero in mulieris genitura, ♂ in domo ſua uel partibus poſitus, in MC fuerit inuentus, & ♀ diametra radiatione reſpexerit, mariti ab uxoribus interfecti, peribũt. Sed hæc oĩa ♃ teſtimonio mitigant, ac in melius deducunt.

LITERARVM EXPERTIVM GENITVRAE CAP. XXI.

SI ☉ & ☿ ſimul fuerint collocati, ita ut in uno ſigno poſiti, æquata partium ſocietate iungantur, nec eos ☽ aliqua radiatione reſpiciat, aut certe non ſit in horoſc. conſtituta, literarum facient expertes, rudiſſimóſque.

GLADIATORVM VEL ATHLETARVM GENITVRAE CAP. XXII.



Vpiter in finibus ♂ poſitus, in quocunq; ſit ſigno, & ♂ in finibus ♃, ſi in cardinibus collocati, quadrata ſe, uel diametra radiatione reſpexerint, & ſit diurna, Sol uero ſit in deiectis ab horoſcopo locis ☽ autem ſimiliter in nocturna genitura, celebres gladiatores naſcentur. Si ♂ in finibus ☿ fuerit inuentus, in quocunque ſit ſigno, & ☿ ſimiliter in finibus ♂, ♀ uero hos ambos quacunque radiatione reſpiciat, athletæ naſcentur. Si uero ii fuerint in cardinibus collocati, athletæ naſcentur, in omni certaminum conflictatione uictores. Si autem ☿ & ♂ teſtimonium affuerit, palæſtritæ naſcentur, uel athletarum magiſtri, ſed qui nunq̃ certaminibus ſe cõmittant. Si uero ♂ in ☿ finibus cõſtituto, & ☿ rurſus in ♂ finibus, ♃ & ♀ teſtimonium, quacũq; radiationis ſocietate cõferatur, ac ei ſola ♀ teſtimonium cõmodet, curſores efficiet. Sed hæc fortius conualeſcunt, ſi locus fortunæ, & locus actus, inuentus in cardine, præcedenti ſtellarum ſocietati iungatur.

CAVSIDICORVM SEV ORATORVM GENITVRAE CA. XXIII.

ſ I ☿ in finibus ſuis fuerit inuentus, aut in finibus ♂, & ſit in deiectis locis cõſtitutus, ac eum ♂ in domo ☿, uel finibus eius collocati, quacunq; radiatione reſpexerit, cauſidicos, oratoréſq; perficiet. Si uero ☿ ſic, ut diximus, poſitus in diurna genitura, non ſit in deiectis locis, & eum ♂, in cardinibus poſitus, & in iis, in quibus diximus, partibus, proſpera radiatione reſpexerit, magnos oratores, celebreſq; perficiet.

MEDICORVM PODALYRIORVM GENITVRAE CAP. XXIIII.

MArs & ♀ ſi partiliter iuncti, aut quadrata ſe radiatione reſpexerint, inſpicientes locũ, in quo actus fuerit inuentus, medici naſcentur. Si uero fines ſuos mutauerint, ita ut ſit ♂ in finibus ♀, et ♀ in finibus ♂, & iis proſperum ☿ teſtimonium accedat, ingenioſi medici naſcentur. Si uero non ſit illis ☿ adiunctus, coqui erunt.

CALLIOPICORVM MVSICORVM GENITVRAE CAP. XXV.



Ercurius cũ ♀ cõſtitutus, ſiue per diem, ſiue per noctẽ, ſi aut in ſuis, aut in ♀ finibus fuerit inuentus, mũſicos faciet, organa dulci modulatiõe tractantes. Sed ſi nõ fuerint ſimul poſiti, & ſit ☿ in finibus ♀, ♀ uero in finibus ☿, hoc idẽ ſimili ratione perficient. Si uero ♀ in finibus ☿ fuerit, & ☿ in alieno ſigno, uel in alienis fuerit partibus collocatus, habebunt quidẽ muſicæ uocis ſonũ

cis sonum, sed erunt ignobili quadam humilitate proiecti. In omnibus autem actibus, quære fortunæ locum, deinde actus, & quis locus in fortunæ anaphora inueniatur, & cū actus locum inueneris, uide, dñs ipsius signi in quo sit loco cōstitutus, similiter & dominus signi, in quo fortunę locus fuerit inuentus, in quo sit loco positus, & cū hæc omia diligēti ratione repereris, uide qui ex ipsis opportune collocatus, hoc est, quis eorū sit in ipso signo cōstitutus. Et si ambo in uno loco fuerint inuenti, uide, quis ibi magis opportune ceciderit. Si uero in loco fortunæ non fuerint, uide, si in loco actus fuerint inuenti, & si in hoc loco simul reperti fuerint, uide, quis opportunius ceciderit. Si aūt non fuerint in hoc loco, uide, quis ex ipsis horosc. cardinali radiatione respiciat, & tunc ex hoc tractatu oēm artem poteris explicare. Si enim ♀ sic fuerit inuēta, faciet pictores, plasticos, aurifices, argentarios, musicósq;, secūdum scilicet signorum uarietatem, ♃ uero negociatores, agricolas, fœneratores, nauclerósq; perficiet, secundum etiam signorum uarietatem, ♂ autem medicos, tonsores, & quorum ars, aut ex ferro substantiam habeat, aut ex igni, ☿ item qui officia, canna, uel lingua, seu oratione pertractent, ♄ autem laboriosos, urinatores, naucleros, & qui omni infelicitatis genere deprimantur. Sed hæc omnia, sicut frequenter diximus, pro signorum uarietate definies. Vt autē scias, an in decretis artibus perseuerent, breui tibi ratione monstrabo, uide in quo signo sit ☿ positus, & inquire signi ipsius dominum, & quære an ipse sit bene collocatus. Si enim bene fuerit collocatus, in artibus permanebit, & ex ipsis lucra maxima cōsequentur. Si uero male, sine fructu artis suæ tractantes officia, laborabunt, easdem etiam sæpius artes laboribus deferent fatigati.

DAMNATORVM FATALES GENITVRAE CAP. XXVI.



SI locus necessitatis in domo ☿ fuerit inuentus, ☽ uero in domo ♄, uel ♂, ☿ autem ♂, aut ♄ quadrata uel diametra radiatione respiciant, aut cum ipso in aliquo cardine fuerint collocati, aut in anaphoris, uel epicataphoris cardinum, aut in horosc. uel in loco fortunæ, seu in loco necessitatis, quolibet faciunt genere damnari. Si uero locus necessitatis in loco ☿, uel in domo ☽ fuerit inuentus, aut in domo ♂ uel ♄, & sit in aliquo genituræ cardine partiliter constitutus, & aliqua ex iis stellis, quarum mentionem fecimus, in anaphoris, uel epicataphoris fuerit inuenta, simili faciet ratione damnari, damnationes autem sunt metalli, operis publici, exilii, uel ludi. Sed si locus necessitatis in earum stellarum, quarum diximus, domibus fuerit inuentus, & quædam ex ipsis in anaphoris, uel epicataphoris fuerint, quędā uero in cardinibus existant, iustæ facient damnationis crimen imponi. Si uero iis omnibus, sic, ut diximus, ordinatis, ♃ in MC constitutus, maleuolas stellas prospera radiatione conueniat, omniū damnationū discrimina mitigabit. Tūc enim post certū temporis spatium, imperatoris iudicio, ex prædictis damnationibus liberati, & dignitatibus suis restituentur & patriæ. Si uero iis omnibus ♃ fuerit testimonium denegatum, iuste damnatos sęueræ animaduersionis faciet supplicio subiugari. Si dominus eius signi, in quo locus necessitatis fuerit inuentus, in ♂, ♄ uel ☿ domo cōstitutus, in horosc. fuerit, uel in eodem necessitatis loco collocatus, damnari perficiet. Sed si ipse locus necessitatis, & dominus suus in prædictis fuerit locis constitutus, similiter damnari faciet. Si autem locus necessitatis in ☿ domo fuerit inuentus, & ☿ sit in aliquo cardine cōstitutus, ♂ uero & ♄ in anaphoris sint cardinum, uel in epicataphoris positi, damnari perficient. Si uero iis omnibus, sic, ut diximus, ordinatis, ☽ aut in cardinibus, aut in cardinum anaphoris fuerit inuenta, damnati biothanata morte morientur. Si locus necessitatis in ☿ domo similiter fuerit inuentus, ♂ & ☿ in ♄, uel ♂ domo positus, uel in anaphoris, uel in epicataphoris cardinū fuerit inuentus, ♂ & ♄ in cardinibus partiliter cōstitutis, & alieno ab iis ♃ existente iustæ damnationis, & cum omnium uoluntate sententia proferetur. Si in locum fortunæ, necessitatis locus ceciderit, aut dominus loci fortunæ in loco necessitatis fuerit inuentus, aut dominus necessitatis in loco fortunæ, iustæ damnationis sententiam contra eum reum promi perficiet.

Mortalis

MORTALIS EXITVS VARIVS INCERTVSQVE FINIS CAP. XXVII.


Ol ſi in aquoſis ſignis fuerit inuentus,& in eodem ſigno,uel loco ♂ cum ☽ ſit partiliter collocatus,aut in undecimo uel ſexto ab horoſ.loco ſit cum ☽ pariter poſitus,♄ horoſc.per diametrum reſpiciente,biothanati naſcẽt, aut enim laqueo ſuſpenſi interibunt,aut aquis ſubmerſi,extremum conſequentur mortis exitium.Si ☽ cum ♄ partili ſocietate coniuncta, in octauo ab horoſc.loco fuerit inuenta,nec aliqua beneuola ſtella in cardine fuerit conſtituta, nimia ſanguinis effuſione mors infertur. Si uero iis ſic ordinatis,in alio cardine beneuola ſtella fuerit inuenta,deſperati,medicinæ remediis cõualeſcent.Si uero cum ♂ ☽ in vii ab horoſc.loco fuerit inuenta,hæmorrhoicos faciet interire. Sed generaliter ♄ in nocturna, ♂ uero in diurna genitura,in vii ab horoſc.loco conſtituti,hæmorrhoicas ſanguinis eruptiones efficiunt.Sed ſi in ſignis eorũ,in vii ab horoſc.loco,locus fortunæ fuerit inuẽtus, ſecti ferro, ualetudinis uitia conſequentur.Si uero iis,ſic(ut diximus)ordinatis, beneuola ſtella proſperum illis teſtimoniũ radiationis accõmodauerit,ſecti ferro,ab iſta ægritudine liberãtur.Si autem ambo,hoc eſt ♄ & ♂,in ſeptimo ab horoſc.loco fuerint cõſtituti,horoſc.etiam,uel loco fortunæ in iis ſignis,quibus diximus,collocatis,hoc eſt ♂ uel ♄, aut unum eorũ in ſeptimo ab horoſc.loco poſitũ,alius quadrata,uel diametra radiatione reſpiciat,ſecti à medicis interibunt.Si ☽ in occaſu fuerit inuenta,& illi ☿ & ♂ partili ſocietate coniuncti,in MC fuerint conſtituti,homicidas,parricidasq́ perficient,aut qui nefario furoris inſtinctu,fraterno ſanguine cruententur,ſed hos talium facinorum infamia pulſatos,atq; inuidia & minaci accuſatione publicatos,ſeueris facient iudicum animaduerſionibus interire.Si ☽ & ♂ in nono ab horoſc.loco fuerint conſtituti,☉ uero & ☿ in tertio,ſacrilegos efficiunt,templorumq́ ſpoliatores,ſed qui propter hoc facinus,ſeuera iudicis animaduerſione plectanť.Si uero ☉ cũ ♄,♂,& ☿ in undecimo ab horoſc.loco fuerit conſtitutus,& ☽ ſine ♃ teſtimonio,in tertio ſit loco ab horoſc.poſita,ex prædictis facinoribus,facient biothanatos interire.Si ☉ in horoſc.fuerit inuentus,♂ uero & ♄,æquis partibus iuncti,in duodecimo ſint ab horoſc.loco poſiti,& ☽ in ſexto ab horoſ.loco poſitã, diametra radiatione reſpiciant,ſeruos biothanatos reddent.Si in ſigno ♄, uel ♂ horoſc. fuerit inuentus,& locus fortunæ ſit in horoſc.partiliter conſtitutus,& cũ eo ☿,æquis partium ſocietatibus iunctus,♄ uero & ♂ in ſeptimo ſint ab horoſc. loco poſiti, epilenticos facient,ſed biothanatos.Si ☽ in MC partiliter fuerit collocata,& ♂ ſit partiliter in horoſc. poſitus,♄ uero in ☽ ſit anaphora cõſtitutus,biothanatos efficiet.Sed ſi ☽ cũ ☿ in octauo ab horoſc.loco fuerit inuenta,& ♂ cũ ♄,aut in quinto,aut in duodecimo ab horoſc.loco ſit collocatus,biothanatos efficient.Si uero ♂ & ♄ quadrata ſe radiatione reſpexerint, ♂ aũt in quocũq; cardine ſit cõſtitutus,& unus ex iis,☽ aut quadrata,aut diametra radiatione uiderit,aut cum ea fuerit inuentus,biothanatos faciet.Sed ſi ☽ cum ♂ in octauo ab horoſc.loco fuerit inuenta,& ☉ in ſeptimo,♄ uero in MC,aut in quolibet cardine ſit cõſtitutus,biothanathos efficiet.Si ♂ & ♄ in undecimo ab horoſ.loco fuerint inuenti, aut unus eorum in ipſo loco ſit poſitus,alius uero cum ☽ ſit collocatus,aut eam quadrata radiatione reſpiciat,& ☿ aut ♂ quacũq; radiatione iũgatur, inſanos faciet,epilenticos, biothanatósq;.Sed hoc peius erit,ſi ♂ in undecimo ab horoſc.loco fuerit inuẽtus,et ♄ in quarto.Si aũt ☉ in octauo ab horoſc.loco repertus fuerit,et ☽ ſit in MC partiliter collocata,horoſc.aũt,ſeu locus fortunæ in ſigno ☉ fuerit,aut in ſigno ☽,inſanos,ac biothanatos efficiet.Si cupidinis locus, & ♂,& ♄,fuerint partiliter iuncti & ſit iſte locus in aliquo genituræ cardine cõſtitutus,♀ uero,ii (quos diximus) quacũq; radiatiõe reſpexerint, hæmorrhoicas mortes efficiẽt.Quod ſi ☽ uiderint,lunaticos reddẽt.Si ☿, in falſo deprehẽſos,uel adulterina pecunia,faciũt biothanatos interire.Qđ ſi hos oẽs,ſic collocatos ♃ reſpexerit,ex oĩbus his periculis liberanť.Si ♂ et ♄ in horoſc.fuerint inuenti,in eorũ anaphora ☽ ſit poſita,uitiatis luminibus facient biothanatos interire.Sed ſi ☽,aut ☉ in horoſc.fuerit,& ♂ et

 ♄ in eorũ

♄ in eorum anaphora,ſimiliter facient,oculis uitiatos,biothanatos interire.Sed ſi ☽ cum
♂ fuerit inuenta,& ♄ cũ ☉ in MC fuerit cõſtitutus,ſpaſmos,aut epilenſias, uel inſanias
faciet,ſeu uiolentæ mortis exitiũ.Si uero ☽ & ☉ in cardinibus fuerint inuenti,& in ipſo-
rum domibus ♂ & ♄ exiſtant,aut in aliis ſint cardinibus conſtituti, biothanatos faciũt
interire.Si ♂ aut ♄ in loco fortunę fuerint inuenti,& in quinto,uel undecimo ab horoſ.
loco ſynodus ſit,biothanatam morté efficient.Si ♂ cũ ☽ in duodecimo ab horoſc. loco
fuerint,♄ aũt & ☉ in eius anaphora,hoc eſt in ſecundo ab horoſc.loco ſint cõſtituti,bio
thanata morte faciunt interire,ac frequenter in ipſo ortu ſecti,particulatim de matris uiſce
ribus proferentur præſertim ſi in eiſdem partibus fuerint inuenti. Si ☽ in medio cœlo re-
perta fuerit,aliqua uero maleuola ſtella in quopiã cardine ſit cõſtituta,alia aũt ☽ diametra
radiatiõe reſpiciat,aut ſi ad horoſc.ſimiliter accedat,aut ſi in quinto,uel undecimo ab ho-
roſc loco fuerit inuenta,biothanatos efficiet, aut eñ præcipitanť, qui ſic nati fuerint,aut
ipſi ſibi morté cõſciſcunt, ſed tamen ſigni naturã,mortiũ diuerſitas cõpletur.Si ☽ in octa-
uo ab horoſc.loco fuerit inuenta,♂ uero in domo ſua poſitus,in horoſc.ſit partiliter cõ-
ſtitutus,& cũ ipſo ♀ aut ☉ æqui,uel uicinis ſint partibus iuncti,ac ☽ coniunctioné parti
liter aut ♂,aut ♄ excipiat,lacerati ferarum morſibus interibũt.Si ☽ minuta luminibus,in
octauo ab horoſc.loco fuerit inuenta,biothanatos faciet,ſed tales,qui nudi ſubmerſi,mi-
ſerum incurrant mortis exitiũ.Si ☽ in occcaſu fuerit inuenta,♄ uero in ſexto ab horoſ.lo-
co,locus uero fortunæ in ♄ uel ☽ domo ſit collocatus,dyſentericos faciet interire. Si ☽ in
horoſc.fuerit inuenta,♄ uero cũ ☿ in ſeptimo ſit ab horoſc. cõſtitutus, ſtultos, lentos, fa-
tuos,& caducos efficient.Si uero his ſic ordinatis,in aliquo cardine ♂ fuerit inuentus,fa
tuos,& caducos,ſed biothanatos reddet.Si ♄ in tertio,uel in nono ab horoſc.loco fuerit
inuentus,& eum ♂ quadrata radiatione reſpiciat,magnis rebus uel actibus faciet præpo-
ſitos,ſed matrimoniũ quodcunq; collectũ ab ipſis fuerit,diſſipabiť,habebunt etiam ma-
ximas ualetudines,& multis malis,in peregrinis locis cõſtituti obligabunť,quorundam
etiam parentes debilitat,aut certe faciet biothanatos interire.Si uero ☿ cũ uno ipſorũ fue-
rit inuentus, & ☽ aut cũ ipſis ſit,aut eos quadrata uel diametra radiatione reſpiciat, ſacrile
gos,templorũ ſpoliatores,latronũ duces,homicidas,ac mala faciet morte pereũtes. Si ☉,
♄,& ☿ in MC fuerint inuenti,accuſationes & pericula,ex abſcõditis aut falſis literis, aut
ex adulteratis pecuniis,facient inferri.Si uero eos ♂ quadrata,aut diametra radiatione re-
ſpexerit,aut cũ ipſis fuerit inuentus,latrones,& homicidas,exules tamen fugitiuóſq; per-
ficiet Si uero iis ſic ordinatis,♃ in alio cardine fuerit inuentus, poſt aliquod tempus, ex
iſtis calamitatibus liberati,ad magnæ poteſtatis gratiã transferenť. Si aũt, iis omnibus ſic
poſitis,☽ aut in cardine aliquo,aut in anaphoris uel epicataphoris fuerit inuẽta, poſt hęc
omnia,biothanata morte morientur.Si ☿ & ♄ in ſexto uel duodecimo ab horoſc. loco
fuerint cõſtituti,inefficacibus & miſeris rationibus præponentur,ſed hos eoſdem faciét
in omnibus tardos ſemper & languidos.Si uero hos ♃ quadrata uel diametra radiatiõe
reſpexerit,ſceleratos,latrones,periuros,delatores,ac ſuorũ proditores efficit,quidã uero p-
pter ſeruos,uel damnatos hoíes,periculis aut cuſtodiis tradũtur,præſertim ſi ☽ Mars qua-
cũq; radiatione reſpexerit.Si ♄ in octauo ab horoſc.loco fuerit inuentus,aut in horoſ.ana
phora,☽ uero in anaphoris uel epicataphoris fuerit cõſtituta,& ♂ in ſeptimo ab horoſc.
loco inueniať,ab omni religionũ faciet cura ſepoſitos.Si uero iis ſic ordinatis,♄ & ☽ in
quadratis eorũ uel diametris locis fuerint inuenti,templorũ ſpoliatores efficient,& qui p-
pter hoc,publica morte plectanť.Quod ſi iis ſic ordinatis,♃ et ♀ cũ ipſis fuerint inuenti,
ſacerdotes,prophetas,neocoróſq; perficient,ſed biothanata tamen morte pereũtes. Si ☽ cũ
♂ in occuſu fuerit inuenta,ita ut ♂ præcedat in partibus,♄ uero & ☿ in MC ſint pariter
cõſtituti,biothanatos efficient.Sed & mors pro ſignorũ natura cognoſciť. In tropicis eñ
uel aquoſis ſignis cõſtituti,aut hydropicos perimunt,aut in undis faciunt fluminibuſúe
ſubmergi.In duplicibus uero ſignis,aut in ſolidis,ſic ut diximus,poſiti,epilenticos faciũt
ſed biothanata morte pereuntes.Si uero hos ♃ & ♀ ex aliqua parte reſpexerint,præceden-
tis in-

tis infortunii discrimen aliquantulū mitigatur. Hæc tibi Mauorti, decus nostrū partili explicauimus ratione collecta, ut omnia tibi secreta diuinæ huius artis, mediocritas nostra manifestis interpretationibus intimaret. Sed iis explicatis, sermo totus ad expositioné sphęræ barbaricæ transferatur

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM PROCONS. MATHESEOS LIB. VIII.

PRAEFATIO.



NIHIL aliud, dum in hac uitę breuitate sumus, nobis elaborandū est, Mauorti decus nostrū, nisi ut terreni corporis labe purgata, & amputatis (si fieri potest) omnibus uitiis, uel saltem plurimis, incorruptam animi diuinitaté, & nulla scelerum contagione pollutam, auctori nostro reddamus deo, ne diuinæ fabricationis immemorem animū, uitiosis libidinū laqueis implicatū, tanꝗ proiectū per præcipitia perdamus. Hoc est enim, quod per dies singulos terrenū corpus operatur, ut scilicet possit, diuinū spiritū suū, & prauis cupiditatū uoluptatibus occupatū, & blanda solicitatione deceptum, caducæ fragilitate suæ semper adnectere, ut demersus animus, & pessundatus, nunꝗ originis suæ possit inuenire principia, sed in tenebris semper, in cœnóq; proiectus, maiestatis suæ originem, cum quibusdam dissimulationum trepidationibus, erubescat. Nihil enim debemus cogitare terrenum, præsertim cum sciamus, fabricatorem nostrū deum, ita nos diuini artificii moderatione fecisse, ut recti corporis forma, ab omni humilitatis deiectione seposita, nihil aliud primū, patefacta oculorū acie, nisi ☉ & ☽, stellásq;, & horum omnium pulcherrimum atq; immortale domicilium, mundum scilicet uideremus. Cæteros enim animantes ita natura composuit, ut ad terram demersi, & caduca quadam mundi huius humilitate proiecti, & animo & corpore, terrenis semper conuersationibus inhærerent. Nos uero, magna quadam necessitatis moderatione perfecit, ut aliud sibi in nobis fragilitas corporis, aliud immortalis animi diuinitas uendicaret, ut scilicet corpus, quod cum belluis uidemur habere cōmune, animo seruiens, diuinitatis eius imperio subiaceret. Considerantes igitur originis nostræ principia, & animum nostrum maiestatis suæ præsidio roboratum, ita nos instituere debemus, ut animus per semetipsum numinis sui auctoritate cōuentus, dignum aliquid auctore suo, & cogitet semper, & faciat, ut sic institutus atq; formatus, rectum & incoruptum immortalitatis iter, ad originem suam reuersurus, inueniat, nec errantibus gressibus, & labentibus, trepidantibúsq; uestigiis, sempiternis erroribus ad terrenæ fragilitatis uitia resoluatur. Intuere itaque Mauorti, decus nostrum, patentibus oculis, cœlum & pulcherrimam istam diuini operis fabricam, animus tuus semper aspiciat. Tunc enim mens nostra, maiestatis suæ recordatione formata, à prauis corporum illecebris liberatur, & exuta mortalitatis incommodis, ad auctorem suū festinato nititur gressu, nihil'q; aliud nisi res diuinas, per omnia horarū momenta, sagaci, ac peruigili semper inquisitione perquirit. Dabūt igitur nobis hæc instituta quantulácunq; diuinæ scientiæ notioné, & ad originis nostræ secreta perducét, diuinis enim semper disputationibus occupati, & animū nostrū cœlestibus potestatibus applicantes, ac diuinis eum cærimoniis initiantes, ab omnium prauatum cupiditatum desyderiis separamur, quæ res illud magnopere perficit, ut contemptis omnibus, quæ in rebus humanis, uel mala putantur esse, uel prospera, animum nostrum naturali uirtute & auctoritate compositum, incorruptū, origini suæ illibatum'que reddamus. Nam cū ueniētia didicerimus incōmoda, iminentiū malorū metū, ex hoc, quod ea

uentura didicimus, erecta mentis animositate cõtemnimus, nec denunciata malorũ pericula perhorrescimus, si ad hæc excipienda animus noster se, maiestatis suæ recordatiõe firmarit, nec felicitatis capimur cõmodis, aut erigimur dignitatis insignibus, cũ sciuerimus, totũ hoc nobis decreti pronunciatione promissum. Sic possumus semper, stabili ratione cõpositi, nec infortuniis opprimi, nec felicitatis gaudio subleuari. Quod itaq; his libris superesse credo, hoc explicare curabo, nam aliud mihi tẽpus, ad explicandũ myriogenesin, reseruaui. Nunc uero in huius libri initiis, quæ signa se uideant, exponemus, totũ em̃ hoc ad interpretationẽ sphæræ barbaricæ pertinebit, dicemus etiã partiũ omniũ mensuras, ad demus quoq;, quæ partes in quibus signorũ corporibus reperiant̃, quid etiã nonagesima pars operet̃, quę à Græcis ἐννενηκοντάμερος dicit̃, ut sic om̃ibus explicatis, sphærã barbaricã facilius assequamur, necnõ & clararum stellarũ efficacis licentiæ potestatẽ percipiamus.

Ἐννενηκοντάμερος, SEV PARS NONAGESIMA CAP. I

PRimum itaq; de parte nonagesima, quæ à Græcis ἐννενηκοντάμερος dicit̃, disputabo, quæ res & à plurimis incognita, & à paucis leuiter uidet̃ esse tractata, nam & istum tractatũ Petosiris (ut mihi uidet̃) inuido uoluit liuore cælare. In omnibus enim genituris, nonagesima pars sagaci debet inquisitione perquiri, ex ea nanq; exitus uitæ, mors, infortunia, pericula, felicitates, & tota substantia genituræ colligitur. Ab horosc. itaq; profectus, per cætera signa partẽ nonagesimã quære, & cũ hanc inueneris, præuide, in quo sit signo, hoc est, an in beneuolæ siue maleuolæ stellæ domicilio reperiatur, uide etiam, dñs ipsius signi, qualiter sit in genitura positus, diligenter quoq; intuere, quatenus beneuolæ istam partem respiciãt, nam singulæ partem istã inspiciẽtes pro natura sua cũcta perficiunt, maleuolæ enim stellæ, si solæ fuerint, pessundabũt, si beneuolæ, maxima decernũt felicitatis insignia, si uero beneuolæ pariter & maleuolæ, id, quod ex singulis decretũ fuerit, temperat̃. Quære etiam, pars ipsa, in cuius sit dñio, ac potestate, hoc est in cuius finibus, & similiter dñs partis in quo sit loco positus, & sic omnia ex natura stellæ, ac loci potestate perficies, omnia em̃ & mala & prospera signi naturæ perficiũt Hoc idem similiter quæras, & à ☽ & à profectu ab ea parte, in qua ☽ fuerit inuenta, ut partem xc possis habere. Om̃ia etiam in ista parte similibus rationibus colligas, hoc est, quale sit signũ, qualis pars, qui signi & partis dñs, in quo loco domini, & in quibus signis sint collocati, qua partem ipsam, tam beneuolæ, quàm maleuolæ stellæ, radiatione respiciant. Et si fuerit ☽ crescens, uide, istam partem quatenus ♂, ♄ue respiciat, & si deficiat, similiter, omnia enim pro naturæ suæ potestate perficiunt, si xc partem, aut maleuolæ stellæ minaci radiatione respexerint, aut beneuolæ prospero testimonio subleuarint. Sic nanq; inuenies mortis exitum, sic uitæ ordinem, sic totam deniq; humanæ genituræ substantiam.

Ἐννενηκοντάμερος.

♈	1	in	1	♋
♉	1	in	1	♌
♊	1	in	1	♍
♋	1	in	1	♎
♌	1	in	1	♏
♍	1	in	1	♐
♎	1	in	1	♑
♏	1	in	1	♒
♐	1	in	1	♓
♑	1	in	1	♈
♒	1	in	1	♉
♓	1	in	1	♊

VIDENTIVM SE ET AVDIENTIVM STELLARVM THEORICA CAP. II.



NVnc quæ stellæ alias uideant, & quæ audiant, breuiter explicabo, ♈ leonem non uidet, sed audit, ♌ autem Arietem uidet, sed non audit. ♈ Cancrum uidet pariter & audit, ♋ autem Arietem non uidet, sed audit. ♉ & uidet Leo, pariter & audit, similiter Leo ♈. ♊ Virginem uident leuiter, & audiunt, ♍ Gemninos leuiter uidet, sed plenissime audit. ♋ Libram, & uidet pariter & audit. ♌ Scorpium, nec uidet, nec audit, ♏ uero Leonem, & audit pariter & uidet. ♍ Sagittarium ex obliquo respicit, sed eum non libenter audit, ♐ Virginem & audit, pariter & uidet, ♎ Scorpiū & audit pariter & uidet, atq; à ♑ & auditur pariter & uidetur. Scorpiū ♒ non uidet, sed audit, simili modo & Aquarium Scorpius non uidet, sed audit. Sagittarius ♓ non uidet, nec audit. Pisces uero ♐ & uident pariter, & audiunt. ♓ Geminos nō uident, sed audiunt. ♑ & ♈ nec audiunt se, nec uident, ♒ & ♉ ex obliquo se respiciunt, et audiunt. ♊ ♎ uident patiter & audiunt. Similiter ♎ Geminos, & audit pariter & uidet. ♐ & ♌ se patiter & uident, & audiunt. ♍ Capricornum quidem respicit, sed non audit. ♎ Aquarium uidet, sed ipsa ab ♒ non uidetur, audiunt se tamen inuicem, & pariter. ♏ quidem ♓ uidet, sed non audit, ♓ similiter Scorpium uident, sed nō audiunt, ♐ & ♈ ita sunt collocati, ut nec uideant se, nec audire queant, ♑ & ♉ nec audire se possunt, nec uidere. ♒ & ♊ uident quidem se, sed omnino separantur auditu, ♓ & ♋ non se quidem uident, sed audiunt. Vt enim formas integras ordinationis acciperes, & scires, quatenus sint in zodiaco circulo signa disposita, hac ex causa, istius rei secreta tractauimus, neq; eñ certo ordine & gradu, hæc duodecim signa sunt collocata, nec sic sunt posita, ut quæ posteriori loco oriuntur, præcedentia, uel sequentia signa sempet aspiciant, nam ut non argumentis, sed re ipsa hoc tibi ostenderem, tractatum istum, ex Abrahæ libris excerptum ædidimus, ut ea, quæ diximus, sermo noster manifestis tibi interpretationibus intimaret.

VIDENTIA SE ET AVDIENTIA SIGNA.

SIGNA	VISA,	non VISA,	AVDITA,	nō AVDITA.
♈	♋	♌♐♑	♋♌	♐♑
♉	♌♒	♑	♌♒	♑
♊	♍♎♒	o	♍♎	♒
♋	♎	♈	♈♎♓	o
♌	♈♉♐	♏	♉♐	♈♏
♍	♊♐♑	o	♊	♐♑
♎	♊♏♒	o	♊♏♒	o
♏	♌♓	♒	♌♒	♓
♐	♌♍	♈♓	♌♍	♈♓
♑	♍♎	♈♉	♎	♈♉♍
♒	♉♊	♎♏	♉♎♏	♊
♓	♐♏	♊♋	♊♋♐	♏

SIGNORVM PARTES PER EORVM MEMBRA DIVISAE CAP. III.



NVnc illud tibi explicare curabo, quas partes in quibus signorum partibus quæras, omnes enim xxx partes, per omnia signorum corpora diuiduntur, ut itaque scias, ubi sit prima pars, ubi secunda, ubi cæteræ, hoc tibi totum breui sermonis ordine demonstrabo.

♈ primæ & secūdæ partes in cornibus sunt constitutæ iii uero iiii & v in

capite

capite,vi & vii in facie, octaua,nona & decima in ore,undecima & duodecima in pectore,decima tertia,decima quarta et decima quinta in omni ceruice,decima sexta & decima septima in corde,decima octaua & xix,in armo dextro,xx,xxi,et xxii,in armo sinistro,in uentre autem xxiii,xxiiii,& xxv,nouissimi uero pedes xxvi et xxvi,partem habent.In renibus autem xxviii & xxix,in cauda xxx partem habet.Et sic hæ xxx partes per totum ♈ corpus tali ordine diuiduntur.

♉ prima et secūda pars in cornibus sunt constitutæ,tertia uero quarta & quinta,in om̄i facie,sexta & septima in ceruice,octaua,nona & decima in fronte,undecima & duodecima in corde,xiii,xiiii,& xv in humeris,xvi & xvii in anterioribus pedibus,xviii,xix & xx in uentre,xxi in geniculis xxii,xxiii,xxiiii,& xxv,in posterioribus pedibus,xxvi & xxvii in natura,xxviii & xxix,in coxis,in cauda uero xxx reperitur.& sic per omne ♉ corpus, partium numerus diuiditur,licet sphæra barbarica alium partium ordinem seruet.

♊ prima & secunda pars in eius ♊ parte constitutæ sunt,qui ad Aquilonem uergit, tertia,quarta,& quinta in eiusdem ♊ corde,sexta & septima in humeris,octaua nona & decima,in pectore,xi & xii,in manibus,xiii,xiiii & xv in pedibus.In eo uero ♊,qui ad Austrum uergit has inuenimus partes. Sed primū illud scire debemus, quod hoc spatium, quod inter ambos est ♊,decima sexta & xvii pars habeat.Pars autem xviii,xix & xx in Australis ♊ capite collocatē,in facie uero,xxi & xxii,in pectore xxiii,xxiiii,sub uentre aūt,xxv et xxvi in geniculis,xxvii,xxviii & xxix.In pedibus uero sola xxx collocatur.

♋ prima & secūda pars sunt in capite collocatæ,tertia uero,quarta & quinta in collo, in faucibus aūt sexta et septima.Tres uero sequētes in oculis inuenimus,hic nebula ♋ est, de q̄ frequenter diximus xi & xii in dorso, tres autē sequentes à stomacho usq; ad pectinē porrigunē, xvi & xvii in lateribus sunt constitutæ, xviii,xix,xx,in chelis anterioribus,xxi & xxii in posterioribus,tres autem sequentes in dextris ♋ pedibus collocantur, uicesima sexta uero & uicesima septima in sinistris. In extremis autem pedibus sunt uicesima octaua & uicesima nona,& in cauda est sola tricesima.

♌ prima & secunda pars in capite sunt collocatę,tres autem sequentes in om̄i facie,pariter & in crinibus,tres aliæ sequentes in ore,in corde uero totidem,duæ in humeris,quatuor in pedibus,duæ sequentes in uentre,xx,xxi, & uicesima secunda in dorso.In pectine autem uicesima tertia & uicesima quarta,tres quoq; sequentes in geniculis, uicesima octaua in natura,uicesima nona in renibus,& tricesima sola in cauda reperitur.

♍ prima & secunda pars in capite collocanē,tres uero sequētes in facie,sexta & septima in manibus,septem autem sequentes per ordinem in pectore decima quinta,decima sexta & decima septima,in dextra mammilla,decima octaua decima nona,& uicesima in sinistra sunt constitutæ, uicesima prima autem & uicesima secunda in uentre ponunē, tres autem sequentes in dextro pede collocātur uicesima sexta & uicesima septima in sinistro. In renibus uero uicesima octaua & xxix,& in naturali corpore sola xxx est collocata.

♎ prima & secunda pars in capite collocantur, tertia uero quarta & quinta in sinistra parte trutinæ,sexta & septima in dextra,octaua nona & decima in capite dicuntur esse cōstitutæ,undecima & duodecima in leua parte iugi,tres autem sequentes in dextra xvi xvii in corde ♎,& quatuor per ordinem sequētes in dextra manu ♎,xxii & xxiii in pectore. In renibus tres sequentes,xxvii & xxviii usq; ad extremos porriguntur pedes, cætera enim numeros ad xxx collocantur,in istis enim posterioribus partibus,terra dicitur esse composita,ut barbarica ratio confirmat.

♏ prima & secūda pars in capite collocantur,tres autem sequentes in fronte,sexta & septima in facie,tres sequentes in collo per ordinem constituuntur,has,quæ sequunē,duæ, ponuntur in dorso,decima tertia,decimaquarta & decima quinta in uentre.In dextra uero manu tres sequentes,per ordinem collocantur,in sinistra duæ,in pedibus autem dextris duæ sequentes ordinantur,in sinistris tres.In aculeo uero,qui septentrionem uersus extenditur,quinq; posteriores collocantur,& sic ♏ membra diuisa sunt.

♐ prima

♐ prima & secunda pars in capite collocatur, tres uero ordinem sequẽtes, in facie, duæ autem quæ præcedentes partes sequuntur, in ore ♐ positæ sunt, tres uero sequentes in ceruice, duæ succedentes in manu sinistra, tres aliæ in arcu, duæ in pedibus anterioribus, tres in dorso, duæ in uentre equino. In posterioribus uero pedibus, usq; ad ungues, tres consequuntur, xxvi uero & xxvii in natura ♐ collocantur, sequentes autem duæ in dextra ponuntur manu, & xxx sola collocatur in cauda.

♑ prima & secunda pars in cornibus collocantur, tres uero sequentes in capite, sex & septem ponuntur in facie, tres autem per ordinem sequentes in ore cõstituuntur. In his enĩ partibus, quæ sunt in ore ♑, si quis ☽ habuerit, licet sit illa beneuolarũ stellarum testimoniis adornata, impuros tamen ore uiros faciet, & muliebrium libidinum labe pollutos. Mulieres etiam, si in istis partibus ☽ habuerint, omnes erunt impudicæ cupiditatis uitio possessæ, undecima uero in corde ♑ collocatur, duodecima, & xiii in ceruice, duæ sequentes in scapulis, tres succedentes in manu dextra, duæ, quæ has sequuntur, in dorso, tres sequentes in uentre, quatuor, quæ succedunt in utroq; latere, tres autem posteriores in cauda, usq; ad extremam ♑ pinnam collocantur.

♒ prima & secunda pars in capite ponuntur, tres uero sequentes in facie, sex & septem in dorso, tres, quæ per ordinem sequuntur, collocantur in pectore, undecim et duodecim in manu dextra, tres sequentes in ♒ fluuio, xvi, & xvii in sinistra manu, duę sequentes in lateribus, aliæ duæ in uentre, tres uero succedentes usq; ad extremos pedes porrigũtur, aliæ tres in renibus, postremæ uero tres in ♒ cantaro collocantur.

♓, quorum unus ad Austrum uergit, alter ad Aquilonem, prima & secũda pars in Australis ♓ ore collocãtur, tertia, quarta, & quinta in eiusdem ♓ capite, duæ in faucibus, tres per ordinem sequentes ponuntur in collo, undecima & duodecima in extrema reperitur spina, tres autem quæ in ordine sequuntur, eiusdem ♓ dorsum accipiet, decimam sextã, decimam septimam, & decimam octauam in lino inuenimus ♓. In eo uero ♓, qui ad Aquilonem uergit, decima nona & uicesima ponuntur in capite, uicesima prima & uicesima secunda in ore, tres sequentes in pectore, aliæ tres, quæ sequuntur in ceruice. In cauda uero duæ nouissimæ collocantur. Sed tres posteriores ♓ partes, quæ inter ♈ sunt & ♓, obscura caligo semper innubilat, hácq; de causa, si quis in ipsis partibus, aut ☉ habuerit, aut ☽, sine beneuolarum stellarum testimonio, aut perpetua cæcitate, aut miseris corporũ debilitatibus pprimentur, ex ista igitur partium diuisione, cum locum uitiorum & ualetudinis quærere cœperis, manifestissime & facillime hoc totum poteris inuenire. Hũc enim locum diuinus ille Necepso, ut remedia ualetudinum inueniret, diligentissime quidem, ut diuinũ tanti uiri potuit ingenium, manifestis tractatibus explicauit, huius ego libri interpretationem, alio tibi tempore Mauorti, decus nostrum, intimare curabo.

SIGNORVM PARTIVMQVE SVARVM DIMENSIO ET MAGNITVDO CAP. IIII.



Vnc tibi singularum partium mensuras breuiter explicabo, ut ex hac interpretatione omnem Zodiaci circuli mensuram possis inuenire, mensuram quoque tibi & magnitudinem explicabo signorum, ut scias quomodo ad omnia secretra diuinitatis, intentio diuinæ mentis accesserit, quod etiam immortalis animus, maiestatis suæ principia recordatus, non didicit, sed agnouit, hoc enim per signa duodecim computatur, quod cum feceris, omnis tibi Zodiaci circuli mensura monstratur. Pars igitur una signi uigintiunum milia, & quadriginta stadia habet, quem numerum si per triginta partes simul computaueris, sexcenta & quadraginta duo milia stadiorum habere unius signi spatium, ex ista supputatione cognosces.

Sphæræ

SPHAERAE BARBARICAE PRIMA APOTELESMATA CAP. V.


Ccipies nunc Mauotti, decus nostrum, plenissimam huius operis disciplinam, Græcis multis, & omnibus fermè Romanis incognitam, ad quam usq; in hodiernum diem, nostrum aspirauit ingenium. Neq; enim diuini illi uiri, & sanctissimæ religionis antistites, Petosyris, & Necepso, quorum alter imperii gubernacula tenuit, cum omnia quæ ad huius artis pertinent disciplinam, diligentissimis, ac ueris interpretationibus explicassent, id, quod nos ædituri sumus, inuenire potuerunt. Sed ne ordinationem nostram sermo prolixus extendat, breuiter tibi promissi operis intimabo decreta. Zodiacum circulum, sicuti in libro institutionis diximus, duodecim possident signa. In horum signorum lateribus aliæ adhętent stellæ, sed quæ nunquam erratico cursu, assignata sibi deferant loca, sed tradita sibi spatia possidentes, currente mundo, immutabili semper agitatione uoluuntur. Eæ, in uicinis signorum regionibus collocatæ, cum duodecim signis oriuntur, & cum ipsis occidunt, rursus immutatum semper cursus sui ordinem reseruantes. Iis autem stellis, ueterum fabularum nomina apposuit antiquitas. Exequutus est etiam horum syderum numerũ, Græce Aratus, poëta disertissimus, Latine uero Cęsar, & decus eloquentiæ Tullius, sed hi tantum nomina ipsarum & ortus, non autem apotelesmatum auctoritatem ædiderunt, ita ut mihi uideantur, non aliqua astrologiæ scientia, sed poëtica potius elati licentia, docilis sermonis studia protulisse. Nos autem omnium apotelesmatum ratione perspecta, plurimum inuenimus, etiam has stellas, sibi in genituris hominum uendicare. Vt itaq; id, quod promittimus explicemus, stellarum & loca, & nomina designabimus, ut sic omnis apotelesmatum ueritas colligatur, quæ stellæ tunc decernant, si in matutino ortu constitutæ, horosc. habuerint uel occasum.

CLARA SYDERA CVM ♈ ORIENTIA OCCIDENTIAQVE CAP. VI.


N ♈ parte decima oritur nauis. Si quis ergo oriente hac parte natus fuerit, hoc est si in eius ortu, partum eruperit, erit gubernator, nauclerus, uel nauicularius, & qui omne uitæ suæ spatium, marinis semper optet actibus implicare, uel officiis.

In ♈ sinistro latere, in parte scilicet decima oritur Orion. Si itaq; orion in horosc. partiliter fuerit, faciet homines, ueloci corporis mobilitate perspicuos, & quorum animus, uariis solicitudinibus implicatus, peruigili cogitatione semper exæstuet, hi enim uariabunt sæpe domicilia, & domos, sedésq; mutabunt, ac per omnium limina, matutinis semper *salutationibus discurrent.

Fortè saltationibus.

In ♈ parte decimaquinta, aquilonẽ uersus, oritur Auriga. In huius ortu qui natus fuerit, aut erit auriga, aut equorum domitor, aut qui saltu quadrigas transeat, uel qui in dorso stans equorum, mirifica se moderatiõe sustentet, atq; apprime uectus equo militares armatuтas exerceat. Hoc astro oriente, Salmoneus & Bellerophontes, à priscis auctoribus nati esse narrantur.

In ♈ parte uicesima, Aquilonẽ uersus, oritur, Hœdus, quẽ fert auriga. Hoc sydere quicunq; nati fuerint, aliud ex fronte pollicẽtur, aliud latenter in moribus cælant. Sunt enim austera facie, prolixa barba, obstinata fronte, ita ut Catonis prorsus institutum imitari uideantur, sed totum hoc fucato mentiuntur affectu. Sunt enim natura petulantes, lasciuis semper cupiditatum, ac libidinosis uoluptatibus implicati, & qui latenter amorum illecebris semper exæstuent. Erunt etiam ab omni uirtutis officio separati, timidi, imbecilles, & qui omne pugnarum periculum perhorrescant. Hi præterea frequenter libidinibus capti, & præposteri amoris studiis occupati, mortem sibi inferre coguntur. Nascuntur etiam ex hoc sydere ouium pastores, sed qui syluestri fistula modulantes, rustici carminis dulcissimos modos ædant.

In ♈

In ♈ parte uicesima septima oriuntur Hyades. Quicunque in ortu eius syderis natus fuerit, inquietus erit, turbulentus, popularis, & qui plebem turbulentis semper seditionibus exagitet, eius animos clamosis, ac furiosis contentionibus inflāmans, inimicus quietis & pacis, atque intestina & domestica bella, furiosa mentis cupiditate desiderās. Sed huic uarii quæstus, ex assidua solicitudine sæpe nascuntur. Facit etiam hoc sydus bubulcos, opiliones, armentarios, ouium'que pastores.

In ♈ parte tricesima, quę pars totum signum supra terram semper ostendit, exoritur Capra, quam fabulosi poëtæ alimenta uolunt Ioui infantulo præbuisse. Quicunque sub hoc sydere nati fuerint, erunt nimia mentis trepidatione soliciti, & quorum corpus assiduus tremor semper impugnet. Hi leuibus commotionibus opprimentur, & leuibus etiā nunciis, graui timoris incursione quassabuntur. Erunt tamen omnium rerum curiosi, & qui quodcunque nouum dictum fuerit, id impatienti cupiditate desyderent, ut semper noua quæ'que, curiosa desyderii cupiditate sectentur, eáque intelligere studeant.

Et quia iam satis, supérque diximus, quid in ortu hæ stellę faciant, in sequenti loco dicendum est, quid in occasu constitutæ decernant. Sicut enim contrariæ sunt lumini tenebrę, sic uitæ mors. Vita igitur erit in ortu, mors autem in occasu reperietur. Ortus itaque si est in horoscopo (sicut frequenter diximus) occasus erit in diametro horoscopo, hoc est in septimo ab horoscopo loco.

Si Nauis igitur partiliter in occasu fuerit, & hunc locum maleuolæ stellæ diametra, uel quadrata radiatione respiciant, acerba naufragiorum decernūtur incōmoda. Quod si in ipsa stella ♄ fuerit collocatus, in mari, fluminibúsue submersi mortibus interibunt. *Syderum sub Ariete occasus.*

Si Orion in occasu geniturę fuerit inuentus, tales nascentur homines, quorū animos uaria solicitudo semper exagitet. Hi quoque à ciuibus suis in legationem missi, ac in ipso munere cōstituti, peregre morientur, leue quoddam solatium ad inferos afferentes, quod illis à ciuibus suis datum fuerit. Iis quoque honores perpetui, imagines, tituli, & honorabilium statuarum decernuntur insignia.

Si Auriga in occasu genituræ fuerit inuentus, & eum maleuolarum stellarū radius impugnet, deiecti quadrigis, miseris lacerationibus dissipantur, ita ut fracto corpore, acerba mortis patiantur incōmoda, aut fulmine icti, repentino mortis opprimuntur occasu, aut in crucem tolluntur, aut illis crura, publica iudicum animaduersione frangūtur. Si Hœdus Aurigæ in occasu fuerit inuentus, & eū ♄ quadrata uel diametra radiatione respexerit, nati in ipso uitæ momento moriuntur, aut in ipso nascenti lumine cōstituti, deficientibus matris uiribus strangulantur, aut tumescentibus faucibus, acerbum illis mortis infertur exitium. Quod si ♂ cum ipsa stella in occasu fuerit inuentus, & omni beneuolarū stellarum testimonio destitutus, plecti faciet natos, aut ad aram metuendæ religionis obseruationibus immolari.

Si Hyades in occasu fuerint inuentæ, & locū istum maleuolarum radius impugnet, repentinum & insperatum mortis exitium decernitur. Turbulentis enim seditionibus oppressi, & popularibus passim manibus dissipati penitus interibunt, ita ut mortis eorū auctores, nec inueniri possint aliquando, nec dici.

Si Capra in occasu fuerit inuenta, ex prediis habebunt substātiæ facultatem, sed hi, propter læsas religiones, graui pulsabuntur inuidia, habebunt etiam substantiam, aut ex naufragiis collectam, aut ex fluminibus comparatam.

CLARA SYDERA CVM ♉ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. VII.

IN ♉ parte sexta oriuntur Pleiades, quibus orientibus si quis ortus fuerit, luxuriosis semper, & lasciuis uoluptatibus occupabitur. Hos enim, unguentibus oblitos, & nimiæ deditos uinolentiæ, petulantiæ uitia semper extollunt, quæ in conuiuiis, & cætu hominum, alienas uitas amari sermonis licentia pulsent. Erunt sanè ad omne libidinis facinus applicati, & qui falsi *Pleiades.*

sermonis mordacibus dictis, risus hominũ assueuerint cõcitare. Erunt etiã semp̃ nitida & polita fronte, atq; accuratis uestibus prompti, quorum inflexi crines, torqueantur semper in ostro, necnon & appositis alienis crinibus, fictam & compositam pulchritudinẽ mentiantur, totius corporis formam, uario pigmentorum genere mollientes. Hi etiam demptis pilis corpus suum, in feminei corporis imaginem transferent, quorum uestes quoq; ad muliebris cultus similitudinem excolentur. Hi molliter ambulantes, uestigia sua, cum delicata quadam moderatione suspendunt. Hos tamen sic ambitio solicitat, quem morbum sic appetunt, ut hinc putent uirtutem sibi, & maximum gaudium felicitatis accedere. Hi præterea semper amabunt, aut se amare simulabunt, ac eos pœnitebit, quod uiri nati sint. Hunc autem locum si maleuola stella forti radiatione pulsauerit, repentinis cæcitatibus opprimentur, ita ut hac ex causa miseri efficiantur.

Si Pleiades, hoc est sexta pars ♉ in occasu fuerit inuenta, & à maleuolis radiata, qui sub hoc sydere nati fuerint, naufragio peribunt. Quod si beneuolæ simul cũ maleuolis, hunc eundem locũ, æquata radiatione respexerint, aut ex uenerea uoluptate, aut ex nimio cibo, inter epulas & pocula, sine aliqua lamentatione, mors illis amœna proueniet.

In fixione ungulæ ♉ si fuerit horosc. & ☽ hunc eundem locum, uel beneuolæ & maleuolæ pariter æquata radiatione respexerint, pictorem faciunt, sed quẽ hoc studium celebri honore nobilitet. Si uero sine beneuolarum testimonio, hunc locum maleuolæ solæ, minaci radiatione respexerint, gladiatores celebres nascẽtur, & qui post multas palmas, innumerabilésq; uictorias in isto pugnarum studio, minaci, ac stricto gladio, cũ magno etiam spectantium plausu, ac fauore, intrepido corde moriantur.

Si in ungulæ ♉ fixione occasus fuerit inuentus, siue eum locum beneuolæ, siue maleuolæ stellæ respexerint, qui sub hoc sydere nati fuerint, uiolentæ libidinis tentigine, nõ sine periculo laborabunt.

CLARA SYDERA CVM ♊ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. VIII.

Lepus. N ♊ parte septima oritur Lepus, sub hoc sydere, qui nati fuerint, tãta erũt corporis leuitate, ut cũ currere cœperint, uelocitate sua agitati, aues superare uideantur. Hũc locum si ♂ respexerit stadiodromotos facit. Si uero ☽ cũ ♂, pictomacharios. Si ☿, præstigiatores, aut pilarum lusores, si ♀, pantomimos, aut mimologos. Si ☿ & ♀ pariter, nouarum artium, nimiæ diligentiæ, studio perfectores, præsertim si hos eodem, in omnibus quibus diximus apotelesmatis, dialis testimonium radiationis adiuuerit. Quod si hunc locum ♄ per quadratũ, aut diametrum uiderit, fugitiuos faciet, qui lares suos, ad longinquas regiones migrãtes, prono animositatis studio separabunt, atq; ab ipsis diuidentur.

Si lepus in occasu fuerit inuentus, & habeat beneuolarum simul & maleuolarũ stellarum testimonia, ut in præcedẽtibus apotelesmatis diximus, cum magno labore, uitę subsidia quærent. Si uero solum maleuolarum stellarum testimonium accesserit, à feris consumpti penitus, & lacerati morientur.

CLARA SYDERA, CVM ♋ ORIENTIA OCCIDENTIAQVE CAP. IX.

Aselli. N prima parte ♊ oriunt̃ Aselli, quibus orientibus, qui natus fuerit, erit quidem irreligiosus, & perfidus, sed ad omne uenationis studiũ applicatus. Is retibus feras capiet, aut foueis decipiet, aut uariis cassibus, ferróq; sectabit̃, aut canibus, ferarũ capiendarũ gratia, scrutabitur secreta syluarũ. Sed & femina si sic nata fuerit, uiraginis animo, hæc eadẽ similibus rationibus persequetur. Sed hæc faciet, si ♂ cum beneuolis stellis, hunc eundem locũ, quacunq; radiatione respexerit. Quod si ♄ hoc idem fecerit, erunt ad omne piscationis studium applicati, ita ut exquisitis piscationibus, etiam marinas belluas capiant.

Si uero hoc sydus in occasu fuerit, & locum ipsum beneuolæ stellæ respexerint, hic qui natus

natus fuerit, dormiens morietur. Si uero ♂ hunc locum uiderit, omnia quidem hæc pericula sequentur, sed natus hic dormiens, acerba morte iugulabitur.

In ♋ parte xx oritur Argion, hoc oriente, q nati fuerint, erũt quidẽ ab omni uenationis studio separati, uerũ arma uenatoribus, aut faciẽt, aut parabũt, ut retia, uenabula, sagittas, & quicquid ad structionẽ eius studii pertinet. Nutrient etiã canes, qui ferarũ cubilia, & latentes latebras, præsagis naribus persequanẽ, & om̃ia animalia, quæ ad uenationẽ faciũt. Argion.

Si uero hoc sydus in occasu fuerit, & hunc locũ ♂ quadrata, uel diametra radiatione re spexerit, ♃ prospero testimonio destitutũ, morsu rabidi canis lacerati, simili furoris insania deperibunt, ut scilicet aquæ uitantes aspectũ, & omnem poculorũ haustũ horrescentes, ita ut arentibus faucibus, aquam etiam ipsam desyderare pertimeant, aut certe feris sylueſtribus insidias parantes, ipsarum morsibus lacerati dissipabuntur.

CLARA SYDERA CVM ♌ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. X.


IN prima ♌ parte oriẽ Canicula, quæ à Græcis σείριον dicitur. Quicũq; hoc oriente sydere nati fuerint, effrenatos animos ad omne studiũ præposteri facinoris applicabũt. Erunt etiam ab omni humanitatis gratia separati, & qui libenter omnia uiolentiæ studia sectentur, furiosi, iracundi, terribiles, minaces, & quos omnes homines & oderint pariter & metuant. Erunt præterea animosi, & uerbosa sermonis affluentia inflati, & quos ad omne conuitiũ incautus sermo semper impellat. Hi etiam noua causarũ iurgia cõcitantes, cor habent, crebris agitationibus palpitans, uocem uero, crescentibus faucibus, canum latratus immitantem, ita ut sępius impetu & furore cõmoti, aut dentes quatiant, aut attritos semper exacuãt. Sed si hũc locũ ♂ uiderit, fortius hæc quæ diximus conualescunt. Hi enim nunq̃ metuunt secreta syluarũ, quin omniũ ferarũ morsus, pro mentis animositate contemnunt, ita ut frequenter illis pericula, & à feris, & ab incendiis inferanẽ. Hunc præterea locum si maleuolæ stellæ radiauerint, ☽ quoq; uidente ♄, nascẽtur uenatores, arenarii, et qui in populi cõspectu, cum feris, per caueas pugnent, gladiatores etiam, & tanta corporis uelocitate muniti, ut lepores uideantur cursu posse comprehendere. Canicula.

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentum, & ♂ aut in ipso loco fuerit, aut eũ minaci radiatione respexerit, à lupis comedentur, aut à canibus uel feris dissipati, uitam suam misera laceratione consument.

In ♌ parte tricesima oritur Crater, qui hoc oriente sydere natus fuerit, irriguos amabit campos, & fontes, aut riuos, seu fluuios, ab alueo suo, ad alia loca deducet. Erit quoque uinearum & amator, & cultor, & qui in fœcundis arboribus, fœcundos inserat surculos uel qui buxeas arbores tondens, in belluas fingat, aut uirides porticus in circulũ flexis uitibus faciat, sed hic uinũ, sine aquæ admixtione, libẽter bibet. Quod si actus illi beneuolarum stellarum radius decreuerit, humidas merces negociabitur. Crater.

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentũ, sine maleuolæ stellæ testimonio, is, qui natus fuerit, inter epulas & pocula, ebrietate morietur. Si uero maleuolarum stellarũ radius accesserit, aut in dolio uinario, aut in puteo submersus morieẽ, aut in flumine, uel lacu, palude, uel mari, seu certe in piscina, uel solio mortuus inuenietur,

CLARA SYDERA CVM ♍ ORIENTIA OCCIDENTIAQVE CAP. XI.

IN parte quinta ♍ oritur Corona. Quicunq; sub hoc sydere natus fuerit, erit uariis delitiarum uoluptatibus occupatus, ac muliebrium artium studiis deditus, florum'q; & coronarum inuentor, & qui amœnis hortorũ delectationibus adhæreſcat, odores, unguenta, aromata, studiosa cupiditate desyderans, corpu'sq; suum lenocinio pulchritudinis excolens, & qui stupra & adulteria latenter exerceat, ad uirginum pulchrarum, puerorum'q; concubitus, prona libidinis animositate festinans & currens. Corona.

Si uero in occaſu hoc ſydus fuerit inuentum,& aut in ipſo loco ♄ ſit,aut ex alio loco, hanc eandẽ partem,minaci radiatione reſpiciat,uel aliæ maleuolæ ſtellæ hoc faciant,mortis exitium decernunt,atq; in prima periment iuuentute, nam publica animaduerſione percuſſum,& inſepultum, ferarum uel canum, aut alituum facient morſibus diſſipari.

Spica. In Virginis parte decima oritur Spica, quicunq; ſub hoc ſydere natus fuerit,erit ruralibus officiis ſemper applicatus,& ad agrorum cultum,patientia laboris adiũctus,qui nouis ſeminibus,per annos ſingulos,nouitatem etiam frugibus pariat,& qui ad uitæ ſubſidium,multas fruges in horreis condat.Faciunt etiam præclara ſtellarum teſtimonia, piſtores dulciarios,conditores,& his ſimiles uiros.

Si uero in occaſu hoc ſydus fuerit inuentum,aut nimio æſtus feruore, aut præſidiorũ anguſtiis,uel incurſionum turbabuntur.Si uero ♄ hunc locum minaci radiatione reſpexerit,natum faciet miſero paupertatis onere prægrauari, ita ut ſit per omnem uitæ ſtatum, pannis male pendentibus,nudus,ſicq; eum,uſq; ad extremum uitę perducit,præſidio publicæ miſerationis,alimenta poſcentem,ita ut cum animi cruciatu,pariter & corporis,debitum uitæ compleat munus.Quod ſi ♂ hunc radiauerit locum,ob interceptam annonam,uel male diſpoſitam,ſeu cupiditatis fraudulentia ſubtractam,graue pulſatum,inſanientis inuidia populi diſſipabit,ita ut populari manu laceratis artubus,metuenda cæteris,acerbæ mortis exempla demonſtret.

CLARA SYDERA, CVM ♎ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. XII

Sagittarius. i N octaua parte ♎ oritur ♐.In hoc ſigno,qui natus fuerit,erit ſagittarũ iaculator,qui etiã uolantes aues,ſpecialis quadã artificii moderatiõe ꝑcutiat,aut qui piſces tridente uel cuſpide,inter ipſa etiã undarũ ſpatia,figat intrepidus.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuentũ,& hunc eundem locũ beneuolæ cum maleuolis,æquata radiatione reſpexerint,in exercitu conſtituti,& in acie poſiti, inter acerbos hoſtium cumulos,infinito eorum ſanguine cruenti,ab hoſtili tandem dextera cæſi moriuntur.Si uero ♂ ſolus,aſſiſtente ☿,hunc locum uiderit,aut ſi in ipſo fuerit inuentus,tales faciet,qui ſe ob alienæ gratiæ uoluntatem,nundinati ſanguinis iactura,ad mortis ſpectaculum uendant.Si uero ♄ hoc fecerit,in ludum ſententia iudicantis adducuntur. In hac enim parte ſtyx eſſe perhibetur,nec terram ſtygem hic eſſe,ulla dubitatio eſt,nam cœleſtia non timentes,animo perhorreſcunt,quæ de cœlo lapſa,terrenorum corporum ſuſtentationibus applicantur.

Hœdus In ♎ parte xv Hœdus oritur.Hoc ſigno oriente quicunq; natus fuerit,animo uario,cõſilióq; ſolicito ſemper erit,& qui uariis cogitationibus implicatus,nunquam quietem cũ ſecuritatis gratia perfruatur.Erit etiam magiſtratuum obſequiis deputatus, aut ſcriba, aut tabellarius,uel publicorum uectigalium officia pertractans.Sed tamen laſciuis moribus, & præpoſteris amorum cupiditatibus obligatus,uinóq; & epulis deditus,& qui publicis cõuiuiis pręferat gratiã,ad ſaltandũ aptus,& ꝗ ſcænicas artes ſtudioſa anioſitate perdiſcat.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuentũ,& hunc locum maleuolæ ſtellæ minaci radiatione reſpexerint,aut per præcipitia proiicientᷣ,& ſic peribunt,aut ſaltus exercentes,miſeri,penduli corporis ruina franguntur,cum in fauſto mortis incõmodo. Aut puellarũ concubitus,cæca nocte ſectantes,& nimio impatientiæ ardore poſcentes,cũ per incognita loca perrexerint,ac ſuper tecta aſcenderint,maritorum ſomno inſidiaturi, præcipiti lapſu decepti moriuntur.Si uero hunc locum beneuolæ ſtellę reſpexerint,dyſphorici,ac miſeri,infeliciter moriuntur.

CLARA SYDERA CVM ♏ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. XIII.

Ara. i N prima ♏ parte oritur Ara. Hoc oriẽte ſydere,qui nati fuerint,cũ beneuolarũ ſtellarũ teſtimonio,erũt ſacerdotes,prophetæ neocori,ac ſanctiſſimæ cuiuſdã religonis antiſtites,& diuinas quaſdã artes ſtudioſis,ac ſacris ꝗbuſdã interpretationibus explicantes.

Si uero

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentum,& hunc eundem locum ♂,aut ♄, minaci radiatione respexerit,ob aliquod sacrilegium,publica animaduersione plectentur.Si uero iis ♃ testimonium accesserit,aut diis immolati,aut propter religionem aliquam cæsi, sempiternis cærimoniis consecrantur,ut religiosis sacris semper inseruiant.

In ♏ parte xii oritur Centaurus. Hoc oriẽte,qui natus fuerit,aut erit auriga,aut equorũ nutritor & cultor,uel eorũ exercitator,aut mulomedicus,uel equitiarius. Si uero ♂ hunc locum prospera radiatione respexerit,faciet inter equites militare.Quod si ☿ hunc locũ uiderit,herbarios faciet,qui scilicet herbas,solerti arte collectas,ad medelã laborantiũ seruẽt. *Centaurus.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentum,& hunc locum maleuolæ stellæ respexerint,aut ex alto proiectus,morietur,aut quadrupedis impetu,uel equi calce percussus, aut ab equo deiectus peribit,uel euerso curru,trahentibus equis,misera morte lacerabit̃.

CLARA SYDERA CVM ♐ ORIENTIA OCCIDENTIAQVE CAP. XIIII.



IN ♐ parte v oritur Arcturus. Hoc oriente signo,q natus fuerit,erit talis qui amicorum secreta fideli taciturnitate custodiat. Huic opes regiæ credentur, huic populi ærarium,huic ædes publicæ. Si uero hunc locum maleuolæ stellæ radiauerint,aut cura illis populi credetur,aut fient domus regiæ ianitores,uel tale illis officium deputabitur,ut iis in palatio admittendi,uel salutandi officia credantur. *Arcturus.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentum,& hunc locum ♄ cum ☿ quacunq; radiatione respexerint,grauis faciet criminis pulsatos inuidia,ac publico carceri traditos, & cathenis uinctos,miseris curationibus interire.

In ♐ parte decima oritur Cygnus. Hoc oriente sydere,qui natus fuerit,aut aues capiet, aut mercabitur,aut ingenioso studio,auibus humanæ uocis sonum insinuabit,seu aues uarias,præcipue palumbes studiose nutriet. *Cygnus.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentũ, dum sibi ex alienis prædiis parant subsidia facultatũ,ab hostibus captiuitatis onere deprimuntur, aut propter spolia,uel spoliorũ furta,publica animaduersione plectuntur.

CLARA SYDERA CVM ♑ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. XV.



IN primis partibus ♑ orit̃ Ophiuchus. Hoc oriente,qui nati fuerint, Marsi erunt,qui scilicet pestiferos angues,sopitis ac mitigatis aculeis opprimant. *Ophiuchus.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentũ, & hunc locũ maleuolæ stellę quacũq; radiatione respexerint,serpentis ictu uenenati,infeliciter moriunt̃.

In octaua parte ♑ Delphinus oritur.Hoc oriente sydere,quicũq; natus fuerit,natandi studio tenebitur.Sed ♄ testimonio,urinator erit,cũ ♂ uero & ☿,petaminarius,ephelmator,orcifcopalarius,petauristarius,aut certe innata cursus agilitate perspicuus. *Delphinus.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentum,& hunc locum ♄ minaci radiatione respexerit,in mari uel in fluuio,turbinibus & procellis infauste submergetur.

In parte decima ♑ oritur Lyra. Quicunq; hoc oriente sydere nati fuerint æqui erunt,recti,cupidi,& ad omne ęquitatis officiũ apti,scelerum'q; uindices,& quibus publica iudicia,quæstionésq; credantur.Si uero hunc locũ ♄ quacunq; radiatione respexerit, tortores erunt,carnifices,& qui malos homines prono studio persequantur. *Lyra.*

Si uero hoc sydus in occasu fuerit inuentũ,publicis tormentis lacerati,aut ignibus exusti,seu tortione legitima peribunt,præsertim si hunc locum ♂,♄'ue respexerit.

In decima quinta parte ♑ oritur Cepheus.Quicunq; hoc oriente sydere nati fuerint,graues erunt,austeri,& omni seueritatis atrocitate metuendi,ac uultum semper ex morũ integritate fingentes,qui etiam Stoicam sectam uero sequantur affectu.Tales enim apud ueteres fuerunt Catones.Talis nostris temporibus Lollianus,qui seueritatis merito,etiam ordinarii consulatus insignia consecutus est. Quod si in hoc loco ♀ & ☿ fuerint attestantes, *Cepheus.*

arte tragica, carmina ſemper aut cupide legent, aut facunde facient.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuentum, in ſcopulis, in quibus aliquando periclitati fuerant, miſera corporis iactura morientur, aut nati ſtatim peribunt, aut propter inceſtum, publica animaduerſione plectent̃, ita ut nouæ iis & inauditæ mortis inferat̃ exitiũ.

CLARA SYDERA, CVM ♒ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. XVI

Aquila. i N duodecima parte ♒ orit̃ Aquila. Quicũq; in ortu huius ſyderis nati fuerint, ex cæde hominum & ſpoliis, habebunt uitæ ſubſidia, feras etiã capient pariter & domabunt. Erunt præterea fortes milites, qui ſumma uirtute præditi, nudo etiam pectore hoſtes ſequantur, multum ad laudem ſuam proficere credentes, ſi mortem ſecura animoſitate contempſerint. Quod ſi hunc locum beneuolæ ſtellæ proſpera radiatione reſpexerint, ab eis liberabitur patria, immo & alias condent ciuitates, atq; deuictis & ſubiugatis gentibus, mirifice triumphabũt. Si uero ♂ hunc locũ, ♄ue reſpexerit, præpoſitos faciet, tribunos, imperatorum miniſtros, regum ſatellites, & quibus imperii cura, uel armorum cuſtodia, in ſua fide credatur.

Si uero in occaſu hoc ſydus fuerit inuẽtũ, natos faciet, in prima uitę luce, infeliciter ſuffo(cari.

Caſſiopea. In ♒ parte uigeſima oritur Caſſiopea. Quicũq; ſub hoc ſydere nati fuerint, erunt aurifices, bracteatores, inauratores, plaſticatores, margaritarii, & qui has omnes artes, ingenioſa conuerſatione pertractent, & ex iis maxima uitæ ſubſidia conſequantur.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuẽtũ, nati aũt ex ruina peribũt, aut interfecti morieñ.

CLARA SYDERA CVM ♓ ORIENTIA, OCCIDENTIAQVE CAP. XVII.

Andromeda. i N ♓ parte xii oritur Andromeda. Quicunq; hoc oriente ſydere nati fuerint, contra homines, crudeli ſemper feritate graſſabũtur, erunt enim, aut pœnarum publicarum miniſtri, aut carcerum cuſtodes, aut carnifices, & quibus occidendorum hominũ officia credantur. Quod ſi beneuola ſtella, cũ maleuolis iũcta eundẽ hũc locũ reſpexerit, ergaſtulis præpoſitos faciet, aut fodiendis metallis.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuentum, & locum iſtum maleuolæ ſtellæ reſpexerint, feris obiici facient, aut in crucem tolli. Quod ſi ſic maleuolis ordinatis, beneuolarum ſtellarũ fauor acceſſerit, in ludũ dari facient, uel perpetuis catenarũ uinculis alligari.

Heniochus. In ♓ parte xx oritur Heniochus. Quicũq; hoc oriente ſydere nati fuerint, curioſi erunt aurigæ, agitatores, equitéſue, redarii, ſpeculatores, nonnunq; etiam medici, ſed qui herbis medelas hominibus ægrotis, pecoribúſq; aptiſſime componant.

Si uero hoc ſydus cum maleuolis ſtellis in occaſu fuerit inuentum, aut calcis ictu deiectus curabitur, aut uehiculo uerſatus uel eneruatus interibit, ſeu miſera corporis et artuũ laceratione quaſſatus.

Ingeniculus In extremis ♓ partibus oritur Ingeniculus, qui à Gręcis ἐν γόνασιν dicitur. Hoc oriẽte ſydere quicunq; nati fuerint, fugaces erunt, callidi, uariis inſtructi dolis, mendaces, et qui homines uariis inſidiis appetant, ac effrenata ſemper animoſitate graſſentur. Cũ teſtimonio uero ♂ & ☽, erunt funambuli, oribatæ, neurobatæ, & qui talia pertractent.

Si uero ſydus in occaſu fuerit inuentum, uariis inſidiis periclitabuntur. Quod ſi hunc locum ♂ irradiauerit, uiui etiam infeliciter exurentur.

ὀφρός. In ultima parte ♓, leuam uerſus, cõſurgit bellua, quæ à Græcis ὀρφὸς dicitur. Hoc oriente ſydere, quicunq; nati fuerint, piſcatores erunt, ſed maiorum piſcium. Hi enim phocas, marinos canes, xiphias, thynnos, crocodilóſue capient. Vel habebunt officia, quæ ex ſalibus, ſalſamentis, aut liquamine fiunt, & hæc mercabuntur.

Si uero hoc ſydus in occaſu fuerit inuentum, & ♂ hũc radiauerit locũ natantes in fluuio, uel mari, à crocodilis, uel huiuſcemodi belluis lacerabuntur.

Oriente autem ſeptentrione, qui eſt inter ♓ & ♈, hoc eſt inter initiũ, finem'q; mũdi, qui in uno fixus loco, & in ipſo mundi uertice collocatus, eius perpetua celeritate cõtorquet,

quicunq;

quicunq; nati fuerint, erunt ferarum mansuetarii, qui ursos, tauros, uel leones, feritate depofita, humanis conuerfationibus focient. (necati.

Si uero feptentrione in occafu fuerit inuentus, ♂ atteftāte, à feris interibūt crudeliffime

Anguis extremus eft, qui inter duas Arctos pofitus eft, in modū fluminis, quod fumofis flexibus labitur. Quicunq; fub hoc fydere nati fuerint, Marfi erunt, uel qui uenenis, ex herbarum pigmentis confectis, falutaria foleant hominibus remedia comparare. *Anguis.*

Si uero hoc fydus in occafu fuerit inuentum, morfu ferpentium icti, uel certe haufto ueneno peribunt.

Cygnus quoq; ad huius figni pertinet partē. Quicūq; igitur hoc oriente fydere nati fuerint, metallorū inuentores erunt, qui latentes auri & argenti uenas, ac cæterarum fpecierū, folertibus inquifitionibus perfequantur, hi quoq; monetarii efficientur. *Cygnus.*

Si uero hoc fydus in occafu fuerit inuentū, & ♂ in ipfo loco fuerit, uel in diametro, uel quadrato, hi aut incenfa domo cōflagrabunt, aut publica iudicis fententia flāmis ultricibus cremabuntur.

Illud autem in decretorū iftorū fine fcire debemus, quod fi illa hora, qua pars cōpletur, aut terræmotus fuerit, aut cœlum tonuerit, quicunq; tunc natus fuerit, femper corpore tremulus, & inftabilis erit, & qui dubio greffu trepidantibus'q; ueftigiis, per omnia horarū momēta, imminentiū culminū fperet ruinas, & metuat. Huic oculi micabūt, & ardēti omniū acie phorrefcēt, nec ipfa uerba certū ordinē feruabūt, fed impeditus uocis fonus, tremulū murmur exibilabit, ita ut ftrictis faucibus, in ipfo femper exitu, uerba deficiant. Putabunt enim femper tonare cœlū, terrā moueri, omnia femper ruere, ita ut caduci mūdi terroribus cogitatis, rectæ conuerfationis ordinē perdant. Hæc funt, Mauorti, decus noftrū, barbaricæ fphæræ principia, hæc eft, quā promifimus, Chaldæi operis difciplina. *Sub terræ motu nati.*

BARBARICAE SPHAERAE APOTETESMATA SECVNDA CAP. XVIII.

Nunc aūt ad fequentes partes fphæræ barbaricæ, oēm tractatū transferam, qui myriogenefin ex aliqua parte imitat̄. Quicquid enim myriogenefis de fingulis minutis pronunciat, hoc nos de fingulis partibus faciemus. Integer itaq; horofc. gnomon ponendus eft, ut uera pars, folerti cōputatione collecta, apotelefma, fideli faciat pronunciatione proferri, aliter enim, quicquid promiffum fuerit, erroris erit uitio, fallacíq; mendacio penitus obumbratum. Nunc itaq; fignorum omnium uires, atq; eorum apotelefmata, fecūdum fphæram barbaricam, per fingulas eorum partes, breui oratione complectemur.

PARTIVM ♈ MYRIOGENESIS CAP. XIX.

Prima pars ♈ fi in horofc. fuerit inuenta, & beneuolarum ftellarū radius accefferit, nafcent̄ reges, duces, & q profpere femper fuum ducant exercitum.

Secunda pars ♈ fi in horofc. fuerit inuenta, cōtumaces erunt, fures, & qui femper præpoftero furore graffent̄, quíue domiciliū fuū ad peregrinas trāsferant nationes. Si uero in hac parte horofc. cōftituto, ♂ teftimoniū habuerit, & eum ☽ de quadrato uel diametro uiderit, prædictis facinoribus detecti, publica animaduerfione plectuntur.

Tertia pars ♈ fi in horof. fuerit inuenta, erūt furdi, monoculi, ac ftolido fatuitatis ftupore confecti.

Quarta pars Arietis fi in horofc. fuerit inuenta, fures erunt, fed qui in ifto facinore deprehenfi, publice occidentur.

Quinta pars Arietis fi in horofc. fuerit inuenta, magno populo præerūt, ac de rebus maximis iudicabūt, fuæ'q; merito dignitatis, oībus pręponent̄. Erūt enī iufti, integri, fobrii & q patrū religiōes, cū maxima ueneratiōe tueant̄, quíue oī pconio bonitatis ornati moriāt̄.

Sexta pars ♈ fi in horof. fuerit inuenta, regū erit amicus, feu potentiū iudicū, illuftriumq́ue dignitatū infignibus exornatus, & qui omnia in fe gloriæ ornamēta circūferat. Aliū aūt artis cuiufdā merita cōmendabūt, alius militaribus officiis pręficiet̄, hi tamen omnes, nō uiolenta, fed pꝓria morte peribūt.

Septima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, cum ♃ testimonio, erit athleta, cum ♂ autem gibbosus, & biothanatus.

Octaua pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, cum maleuolarũ stellarũ testimonio, athletas faciet, sed quos illustrium uirtutũ merita nobilitent. Hi tamen post multa insignia, biothanata morte peribunt. Si uero ad hanc partem beneuolarum stellarum radius accesserit, uates erunt, maxima in animo diuinitatis insignia præferentes.

Nona pars Arietis si in horosc. fuerit inuenta, in prima ætate positos, biothanata morte trucidant.

Decima pars ♈ si in horoscopo fuerit inuenta, perfidos faciet, irreligiosos, impuros, sed qui uariis uitiorum ualetudinibus oppressi, in prima ætate moriantur.

Vndecima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, ♃ aut in ea parte constituto, aut ex trigona, & partili radiatione coniuncto, potentem faciet, & magnificæ præferentem insignia dignitatis, quem regibus, ac potentibus uiris, fida amicitiæ necessitudo coniungat, diuitem, affluentem, ac grandia terrarum, & possessionum spatia possidentem, faciet quoq; celebrem ducem, & omni dignitatis honore cumulatum, ac prosperis famæ testimoniis adornatum, & qui propria morte peribit.

Duodecima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, ♃ & ♀ in ipsa parte constitutis, cum ☽ testimonio, uel si hanc eandem partem ☽ trigonica radiatione respexerit, faciet præclaro nobilitatis splẽdore ornatos, qui etiã diuites & longæui, laudato mortis genere moriantᵉ.

Decima tertia pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, & quibus semper desiderata soboles denegetur, sed hi media ætate præuenti morientur.

Decima quarta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, negociatorem faciet, sed affluentibus diuitiis instructum, fœneratorem quoq; de mensis publicis, magna diuitiarum subsidia colligentem, & omnibus notum, semperq́; perspicuum, hic quoq; locus textores faciet, uel qui lanas assiduo artis magisterio, purpurásq; pertractent.

Decima quinta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, faciet impudica libidinum labe pollutum, atq; impuris semper uitiis obligatum, cinædum quoq; publica damnatum infamia. Si uero mulier fuerit, similis eam impuritatis libido percutiet.

Decima sexta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, assiduis faciet intestinorum doloribus cruciari, is etiam laniatus morietur. Si uero fœmina fuerit, in partu laborans, extremæ uitæ munus implebit.

Decima septima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, aucupem faciet, uenatorem, seu auium nutritorem, aut ferarum. Si uero ad horos. ♂ testimonium accesserit, à feris, uel à canibus lacerabitur, & morietur.

Decima octaua pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, mulionem faciet, uel mularum pastorem, sed hic à modica bestiola, aut phalangio, mure terraneo, uel Scorpione percussus, miserabili cæde morietur.

Decima nona pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, in primo ætatis uestibulo constitutos, faciet interire.

Vicesima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, & si ad eam ♃ prosperum testimoniũ accesserit, uel si in ipsa ♃ cõstitutus fuerit, diuitem faciet, multaq́;, ac præclara filiorũ sobole ornatũ, ac multorũ fratrũ præsidio munitum. Sed hũc eundẽ regibus, uel potentibus uiris, fida amicitiæ merita coniũgunt. Erit etiam deorũ cultor, omni præconio bonitatis ornatus, bonus, beneuolus, iustus, longæuus, in senectute felix, & qui sua morte moriatur.

Vicesima prima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, cum eodem sydere, quod diximus, idem etiam fatum decernet.

Vicesima secunda pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, cum eodẽ sydere, quod diximus, idem etiam fatum decernet.

Vicesima tertia pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, strumaticum faciet, exulcerata maculatum labe possessum, uel certe elephantiaca contagione maculatum.

Vicesima quarta

Vicesima quarta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet uenereos, ac semper coitus tentigine uexatos.

Vicesima quinta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, aurificem faciet, bracteatorem, uel certe marmorarium.

Vicesima sexta pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, timidum ita faciet, ut per omnia horarum momenta, uanis ac stultis suspitionibus expauescat.

Vicesima septima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, lanarium faciet, structorem, siue lanarum textorem.

Vicesima octaua pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, latrinarum faciet, cloacarum'q; mũdatorem, uel ad aliquod opus publicum, iudicantis sententia damnatum.

Vicesima nona pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, tonsorem faciet, et qui tondendis hominum præsit capillis.

Tricesima pars ♈ si in horosc. fuerit inuenta, insanos faciet, caducos, phreneticos, oligochroniósque uiros.

PARTIVM TAVRI MYRIOGENESIS CAP. XX.

Prima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, uates faciet entheos, sed qui in templis consueuerint uaticinari.

Secunda pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, stercorum faciet baiulos, latrinarum, cloacarum'q; purgatores.

Tertia pare Tauri si in horosc. fuerit inuenta, celebres faciet scęnicos, qui in sacris certaminibus constituti, pulcherrima consequantur insignia coronarum.

Quarta pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet iracũdos, & ex leui quacunque causa minaces.

Quinta pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, ♂ ibi posito, uel minaci radiatione coniuncto, ex grauibus offensis faciet interire.

Sexta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, exoletos faciet, & ad omne impuritatis uitium applicatos, irrumatores, cinædos, & quos grauis semper pulset infamia.

Septima pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, aruspices faciet, & Augures, ac talium artium diuinatores.

Octaua pars Tauri si in horosc. fuerit inuẽta, nouis faciet ac repentinis honoribus prouectos, subito tamen interire.

Nona pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet, infames, & omnium uitiorum labe pollutos.

Decima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, malos faciet, malignos, malitiosos, et qui omnium infelicitatum incõmodis cõquassentur, ac tandem biothanati moriantur.

Vndecima pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, malignis faciet humoribus tumefacto corpore uitiari, hydropicósq; mori.

Duodecima pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, ignibus cõcrematos, faciet misera, ac infausta morte perire.

Decima tertia pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, athletarum præpositos faciet, celebrésque palæstritarum magistros.

Decima quarta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, corpus faciet fœdis odoribus possessum, ita ut hyrcini fœtoris miserũ semper uirus exudet, ob hócq; ab omnibus fugiatur.

Decima quinta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, mendaces faciet, & ab omi ueritatis fide separatos, edaces quoq;, ac uentri, & gulæ crapulosis libidinibus seruientes.

16 pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, hoĩes faciet omniũ scelerũ flagitiis inquinatos.

17 pars ♉ si in horosc. fuerit inuẽta, fabros ferrarios faciet, & q manibus æra pertractent.

Decima octaua pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, seruos faciet, humilésque uiros, artocopos, uel pistores.

Decimanona pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, & quibus semper filii denegentur.

denegētur. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit, aut ex alto cadentes, aut in humido loco, uel aqua, uel fluuio infelices morientur.

Vicesima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, fœda faciet impuritate pollutos, cinædos, ac miseris libidinibus seruientes. Si uero mulieris fuerit ista genitura, sine aliquo pudore, publice prostituetur in fornice.

Vicesima prima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laceratos, misero mortis genere deperire.

Vicesima secunda pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, gibbosos faciet, ridiculósq; uiros ac biothanata morte pereuntes.

Vicesima tertia pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, raucos uoce faciet, lenones, cinædos, & infamię semper labe pollutos. Quod si beneuolæ stellæ, aut in ipso loco fuerint, aut eũ trigonica radiatione respexerint, tragœdos facient, comœdos, scænicos, cerritósq;.

Vicesima quarta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, musicos, faciet sed si hũc locum maleuolæ stellæ radiauerint, hos eosdem faciet biothanata, & infelici morte perire.

Vicesima quinta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, fullones faciet, uel tonsores, & qui ex tali magisterio uiuant.

Vicesima sexta pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui excæcato uno oculo, etiam surdi efficiantur.

Vicesima septima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet scænicos, pantomimos, sed pathicos, & cinædos.

Vicesima octaua pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, multa possidentes, & quibus infinitis lucris, acquisitus diuitiarum multarum cumulus accedat, sed tamen in posteriori, & senili ætate, miseri erunt, & infelices.

Vicesima nona pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, superbos faciet, & qui superioribus, inani quadam arrogantia, dominari cupiant.

Tricesima pars ♉ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in animi semper & corporis delectatione uersentur.

Inter ♉ cornua, si quis habuerit horosc. rex erit, uel dux magnus, gloriosus, & terribilis, & cui imperium nauale credatur, uel qui pedestrem ducat exercitum, quiue alias subiuget ciuitates, alias liberet. Sed huic in perpetuum soboles denegatur, uel saltem felices nascentur eunuchi, & quibus regni tuitio credatur, qui etiam multis multa præstent, unde illis imagines pariter, & tituli credantur, sed postea offenso principe, mala & infelici morte moriuntur.

Oritur etiã cũ ♉ Nauis, quæ si in horosc. fuerit inuenta, negociatores faciet hilares semper & lætos. Quod si ibi beneuola stella fuerit, erunt potentes naucleri. Si uero ♂ testimonium accesserit, & ☽, per maria ac terras exercitum ducent, equitibus, peditibus'q; præpositi, sed ita, uel indignatione principis morientur infelices

In ipsa autem naui, quicunq; horosc. habuerit, nauta erit, gubernator nauis, negociator, seu nauium faber, uel artificiosissimus architectus.

PARTIVM GEMINORVM MYRIOGENESIS CAP. XXI.



PRima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, & eam ♄ quacũq; radiatione respexerit, potentes faciet, ac magnos, & prouincię suæ primos atq; à ciuibus suis, cum maximo honore metuendos, sed principis indignatione pereuntes.

Secunda pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, et cũ ipsa ♃ sit positus, uel ♄, & pręsertim si in opportunis geniturę locis, ☽ fuerit collocata, uel plena luminibus ad ipsos feratur, duces faciet, qui equitum peditúmue ducant exercitus, quibus nauium credatur imperium, qui etiam plurimos subiugent homines, qui ignota sibi uideant loca, quibus quoq; etiã in remotis & longinquis regionibus, clara potestatis dentur insignia. Erunt sane iusti, religiosi, plurimis multa præstantes, & qui multis susceptis filiis, morte tandem propria moriantur.

Tertia

Tertia pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, uel sacrorũ principes, seu præcipuos regulos.

Quarta pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, maxima corporis pulchritudine faciet speciosos, & quos amata pulchritudo regibus commendet, ita ut in eorum amorem sua semper æstuent desyderia.

Quinta pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, nobiles faciet. & erecto semper superbiæ spiritu subleuatos.

Sexta pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, uates faciet entheos, qui diuino quodam numine carmina concinant.

Septima pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, carcerum faciet, publicarum'que custodiarum uigiles, custodésque.

Octaua pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, & ibi etiam ☿ locum habuerit, musicos faciet. Si uero ♂, sal pictæ reddet, sed qui in bello confossi moriantur.

Nona pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, ♂ præsente, operarios faciet, lacunarios, et perpetuo infelicitatis onere grauatos.

Decima pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet, qui pulmonis dolore cõfecti, moriantur.

Vndecima pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, oplomachos faciet, & qui gladiatorios ludos libenter exerceant.

Duodecima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uiri punctura teli morientur, mulieres uero in partu deficient.

Decima tertia pars ♊ si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet qui inflato uentre, hydropici moriantur.

Decima quarta pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, de alto loco lapsos, misera faciet morte deficere.

Decima quinta pars Geminorum, si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet balneatores, mediastrinos, & ministros.

Decima sexta pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, pantomimos faciet, sed quos multorum amoribus, perspicua corporis pulchritudo semper insinuet, molli & delicato corde.

Decima septima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, hoĩes faciet, & pulchritudine corporis, & magnitudine perspicuos, sed qui sint sane uerecundi, & ꝓpter hoc bonorũ amici.

Decima octaua pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, athletarum faciet exercitationes, palæstricis semper obsequiis deputatos.

Decima nona pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, homines faciet ferro morituros. Si uero ♄ in ea parte fuerit, aquam haurientes, perpetuis faciet laboribus fatigari. Si autem ☽ in squamosis signis posita, quæ plena lumine feratur ad ♂, uel minuta ad ♄, elephanticos efficiet.

Vicesima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uiros faciet, qui populi gubernacula teneant, & quibus pulchra iudicia credantur, sed hi biothanata morte morient̃.

Vicesima prima pars Geminorũ si in horosc. fuerit inuenta, ♄ præsente et ☽ bene collocata, affluentibus faciet diuitiis copiosos, nobilésq; regum amicos, sed paucorum patres filiorum, fratrum'q; paucorum fratres, hi tamen longæui morientur.

Vicesima secunda pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, citharœdos faciet, & musicos & qui maxima ferent ex hoc nobilitatis insignia, quémue regibus amicitiæ necessitudo cõiungat, hic tamen biothanata morte morietur.

Vicesima tertia pars si ♊ in horosc. fuerit inuenta, uiros faciet, uirtute strenuos, & in bello nobiles, quíue ab oĩbus, prospero famæ testimonio cõmẽdent̃, sed sine filiis morient̃.

Vicesima quarta pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uel hunc locum de diametro, seu quadrato respiciente, de alto lapsos perire faciet, ita ut uel fractis pedibus intereant, aut à feris, uel bestiis lacerati, deficiant.

Vicesima quinta pars ♊ si in horosc fuerit inuenta, sacerdotes faciet, aruspices, prophetas, ac regibus fideli amicitia coniunctos. Sed si ♄ in ea parte fuerit, cinædos faciet, & pathicos, sed qui regis tandem indignatione depereant.

Vicesima sexta pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, æditous faciet, tēplorúmq; custodes, hierodulos, & qui sacris officiis deputentur.

Vicesima septima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, caducos faciet, mēte captos, & insanos, & tandem oligochronios.

Vicesima octaua pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, litigiosos faciet, contentiosos, & qui semper in litibus, contentionibúsq; uersentur. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit, uel locū istū, quadrata, seu diametra radiatione respexerit, à canibus laceratos, faciet etiam, sine filiorū hæreditate, perire.

Vicesima nona pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, ☽ præsente, nobiles faciet, & nothos, sed qui in prima positi ætate moriantur.

Tricesima pars ♊ si in horosc. fuerit inuenta, uenatores faciet, sed qui principum uoluptatibus asscribantur.

In ♊ autem linea, quicunq; habuerit horosc. & in eodem loco ♂ fuerit inuentus, à bestia seu uipera percussi, femur aut pedem aliquem, infeliciter amittent.

PARTIVM CANCRI MYRIOGENESIS CAP. XX.



INter ♋ oculos, quicunq; horosc. habuerit, monoculus erit, aut omni oculorum lumine priuatus.

Prima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, ☽ præsente, negociatores faciet, & nobiles, ♄ autem præsente, nautas, piscatores, tabernarios, caupones, & huiuscemodi.

Secunda pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, uiros faciet nimia potentia, ac nobilitate perspicuos, uiolentos etiam, & qui alienam substantiam factiosa cupiditate possideāt, hi tamen per longa ibunt itinera, ubi repentina morte deficient.

Tertia pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, negociatores faciet, laboriosos, nunqnam in uno consistentes loco.

Quarta pars ♋ in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui inimicos suos, omni controuersiæ genere semper impugnent, eorúmq; superiores in omni certamine efficiantur.

Quinta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet quorum lumina caulosis uulneribus imbuantur.

Sexta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, quorum oculi peruersa semper acie uertantur.

Septima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui habeant in capite tubera. Sed si ☽ ad horosc. ferat̄, astutos faciet, & impios. Si uero tamen aut ☽ & horosc. Mars irradiauerit, lattrones faciet, crudeli feritate grassantes, hi in cruce tollentur, aut publica animaduersione damnati, crudelissima nece peribunt.

Octaua pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, cæcos faciet. In hac enim parte, & quarta, nebula est, de qua frequenti oratione, in hoc sæpius libro meminimus.

Nona pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, nautas faciet, nauium gubernatores, qui scilicet naues, per omne pelagus, periti artificii moderatione gubernent.

Decima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, tales faciet homines, qui omnia efficaci cōuersatione compleant.

Vndecima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet piscatores. et qui in aquis continue uersentur.

Duodecima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laboriosos, & qui assiduo sudore uictum quæritent.

Decima tertia pars ♋ si in horoscopo fuerit inuenta, studiosos faciet, et semper in libris, assidua lucubratione, uersantes.

Decima quarta

Decima quarta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, & qui ex auri operatione, lucrentur.

Decima quinta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, syluestres, qui semper intra sua tecta se contineant.

Decima sexta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, superbos faciet, & elatos, & qui se nobilitate illustres existiment.

Decima septima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, pigros faciet, ociosos, inertes, et nullo labore detentos.

Decima octaua pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet lætos, iucundos, & hilares, nulláque aduersitate lugentes.

Decima nona pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, histriones faciet, pantomimos, ac scænicos ioculatores.

Vicesima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet pigros, & qui nullla rerum fatigatione laborent.

Vicesima prima pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet uanos, mendaces, et nulla penitus ueritate probatos.

Vicesima secunda pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, inertes faciet, pigros & ab omni operum fatigatione semotos.

Vicesima tertia pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, instabiles faciet, & uaria mentis agitatione mutabiles.

Vicesima quarta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, super alios semper cupientes honorum dignitate leuari.

Vicesima quinta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, ☽ præsente, uel radios suos accōmodante, omni faciet felicitate beatos, sed q se stupris, adulteriisq; cōmaculent, ita ut eorū adolescentia laudet̄, posterior uero infamet̄ ætas, hoc idem & in mulieris genitura decernit̄.

Vicesima sexta pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet mobiles, & inconstanti sensus mutatione fallaces.

Vicesima septima pars ♋ si in horosc. fuerit inuēta, humiles faciet, & obscuros, assiduáq; semper seruitute depressos.

Vicesima octaua pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, inertes faciet, & ociosos, et qui nullis sciant negociis immisceri.

Vicesima nona pars ♋ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet illiberales, & fures, et rerum alienarum concupitores.

Tricesima pars ♋ si in horoc. fuerit inuenta, nautas faciet, aut piscatores, & qui assidua aquarum fatigatione laborent.

PARTIVM ♌ MYRIOGENESIS CAP. XXIII.

Prima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, lenones faciet, rauca quidem uoce eruptos. Hoc etiā in illis partibus, quæ sunt in ore ♌, simili ratione perficit̄.

Secunda pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, reges faciet, & potentes. Sed quotienscunq; ad hunc locum ♂ uenerit, aut ♄, grauia illis bellorū certamina concitant̄. In hac parte est limpida stella, de qua superius diximus.

Tertia pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, regem faciet duplex regnum possidentē, multásq; prouincias uirtutis suæ potestatibus associantem, in hanc etiam partem, eadem superior stella, felici numine, radios suos extendit.

Quarta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet uenatores, q ferarū, auiúmq; studio teneantur.

Quinta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, athletarum magistros faciet, aliptes publicos, uel unctores.

Sexta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, qui semper gymnasiorum exercitatione lætentur.

Septima pars ♌ si in horoscopo fuerit inuenta, hymnologos faciet, comicos, tragicos, &

cos, & quomodocunque scænicos.

Octaua pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, ex quodam artificio claros, & nobiles faciet. Sed si beneuolæ stellæ hoc idē decreuerint, cinædi erūt, pantomimíque, mulieres uero mere trices, quæ pudorem suum, sine ullo respectu, passiuis libidinū cōuersationibus uendant.

Nona pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, obstetrices faciet, uel alienos filios nutrientes. Quod si ☽ fuerit ibi lumine crescens atque beneuolis stellis attestantibus, regum, uel poten tium filiorum faciet nutritores.

Decima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, duces faciet, nobilésque sagittarios. Sed si ♂ ho rosc. Lunamque uiderit, gladiatores reddet.

Vndecima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet impudicos, & nulla peni tus honestate decoros.

Duodecima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet è diuerso pudicos, & omni penitus honestate insignes.

Decima tertia pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet sapientes, constantes, & in omnibus stabili ratione probatos.

Decima quarta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, inertes faciet, ociosos, & pigros, & qui nullo operis labore fatigentur.

Decima quinta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet fortes, & animo, & corpore plurimum ualentes.

Decima sexta pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, rusticos faciet, & ignobiles, & nulla pe nitus disciplina morosos.

Decima septima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, magnanimos faciet, robustos, & o mni uitæ actione probatos.

Decima octaua pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, dominos faciet, ac principes, & qui in populos habeant potestatem.

Decima nona pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, milites faciet, fortes quidem, & animo feroci semper bella cupientes.

Vicesima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, nuncios faciet siue tabellarios, & qui prin cipum negocia pertractent.

Vicesima prima pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet benignos, & omni hospitalitates genere probatos.

Vicesima secunda pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, debiles faciet, & plurima quidem corporis ualetudine detentos.

Vicesima tertia pars ♌ si in horosc. fuerit inuenta, homines uarios faciet, & diuersa sen sus uolubilitate mutabiles.

Vicesima quarta pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, sapientes faciet, ac pruden tes, & continua mentis agitatione pensantes.

Vicesima quinta pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet piscatores, & qui semper in aquis uitam ducant.

Vicesima sexta pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laboratores, quo rum uita assiduis fatigationibus teneatur.

Vicesima septima pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, laboriosos similiter efficiet, et qni mente semper & animo fatigentur.

Vicesima octaua pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines è diuerso faciet ocio sos, & nulla penitus fatigatione detentos.

Vicesima nona pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, gratos faciet, & amabiles, & omnibus caros & iucundos.

Tricesima pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet aliena semper ser uitute detentos.

PARTIVM ♍ MYRIOGENESIS CAP. XXIIII.



Rima pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, et sit ☽ plena luminibus, ac prospe rum horosc. testimonium præbeat, magna faciet nobilitate perspicuos, qui semper literarum merito, aut cum rege sint, uel regina, & qui plurimos habeant sub sua potestate constitutos. Sed si ♂ hūc radiauerit locum cinædos faciet, & qui tandem in humidis locis infeliciter moriantur.

Secunda pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, speciosos faciet sacerdotes, prophetas, aruspices, religiosos quoq; magna nobilitate perspicuos, potentes etiam, & maxima diuinitatis insignia possidentes.

Tertia pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, mercatores faciet, qui sua industria plurimos locupletent.

Quarta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, rusticos faciet, & qui terram colendo, continuis laboribus fatigentur.

Quinta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, idem efficiet quod secundā huius signi partem diximus decernere.

Sexta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, idem etiam operabitur, quod in secunda huius signi parte diximus decerni.

Septima pars Virginis si in horoscopo fuerit inuenta, ☽ crescente, uel in horosc. constituta, sacerdotes faciet, auruspices, diuinos, religiosos, potētes, atq; aduersarios suos summa semper auctoritate deprimentes. Quod si ♃, & ♂ hunc locum radiauerint, duces facient, qui contra Barbaros exercitum ducant. Si uero ☿ testimonium perhibuerit, thesaurorum facit præpositos, ac fœneratores. Sed quotiescunq; ♄ ad hūc locum uenerit, in magna erunt penuria constituti. Si autem ♃ solus in hoc loco fuerit inuentus, omnia illis felicitatis insignia decernentur. Si autem ☽ crescens lumine, ♃ radios accōmodauerit, pulchritudinis merito, fida potentibus necessitudine coniunguntur. Quod si ♀ in ipso loco fuerit inuenta, mulieres faciet prostitutas & malas.

Sub ipsa Spica, si horosc. fuerit inuentus, pistores faciet, sed qui inter collegas suos habeant principatum.

Iuxta spicam, si fuerit horosc. homines faciet infelices, pauperes, & miseros, in summa penuria constitutos.

Octaua pars Virginis si in horoscopo fuerit inuenta, religiosos faciet, iustos, ac magnifica nobilitate perspicuos, qui & affluentibus diuitiis ornentur, & pulchra gaudeant sobole filiorum atq; in prouecta ætate moriantur.

Nona pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, luctatores faciet, & qui in omnibus certaminibus, pulchra consequantur semper insignia coronarum.

Decima pars Virginis si in horosc. fuerit inuēta, latrones faciet, effrenata habendi cupiditate semper immundos.

Vndecima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, sed qui gloriosæ consequantur nobilitatis insignia, diuites quidem, ac diuitum mulierū maritos, sed qui uiolenta tandem morte moriantur.

Duodecima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, maxima dignitatis insignia reportantes, prophetas quoq;, ac sacerdotes, ac magnorum templorum, ciuitatum, uel prouinciarum rectores, quibus frequenter populorum iudicia credantur, sed hi ex filiorum suorum infortuniis, maximos dolores consequentur.

Decima tertia pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, citharœdos faciet, cantores, & hymnologos, fidibus canoros.

Decima quarta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, musicos faciet, q cantibus suis, hominum aures demulceant.

Decima quinta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, elegantes uiros faciet, qui uirginum concubitus sępe sectentur, sed habebunt in femore uitium, ita ut eos, uitiosis humoribus concretus sanguis, frequenter inquietet.

Decima sexta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, magnos faciet uiros, plura negocia sæpe tractantes, sed qui tandem biothanata morte moriantur.

Decima septima pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, gladiatores faciet, publicis uoluptatibus deputatos.

Decima octaua pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, beatos faciet, ac primos sacerdotes; doctos, regum amicos, & qui à mulieribus semper amentur. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit, uel in eius occasu, mulieris causa, publica faciet morte perire, ac biothanatos deficere.

Decima nona pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, architectos faciet, structores, parietarios, uel marmorarios.

Vicesima pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, musicos faciet, citharœdos, etiam carmina dulci modulatione cantantes, sed hi patronorum clientelas sectabuntur, obsequiis semper amoris apud homines, sibi gratiam comparantes.

Vicesima prima pars Virginis si in horosc. inuenta, hoc est, in extremo pede, homines faciet, qui se plurimis negociorum generibus inuoluant, & quibus frequenter iudicia credantur, uel qui iudicum semper amicitias affectent.

Vicesima secunda pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, quæ pars extrema linea est, homines faciet à dæmone attentatos. Quod si ♂ aut in ipsa parte fuerit, aut in eius occasu, à pyratis captos, in mari faciet interire.

Vicesima tertia pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, nautas facit, & qui continuis laboribus maria perlustrent.

Vicesima quarta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, assiduis uitæ laboribus defatigatos.

Vicesima quinta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, litigiosos faciet, & qui exigua quacunque causa, moueantur ad lites.

Vicesima sexta pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet moratos, & laudabili disciplina fulgentes.

Vicesima septima pars ♍ si in horosc. fuerit inuenta, ociosos faciet, & inertes, et qui nulla uitæ actione utantur.

Vicesima octaua pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, diuites faciet, & multis censibus plurimum locupletes.

Vicesima nona pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet religiosos, sanctáque mente, diuinis rebus semper intentos.

Tricesima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, stultos faciet, & insanos, & qui nulla penitus ratione utantur.

PARTIVM ♎ MYRIOGENESIS CAP. XXV.



Rima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, pulchro faciet corpore, & amabilis gratia uenustatis ornatos. Si uero ♄ in hac parte fuerit, omni corpore reddet incolumes.

Secunda pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, quia in ipsa plurimæ sunt stellæ, quarum aliquæ sunt masculinæ, aliquæ uero femininæ, animaduertendum est, quod si quis in masculinis stellis istis horosc. habuerit, nobilis erit hymnodicus, & cui deorum secreta credantur. Si uero in femininis, cinædus erit, sed urbanitatis gratia, semper amatus, ac omnibus charus.

Tertia pars ♎ si in horoscopo fuerit inuenta, sacerdotes faciet, iustos, sanctos, & felici ætate longæuos.

Quarta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, citharœdos faciet, & musicos, dulcisonis uocibus ornatos.

Quinta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, diuites faciet, & copiosos, & qui semper in iudiciis uersentur.

Sexta pars ♎ si in horoscopo fuerit inuenta, diuites faciet, multa negociationis officia pertractantes.

Septima

Septima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, à pyratis captos, crudeli faciet interitu perire, seu à belluis laceratos, misera coget morte deficere.

Octaua pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, balneatores faciet, mediastinos, & aquarum ministros.

Nona pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, aleatores faciet, populari notione perspicuos. Hæc quoq; pars in literis etiam & doctrina peritissimos reddit.

Decima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, pathicos faciet, & cinędos, publica pulsatos infamia. Quod si mulieris fuerit ista genitura, passiuis erit libidinũ cupiditatibus pstituta.

Vndecima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, hydropicos faciet, tumefactos, & ex hac morte perituros.

Duodecima ♎ pars si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in iudiciis, cum omnium notitia uersentur.

Decima tertia pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, & iustos, & quibus publica etiam iudicia credantur, quósq; reges amico diligant semper affectu, hi quoq; in prouecta ætate, morte sua morientur.

Decima quarta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, sculptores faciet, qui deorum simulacra, miro artificio fingant.

Decima quinta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, reginam faciet sine filiis, oligochroniam, & biothanatam perituram.

Decima sexta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, negociatores faciet, sed qui peregrinas merces semper adducant.

Decima septima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, in septentrionali scilicet parte, & ☽ bene posita, ad beneuolas plena lumine ferat̃, literatos faciet, regúmq; scribas, uel quibus dictãdi cõmittat̃ officiũ, atq; ex ea potissimũ causa, magno nobilitatis honore pspicuos.

Decima octaua pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, in crucem faciet iussu imperatoris attoli, aut eodem præsente torqueri, aut principis iussu suspendi, sed tũc cum ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, id omne continget.

Decima nona pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, in repentino hostium cursu, homines capi faciet & trahi.

Vicesima pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, in septentrionali scilicet parte, medicos faciet, celeberrima artis nobilitate perspicuos. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, de mẽsuris & ponderibus actus dabit, sed hominem faciet sine filiis & hæredibus interire.

Vicesima prima pars Libræ si in horoscopo fuerit inuenta, geometras faciet, ac mathematicos uiros, sed oligochtonios reddet.

Vicesima secunda pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, de loco alto lapsos, crudeli morte faciet interire.

Vicesima tertia pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, regem faciet, qui tamen multis superstitibus relictis, ferro moriatur.

Vicesima quarta pars ♎ si in horosc. fuerit inuenta, negociatores faciet, qui peregrinas merces nauibus aduehant. Si uero ♂ in ipsa parte, uel in occasu fuerit inuentus, iidem à pyratis in mari capti, trucidabuntur.

Vicesima quinta pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, fabros ferrarios faciet, uel qui res metallicas semper exerceant.

Vicesima sexta pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, textores faciet, gerdiósq;, sed quorum animi insaniæ ualetudine quatiantur.

Vicesima septima pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, thurarios faciet, uel pigmentarios, seu pharmacopolas.

Vicesima octaua pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, ac templorum ministros, sed diuites.

Vicesima nona pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, iustos, beneuolos, & omni bonitate ornatos.

Tricesima pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, mendaces faciet, uerbosos, & affluentia sermonis inflatos. Quod si beneuolæ stellæ in hoc loco fuerint collocatæ, magnos facient medicos, celeberrimósque, sed peregrinatores, & tandem biothanatos.

In Boote quicunque habuerit horosc. diuinus erit astrologus, uates, artísque Chaldaicæ ualde peritus.

PARTIVM ♏ MYRIOGENESIS CAP. XXVI.

Prima pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, incantatores faciet, qui uerborum potestate, dolores mitigare possint.

Secunda pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet homines, meretricio squallore sæpe pollutos

Tertia pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, nanos faciet homines, gibbosos, deformes, atque ridiculos.

Quarta pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, nanos similiter faciet, sed regum uel imperatorum delitiis deputatos.

Quinta pars ♏ si in horoscopo fuerit inuenta, ☽ bene posita, nobiles faciet, iustos, religiosos, sed qui præclaro consortio affinitatis ornati, plurimos habeant liberos. Si uero ex magisterio, uel interpretationibus, habebunt uitæ substantiam, erunt regis scribæ, literarũ tractantes officia, quos ideo fida regum amicitia nobilitet.

Sexta pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, diuites, & liberos multos habẽtes, sed hi frequenter regum uel principum indignatione moriuntur.

Septima pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet crudeli bestiarum morsu lacerатos, interire.

Octaua pars ♏ in horosc. fuerit inuenta, homines faciet opifices, mechanicarum artium opere laborantes. Sed qui aut aspide, aut uipera percussa moriantur.

Nona pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, qui illorũ cultui sint semper applicati.

Decima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, homines tales faciet, qui in prima ætate constituti moriantur.

Vndecima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, entheos sacerdotes faciet, dantes uera responsa quærentibus.

Duodecima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, templorũ seruos faciet, uel sacrorum obsequiis deputatos.

Decima tertia pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, ☽ in aliquo cardine constituta, iudices faciet, maxima reportantes insignia dignitatis, aliorũ etiam iudicũ sententias iudicãtes, atque habentes uitæ necísque humanæ summã potestatẽ. Sed hęc illis potestas ad annum xxx, uel xxxv decernitur. Hi quoque uxores habebũt & filios, Anno autem ætatis suæ, xxvii, & xlii, & lviii climateras & pericula sortientur, quæ si ad annum lxvi extendentur penitus interibunt, quoddam tamen uitium in uita patientur, et demum aut gladio, aut ferro, uel in aqua, seu repentino quodam interitu morientur.

Decima quarta pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet sensu instabiles, ac nulla penitus ratione utentes.

Decima quinta pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, otiosos faciet, inertes & pigros, & qui nulla se uitæ actione fatigent.

Decime sexta pars ♏ si in horoscopo fuerit inuenta, pistores faciet. Quod si Luna in quocunque signo claræ stellæ fuerit, iudices erunt, magna licentia & potestate ualentes. Si uero ♂ in deiectis locis fuerit inuentus, spiculatores faciet, qui nudato gladio, hominum amputent ceruices.

Decima septima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta aurifices faciet, inauratores, bractearios, & qui in auro operentur.

Decima octaua pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet à bestiis nequiter lacer-

ratos

ratos, crudeliter interire.

Decima nona pars ♏ si in horoscopo fuerit inuenta, ☽ bene posita, magna faciet potentia felicitatis ornatos, qui uitę ac necis maximam habeant potestatem. Quod si ♃ horosc. quacunq; radiatione respexerit, potestas etiam illis tanta erit, ut regali imperio comparet. Sed erunt nimium in rep. negligentes, qui etiam offenso principe moriantur.

Vicesima pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, duces faciet, potentésq; bellatores, qui prospere ducentes exercitum, infinitas uictorias consequantur, quorum uirtus, & gloria regalibus comparetur imperiis. Qui etiam nimio felicitatis augmento elati, de attentando imperio, rebelli cogitatione pertractent. Erunt enim audaces, temerarii, post mortem tamen suam superstites filios relinquentes, sed qui igne, uel offenso rege moriantur.

Vicesima prima pars ♏ si in horosc. fuerit inuenta, hoc est dexter pes ♏, piscatores faciet, qui marinas spongias colligant. Si uero secũdus pes in horosc. fuerit inuentus, ab aliqua bestia, uel quadrupede faciet interire. Si tertius, uiros quidem cinædos faciet, mulieres uero prostituto pudore, publicas meretrices.

Vicesima secunda pars Scorpionis, hoc est prior pes sinister ♏ si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet. Si secũdus à bestiis faciet interire, si tertius, tonsores reddet. Si quartus à pyratis faciet occidi, aut à bestiis laceratos, in humidis locis interimi.

Vicesima tertia pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, & ♀ & ♂ in ipsa fuerint parte collocati, potentes facient, diuites, & longæuos, & quibus felicitatis augmenta, in prouecta decernantur ætate, quíq; multa filiorum sobole gaudeant.

Vicesima quarta pars Scorpionis si in horos. fuerit inuenta, tales faciet, qui auaræ cupiditatis instinctu, & parricidali furoris amentia, fratres suos interficiant, sed ipsi quoq;, sic uolentibus fatis, uiolenta morte morientur.

Vicesima quinta pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus uel ei per diametrum, aut quadratum iunctus, homines faciet igne cremari.

Vicesima sexta pars ♏ si in horosc. fuerit inuẽta, oratores faciet, aduocatos, medicos, sed quos professionis suæ nobilitet ingenium. Cũ testimonio aũt beneuolarum stellarũ, illis patriæ legatio reddetur, hi tamen offenso rege uel principe suo, nequiter interibunt.

Vicesima septima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♀, ac ♃, diuites faciet, iustos, amabiles, longæuos, ac multarum mulierum amore præuentos. Sed his, processu ætatis, augmenta felicilitatis accedent, in prima tamen ætate, maxima gloriæ & dignitatis incrementa prouenient.

Vicesima octaua pars Scorpionis si in horos. fuerit inuẽta, strabones faciet, sed quos peruersis oculis ornet bona gratia uenustatis, hi tamen negligentes erunt. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, profusioné sanguinis patientur alii, alii elephantiam, quidam uero phrenesin, & hoc, si uero lumine ☽ feratur ad ♂, quocunq; in loco fuerit inuenta.

Vicesima nona pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, aduocatos faciet, & sapientes. Quod si beneuola stella in ipsa parte fuerit, ad imperatorem legati mittẽtur, ac omnia complebunt, quæcunq; illis fuerint in legatione mandata, unde & multa munera consequent, sed in necessariis corporis partibus, uitium aliquod habebũt omnino.

Tricesima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, Marsos faciet, & ueneficos ad neces hominũ uenena uendentes, ita ut ex isto studio multos interficiant. Erũt etiam hi malitiosi, mendaces, & mali. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, uenatores erũt, sed biothanati pereuntes. Adiacent autem Scorpioni in dextera parte Ophiuchus & Vulpes, in sinistra uero Cynocephalus & Ara.

In Ophiucho q nati fuerint, audaces erũt, enthei q̃q;, præsago diuitatis, instinctu futura noscentes.

In Vulpe qui nati fuerint, callidi erunt, fraudulenti, & circũscriptores, cordatissimi tamen, & uitæ subsidia, æterna quadam cultura quęrentes. Quod si ♄ in ipso loco fuerit inuentus, monumentorum custodes erunt, sed qui per dolum moriantur.

In Cynocephalo q nati fuerit, ualetudinarii freq̃uẽter erũt, & sine filiis, atq; oligochronii.

In Ara qui nati fuerint, sacerdotes erunt, habentes tantum ex sacrificiis uitæ subsidia,

 sed

sed mala morte pereuntes.

PARTIVM ♐ MYRIOGENESIS CAP. XXVII.


Rima pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, nobiles faciet, religiosos iustos, et quibus maxima gloriæ conferantur insignia. Quod si beneuola stella in hac parte fuerit constituta, reges faciet, uel regum proximos, qui omnia negocia sua efficaciter compleant.

Secunda pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet furiosos, periuros, perfidos, atque sacrilegos.

Tertia pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, unum oculum faciet, quocunque modo & genere, amittere.

Quarta pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, monumentorum custodes faciet, uespilliones, & pollinctores.

Quinta pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, impuros faciet, impudicos, miseros, & turpis infamiæ labe pollutos.

Sexta pars ♐ si in horosc. fuerit inuēta, nanos facit, gibbosos, uaricosos, uitiatos, & tandem biothanatos.

Septima pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, iustos faciet, religiosósq;, & quibus publica iudicia credantur, ita ut de cæterorum iudiciis sententias ferant.

Octaua pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♃, longæuos faciet, & religiosos, ac in cæteris suis affinibus primos, multos habētes filios, regū interpretes uel magistros, scribas quoq;, & sacrarum literarum officia tractantes, unde sibi, in ætatis processu, felicitatis insignia conferantur, & qui bona morte deficiant.

Nona pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, astrologos faciet, uates, diuinos, entheos, deorúmque cultores.

Decima pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, oplomachos, & qui gladiaturam semper exerceant.

Vndecima pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in hostili bello percussi, crudeliter pereant.

Duodecima ♐ pars si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet periculosos, temerarios, & qui præpostero cupiditatis ardore, ad omne nefas libenter accedant.

Decima tertia pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, parricidali faciet furore possessos, biothanatos itidem interire.

Decima quinta pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, citharœdos faciet, publicis uoluptatibus deputatos, sed qui in oculo uitium habeant.

Decima quinta pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, mechanicos faciet, qui instrumenta, bellis necessaria facientes, ipsi etiam nequiter in bello moriantur.

Decima sexta pars ♐ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uir quidem hasta laceratus morietur, mulier uero in partu deficiet.

Decima septima pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet. Si uero ♂ testimonium perhibuerit, uenatores efficiet. Si ♃, equorum faciet aptissimos curatores.

Decima octaua pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, fures faciet, periuros, maleuolos, malignos, sine filiis, & biothanatos.

Decima nona pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet pancratiastas, et athletas, sed sine filiis morientes.

Vicesima pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, atque ridiculos.

Vicesima prima pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet multorum ciborum, & res alienas abnegantes.

Vicesima secunda pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♃, magnos faciet, potentes, & infima terræ spatia possidentes. Hi enim tales erūt, quibus peditum equitumúe committantur exercitus, quibus etiam nauale sæpius prælium credatur. In quo & multa bella

ta bella confingent,& barbaras etiam subiugabunt ciuitates, quarum alias instaurabūt, alias uero funditus dissipabunt. Habebunt etiam filios & uxores, quæ tamen in necessariis locis uitia habebunt & cicatrices, ipsi uero in peregrinis locis bellantes, in pugna biothanati morientur.

Vicesima tertia pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, in desertis & abditis locis, à bestiis laceratos faciet interire.

Vicesima quarta pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, equorum faciet domitores, uel aurigas. Si uero in ipso loco ♃ fuerit, aurigas regios faciet, uel muliones, sed qui ob hoc maxima gloriæ consequantur insignia. Si autem istic ♂ fuerit attestatus, biothanatos faciet interire.

Vicesima quinta pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, ebrios faciet, & temulentos, præsertim si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus. Si uero ♀ testimonium perhibuerit, cinædos faciet, sed qui publica damnentur infamia, mulieres uero meretrices.

Vicesima sexta pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, uitiosa faciet contagione pollutos, mulieres uero, uiragines, meretrices, & ad omne libidinum facinus applicatas.

Vicesima septima pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet in desertis locis misera morte deficere. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, oligochronios faciet, et infelices, & qui acri plaga moriātur.

Vicesima octaua pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, asinarios faciet muliones & qui assiduis laboribus implicentur.

Vicesima nona pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, captiuos, ridiculósq;.

Tricesima pars Sagittarii si in horosc. fuerit inuenta, physicos faciet sine gratia, & inuidos, q̄rū mors à bestiis causet̄. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit, erūt oligochronii, sine filiis.

In extrema Sagittarii linea, & super cauda, qui nati fuerint figuli erūt. Infra caudam uero nati, monoculi erunt, & strabones, sed cursores uelocissimi, sub alienis tamen potestatibus subiugati. Hi uero erunt sanguine sæpius inquietati, habebunt quoq; faciem prolixam, sed à quadrupe lacerati, misera morte deficiēt. In dextra parte Sagittarii, oritur Nauis argo, in sinistra uero Canis.

In Naui qui horosc. habuerint, erunt naucleri, uel nauium gubernatores, negociatores quoq;, sed qui ad occidentem nauigent. Sed si ♂ hunc eundem locum uiderit, reuertentes ad orientem, à pyratis occidentur.

In Cane qui horosc. habuerint, litigiosi erunt, & clamosi. Si uero ☿ in ipso loco fuerit inuentus, erunt aduocati optimi, & regum amici, ac præcipui oratores.

In ore canis qui horosc. habuerint, erunt turpi uita, inquinato ore, sed affluentia uarii sermonis inflati.

PARTIVM ♑ MYRIOGENESIS CAP. XXVIII.

Prima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, regem faciet, ac principem, & cui maxima conferantur insignia potestatis.

Secunda pars Capricorni si in horosc. fuerit inuenta, belli gerendi doctores efficiet, & quibus præliorum dispositio credatur, sed hi biothanata morte infeliciter morientur.

Tertia pars Capricorni si in horoscopo fuerit inuenta, præsente ♂, ac ☽ bene collocata, magnos faciet, ac potentes, & qui maximam habeant gladii potestatē, sed qui iudicia sua, seuere & crudeliter semper exerceant. Hi enim crudeles erūt, ingeniosi, audaces, & multorum interfectores, erunt quoque magni exercitus duces, sed in pugna morientur.

Quarta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, pręsente ☿, musicos faciet, uel artifices, sed qui mulieres, præposteris libidinum amoribus persequantur, sint'q; in omnibus negligētes. Si uero ☽ fuerit bene posita, scribas faciet, & nobiles, quibus magnarum rerum officia credantur, diuites quoq;, iustos, religiosos, & qui longæui moriantur.

Quinta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet, impuros, & ad omne libidinis uitium applicatos.

Sexta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui tandē miserabiliter elephantici moriantur.

Septima pars ♑ si in horoscopo fuerit inuenta, curiosos faciet artifices, & quos artificii sui nobilitas commendet, regúmq; amicos. Cum maleuolarum autem stellarum testimonio, medici quoq; in hac parte nascentur.

Octaua pars ♑ si in horoscopo fuerit inuenta, præsente ♀, homines faciet qui maximæ dignitatis insignia consequantur. Quod si ☽ bene fuerit collocata, multa agentes, omnia faciet negociationis officia tractare, alios quoq; publicis uectigalibus faciet esse præfectos.

Nona pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♂, homines faciet in prima ætate defi cere. Si uero ☿ testimonium perhibuerit, fœneratores faciet, & diuites, sed qui pecuniarū suarum causa moriantur.

Decima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, mœchos faciet, sed cum amabili gratia uenustatis, qui tamen amicorum suorū uxores præpostera amoris cupiditate corrumpant. Verum nunq; in isto facinore deprehensi publicantur, sed iis potius, ex aliquo artificio, maxima uitæ subsidia conferentur. Vxores tamen etiam ipsi adulterio corruptas sortientur, ac tandem in ultimo ætatis fine morte repentina deficient.

Vndecima pars ♑ si in horosc fuerit inuenta, aurifices faciet bractearios inauratores, & qui talia exerceant.

Duodecima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, magnæ uirtutis faciet athletam, sed qui biothanatus moriatur.

Decima tertia pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♂, tales faciet qui propter lucrum, ad omne facinus crudelitatis accedant. Sic enim erunt Marsi, uenena uendentes, & qui serpentes sopitis uenenorum aculeis, nutriant, per quos multi etiam moriantur, erūt quoq; periuri, libidinū adulteratores, sed qui tenui uoce carminū modos dulciter dicāt, ac omnes ut plurimum ficta simplicitate decipiant, ori putri, clamosi, & qui neq; de uxoribus, neq; de filiis, aliqua gaudia consequantur. Erunt præterea in ætatis processu, pedibus claudicantes, & qui de cōmertiis, uel de publico, uitæ subsidia consequantur.

Decima quarta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, ♃ præsente, uel ♀, diuites faciet, ac rerū ministros, quibus semper aliqua tuitio credatur, quíq; in populo suo, principalium uirorum officia pertractent, erunt tamen negligentes, & qui plurimis conuiuiis gaudeant. Quod si ☿ in isto loco fuerit inuentus, ex domestica cōmendatione prouecti, ad regum amicitias peruenient.

Decima quinta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, atque ridiculos.

Decima sexta pars Capricorni si in horosc. fuerit inuenta, homines gibbosos faciet, & qui sex digitos in manibus habeant.

In coniunctione spinæ & colli ♑, qui nati fuerint, ♂ præsente, ac ☽ testimonium perhibente, & bona radiatione coniuncta, nobiles erunt, ac nobilium filiorum parentes, regū amici ac principum, polychronii quoq;, sed qui biothanati moriantur.

Decima septima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, præsentibus in eadē parte uel signo, ♂ ♀ & ☿ uxorum faciet interfectores, sed qui publica animaduersione plectantur.

Decima octaua pars Capricorni si in horosc. fuerit inuenta, ☿ pręsente, scribas faciet, regalibus semper officiis deputatos, sed hi à bestiis cōsumpti, in locis humidis morientur.

Decima nona pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, tabelliones faciet, forensibus semper studiis applicatos.

Vicesima pars Capricorni si in horosc. fuerit inuenta, nobiles faciet, ac regū amicos, & quibus multa ex imperatorū largitionibus conferant, amabiles populo, & qui mediocritatis spatio, multa dignitatis insignia consequant. Erunt aūt faciles ad indignandū, et qui

indignationes

indignationes suas cum maximo potestatis impetu prosequantur, sed ex fratrum casibus infortunia percipient, morte tamen propria morientur.

Vicesima prima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, languidos faciet, & animo & sensibus, & qui frequenter insaniant.

Vicesima secunda pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui crudeliter à bestiis lacerati, morientur.

Vicesima tertia pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, pantomimos faciet, & scænicos, sed gratia uenustatis ornatos.

Vicesima quarta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, iustos faciet, potentes, & qui de aliorum sententiis iudicia ferant, regum amicos, sed qui ex filiorum infortuniis maxima doloris & angustiæ incommoda consequantur.

Vicesima quinta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, tyrannos faciet crudeles, ad omne facinus armatos, periculosos, & temerarios, & quibus semper mors, populi ac multitudinis manibus, in seditione feratur.

Vicesima sexta pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, homines rusticos faciet, & qui tãtum ex syluis uictum aucupentur.

Vicesima septima pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet debiles, aduersáq; sæpius ualetudine impeditos.

Vicesima octaua pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, diuites & locupletes, sed fœdo auaritiæ crimine detentos.

Vicesima nona pars ♑ si in horosc. fuerit inuenta, lætos faciet, hilares, atq; iucundos, & qui nulla penitus aduersitate frangantur.

Tricesima pars Capricorni si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet lentos ac pigros, & qui nunquam incepta perficiant.

PARTIVM ♒ MYRIOGENESIS CAP. XXIX.

Prima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, præsentibus ♃ & ♄, uel horosc. trigonica radiatione respicientibus, ac ☽ bene collocata, reges magnos faciet, & gloriosos, polychronios quoq;, ac omnium terrarum circulum possidentes, & quibus maxima in processu temporis potentia decernatur, sed ii tamen in aqua peribunt.

Secunda pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, artifices artium faciet, quæ ad ornatum uel picturam pertinent, sed ii superstitibus filiis, propria morte morientur.

Tertia pars Aquarii si in horoscopo fuerit inuenta, ♃ præsente, uel horosc. quacunq; radiatione respiciente, magnos faciet, ac potentes, & multas terras possidentes, sed qui patrimonii sui iacturam faciant, ueruntamen propriis uiribus, maxima consequentur subsidia facultatum. Ii quoq; gentem suam debellabũt, & erunt ad omne crudelitatis facinus adiuncti, & qui multorum hominum stragibus gaudeant. Habebunt quoq; ex ancillis filios, sed hos immatura perdent ætãte. Erũt aũt ab omni tristitia separati, omnibus displicebunt, omnibus detrahent, ita ut ex ista causa, omnes eum amici uitent. Erunt præterea edaces, multum cibum sumentes, sed multum agri possidentes, & in processu temporis multa potentiæ insignia consequentes. Sed cum fuerint limen senectutis ingressi, iam superioribus laboribus debilitato corpore, agros colent.

Quarta pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, deorum cultores faciet, de aliorum sentẽtiis iudicia proferentes, sed tamen ii biothanata morte infeliciter peribunt.

Quinta pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, homines quidẽ tales faciet, qui laqueo uitam infauste finiant.

Sexta pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, aquas faciet haurientes, misero laboris onere grauatos, seu nobiles athletas.

Septima pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, ac ♀ fuerit ei quacunq; radiatione coniuncta, longæuos faciet, diuites ac iustos, & qui maxime in senectute proficiant, sed ii tandem superstitibus filiis, sua morte morientur.

Octaua

Octaua pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet aduerso fortunæ decreto, seipsos non possidentes.

Nona pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, structores faciet, architectos, sculptores, & talia opera exercentes.

Decima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, & ♂ ei fuerit quacunq; radiatione coniunctus, balneatores faciet, ac mediastimos, sed in prima ætate positi morientur.

Vndecima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in aquosis uel humidis locis, infauste moriantur, in uertice Vrnæ, qui nati fuerint, medici erũt. Si uero fuerit ei ♄ quacunq; radiatione coniunctus, polinctores erunt, & funerarii, ac uespilliones, quibus mortuorum sepulturæ officia credantur.

Duodecima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, piscatores faciet, qui solum ex mari, uitæ suæ subsidia consequantur.

Decima tertia pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, uel cloacarum mundatores. Si uero ♂ ei testimonium perhibuerit, balneatores efficiet. Si autem ♄, aquarum reddet haustores, & qui ex tali artificio uiuant.

Decima quarta pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ ei testimoniũ perhibente, uiatores faciet, uel nautas, sed qui omnis laboris onere prægrauati, uitam miseram ducant.

Decima quinta pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, cinædos faciet impudentes, sed qui hoc libidinis uitium latenter exerceant.

Decima sexta pars ♒ si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet qui potissimum ex igne laborata opera conficiant.

Decima septima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, & ei ♂ fuerit quacunq; radiatione coniunctus, hasta faciet laceratos interire.

Decima octaua pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui pulmonis dolore, cum graui ægritudine laborabunt.

Decima nona pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in alios tandem potestatem aliquam consequantur.

Vicesima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, hydropicos faciet qui uentris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.

Vicesima prima pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, bractearios, inauratores, & talia exercentes.

Vicesima secũda pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet formosa facie et corpore gratos, sed in prima ætate morituros.

Vicesima tertia pars ♒ si in horosc. fuerit inuenta, pigmẽtarios faciet, sed diuites, & quibus ex tali arte lucra prouenient.

Vicesima quarta pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, & ei fuerit ♃ quacunq; radiatione coniunctus, formosos faciet, & magno corpore gratos, & amabiles. Si uero ei ♀ fuerit quacunq; radiatione coniuncta, regis amicos faciet, corporis pulchritudine gratos, & felices, sed qui in prima ætate constituti, naturæ legibus satisfaciant.

Vicesima quinta pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, ac sine filiis, erraticos semper, atq; amorũ cupiditatibus æstuantes, in quibus omnẽ cogitationẽ exponant.

Vicesima sexta pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui ex herbis, uel terræ cultura, uitæ subsidia consequantur, sed hi perpetuis laboribus oppressi, longæui erunt, & imprestabiles.

Vicesima septima pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, hierodulos faciet, & templorum seruos, atq; in sacrorum cerimoniis hymnos dicentes.

Vicesima octaua pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, podagricos faciet, qui pedum tumore confecti, semper doleant.

Vicesima nona pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uel ei quacunq; radiatione coniuncto, homines faciet, de alto proiectos claudicare. Si uero hunc locum ♄ respexerit, ex hoc infortunio, infelicissime morientur.

Tricesima pars Aquarii si in horosc. fuerit inuenta, & ei ♄ cum ☽ appositus, quacunque fuerit radiatione coniunctus, nobiles faciet, & longæuos, quibus etiam, in processu temporis, omnia felicitatis insignia conferantur. Quidā etiā negociandi causa pelagus grande transibunt. Sed erunt ii sane sine filiis, ac priuignos suos in loco filiorū habentes. Extra autem ♒ partes istas, cum ipso signo exoritur falx, lupus, lepus, ♒ minor, & ara.

In falce qui nati fuerint, aratores erunt, qui agros colentes, multas frumentorum copias legant.

In ore lupi qui nati fuerint saltatores erunt, sed Marte atteftante, miserabiliter à canibus comedentur.

In ipso lupo qui nati fuerint, fraudolenti erunt, fures, crudeles, homicidæ, qui suos, & extraneos, crudeli feritatis atrocitate percutiant, sed ii biothanati morientes, etiam insepulti belluis relinquentur.

In sinistro pede lupi, atteftante ♂, qui nati fuerint, à latronibus percussi, pedes grauiter laxabunt.

In dextro pede lupi, qui nati fuerint, phrenetici effecti, in primo ætatis tēpore morient.

In capite minoris ♒, qui nati fuerint, per deserta loca multum errabunt, & in eis conuersabuntur, ac forte quidam aucupii exercitio sacrabuntur.

In dextra minoris ♒, qui nati fuerint, equorum magistri erunt. Si uero beneuolæ stellę testimonium perhibuerint, aurigæ uel muliones regis efficiuntur.

In uentre minoris ♒, qui nati fuerint, cultores erunt hortorum, fœneratores, & laboriosi, sed biothanati.

In dextro pede minoris ♒, qui nati fuerint, in locis aquosis, humidisque infeliciter morientur.

In ara qui nati fuerint, de sacrificiis uitæ subsidia consequentur, sed tamen exusti ignē peribunt.

In aquæ effusione, qui nati fuerint, à prima ætate diuites erunt, & multorum bonorum possessores, sed patrimonium paternum uaria profusione dilapidabunt. Erunt autem liberales, sed iis multi erunt frequenter ingrati. In ætatis tamen processu, maxima & patrimonii & dignitatis augmenta consequentur, ac inimicos suos sibi uidebunt omnifariam subiugatos.

In lepore qui nati fuerint, pauperes erunt, infelices, timidi, atque uagantes, suósque labores frustra nitentes.

PARTIVM QVAE IN ♓ SVNT MYRIOGENESIS CAP. XXX.

Prima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, curiosos faciet, compositos, atque ex egregiis facultatibus uitæ subsidia consequentes, qui ex sororum uel affinium conscriptione, filios suscipiant, incestuoso coitu conquisitos.

Secunda pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet stridentis animi, suspiciosos, atque zelotypos.

Tertia pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, impuris faciet, libidinum uitiis implicatos ac meretricio squallore pollutos, quorum uita publica semper uexetur infamia.

Quarta pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, effeminatis faciet moribus cinædos, mulieres uero faciet pudorem suum, passiua libidinis nundinatione prostituere.

Quinta pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, & ei ☿ & ♀ fuerint quacunque radiatione coniuncti, diuites faciet, nobiles, longæuos, qui ex arte aliqua uitæ subsidia consequantur. Hi quoque regibus insinuabuntur, ac bona senectute prouecti filiis superstitibus, bene morientur.

Sexta pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui à bestiis crudeliter lacerati moriantur.

Septima pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, aut à bestiis in terra, aut à ♓ in aqua faciet lacerari.

Octaua pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♀ & ☿, religiosos faciet, iustos, longæuos, ac literarum officia tractantes, regibus notos, & eorum scribas, qui filiis superstitibus, in ultima ætate morientur.

Nona pars ♓ si in horoscopo fuerit inuenta, idem decernit, quod in octaua superiore diximus decerni.

Decima pars ♓ in horosc. fuerit inuenta, ☽ bene posita, & ibi præsente, grandes faciet, potentes ac omnibus notos, regibus coniunctos, multásq; terras peragrantes, ac grande pelagus nauigaturos. Hi etiã Liburnis præponentur, ac nauale cõmittetur imperium, eruntq; in pugna uictores & superiores. Habebunt quoq; maximum amoris & gratiæ meritum, erunt iusti, & religiosi, sed circa muliebres concubitus semper impatientes, magna tamen præstantes, & omnia impetrantes, sed regis dolo aut ita biothanati morientur.

Vndecima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in desertis locis, à bestiis lacerati, naturam perdent, aut in humidis terris, in prima ætate, & sine filiis, uel hæredibus biothanati morientur.

Duodecima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, piscatores faciet, sed phreneticos, et in prima ætate morituros.

Decima tertia pars ♓ si in horoscopo fuerit inuenta, pręsente ♀, & ♃, diuites faciet, et nobiles, ex aliqua arte uitæ substantiam consequentes. Si uero ☿ ei, quacunq; fuerit radiatione coniunctus, negociatores faciet, uel pigmentarios, diuites tamen & felices, & qui superstitibus filiis moriantur.

Decima quarta pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, quibus maxima cõferantur dignitatis insignia, sed ii in aquosis uel humidis locis, aut à pyratis occidentur.

Decima quinta pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, homines faciet qui per terrarum deserta uagent, ac per incognita maria nauigent, hi enim semper laboribus torquebuntur, ac semper in nauibus uitam habebunt.

Decima sexta pars ♓ si in horoscopo fuerit inuenta, diuites faciet, & longæuos, atq; in cæteris affinibus primos.

Decima septima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines facit, q carmina dulci modulatione decantent. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, hi laqueo se suspendent.

Decima octaua pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, audaces faciet, & multum cibum sumentes, sed ualetudinarios.

Decima nona pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, oratores faciet, & aduocatos, docti sermonis affluentia perspicuos. Quod si ei beneuola stella testimonium accõmodarit, erunt in domo regia, multa imperantes, ac multa uerecundia & morum grauitate, atq; honesta conuersatione semper ornati, ab omnibúsq; dilecti.

Vicesima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, per multas gentes errantes, sed si ♂ ei testimonium perhibuerit, erunt in prima ætate captiui & serui.

Vicesima prima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet homicidas, et qui facili bile ad rixas moueantur.

Vicesima secũda pars ♓ si horosc. fuerit inuenta, impudicos faciet, ac omni quidem fœdæ ueneris genere inquinatos.

Vicesima tertia pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, aucupes faciet, & qui ex auibus tantũ, uitæ substantiam consequantur.

Vicesima quarta pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in mari nauigantes, uitam ibi finiant.

Vicesima quinta pars Pisciũ si in horoscopo fuerit inuenta, aurifices faciet, celatores, pictores, & qui ex iis artibus alantur.

Vicesima sexta pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ & ♄ testimoniũ perhibentibus, balneatores faciet, mediastimos, nauticos quoq;, & quibus organicæ machinationis officia credantur, sed infelices, & biothanatos.

Vicesima septima

Vicesima septima pars ♓ si in horoscopo fuerit inuenta, fugitiuos faciet, per multas terras errantes, sed qui spina percussi pereant.

Vicesima octaua pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, homines faciet in humidis & aquosis locis à bestiis lacerari.

Vicesima nona pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, si ♃ & ♀ in ipsa parte fuerint collocati, & ☽ sit bene posita, nobiles faciet, ac diuites, qui per omnem uitam suam feliciter uiuentes, sua tandem morte deficiant.

Tricesima pars ♓ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet in mari uitam habentes, & qui semper laboriosis actibus implicati, uitam summo cum sudore ducant.

In extrema ♓ cauda, hoc est in linea quæ diuidit ♓, & ♈, ♂ præsente, qui nati fuerint, apocopi erũt, & abscisi. In ♓ septentrionali, oritur ceruus, & lepus, In australi autem oritũ cetus, marina bellua.

In cornibus cerui, qui nati fuerint, ♂ præsente, armorum præpositi erũt exercitusq; duces, qui peregre pugnantes, in prælio tandem moriantur.

In ore cerui, qui nati fuerint, Marsi erunt, qui serpentes inuestigent atq; comprehẽdant, sed biothanati.

In pedibus cerui, qui nati fuerint, plurimũ uagantes, biothanata tandẽ morte deficiẽt.

In lepore qui nati fuerint gubernatores erũt periti, quibus nauiũ gubernacula credantũ.

In cauda ceti, ♂ pręsente, qui nati fuerint, à bestiis lacerati, crudeli morte uitã amittent.

In duabus partibus ceti, præsente ♀ & ☿, qui nati fuerint, uiris potentibus subiacebũt, & inde proficientes, uitæ consequentur augmenta. Alii autẽ serui erunt, sed ad grandem dignitatem, honesto ac liberali seruitutis merito, patronorũ indulgentia deducentur.

In tribus partibus ceti, qui nati fuerint, nauigabunt, ac plurimas terras circundabunt. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, à pyratis interfecti morientur.

SPHAERAE BARBARICAE TERTIA APOTELESMATA CAP. XXXI.



N plurimis signis, claras esse stellas, & regia luminis maiestate fulgentes, in sexto diximus libro. Quid itaq; in istis partibus, in quibus claræ inueniuntur stellæ, decernat horosc. quemadmodum in eodem sexto libro de ☽ diximus, nunc explicare curabo similiter.

In undecima parte ♈ clarum ostẽditur sydus, in quo qui nati fuerint, ♃ præsente, uel ei trigonica radiatione coniuncto, duces magni erunt, ac potentes, & regum amici, multam & grandem terram possidentes, ac honesto famæ testimonio subleuati, & qui morte propria moriantur.

In cornibus Tauri, hoc est, in xxx eius parte, clara est stella, in qua qui nati fuerint, reges erunt, aut ductores.

In dextro cornu ♉, qui nati fuerint, magni erunt principes, quibus nauale & pedestrẽ cõmittatur imperium, terribiles, laboriosi, ac multas ciuitates à bellorum obsidionibus liberantes. Hi unici nati sine liberis erunt, quibus publici tituli, imagines, ac statuæ decernantur, sed postea regum offensione morientur. In qua autem ♉ stella, hæc eadem decernantur, sextus iam tibi liber noster ostendit.

In Leonis parte secunda, stella limpida reperitur, in qua qui nati fuerint, reges erunt potentes, duplex possidentes regnum, sed quibus quotienscunq; ad eandem stellam ♄ & ♂ uenerit, totiens illata prelia concitentur.

In decima tertia parte ♍ est limpida stella, in qua pręsente ☽ & clara, qui nati fuerint, potentes erunt, magnas uitæ & necis habentes potestates, & quibus maxima pars committatur imperii.

In decimanona parte ♍ est itidem limpida stella, in qua præsente ☽ & bene collocata, qui nati fuerint, potentes eunt. Quod si ei ♃ fuerit prospera radiatione coniunctus, regi proximi erunt, diuinos honores possidentes, præstantes, boni, sed negligentes aliquantisper, & quibus mors ex regis indignatione proueniat.

In uicesima secũda

In uicesima secunda ♐ parte, sunt aliquæ limpidæ stellæ, in quibus qui nati fuerint, ♃ in ipso signo cõstituto, magni erunt, & potentes, ac multam terram possidentes, qui pedi tum atque equitum exercitus ducant, quibúsque prælium nauale credatur. Erũt etiã in omni bus præliis uictores, barbaros subiugantes, ciuitates uero alias instaurabunt, alias euertẽt. Habebunt autem uxorem, in necessariis corporis partibus uitiatam, sed ipsi, filiis superstitibus, in pugna fortiter dimicantes, morientur.

In parte tertia ♑ est clara stella, in qua, in ipso etiam signo ♂ collocato, & ☽ bene posita, qui nati fuerint, magni erunt, & potentes, habentes maximam necis, & uitæ potestatẽ, sed crudeles erunt, & qui multis cędibus gaudeant, exercitus tamen ductores erunt, ingeniosi, magnanimi, & audaces, sed qui tandem in bello moriantur.

In prima parte ♒ est clara stella, in qua q nati fuerint, ♃ & ♄ prospera radiatiõe cõiunctis, ac ☽ bene posita, reges erũt magni, & gloriosi, religiosi quoque, iusti, & longæui, sed quibus etiã in præcedenti ætate, cũ summa gloria, maximũ potestatis cõferatur imperium.

In decima parte ♓ est clara stella, in Australi scilicet pisce, in qua, præsente ♀, qui nati fuerint, ☽ bene ordinata, magni erunt, & potentes, ac regibus noti, & qui multas terras peragrent, ac grande pelagus nauigẽt. His quoque Liburneum & nauale cõmittetur imperiũ, eruntque in præliis uictores, & ab omnibus amati, iusti, religiosi, sed ad mu liebres concubitus proni, præstantes tamen multa, ac potiora imperantes, qui tandem regis odio uel iracundia damnati moriantur. Hæc quidem de singulis partibus pronunciat sphæra barbarica, quam tibi apertissime declarauimus.

GENERALE TOTIVS OPERIS APOTELESMA CAP. XXXII.



Enituram integre explicare non poteris, nisi fuerint omnia æquatis stellarũ mixturis & traditionibus, cõparata, quod nos frequentissime dixisse meministi. Cum enim ignitis syderibus, aliorum syderũ fuerit frigus oppositum, & frigoris glacies, igniti ardoris fuerit flagrantia temperata, mixtura hęc pari rationi efficietur. Omnia itaque pro locorum ac stellarum potestatibus, colligenda sunt, patitur enim iacturam potestatis suæ stella, cum in deiectis locis, uel humilitatibus suis fuerit collocata, gaudet aũt (ut frequẽter diximus) principe in loco, in altitudine sua posita, secundo in finibus. Cum igitur omnia fuerint ita partili ratione collecta, totũ debemus genituræ corpus inspicere, ut fata hominum, ex omniũ stellarum potestatibus colligentes, quicquid decretum fuerit, uetis possimus explicare sententiis.

TOTIVS OPERIS SVPERIORIS PERORATIO CAP. XXXIII.



Ccipe itaque, Mauorti decus nostrũ, quod tibi, cum summa tamen animi trepidatione promisimus, septem scilicet hos libros, ad septem stellarũ ordinem, numerúmque compositos. Nam primus liber solũ patrociniũ defensionis accepit, in cæteris uero libris Romanis hominibus noui operis tradidimus disciplinam. Tu uero præcedenti admonitione conuentus, ac religiosa iurisiurandi auctoritate cõmonitus, hos libros, puro animo, puráque mente custodi, ne imperitis & sacrilegis auribus scientia istius operis intimetur. Celari enim & abscondi, plurimis tegumentis, natura diuinitatis ab initio uoluit, ne omnibus facilis esset accessu, néue cunctis patefacta maiestatis suæ origine, panderetur. Hoc etiam nos in his libris facere conueniet, ut scilicet eorum lectio religiosis tantum pateat, profanis autem semper & sacrilegis denegẽt, ne ueterũ occultanda cõmenta, nefariis quodãmodo æditionibus polluamus. Quapropter hæc filiis tuis tantũ trade, quos à prima ætate, ad omne uirtutis officiũ instituisti, tuis quoque trade amicis, quos tibi fida amoris necessitudo cõiunxit, quosque scis tuę uirtutis exempla sectari. Horũ aũt librorũ artificiũ, nos tibi soli ędidisse sufficiat, quos tibi mãdamus, tibi credimus, tibi cõsecramus. Tu uerus interpres, tu fidus custos, tu religiosus antistes, tu solus uirtutũ tuarũ merito, id ornare poteris, quod nos peruigili cura, atque animi pariter & corporis labore, cũ maxima etiam solicitudine ac trepidatione perficimus.

IVLII FIRMICI MATERNI IVNIORIS SICVLI V. C.
AD MAVORTIVM LOLLIANVM PROCONS.
LIBRORVM MATHESEOS, FINIS.

CL. PTOLOMAEI

PHELVDIENSIS ALEXANDRINI QVADRIPARTITVM.

PROOEMIVM.



ERVM, Iesure in quibus est pronosticabilis scientiæ, stellarum perfectio, magnas & præcipuas duas esse deprehendimus. Quarũ altera quæ præcedit, & est fortior, est scientia solis & lunæ, nec non quinq; stellarum erraticarum figuras demonstrans, quas suorum motuũ causa, & unius ad aliam, eorumq́; ad terram collatione contingere manifestum est. Altera uero, est scientia qua explanantur & mutationes & opera quæ accidunt & complentur propter figuras circuitus earum naturales eis in rebus quas circundant. Sed quoniam duarum prædictarum prima quidem est scientia per se alteriq́; incõmixta, oportet ut scientiæ perscrutator eam sui causa perquirat & addiscat, & hic fructum accipiat, licet secundam non addiscat scientiam. Quoniam igitur hoc ita se habere manifestũ est, iã primæ per se scientię tibi à nobis peractũ est uolumen, in quo pro posse nostro rationabiliter processimus. In hoc libro secundam scientiam, per se nequaquã explicabilem, prout ratio physica postulat, explanabimus. Oportet autẽ eius inuestigatorem hanc intentionem exequi, ut in ea recto tramite uiaq́; ueraci procedat. Modum tamen ad hanc perueniendi scientiam, modo quo ad alteram peruenitur, quæ semper unius eiusdemq́; modi est, assimilare nõ uelit: hanc etenim postponet & abnegabit scientiam, si assimilet. Breuis enim mora accidentium materiei, in qua hæc uersatur scientia, est huius scientiæ secundæ mutationis occasio. Hęc nanque materia nunquam in eodem statu perseuerat: ideo perfectam istius scientiæ cognitionem grauiter quis attingit. Ob hoc tamen á nullo pigritiæ causa postponenda est, quin ex ea sciri quod possibile est, scire nitatur. Planum quidem est illud quod nos ambit, plurimum accidentium & mutationũ, in hoc mundo contingentium occasionem existere. Quoniam autem multorum est ad inuestigandum difficilia uilipendere, quidam mentis cæcitate animiq́; imperitia, primam scientiæ partem accusantes postponebant, quidam uero secundam. Occasio quidem illos ad hęc ita distrahens forsitan hæc est. Quoniã uel sunt, ut quidam, qui quod præ difficultate nimia scire nequeunt, alios scire posse nequaquã extimant, uel forsan, uelut hi qui licet scire ualeant repudiant, eò quòd leuiter à memoria diffluat. His itaq; de causis hanc uilipendentes scientiam pro nihilo reputabant. Nos uero prius quàm huius scientiæ particulariamanifestemus, breuiter probare nitemur, quid in hac habetur, quidq́; sciri potest de pronosticationis sciẽtia, quisue sequatur fructus, & ex his duobus incipiemus explanare quantum sit, ad quod ex hac scientia pertingere possumus.

Ratio perueniendi ad pronosticandi scientiam. *Cap.* II.

VIm aliquã in materia alathir existere, quę ad terrenas usq; perueniẽs, eas mutare compellat, imò cogat, easdemq́; res, item naturaliter mutabilitatem suscipere, ex duabus primis materiebus lunari circulo suppositis, quæ sunt ignis & aër, quas motus alathir circundat & mutat, ipsisq́; cætera, aquam scilicet & terram, eorumq́; singula uegetabilia circundat, suisq́; mutationibus mutant, nulli dubiũ esse credimus, eò quod sol & aër in terrenis omnibus operantur. Et quod non solum terrę ex quatuor anni temporibus alterationes aduenirunt, uelut in ani

mantium conceptionibus, arborum fructibus, aquarum excessibus, corporúmq; mu
tationibus, sed etiam ex diurna uolubilitate in qua quotidie continetur. Ob hanc ete-
nim uolubilitaté terra calescit & infrigidatur, desiccaẽ & humectaẽ uno eodémq; modo,
propter consimiles in specie figuras, quæ formantur secundum eorũ loca à zenith nostro
rum capitum. A luna quoq; similiter, quia terræ propinquior est, magna nobis uis attri
buitur, qua multis animatis & inanimatis mutationes conferuntur. Excessus nanq; riuo
rum & decrementa, secundum lunæ diminutionem & augmentum eueniunt. Maria
quoq; in eius ortu & occasu alterantur. Vegetabilia item & animata in toto uel in parte
ipsius augmento uel diminutione, crementum & decrementum ineunt. Erraticarum
quoq; stellarum atq; fixarum circumuolutio, calores & uentos ac niues in aëre nos ambi
ente, multis modis efficit. Quapropter secũdum illius complexionem, rebus terrę super-
positis alterationes accidunt. Et secundum eorum figuras adinuicem, quas ex sua con-
iunctione suarúmque fortitudinum commixtione suscipiunt, uariæ rerum mutationes
contingunt. Præter quod solis efficacia semper in rerum uariationibus ordinatim ince-
dentibus præualet cæteris. Aliæ uero illum quandoq; iuuant & nonnunquam impedi-
unt, quod in luna contingit euidentius atq; frequentius, uelut in coniunctione & dico-
thomitate ac plenilunio. In aliis uero stellis euenit in temporis prolixioris circuitione &
occultiore significatione, secũdum quòd est in horis occultationis & apparitionis earum
atq; declinatione sua uersus quamlibet latitudinem. Quoniam igitur ita se stellarum o-
pus habet, necesse est ut quod suis operantur motibus non solum in manifestis appare-
at, uerum etiam in principio ortus seminum & fructuum, ut formæ earúmq; modi se-
Stellarum uis cundũm aëris qualitates in ipsa hora designentur. Inde est quod per plura experti sunt
agricultores, ac pecorum custodes, in hora coitus animalium, seminúmq; proiectionis
quod inde futurum sit, per uentorum flatus deprehendunt. Generaliter etiam cognosci-
mus quod res uniuersales quæ per solis, & lunæ nec non stellarum figuras declarantur,
planę sunt & apertæ. Huius etenim artis expertores eorum pronosticationes solis frequen
ter experimentis agnoscunt. Illi quoque stellarum effectus, qui maximis uiribus accidũt,
& qui naturaliter euenire cõsueuerunt, ab imperitis, imò etiá & aliquibus animaliũ pro-
nosticantur. Quamplurima nanque animalia temporum anni uariationes uentorúmq;
mutationes, qui aulia uocãtur, significare uidemus. Quod quia harum significationum
occasio frequentius est solis, contingere non dubitamus. Ea uero quæ minoribus acci-
dunt uiribus non nisi à frequenter expertis pronosticantur, uelut à nautis indiuiduę mu
tationes hyemalis aëris, & longioris temporis uentus. Hæc autem per lunæ, fixarúmque
stellarum cum sole figuras euenire manifestum est. At quia stellarum loca rerúmq; præ-
dictarum horas & erraticarum stellarum motus, qui plurimum pręfactorum iuuant sci-
entiam ignorauere, multotiens in hac scientia decepti sunt. Quod cũ ita sit, si quis omni-
um stellarum & solis lunæ´q; motus notitiam habuerit, ita ut loca & horas, in quibus e-
arum figuræ formantur, ueraciter agnoscat suarúmq; etiam naturarũ, quas per multorũ
experiméta temporum didicerit nõ, obliuiscatur, licet earum substantiales naturas nesci
uerit, sed quos operantur effectus agnouerit, ut solem calefacere, lunam humectare, & in
cęteris similiter, fueritq; fortis ad hoc sciendum modo naturali, & in horum commixtio-
ne significationis modum bona deprehenderit extimatione. Quid eum enim prohibe-
re poterit, quin ita semper agnoscat futuras aëris mutationes, ut eum nunc calidiorem,
nunc humidiorem fore prædicat. Poterit item per aëris qualitates omnium hominum
naturarũ qualitates deprehendere, sic ut corporis animæ´q; qualitates, ita & ita euenire di
gnoscat & futura earum in certis horis accedenda deprehendat. Quinetiam cum aër am
biés corporúmq; natura sic & sic se habuerit, saluti corporúmq; melior actioni cõueniens
esse pronosticabit, cúmque contrarium fuerit iudicabit contrarium. Ex prædictis igitur
eorúmq; similibus ad hoc opus nos peruenire posse manifestum est. Qui hanc scientiam
culpandã & postponendã esse dixere, licet friuolas aliquas tamen occasiones habuerunt,
Quarum

Quarum prima eſt eorum magna deceptio qui hanc auctoritate non attendunt ſcientiam, cum eam inſpicere grandis ſit induſtria multis modis. Ideóq; complure opinati ſunt fortuitu contingere, cum hæc ſcientia uera fuerit. Hæc autem horum occaſio inconueniens eſt, eò quod hęc deceptio non huius artis debilitate ſed inſpicientium temeritate contingit. Occaſio uero ſecunda eſt hæc, ſunt quamplurimi, qui ut multa lucrifacerent, alterius doctrinæ pronoſticationem habentes, eam huic aſcripſere ſcientię, a quibus multi decepti, ad hanc impellebantur opinionem, ut ui huius ſcientiæ multa prædicerent ita ut in opinando eius naturæ modum excederent. Quapropter hoc eorum opus, multorum fuit occaſio, ut nō ſolum quod ex ea neſciri poteſt, uerum etiam quod ſcibile eſt, uilipenderent, hæc item occaſio, uelut & prima inconueniens eſt, non enim propter ſtultorum ignauiam uilipendenda eſt philoſophia. Planum eſt etiam ſcientiarum ſcrutatores bonos & accuratos quandóq; nō propter prędictas occaſiones decipi, ſed propter eiuſdem rei naturam, ſuamq; debilitatem, quoniam rem huic ſcientiæ debitam attingere nequeunt. Accidit item generaliter, quod ad nullam qualitatem iſtius materiei ſcientiam ueraciter, ſed opinabiliter peruenimus. Maxime autem ad id quod ex multis diſſimilibúsq; rebus colligitur. Contingit etiam cum hoc quod erraticarum ſtellarū figuræ in antiquis formatę temporibus ſunt, illę per quas noſtrorum temporum figuras quæ eis aſſimilant̃ conſideramus, & ſuper earū effectus, id quod priſcæ auctoritatis uiri, rerū inſpectores per ſuorum temporum figuras deprehenderūt, iudicamus, quæ noſtris forſan figuris multū uel parum, propter longas earum circuitiones aſſimilātur. Quod autē hæ figurę prorſus eis aſſimilentur, ita ut quæ in cœlis & quę in terris ſunt, ad id quod tunc fuerant reuertantur, nequaq̃ eſt poſſibile, nec ab aliquo dici poterit, niſi qui ſtulte deridendo, perfecte ſe id ſcire confiteat̃, quod à nullo unq̃ perfectæ ſciri potuit, uel qui ſe ad id perueniſſe dicat, ad cuius peruentum nullius mortalis uita ſuffecit. His etiam occaſionibus per quaſdam horas in iudiciorū pronoſticatione fallimur, quoniā exemplaria p quæ addiſcimus his quibus iudicamus non aſſimilant̃. Nam cum aëris accidentia in aëre perſcrutamur, ob hoc nobis repertu difficilia ſunt, quoniā occaſionum quę ſunt in aëre, grauis eſt inuentio, & ſi quę per cœleſtia fuerint occaſiones deprehēdimus. Cuḿq; ſuper hominum natiuitatibus loquimur, ſecundū c[o]llectiones uirium rerum multas & nō friuolas in hoc percipimus occaſiones, quæ etiā per ſe res uariare cōpellunt. Seminū nanq; differentiæ, mutationū qualitates multū iuuāt, quia cum regio quęlibet eiuſdémq; regionis aër, unius eiuſdémq; ſit modi, unáq; ſeminum differentia, ad ſuæ ſpeciei competentem formandam imaginem uires optinet uelut hominis & equi cæterarúmq; beſtiarum ſemen. Ortuum item loca res magna conuertunt mutatione, cum ſemina etenim unius fuerint ſpeciei differentiæ, uelut hominum ſemen, & aërum item qualitates eædem extiterint, multas ac magnas in corpore & anima qualitates differentes ſortientur, naſcentes ſecundum regionum in quibus naſcuntur differentias. Tibi quoque, atq; mores diuerſi eorum indiuiduas alterationes futuras utcunque iuuabunt. At cum omnia nequaquam occaſionibus quæ in aëre ſe cōcordauerint, licet magna ſit uis aëris quæ ineſſe harum rerum ſecundum quod ſunt grandis eſt, magni iuuaminis occaſio, ſi ab eis nō iuuātur hi, qui per ſuperorum ſolummodo motus pronoſticantur, & qui per eos tantum, id quod perfecte ſcire nequeunt inueſtigant quādoq; fallenter. Quoniā igitur hoc ita eſt, nō quia quandoq; in ea fallimur tota uilipendenda eſt & deſtruenda hæc ſcientia, ſicut nautarū ſolertia, qui nauigando frequenter errant, à nobis nec uilipenditur, nec repudiatur, ſed in ea magis attenti atq; ſolliciti manere debemus. Pollicent̃ nanq; nobis ardua atq; ineſtimabilia & id etiam quod ex ea attendere poſſibile eſt, non dubitemus. Item non conuenit ut per eam omnia, ſed ſolū inueſtigando inueſtigemus. Neceſſariū quoq; dicimus ut earū materias deprehendamus, nec quod nō eſt idoneū interponamus. Sicut etenim medicos cū infirmitatū occaſiones, infirmorū qualitates quærunt, nō reprehendimus, ſic nobis moleſtū eſſe nō debet materias & regiones cibóſq; & oīa quæ præterita ſunt accidētia inueſtigare.

Vtilitas operis. Cap. III.


Valiter stellarum pronosticationes deprehendantur, & quod ea solummo
do accidentia, quæ corpori globū terræ circundanti, & quę horū occasione
hominibus accidunt innotescant, & quod hæc hominū accidentia corpo
ri & animæ eorúmq; uiribus, nec non & operibus, quę à primis usq; ad ex
tremos operati sunt annos, sint pertinētia, & quæ sint quæ extrinsecus acci
dūt, quę prædictis naturaliter & ineuitabiliter adhærēt, uelut quædā amoris cōnexio quæ
est inter corpus & substantiā, nec nō & eius sociā, & ut cōnexio quæ interest animæ eiusq;
progeniei atq; dominio, quantūcunq; ex eis in cęteris cōtinget horis generaliter ꝓbatū est.
Nunc autē promissorū residuū indicabimus, quod est, huius utilitatē operis breuiter in-
uestigare. Sed modū intentionémq; sciēdi quantitates istius sciētiæ, fructus prius enodare
proposuimus. Dicemus nanq; quoniā si huius utilitatis quantitatē quæ ad animā ꝑtinet
cōsiderare uelimus, deprehendemus nihil esse, à quo esse alacritatésq; animę tantā melio-
rationē assumant. Vniuersalitérq; dicimus nihil esse in quo tantum lucretur anima, sicut
in huius scientiæ pronosticatione. Per ipsam etenim ad diuinatū humanarúmq; rerū no
titiam peruenimus. Corporis itē utilitas, quoniā ad ea quæ cuiq; cōplexioni cōpetūt pue-
nire nequimus, nisi per huius operis cognitionē. In diuitiis autē & dignitatibus ac in his
similibus id dicere possumus, quod in tota philosophia cōsideramus. Nō est enim philo
sophiæ ex se, ut ad prædictorū lucrū aliquod quenq; adducat, nec tamen est idoneū ut ab
hominibus inculpetur. Similiter itaq; nec propter hanc occasionem inculpanda est hæc
sciētia, nec ipsius magnę postponendæ sunt utilitates. Generaliter etiā rationes hanc incul
pantium scientiā, eamq; nullius utilitatis esse dicentiū, animaduertētibus patebit, eos hęc
non ueraciter protulisse. Eorū nanq; stulta deliberatio ad hoc erat ꝓcliuior, ut rerū ineui-
tabiliter contingentium pronosticationes superfluas & inutiles esse dicerent. Ad hæc eo-
rum uerba sunt dissoluta, aspectu subtili, idoneaq; cognitione carentia. Primum nanq;
scire debemus, quod res necessario cōtingentes, cum alicubi contigerint, nisi pręmeant
multū ei fortasse nocebūt, & adeo quod sensum & memoriam auferēt, aut tantū gaudii
uel tristitię conferent quod idem eueniet. Pronosticatio uero animam applicat & attrahit
ad rerū adhuc longinquarū frequentes memorias, ita quod eas iam pro cōstanti atq; pro
præsenti habeat, & plane suauitérq; eam ad cuiuscunq; rei futuræ receptionem coaptat.
Rursus non est extimandum, quod superiora super sua significata procedant ineuitabili
ter, uelut ea quæ à diuina dispositione contingunt, & quæ nullatenus sunt euitanda, nec
non quæ ueraciter & ex necessitate proueniunt. Imò scire debemus quod cœlestiū uires si
unt dispositione diuina, quæ prohiberi nequeunt, quin ueraciter eueniāt, & itē quod ter-
restriū uariatio naturali calle procedit, quę uariant & primas rerum superiorū occasiones
accidentaliter suscipiunt, & quod quędā etiā accidentiū generali nocumento, nō ex alicu
ius rei proprietate cōtingunt hominibus, uelut in grādi mutatione aëris, à qua uix nobis
præcauere possumus, multorum eueniunt hominū exitus, qui ex aëris excessu uel mor-
talitate aut submersione cōtingunt. Hæc autē idcirco cōtingunt, quoniā magna & fortis
occasio, breuē atq; debilē semper occasionē superat, & qđ quędā accidentiū, secundum na
turales & ꝓprias uniuscuiusq; cōplexionis accidūt, qualibet mutatione sibi cōtraria. Quo-
niā hæc igitur huiusmodi sunt, probatū est in rebus generalibus & indiuiduis quod ea ac-
cidētia quorū prima occasio fortior & maior est omnibus occasionibus, sibi cōtrariis quo-
modo necessario cōtingent. Sciendū est itē quod ea quę sic se nō habēt, cū contrariū ęque
forte receperint, leuiter mutabunt, quæ uero hæc nō inuenerint primas naturas imitabū-
tur. Quod pigritia & insipientia nō necessariis uiribus euenit. Idē etiā in oībus, q̃rū initia
naturalia sunt, euenire uidemus, ut in naturis quorundā lapidū atq; uegetabiliū, necnō
& uulnerū & apostematū, ac infirmitatū, quæ necessario aliqđ operant, quorū quædam
sunt ut id operent nisi eis ab aliquo contrario, cōtradicatur. Similiter etiā cōuenit omni-
bus in hac scientia uersantibus quę hominibus accidunt accidentia cōsiderare, ac in ipsis
naturaliter

naturaliter pronosticari, & ut falsis non adhæreant opinionibus, cum quædã ideo euitari nequeant, quod occasionũ à quibus procedunt, quædã sunt multæ ac magnæ, quædã uero his contrariæ, alterationésq; suscipiũt, uelut medici quibus hominũ infirmitates innotescunt, prædicũt, quæ earũ sunt curabiles, quæ uero minime. In rebus quoq;, quibus inesse potest alteratio, attendere debemus ex iudiciorũ modis, id quod subiungam. Cũ in cuiuslibet natiuitate dixerit astrologus, quod cũ talis fuerit eius cõplexio, & sic se aëris habuerit mutatio, alteratáq; fuerit temperata cõplexio, secundũ augmentũ uel diminutionẽ talis prosequetur infirmitas, & uelut quandoq; dicet medicus, qđ hæc infirmitas, uel hæc ulcera augmentabunt, & putrefient. Et similiter si quis rerũ metallicarũ naturas agnoscẽs dicat quod magnes ferrũ attrahat, unũquodq; istorũ si artificis ignauia eius non apteт cõtrariũ, necessario cõtinget, & secundũ suæ propriæ naturæ uires procedet, & nõ augmentabunt, nec putrescẽt ulcera cũ eis obuiauerit medicina. Nec item lapis magnetis ferrũ attrahet, si cũ alliis ungatur. Hæc autẽ quæ prædicta sunt non prohibentur, nisi ab his quæ naturaliter sunt illis contraria, & secundũ quod iã indicatũ est, similiter etiã in illis rebus eueniet, quod, quæ cũ hominibus accidũt ignorabunt accidẽtia, uel cum sciẽtur, sed illis non obiicientur cõtraria sequetur, necessario primus ordo naturæ. At si præsciant & qui illis mederi sciat, inueniatur, aut nullatenus uia naturali, & prius indicata cõtingent, uel si contigerit in modico accident. Cumq; in rebus generalibus & indiuiduis est uis eadẽ, mirum est cur ab hominibus cõceditur, quod generalium pronosticatio possit haberi & quod ab eis præcaueri possit. Sunt nãq; plurimi qui temporũ anni pronosticationes, stellarũm ꝗ fixarũ nubes, ac figuras concedunt, & circa eã multũ uersantur, necnon & ab his quæ per eam futura sunt, sibi præcauẽt, & quæ frigida sunt in æstate, in hyeme uero quæ calida sunt reseruãt. Generaliter etiã eorũ cõplexiones, temperate complexiones nituntur allicere. Itẽ cũ ab infortuniis & accidentibus quę in mari cõtingunt sibi præcauere uolũt, stellarũ fixarũ nubes attendunt. In bestiarũ quoq; conceptionibus, ac plantarũ plantationibus Lunæ figuras quę secundũ sui luminis quantitatẽ formantur, obseruãt, & qđ agãt. Neminẽ uidimus qui hoc unq; denegaret, uel qui diceret eã nec proficere, nec esse posse. Quidam uero sunt qui ad indiuiduorũ pronosticationes in propria cõplexione neminẽ posse peruenire iudicãt, ut in augmento, uel diminutione caloris uel frigoris, & similiter in propria cuiusq; rei cõplexione. Opinãtur etiã esse multa, à quibus nemo sibi precauere possit. At si planũ est, quod cũ nostra nos infrigidamus corpora, ante caloris generalis ad uentũ, minus caloris nobis incumbat. Idẽ nos in rebus indiuiduis facere possumus, quę calores augmentant, ut eas scilicet ad intemperiem conuertamus. Nisi quia huius deceptionis occasio est indiuiduorum rerum grauis pronosticatio, & quia perpauci eam in usu habent, adeo quod fere est occasio, ut alia nullatenus creantur. Res enim uires contrarietatis habentes, absq; rebus, per quarum uires pronosticamur, non leuiter inueniuntur, ideóq; in maiori parte non reperiuntur perfectę. Quapropter cum naturæ primæ semper absq; prohibente sint uincentes, putauerunt quod ipsæ facerent quicquid est ineuitabiliter, & ita quod prohiberi nequeat. Et ut mihi uidetur idem in ipsa eadem pronosticatione putauerunt. At licet contingeret quod in maiori parte pronosticatio falleret, esset tñ cõueniens, ut eã subtiliter inuestigaremus, eò quòd ei ueritatis aliqd inest, uelut in sciẽtia, quę salutẽ cõseruare demonstrat, licet non omniũ hominũ salutis sit occasio, cũ tñ ꝗrundã, qđ licet sit modicũ est tñ appetendũ atq; diligẽdũ, & hoc in eo magnũ fore, ꝓficuũ existimare debemus. Patet etiã quòd huiꝰ operis uires ideo maximas Aegiptii mõstrauerũt, quoniã in omnibus libris medẽdis, sciẽtiã stellarũ pronosticationibus cõiunxerũt, propterea quod hæc huiusmodi fore cognouere, nec in eadẽ hora illa in simul cõiungerent ut incantationes & medicinas facerent, ad delendũ ĩpedimẽta præsentia siue futura, generalia seu particularia per corpus circundãs accidẽtia, nisi quoniam opinati sunt quod inde prouẽtura, nec mutẽtur nec cõuertãtur. Quapropter id quod huius naturæ, & quæ eũ sequuntur, cõtradicendi uim habent, in ordine secũdo posuere, in uirtute & posse. Et uires utilitatis eius operis uiribus pronosticationis cõiunxere, in libris qui ostẽsores medici-

Magnetis natura.

Generales pronosticationes.

Indiuiduorũ

næ nũcupantur, eò scilicet ut existẽtium cõplexionũ qualitates per stellas deprehenderẽt, necnon & accidentia, quæ per corpus circundans sunt euentura, eorũmq; occasiones, & ut fortes etiã essent in istarum scientia rerũ, ac in doctrina curandi curabilia in maiori parte, eò quod esse nequaq; est possibile, ut oĩa corpora infirmitatésq; eiusdẽ modi sint qualitatis intemperie, & ut per medicinam, & per res unicuiq; corpori cõuenientes & nõ conuenintes, in futurarũ infirmitatũ custodia fortiores existerent, necnon & ut his quę iã euenerũt medicamine, in quo nec imperfectio, nec ulla sit deceptio mederent, & ut ex hoc ad summã perfectionẽ, ad quã aliquis attingere possit attingerẽt. Hoc igit in generaliter dicẽdo pręmittendũ erat. Consequẽter uero dicẽdo, modo prosequemur introductorio. Eáq; opera prius manifestabimus, quibus rerũ cœlestiũ alterationes proprie cõtingunt. Et hoc antiquorũ experimentis ordine naturali dispositis exequemur, & ex his primum erraticarum stellarum atq; luminum opera pertractabimus deo uolente.

De uirtutibus luminarium & erraticarum stellarum. Cap. IIII.


Anifestum est quidem, quod substãtiæ solis opus est calefacere, modicúmq; desiccare, cuius operis sensus proprie ipse cęteris operibus aptior est, eiúsq; scientia leuior, propter magnã solis quantitatẽ, & manifestam temporũ anni mutationem. Sol etenim quanto magis loco zenith nostrorum capitum propior accedit, tanto magis calefacit.

De uirtute Lunæ.

Maior autem Lunę uis est humectare, est enim terrę propior, à qua uapor humidus ab imo usque ad eam ascendit. Quapropter ad hunc modum mutatione manifesta corpora mutat. Nam quãplures earũ rerũ partes infra corpus existunt, maturat & putrefacit. Ipsa itẽ cum sole, licet modicã, in calore siccitatẽ habet, quoniam ab ipso lumen recipit.

De uirtute Saturni.

Saturni uero stella, secundum operis sui partem maiorem infrigidat, suáq; frigiditate maxima, modicum desiccat, hæc autem propter eius elongationẽ magnam, à calore Solis, & ab humidis uaporibus, qui prope terram sunt euenire uidetur. Huius quidem stellę cæterarúmq; stellarum uirium scientia, à suarum figurarum experimentis, quæ sunt in earum collatione, cum Sole ac Luna procedit. In ordinibus nanq; mutationum, qui secundum augmentum diminutionémq; differãt, uidemus earum quasdam aëris qualitates uno modo, quasdam autem alio uariare.

De uirtute Iouis.

Opus quidem fortitudinis stellæ Iouis, temperatæ cõplexionis existit, locus nanq; sui motus, medius est inter Saturni frigiditatem Martísq; feruorem. Quapropter insimul calefacit & humectat, & quoniam eius magis est calefacere, ipsæq; super alios cœlos uehitur, auctor uentorum, qui res oriri faciunt, existit.

De uirtute Martis.

Martis autem stella proprie desiccat, eiusq; naturæ uis comburit, eius nanq; calor ignis assimilatur calori, & locum iuxta Solem obtinet, cuius sphæra ferens subest illi.

De uirtute Veneris.

Veneris quoq; stella propter suæ complexionis temperiem, Iouem prorsus in operibus imitatur, præter quod in ea Iouis ordo conuersus est, modicum nanq; calefacit quia prope Solem est, & humectat quantum Luna propter magnam sui luminis quantitatem, ideóq; sibi uapores qui ex humoribus terram circundantibus ascendunt, attrahit.

De uirtute Mercurij.

Stellæ quidem Mercurii opus est in maiori parte desiccare & æqualiter humectare. In quibusdam etenim horis desiccat humores, eò quod nusquã à calore Solis nimis elongatur. In quibusdam autem hnmectat, eò quod eius locus superest lunari sphæræ, quæ quæ terræ propior existit, & in horum quidem utróq; eius alteratio est festina. Ventorum & hic autor existit, ob hoc quod eius motus circa Solem citus habetur.

De fortunis

De fortunis & infortunijs. Cap. V.


Vm igitur sint figuræ prędictæ, pro ut diximus, sintq́ naturarũ quatuor. Duę uidelicet, calor & humor, procreãtes & efficiẽtes, nil etenim nisi per illa, creamentũ suscipit. Duæ uero scilicet frigiditas atq; siccitas, destruentes, per eas nanq; res minuunt esseq́ desistũt. Duas stellarum erraticarũ, Iouẽ scilicet ac Venerem, Lunam etiã secundũ priscę uiros auctoritatis, fortunas esse dixere, eò quod earum est complexio temperata, & quod eis multum caloris ac humoris inest. Opera quidem Saturni, ac Martis operibus prædictarum stellarum naturaliter contraria fore testati sunt, eò quod horum alter per frigiditatem intensam, & alter per siccitatem intensam operatur. Solem autẽ atq; Mercurium, in natura siccitatem habere subiunxere, eò quod illi utriusq; præbent effectum, & secundum aliarum stellarum mutationem cum quibus †ictisal habuerint, magis quàm cęterarum stellarum aliquę, res mutare cõpellunt. †Aliàs cũ quibus respiciunt

De masculinis & femininis signis Cap. VI.


Vm partium itẽ naturæ duo sint, prima genera, masculinũ scilicet & femininũ. Cumq́ ex uiribus prędictis propriè feminina uis sit ex humida substantia, eò quod hæc qualitas in feminis generaliter inuenitur, et residua qualitas in maribus, proprie semper reperiatur, ab antiquis cõcinne dictũ est, Lunam & Venerem, quibus multum inest humiditatis, feminas esse: Solem autem atq; Saturnum, Iouem etiã ac Martem masculinos. Mercurium uero, quoniam siccitatem & humiditatem æqualiter operatur, in utroq́ genere societatem habere dixerunt. Aiunt etiam planetas, ut ita dicam, masculinizare, & feminizare, secundũm figuras quæ in sui cum Sole collatione formant. Nam cum ipsi Solem præcedentes orientales existunt, masculini: cum uero Solem sequentes occidẽtales fuerint, feminini dicunt. Idem atiam per figuras, quas in horizonte formant habere probãtur. Cum enim in locis fuerint, quæ sunt ab oriente usq; ad cœli medium, uel ab occidente usq; ad oppositum medii cœli, sub terra sunt masculini, eo quod cum sint orientales, ea morantur in parte à qua procedit uentus qui uocatur † Assabe. In duadus autem quartis residuis sunt feminini, ob hoc quoniam partem illam obtinent, unde procedit † Adabor. † Aliàs Subsolanus. † Aliàs Occidẽtalis uetus

De diurnis ac nocturnis. Cap. VII.


Voniã itẽ duo sunt spatia, ex qbus tempus efficit. Quorũ alterũ dies est, qui proprie masculinizat, propter calorem, eiúsq; uim efficacem, atq; mouentẽ: Alterum uero nox est, qui feminizat, propter illius humiditatẽ atq; quietem. Lunã ac Venerẽ nocturnas, Solem autem & Iouem diurnos esse dixere. Mercurium uero, uelut prædiximus utrisq;, sociũ fecere, et eum in oriente diurnum, in occidente uero nocturnum esse retulere. In fortunam autem utranq; super hoc duos modos diuisere, pręter quod hoc non naturaliter, sed per contrarium fecerunt. Nam cum res consimiles, rebus quarũ complexio idonea est commiscentur, earum ualetudines meliorantur. Cum autem res dissimiles commiscentur rebus destruentibus, minuetur eorum nocumẽtum. Ob hoc igitur Saturnum qui infrigidat calori diei, Martem uero, quia desiccat humori noctis assimilauerũt, ideo scilicet, quod uterq; istorum, causa eius temperabitur, complexio qualitati temperatæ complexionis assimilabitur.

De uirtutibus figurarum, quæ formantur secundum Solis positionem Cap. VIII.


Vna item & tres erraticę stellæ Soli suprapositæ, diminutionem & augmentum in suis propriis uiribus assumũt, scilicet figuras quas in collatione Solis effingũt. Luna nanq; à sua prima corniculatione usq; ad suam primam dicothomitatem humectat, & inde usque ad plenilunium calefacit, & inde usq; ad dicothomitatem secũdam desiccat, deinde usque quo occultetur & in directo Solis existat, infrigidat. Stellæ uero matutinales, ex quo apparent de sub radiis Solis usq; ad suam stationem primam, magis humectant, & à statione sua prima, usq; ad uespertinam ascensionem magis calefaciunt, & inde usque ad stationẽ secundam plus desiccãt, à qua usq; ad suam occultationem magis infrigidant. Planum est etiam, quod cum hæ commiscentur adinuicem, differentes qualitates in aëre multis modis operan

tur, secundum uniuscuiusq; propriæ fortitudinis uictoriam.

De naturis stellarum fixarum. Cap. IX.



Vm de naturis stellarum fixarũ, quas secundũ suorum operũ proprietatem assumunt, tractatus prædicta sequat̃, hęc consequenter incipiamus, earũmq; uariationes per experimenta repertas cõmemoramus. Ex quibus earũ similitudines cum stellis erraticis indicemus. Et primum quidem earum quæ in ipsius circuli signorum figuris sunt, memoriam præmittamus. Stellarum itaq; tres in uertice Arietis existentium, commixtis uiribus Saturni & Martis assimilantur: Earum uero quæ in eiusdem ore sunt uires, Mercurii uiribus similes esse perhibentur, quæ etiam licet modicum Saturni uiribus assimilantur. Opus autem earum, quæ in eiusdem pede posteriori sunt, ab operibus Martis non differunt: & quæ in ipsius cauda locantur, uires Veneris sequuntur. Stellarum autem quæ in Tauro sunt illius complexio, quæ eius insistit humero, à Veneris complexione non distat, & etiam Saturni complexioni modicum assimilatur, à thorace uero complexio Martis & Lunæ, commixtæ complexioni similis fore probatur: At stellarũ in Tauri uertice lucidior quæ claræ rubedinis similitudinem gerit, & dicitur Aldebaran, illius inquam complexio à Martis complexione non elongatur. Aliarum uero quæ ibidem sunt complexio, Saturninæ complexioni coęquatur, & Martialis complexionis similitudinem gerit aliquantisper. In eius autem cornuũ cacuminibus positæ, idem quod Mars operantur. Stellarum item quæ in Geminorũ signo sitæ sunt, sunt illæ quæ in suis collocantur pedibus, à Mercuriali qualitate non recedunt, & quamuis modicum qualitati Veneris associantur: Lucidiores uero stellę in eorum coxis positæ, Saturninæ coęquantur complexioni: Duæ quoq; magnæ stellę in eorum duobus capitibus impressæ sunt, quarũ prima Mercurio in operibus assimilat̃, & uocatur Auellar, Altera uero Martis cõplexionẽ imitatur, & dicit̃ Abracaleus. Itẽ in Cãcro duarum stellarũ quæ in eius pede locũ obtinẽt, opus unum est & idem, & operibus Mercurialibus assimilant̃, & modicũ Martialibus: Earum uero cõplexio, quę sunt in eius azubene, Saturni Mercuriiq; complexioni nõ repugnat, illius autẽ opus, quæ in eius locat̃ pectore nubisq; gerit similitudinẽ, uocatúrq; Meelef, Lunæ & Martis operibus ęquat̃. Duarũ uero stellarũ uires, quæ sunt ex utráq; parte Meelef, & quæ duo asini dicunt̃ à Martis & Solis uiribus nõ recedunt, & manifestũ est, quod hæc cõplexio abscidit & destruit. At stellarum in Leone duarũ, quæ ipsius insitæ sunt capiti, opus Saturninis operibus assimilat̃ & Martialibus etiã modicũ: Triũ uero quæ in ipsius collo sunt, opa Saturninis operibus pari ficant̃, & licet modicũ Martialibus operibus assimilant̃. Stella uero lucida in corde Leonis posita, quam uocãt Regiam, quemadmodum Iupiter & Mars operatur: Stella quidẽ in eius dorso posita, claráq; stella in ipsius cauda locata, Veneris ac Saturni uiribus coęquatur, & licet modicum Mercurium in operibus imitatur: Duæ uero huius coxis insitæ à Veneris Mercuriiq; uiribus non discedunt. Item in Virgine, illarum quæ in eius uertice, earúmq; quæ in illius oculo, nec nõ in eius alæ meridianę extremo figurantur, opera à Mercurialibus effectibus nõ remouentur, & Martis operibus, licet parum, assimilantur. Aliæ quoq; stellæ lucidæ, quæ in eius ala Septentrionali, nec non quæ in eius dorso formantur, ab operibus Mercurii non discrepant, & quãuis modicũ, Martis gerunt similitudinẽ. Stella uero lucida in eius ala Septẽtrionali gesta, quã Almucedeme alacaf appellant, ut Mercurius & Saturnus operatur. At opus stellæ quæ dicitur Azimech alaazel à Veneris uiribus non recedit, & mercurialibus aliquantisper assimilatur. In eius autẽ pedum summitate positæ, & ex ea parte à qua protrahunt fimbrias, mercurialibus & Martis uiribus coęquantur: Et quæ in extremo duarum Azubene Scorpionis apparent insitis operibus Saturnum atq; Mercurium imitantur, & quæ earum medietatem obtinent, Saturni uiribus assimilantur, & licet modicũ Martis sequuntur complexionem. Earũ quidẽ quæ in Scorpione notant̃ illius luculentæ uires, quę in illius fronte sibi locũ uendicant, à Martis uiribus non recedunt: Trium etiam quæ in eius ore sunt media, quæ lucidissima est, & parum habet rubedinis, uocatúrque cor Scorpionis, à Martis operibus non separatur, & licet

Aries. *Taurus.* *Gemini.* *Cancer.* *Leo* *Virgo.* *Scorpio.*

licet modícum Iouis uires aſſumit. Quæ autẽ in ipſius caudæ nodis conſtituuntur, Vene
ris & Saturni uiribus aſſimilantur: at in eius aculeo conſtitutæ, Martis ac Mercurii uires
imitantur. In alatha uero locatæ, quę nubibus gerit ſimilitudinẽ, eúmq; ſubſequit̃, à Mar
tis & Lunæ uiribus nõ recedunt. Stellarum item in Sagittario, ea quæ ſagittæ cacumen in *Sagittarius.*
dicat, Martis & Lunæ uiribus coëquatur, earum autẽ, quæ ipſius formam arcus exprimũt
& illę quæ in loco contactus manus figurantur, ut Iupiter & Mars operantur. Quæ autẽ
in alatha uultus eius ſunt, Soli & Marti operibus concordant. Illarum uero quæ ſunt in
loco ſagittæ, contactus uires, Iouis uiribus æquantur, & licet modicum operibus Mercu
rii concordant: in eius autẽ cruribus inſitæ, Iouis Saturníq; uires non poſtponunt: qua=
tuor autem quæ ſunt in eius cauda, uiribus Veneris & Saturni aſſimilantur. Stellę quoq; *Capricornus.*
Capricorni, quæ eius adhærent cornibus, à Venerea complexione nõ diſcedunt, & Mar
tialem, licet parum ſequuntur, earum autem opera, quę in eius uidentur Saturninis ope=
ribus coëquantur, & modicum etiam Veneris & Martialibus: & eius in cauda formatæ
à Iouis Saturníq; uiribus non diſcrepãt. Item in Aquario ſtellæ quæ in eius hauritorio cũ *Aquarius.*
his, quæ in manu ſiniſtra figurantur, quemadmodum Saturnus ac Mercurius operant̃:
At eorũ quę in coxis ſunt, uires quãplures à Mercurialibus operibus non diſſonant, ꝑpau
cę quidem earum Saturninis aſſimilantur uiribus. In aquæ uero decurſu collocatę, Satur
num in operibus imitantur, & ex Iouis complexione modicum adipiſcuntur. Stellarum
uero quæ in Piſcibus ordinantur, illę quæ meridiani piſcis uerticem obtinent, à Mercurii
uiribus non diſcordant, & quamuis modicum Saturni uires ſequantur: In eius autẽ ore *Pisces.*
uiſæ, ad Iouis & Mercurii ſimilitudinem operari non ceſſant: ſuper eius caudam, & ſupra
filum moridionale conſtitutæ, à Saturni cõplexionibus non diſcrepant, & quãuis parũ
Mercurii uiribus aſſimilant̃. Earũ itẽ opera quę ſunt in ipſo corpore piſcis ſeptentrionalis
in ipſius ſcilicet ſpina, Iouis opera nõ refutant, & aliquantiſper Venerem imitant̃. In filo
autem Septentrionali fixæ, uelut Saturnus & Iupiter operantur, ſtella quidem lucida ſu= *Stellæ extra*
per eius ligaturam conſtituta, Martis gerit ſimilitudinem, & Mercurii modicum. Item de *zodiacum.*
ſtellis quæ ſunt in figuris à circulo ſignorum Septentrionalibus dicamus: Stellæ quippe
lucidæ, in urſa minori formatæ, à uiribus Saturni non recedunt, & Venereas qualitates, li
cet parum amplectuntur. In urſa uero maiori locatæ, Martis concordant complexioni= *Vrſa minor.*
bus. Stellæ quidem aſſimilatæ minori alatha, conformatæ ſub eius cauda, à Veneris & *Maior.*
Lunæ complexionibus non diſſonant. Lucidę quoque ſtellæ, quæ draconis locum ſigni
ficant, Saturni Martíſq; uiribus æquantur. Earum uero qualitates, quę ſunt in ficaris à Io *Draconis.*
uis Saturníq; qualitatibus non diſcordant. In ſui quoq; dorſi nucha poſitæ, Mercurii Sa=
turníq; uires nõ poſtponũnt, quin etiam Iouis & Martis uires quandoq; ſequuntur. Stel=
la quidem lucida colorem rubeum obtinens, quę dicitur Azimech ariamech, Iouis Mar=
tíſq; ſimilitudinem portat. At quæ ſunt in Alfelta, Veneri Mercurióq; ſimiles exiſtũt. Quę
autem in uiro ſuper ſua genua ſedente conſtituuntur, à Mercurialibus complexionibus
faciem non auertunt. Quędam etiam earum quæ ſunt in Aſſange, quæ uultur cadens ap *Vulturis.*
pellatur, Veneris Mercuriíq; uires non abiiciunt. Quæ autem gallinæ formam exprimũt, *Gallinæ.*
his prædictis aſſimilantur. At quæ figuram obtinet in qua eſt ſedes, Saturno Veneríq; co=
equantur. Stellæ uero quæ dicũtur illius quæ ferr cathenæ caput, Saturni Veneríſq; opera
non refutãt, & quæ tenent ſimilitudinẽ alatha, quę in cultelli manubrio continent̃, Mar=
tiales & Mercuriales cõplexiões imitant̃. Lucidæ quoq; ſtellæ, illius figurę in qua hora for
mant̃, à Martis Mercuriíq; uiribus non recedũt. Itẽ ſtellarum opera, quę hominis ſerpentẽ
tenentis imaginem repreſentãt, Saturninis operibus aſſimilãtur, & modicum Veneris in *Iphiuchi.*
ipſo quidem ſerpentis corpore fixę, à Saturno & Marte in operibus non differũt. In Sagit
tario uero locatæ, Martis ſimilitudinem retinent, Veneríſque modicum. In Vulture uo=
lante figuratæ, Martis Iouíſq; complexionem ſequuntur. Et quæ Delphini formam in= *Delphini.*
dicant, ut Saturnus & Mars operantur. Claræ uero ſtellæ, in equo ſitæ, quemadmodum
Mars atque Iupiter operari non renuunt. Stellæ quidem Andromades uires Venereas ha *Andromades*
bere=

Trianguli stellæ. bere probantur. Trianguli uero stellæ Mercurii complexiones habere nõ spernunt. Item de stellis, quę in figuris à circulo signorũ meridionalibus ordinãť. Stellã lucidam nempe *Piscis* in meridiani piscis ore formatã, uiribus Veneris & Mercurii similẽ esse manifestũ est, & in eiusdẽ piscis corpore locatę, Saturnõ in operibus æquiperantur. Vires autem stellarũ quæ sunt in figura fortissimi, earũ scilicet quæ in eius utroq; sunt humero, á Martis Mercuriiq; uiribus nõ discrepant. Omniũ uero cęterarum stellarũ lucidarũ eiusdẽ opera ab operibus Iouis ac Saturni non recedunt. Vltima quoq; stellarũ riui, lucidissima Iouem, aliæ uero Saturnum imitantur. Quę leporis designant effigiẽ, Mercuriiq; Saturniq; uiribus nõ dis- *Leporis.* conueniunt. Omnes autem stellæ in cane sitę, præter illam quę in eiusdẽ ore poniť & idẽ *Canis.* operantur, & Veneri assimilantur. Lucida uero stella, in ipsius ore formata, & dicitur ascе here gemina, Iouis opera non postponit, & licet modicum Martis operibus associatur. Complexio quidẽ lucidæ stellæ, in primo cane constitutę Mercurialibus æquatur cõplexi onibus, & modicũ etiam Martialibus. Opera uero stellarũ lucidarũmq;, magnanimi for mam representant, operibus Saturni atq; Veneris assimilantur, at quę in calce constituun tur, Venereas cõplexiones nõ spernunt, & Mercuriales licet parum imitanť. In corui qui- *Corui.* dem constitutione positæ, Saturno Martiq; sunt similes. Stellæ uero lucidæ nauis imagi- *Nauis.* nem exprimentes, Saturno Iouiq; coẽquanť. In Centauro uero constitutę, illæ scilicet quę *Centauri.* eius formã humanã obtinent, Veneris & Martis gerunt similitudinẽ. Claræ autẽ, quæ in ipsius equina figura sitæ sunt, quemadmodũ Iupiter & Venus operantur. Lucidæ quoq; *Equi.* stellæ, in lupi forma positæ, Saturninas uires habere nõ negantur, nec etiã Martiales, licet *Lupi.* modicum. In turribulo uero constitutæ, Veneri sunt similes, & aliquantulũ Mercurio. *Turribuli.* Et cõplexiones lucidarum stellarũ quæ sunt in corona meridiana, quę alfecca meridiana *Coronæ.* dicitur Saturninæ complexionis, & Martialis non obliuiscuntur.

De fortitudinibus quatuor temporum. Cap. X.



Tellarũ itaq; fortitudinum qualitates in semetipsis, ut ab antiquis expertum est, sunt hæ. Anni uero tempora quatuor esse dicunť, Ver, Aestas, Autũnus, & Hyems. In ueris itaq; tempore fortior est humiditas, hyemis nanq; frigidi tate pręterita ad humorum distemperantiã qui propter hyemis frigiditatem congelati sunt, calor incipit. At in æstiuali tempore, propter solis accessum zenith nostrorum capitum, calor præualet. In autumnali quidẽ tempore uincit siccitas, calor enim æstatis transactæ humiditates exiccauit. In hyemali uero tempore propter solis remotionem à loco zenith nostrorum capitum, superat frigiditas. Quapropter cum circulus signorum, naturali careat principio, uelut & omnis circulus, illius principium, signum uernalis æquinoctii, quod est Aries posuere. Ab illo scilicet initiũ sumpsere, à quo cõplexio crescit humida, sicut & in animatis, prima pars annorũ uitæ, est tempus in quo eorum complexio existit humidior, eodẽmq; ordine cætera constituere tempora. In omnium etenim animantium complexione, in primis annis pręualet humiditas, sicut & in uere, in illis etenim annis mollis est & tenera. In secundis autem annis, usq; ad calo ris stationem perfectam, uelut in ęstate uincit calor. In tertiis quidem annis, in quibus est prope suam declinationem, & circa minuendi principiũ, fortior est siccitas, uelut & in au tumno, & in annis extremis, in quibus ad destructionem peruenit, in ipso sicut & in hy eme superat frigiditas.

De fortitudinibus quatuor angulorum, & quatuor horizontis partium. Cap XI.



Oriens. odem quoq; modo in qualitatibus quatuor locorũ horizontis & angulorum, à quibus uentorũ flatus ad omnem partẽ inchoãt dicendũ est. In parte nanq; quę dicitur oriens fortior est siccitas, ob hoc quod cũ per eam partem sol incedit, quicquid nox humectauit, desiccare non desinit, & quia uenti qui ex illa parte flatus emittunt, & generaliter orientales appellantur, ab omni priuantur humiditate atq; desiccãt. Pars autẽ meridiana calidissima est, ob hoc *Meridies.* quod solis calor multus est, cum in cœli medio motatur, & quoniã hæc pars, quantũ ad nostræ

nostræ regionis situm est dextra, uenti qui ab ea parte procedunt generaliter meridiani nuncupantur, qui calidi sunt & côburentes. Occidentalis uero pars humida est eò quòd cum sol in illa parte moratur, ea quæ dies exiccauit, mox humectari incipiunt, & qui inde procedût uenti, quos generaliter occidentales dicimus, mollificât & humectant. Pars autē septētrionalis est frigidissima, ob hoc quod caloris occasiones quæ nobis incumbūt propter solis existentiā in cœli medio, secundū nostri situs locū à nobis multū elongantūr. Et quoniā in oppositione solis cœli medium obtinētis ponitur, & uenti ex hac parte procedentes, frigidissimi sunt & cōstrictiui. Horū itaq; notitia ualet, & pficit ad omniū partium complexionum cognitionem in omni ota. Ideo scilicet quia planum est & apertū, quod uis stellarum efficiēs secundum temporū annorum & angulorum qualitates mutantur. Nam cum omnes res eis assimilanē, puræ erunt earum qualitates, & absq; ullius alterius commixtione. Quapropter erunt earū opera fortiora, uerbi gratia. Stellæ naturaliter calefacientes in modis calidis sunt fortiores, & stellę similiter humectātes in modis humidis. Earum uero uires, in istorum modorum contrarietatibus non sunt puræ, sed aliis rebus admixtæ, sunt debiles, uelut in stellarum calefacientium uiribus in modis frigidis, & in stellarum humectantium fortitudinibus in modis desiccantibus euenit. Idem quoq; in omnibus aliis modis euenire, secundū qualitatum commixtionē, non dubitemus.

Occidens. *Septentrio.*

De signis fixis, mobilibus, & communibus Cap. XII.



His itaque præmissis, sequitur ut proprias partium circuli signorum mutatiōnes, sicut nobis aduenere, adiiciamus. Quæ sunt generales uniuscuiusque complexionis temporum quæ per ea sunt assimilatæ. Et quædam etiam suarum proprietatum, quæ soli & lunæ cæterisq; stellarum assimilātur, quas nos in sequentibus commemorabimus, post præmissas signorum uires in semetipsis absque ullius alius commixtione, quas eis tantum ex collatione unius ad aliud assignamus. Prima nempe signorum differentia est, quod quædam eorum tropica, quædam æquinoctialia, quædam quoque fixa, & quædam communia nuncupantur. Tropica nanq; duo, sunt gradus scilicet 30, qui æstiuali solstitii punctum sine interuallo sequuntur & sunt Cancri gradus. Et alii etiam in 30 gradus punctum hyemalis solstitii ordinati succedentes, qui sunt Capricorni gradus. Hæc autem his iccirco nominibus designantur, quoniam illud in eis euenire manifestum est. Nam cum sol ad istorum duorum signorum initia peruenit, uersus motum, qui est in latitudine cōtraria motui quem prius habebat, tunc cōuertit. Cumq; fuerit in Cancro æstatem, in Capricorno uero facit hyemem. Aequinoctialia quoque duo sunt, signum uidelicet æquinoctii uernalis punctum loco proximo subsequens, suntq; gradus Arietis, et signum Autumnalis æquinoctii punctum ordinatim succedens, quod est signum Librę. Hoc quidem nomen sortiuntur ex hoc quod in eis indubitanter euenit. Cum sol etenim eorum ingreditur initia noctī dies ubiq; coēquantur. Reliquorum autem signorum octo, quæ inter tropica & æquinoctialia signa locantur, quatuor fixa, & quatuor nominantur cōmunia. Fixa uero sunt quæ duo solstitialia & duo æquinoctialia signa sequunē, quæ sunt, Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius, eò quòd quatuor temporum mutationes, quæ sole ingrediente solstitialia & æquinoctialia consequuntur signa, principium sumunt, & sunt cum aër ad humiditatem, uel ad calorem, aut ad frigus siue ad siccitatem mutatur. Figuntur, & magis apparent, quotiescunq; sol in his signis fixis moraē. Aëris quoq; qualitas tunc naturaliter existit pura, nam propter longā istorum qualitatū durabilitatem earū uires apertissime recipit. Signa uero communiā sunt, quæ post signa fixa mox apparent, quæ sunt, Gemini, Virgo, Sagittarius, & pisces. Ideoq; sic appellantur, quoniam inter mobilia fixaq; signa locantur, & cum suis principiis atq; extremitatibus naturali ferè mutationi consimilantur, quę unicuiq; duarum qualitatum est propria, qualitatum uidelicet mobilium atq; fixorum.

Tropica signa. *Aequinoctialia.* *Communia.*

Diuisio

Diuisio signorum in masculina & feminina. Cap. XIII.




Asculinæ atq; diurnæ naturæ sex signa iudicauerunt, sex uero residua ad naturam femininam atq; nocturnam retulere, & unum post aliud disposuere, ob hoc quod nocti dies adhæret & iuxta eam semper existit, & quia sexus masculini sunt prope femininos, & eis frequenter adiunguntur. Huius autem rei principium ab Ariete, propter occasiones prædictas sumpsere, & quoniam etiam masculi dominantur & agunt, estq; conuenientius ut sint præcedentes, patientibúsq; honorabiliores. Ob hoc igitur à masculino fecere initium. Arietis & etiã Libræ signa masculina sunt, atq; diurna, eò quod circulus æquinoctialis super ipsa protenditur, à quo primus fortisq; motus, qui firmamenti motus dicitur, sumit originem. Ordo uero signorum, hæc duo subsequentium est, uelut prædiximus, femininum scilicet post masculinum, & post femininum masculinum. Quidam autem sub ascendente ordinem sexus signorum incepere, unum scilicet masculinum & aliud nominando femininum, & inceperũt ab ascendente, uelut quidam qui signorum mobilium principia à lunæ signo posuere, eò quod citius aliarũ stellarum aliquam uariationem recipit. Simili nanq; modo sexuum signorum initia ab ascendente cœperunt, ob hoc quod orienti propius existit, & ordinem subsequentem, uelut prędictum est subsecuti sunt. Quidam etiam in quatuor omnia signa partiti sunt, qui & dixere quod signa quæ matutinalia masculináq; dicuntur, sunt ea quæ ab ascendente usq; ad cœli medium constituuntur, & quæ etiam eis sunt opposita, ab occidente usq; ad angulum terræ. Duas uero quartas residuas femininas & uespertinales appellauere: Imposuerétq; signis alia multa prænomina, secundum figuras quæ in eis sunt. Quædam eorum etenim qnadrupedia & quędam syluestria. Quædam uero multorũ nominauere filiorum, & his similia. Sed quoniã eorum nominum est occasio manifesta, & quoniam huiusmodi quæ sunt per has figuras illo in loco nominari possunt, in quo nobis ad hanc scientiam & utilitatẽ conferent hoc in loco reticendum fore decreuimus

De affinitate signorum & eorum figuris. Cap. XIIII.



Rima quidem partium circuli signorum inter se consimilium affinitas est quæ in figuris habetur, & sicut partes inter quas est unius diametri longitudo, & quæ duobus rectis angulis subtenduntur, suntq; sex signa & centũ octuaginta gradus, & partes etiam inter quas est longitudo trina, & quæ unum rectum angulum ac eiusdem tertiam continẽt, & sunt quatuor si-

ASPECTVVM FIGVRA.



gna ac centumuiginti gradus. Partes quoq; inter quas est longitudo tetragona quæ unũ rectum angulum continent, & sunt tria signa atq; gradus nonaginta. Nec non & partes inter quas est hexagona longitudo quæ unius recti anguli bis se circũtenent, & sunt duo signa ac gradus sexaginta. Occasiones autem cur has solas longitudines & non alias obseruare debeamus, ex hoc quod subsequitur addiscemus. Nã occasiones obseruandi longitudinem unius diametri per se manifestantur, eò quod in eius oppositione secundum lineam rectam elongantur, cúmq; duas maiores partes considerauerimus in quibus erit conuenientia quantitatis partis, ac quantitatis totius & partis, hæ residuæ figuræ constituentur. Per conuenientiam itaq; partis erit ita, cum ad duorum rectorum angulorum longitudinem assignabimus proportionem quæ diametri est longitudo ab eius medietate, & tertia, erit scilicet medietas ipsius longitudo tetragona, & eius tertia erit longitudo ipsius hexagona: ex hac autem longitudine duplicata trina constituetur longitudo. Per totius uero partísq; conuenientiam fiet ita, cum à tetragona longitudine ad duas alias longitudines inter quas ipsa constituitur proportionem fecerimus, fueritq; unius proportio sexquilatera, alterius uero sexquitertia, cum assignauerimus in quam proportioné ab ea ad id quod minus ea fuerit, & cuius proportio ad eã fit sexquilatera, hexagona fiet inde longitudo, cúmque ad maius eam proportionem assignauerimus, & cuius proportio fit ei sexquitertia, trinã longitudiné constituemus. Istarum itaq; affinitatũ trinam & hexagonam cõuenientes, appellauere, eò quod ex signis in genere cõueniétibus cõstituũtur, masculina nanq; uel feminina sunt omnia. Quę autem ex diametro uel ex figura tetragona formantur, disconuenientes nominauere, eò quod in contrarietate signorum in genere conuenientiam semper inueniuntur.

De sublimibus & infimis, quæ præcipientia & obedientia dicuntur. Cap. XV.

PArtes quidem, quarũ longitudo ab aliquo uno eodémq; puncto, punctorum æquinoctialium est eadem, sublimes & infimę nuncupantur, & sunt illæ quarum ascensiones & descensiones in æquis temporibus contingũt, eò quod in æqualibus circumferentiis circulorum paralellorum, æquinoctiali circulo feruntur. Istarum autem partium illæ quæ in medio æstiualis circuli formantur, sublimes dicuntur, & quæ sunt in hyemalis circuli medio, nominantur infimæ, ob hoc quod cum Sol per æstiualis circuli medium progreditur, dies noctibus maiores efficit, cum autem hyemalis circuli medietatem illuminat, dies noctibus breuiores esse demonstrat.

De signis se inuicem aspicientibus, & sibi in fortitudinibus æquatis. Cap. XVI.

DIcunt item quasdam esse partes, quæ aliis partibus in fortitudinibus ęquantur, cum earũ longitudo ab uno quolibet puncto, ex duobus punctis tropicis una est & eadem, eò quod cum Sol per quemlibet istorum duorum punctorum perrexerit, dies diei noctíq; nox æquabitur, & tempora horarum erunt eadem. Aiunt etiam quod hæ partes, propter prædictas occasiones se inuicem aspiciant, & quod unaqueq; earum, ab eisdem horizontis partibus ascendat in oriente, & in eisdem partibus in occidente occumbat.

De signis sibi contradicentibus, & inter quæ nulla fit colligatio. Cap. XVII.

PArtes quippe quæ contradicentes & extraneæ nuncupantur, illæ sunt inter quas ex modorum prædictorum affinitatibus nulla continetur affinitas, id est, nec sunt ex præcipientibus, nec ex obedientibus, nec ex se inuicé aspicientibus, quæ sunt in fortitudinibus adinuicem æqualia, nec sunt ex his, quæ per aliquam quatuor figurarum positarum, aliquam habebant adinuicem affinitatem, id est per diametri figuram, & per trigonam, tetragonam quoq; ac hexagonam. Partes autem quas nullatenus per hos modos associari deprehendimus,

sunt inter quas unum uel quinque signa continentur, ob hoc quod illæ partes inter quas unum signum habetur se non aspiciunt, ponuntur enim sibimet ex obliquo. Illæ uero partes inter quas quinque signa locantur circulum per partes æquales non abscindunt.

De domibus quinque stellarum erraticarum, ac Solis & Lunæ. Cap. XVIII.



Partes namque circuli signorum, quę domus, triplicitates, exaltationes ac termini nominantur, hisque similia, in quibus aliquam similitudinem, uel dignitatem habeant, septem planetis assimilãtur. Domorum quidem natura est, ut subiungam. Quoniam igitur ex signis duodecim, duo sunt septẽtrionalia, illa uidelicet, quæ in loco zenith nostrorũ capitum sunt uiciniora, quæ de re calorem generant, quæ sunt Cancer & Leo, duobus maximis dignioribus luminaribus, pro domibus sunt attributa, & Leonis signũ, quod est masculinum, Solis domũ posuere, Cancri uero signum, quod femininum est, Lunę domum constituerunt. Ideoque circuli medietatem, quæ est à Leone usque ad Capricornum, solarem nuncuparunt: Aliam uero medietatem, quæ est ab Aquario usque ad Cancrum, Lunarem appellauere, ita ut in unaquaque duarum circuli medietatum, in solari scilicet atque lunari, domum sibi congruentem secundum suarum sphærarum ac naturarum ordinem, uniusquisque planetarum haberet. Quapropter quia Saturnus est naturaliter frigidus, calorique contrarius, & eius cœlum altius & remotius est à luminaribus, ei duo signa Capricornum & Aquarium, quæ sunt in oppositione Cancri atque Leonis assignarunt, ob hoc scilicet quod hæc duo Capricornus uidelicet & Aquarius, frigida sunt & hyemalia, & quia iterum figurarum affinitas, quæ fit ex oppositione, non est conueniens & in fortuna. At quia Iupiter complexionis est temperatæ, & sub Saturni sphæra fertur, duo signa quæ Capricornum sequuntur, & Aquarium, & sunt Sagittarius & Pisces, ei sunt attributa, eò quod uentos procreant, & res oriri compellunt, suntque à domibus luminarium, in longitudine trina, & quæ est cõueniens, & fortunii. Post hæc autem quia Mars naturaliter desiccat, & eius sphæra sub Iouis sphæra uoluitur, duo signa quæ post Iouis hospitia locantur, ei dedere, & sunt Aries & Scorpius, quorum longitudo à luminarium domibus est tetragona, sicut caliditati destructoriæ & contradictoriæ conuenit, quæ naturę Martis assimilatur. Veneris autem stella quia complexionis est temperatę, & sub Martis sphæra circumuoluitur, duo signa quę Martis habitacula sequuntur sunt attributa, eò quod res oriri faciunt, & sunt Taurus ac Libra, quorum longitudo à domibus luminarium est sextilis, quæ est longitudo similitudinis & conuenientiæ: & quia Venus etiam inuenitur duarũ partiũ, nõ plus quàm duobus signis elongatur à Sole. Item quoniam ex erraticis stellis Mercurius remanserat, qui in neutra duarum partium à Sole unquam plus quàm per unius signi spatium elongatur, & sub aliis stellis uehitur, data sunt ei duo signa residua, quæ post luminarium loca locantur, & sunt Gemini ac Virgo.

Saturni complexio. *Iouis.* *Martis.* *Veneris.* *Mercurij.*

De triplicitatibus, & earum dominis. Cap. XIX.



Triplicitatum affinitates cũ planetis sunt hæ. Quoniam igitur æquilateri trianguli figura in semet est æqua & conueniens. Et quia tres circuli sunt terminationes zodiaci circuli, æquinoctialis uidelicet circulus, & duo circuli solstitiales. Duodecim zodiaci circuli partes, in quatuor triangulos æquilateros diuisere. Prima ergo triplicitas est ex Ariete Leone & Sagittario, quæ sunt signa masculina, suntque Solis & Iouis, & Martis domicilia. Quapropter hanc triplicitatem Soli & Ioui, repulso Marte dedere, eò quod Mars est ex haiz contrario haiz solis. Huius autem triplicitatis primus dominus est in die Sol, in nocte uero Iuppiter. Arietis etiam signum circulum æquinoctialem sequitur, & Leo uicinior est æstiuali circulo, Sagittarius autem hyemali circulo propior existit. Est & hæc triplicitas septentrionalis, eò quod dominium habet ibi Iupiter, Arietis etiam signum circulum æquinoctialem, & res oriri compellit, nec nõ uentos septentrionales adducit. Præter quod quia in ea est domus Martis, qui ibi societatem habere dicitur septentrionali uento, aliquantulum ex occidentali com

li commiſcetur. Quapropter colligitur inde uentus ex ſeptentrionali & occidentali commixtus, Mars enim huiuſmodi uentos adducit, pars etiam occidentalis eſt feminina. Secunda uero triplicitas, quæ eſt ex tribus ſignis femininis, Tauro ſcilicet & Virgine ac Capricorno collecta, Lunæ Veneríq; aſſignatur, eò quod illa eſt ex haiz Lunæ. Iſtius uero triplicitatis in die dominus eſt Luna, & in nocte Venus. Aeſtiuali quidem circulo Taurus, æquinoctiali Virgo, hyemali uero Capricornus eſt propior. Hæc autẽ triplicitas meridiei cõuenientior eſt propter Veneris in ea dominium, hæc etenim ſtella huiuſmodi uentos adducit, eò quod eius uis per calorem & humiditatem hæc efficit. Prẹter quod propter Saturni domum, quæ eſt Capricornus, & propter eius in ea ſocietatem, uenti qui per hanc naſcentur triplicitatem, ex meridionali & orientali coadunabuntur contrario modo triplicitati primæ, ob hoc quod Saturnus uentos orientales adducit, eò quod eſt ex haiz Solis. Tertia quidem triplicitas, quæ ex tribus ſignis maſculinis, Geminis ſcilicet, & Libra ac Aquario colligitur, Saturno ac Mercurio attribuitur, eò quod in illa domus eorũ habentur. Huius autem diurnus dominus eſt Saturnus, quoniã eſt ex haiz diei, nocturnus uero dominus eſt Mercurius. Signum quoq; Geminorum æſtiuali circulo propius exiſtit, & Libra circulum æquinoctialem ſubſequitur. Aquarius autem hyemali circulo uicinior habetur. Hæc autem triplicitas orientali uento magis conuenit, propter Saturni dominium, atq; Iupiter Saturno in haiz aſſimilatur, eſt enim diurnus, erunt uenti qui huius triplicitatis occaſione prouenient, inter ſeptentrionalem & orientalẽ. Quartam autem triplicitatem faciunt Cancer, Scorpius, & Piſces. Reſtat igitur ut Marti dominetur, & ut ipſe in ea dominium exerceat, eò quod Scorpius eſt eius domicilium. Aſſociantur ei in dominio, propter haiz, & eò quod hæc ſigna ſunt feminina, in nocte quidem Luna, in die uero Venus. Cancer item æſtiuali, & Scorpius hyemali, Piſces autem æquinoctiali circulo propiores exiſtunt. Iſta quidem triplicitas, uentos occidentales efficit, propter in ea Martis Lunæque dominium, ac quia Venus ei aſſociatur, erit uentus ex occidentali meridionalíque collectus.

De exaltationibus. *Cap.* XX.



Signorum quippe modi, qui luminarium & ſtellarum erraticarum exaltationes dicũtur, ſunt uelut ſubiungam. Sol etenim cum in Arietis ſigno fuerit ad altiorem circuli medietatem ſeptẽtrionalem mutabitur, Cum´q; Libræ ſignum ingreditur, ad inferiorem circuli medietatem meridionalẽ proprium iter aduertit. Quapropter Arietis ſignum, in quo longitudo dierum, eorum´q; caloris naturalis augmentum inchoat, Solis exaltationem poſuere, Librã uero propter prædictarum occaſionum contrarietates, eiuſdem caſum fore dixere. Saturnus autem, & eius à Sole longitudo foret oppoſitionis, ſicut & in domibus, eò quod ubi calor creſcit, frigiditas remittitur, & ubi frigiditas intenditur, calor remittitur, Libræ ſignũ pro exaltatione, Arietem uero pro caſu recepit. Item cum Luna fuerit in Arietis ſigno cum Sole, quod eſt eius exaltatio, quoniã poſt hæc prius apparebit in Tauro, in quo augmenti ſui luminis erit quaſi principium, fuit eius exaltatio in Tauro, quod eſt primũ ſuæ proprię triplicitatis ſignum, in Scorpione uero ſigno, quod in illius oppoſitione formatẽ, eius caſus deſignatur. At quia Iupiter eſt autor uentorum ſeptentrionalium, quæ res orti faciunt, & quoniã cũ in maiori declinatione ſeptentrionali fuerit quæ eſt in Cancro, ipſius uis propria apparebit, uentóſq; ſeptentrionales efficiet, ei Cancri ſignum exaltationem & Capricorno caſum tribuere. Mars autem quoniam naturaliter eſt comburens, & maxime cum in Capricorno fuerit, eò quòd eius declinatio tunc eſt in parte meridionali, in Capricorno Iouis exaltationi contrario, ſublimatur, cadit autem in Cancro. Rurſus quia Venus naturaliter humectat, maxime autẽ in ſigno Piſcium, in quo ueris humiditas apparere, eius´q; uis naturalis incipit creſcere, in Piſcibus exaltatur, & in Virgine cadit. Mercurius autem quoniam deſiccat, in contrarium Veneris, in ſigno ſcilicet Virginis exaltatur,

in quo autumnus,qui est siccus incipit apparere,cum eius iterum propria uis crescit in ue tis contrarium,est & eius casus in signo Piscium.

De terminis Cap. XXI.



Erminorum quidem modi duo sunt, quorum alter Aegyptius, alter uero Chaldaicus appellatur. At qui Aegyptius dicitur,maxime à domorum do minis accipitur, Chaldaicus autē,à dominis triplicitatum assumitur. Sed Aegyptius,nec in ordinibus semper,nec in uniuscuiusq; quantitatibus,id quod pro radice generaliter est positum, in terminorum modis ueraciter mutatur. Nam primos in ordine domorum dominis,& quandoq; triplicitatum,quandoq; uero exaltationum dominis attribuunt,ut in Libra non à Venere,sed à Saturno, in Ariete quoq;,non à Marte sed à Ioue cœperunt. Si dominos igitur triplicitatum, & nō alios secuti sunt,cur in Capricorno à Mercurio,& nō à Venere sumpsere exordium? Item si dominos exaltationum,& non alios secuti sunt, cur in Cancro à Marte,& non à Ioue initiantur? Rursus si in his non sequebantur nisi planetas,quorum plures sint prædictarum fortitudines,cur in Aquario principium fecere à Mercurio,qui solam habet in ea triplicitatem,& non à Saturno, qui domum ibi atq; triplicitatem possidet? In Capricorno etiam à Mercurio, qui nullam habet autoritatem, ibi inceperunt. Reliquorum uero terminorum ordo ad hunc modum reperitur. In quantitatibus quoq; terminorū, nullum ordinem obseruare uidentur, nam in horum omnium terminorum numero,qui unicuiq; planetarum colligitur, quem cum numero annorum planetæ eiusdem esse quantitatis denunciant,nulla est ratio quæ secundum hoc esse uitæ quantitas probetur. At si diximus,& concesserimus,quod qui inde colligitur uerus sit numerus, aut ab Aegyptiis affirmatur, idem numerus fortasse colligetur, & si terminorum quantitates, multis diuersis'q; modis uariarentur. Quidam autem, qui id in hoc affirmare uidentur, quod eis physica ratione satis uidetur sufficere,dicunt quod cum tempora ascensionum terminorum uniuscuiusq; planetæ collecta fuerint, una eadem'q; quantitas,in omnibus climatibus ex eis nascetur,quod falsum esse manifestum est. Sunt etenim in hoc secuti, id quod in insipientium libro reperitur, & pro ascensionibus,æquales adiunctiones sumpserunt. hæc autem ueritati contrariū esse nullus ambigit. Inuentum est enim in hoc libro, quod ascensiones Virginis ac Libræ, in linea æquinoctiali lineæ parallela, quæ per inferiorem Aegyptiæ regionis locum habet transitum, sunt unicuiq; duorum signorum prædictorū 37 tempora,& triens, & quod ascensiones etiam uniuscuiusq; duorum signorum, Leonis ac Scorpionis 35 sint tempora, sed geometrica ratione probatur,Leonem & Scorpionem plus 35 temporibus, Virginem autem & Libram ,minus supradictis temporibus ascendere. Item hi qui hanc adduxere rationem,non eas secuti sunt terminorum quantitates,quas quamplures hominum affirmarunt. In multis etiam locis mentiri necessarium reperitur. At ut eorum sententia firmior appareret,gradus in minuta diuiserūt,nec tamen ob hoc eos ueraces,sed mendacissimos,in hæc ut prædiximus affirmamus. Eorum autē termini,quos hic prædictis rationib⁹ uituperamus,sunt hi uelut dixere ut inferius. Quod autem ex prędictis gradibus unicuiq; istorum planetarū colligitur,est hoc. Saturno quinquaginta septem, Ioui 79, Marti 66, Veneri 82, Mercurio 76, quorum omnium collectio est 360 graduum.

TERMINI

TERMINI AEGYPTIACI.

In Ariete	Iupiter	6	Venus	6	Mercurius	8	Mars	5	Saturnus	5
Tauro	Venus	8	Mercurius	6	Iupiter	8	Saturnus	5	Mars	3
Gemi.	Mercurius	6	Iupiter	6	Venus	5	Mars	7	Saturnus	6
Cancro	Mars	7	Venus	6	Mercurius	6	Iupiter	7	Saturnus	4
Leone	Iuppiter	6	Venus	5	Saturnus	7	Mer.urius	6	Mars	6
Virgine	Mercurius	7	Venus	10	Iupiter	4	Mars	7	Saturnus	2
Libra	Saturnus	6	Mercurius	8	Iupiter	7	Venus	7	Mars	2
Scorpione	Mars	7	Venus	4	Mercurius	8	Iupiter	5	Saturnus	6
Sagittario	Iupiter	12	Venus	5	Mercurius	4	Saturnus	5	Mars	4
Capricorno	Mercurius	7	Iupiter	7	Venus	8	Saturnus	4	Mars	4
Aquario	Mercurius	7	Venus	6	upiter	7	Mars	5	Saturnus	5
Pisce.	Venus	12	Iupiter	4	Mercurius	3	Mars		Saturnus	[illegible]

Alterum uero modum quem Chaldaicum appellauerunt, per triplicitatum dominos ratiocinantur, sed eorum rationes, & apertiores, & magis sufficientes inueniuntur, & tamen nec in ordinibus, nec in quantitatibus planetas qui triplicitatibus dominantur semper imitantur. Horum autem sententia, breuiter & absque libro memoriæ commendari potest. Primæ nanque triplicitati, quæ est ex Ariete, Leone & Sagittario, terminorum apud eos diuisio in unoquoque signorum eius, una est & eadem. Primum etenim terminum dant domino triplicitatis, qui est Iupiter, secundum, domino triplicitatis sequentis, & est Venus, tertium autem & quartum duobus dominis triplicitatis geminorum, qui sunt Saturnus, ac Mercurius, quintum quoque domino reliquæ triplicitatis, & est Mars. Secūdæ uero triplicitatis, quæ ex Tauro, Virgine, & Capricorno colligit͂, unumquodque signorum, una eademq́ue diuisione partiuntur, assignantq́ue primum terminum Veneri, propter eius in ea dominium, secundum uero & tertium, duobus dominis triplicitatis geminorum, qui sunt Saturnus & Mercurius, post hæc autem quartum Marti, Ioui reliquum assignauere. Hunc quidem ordinem maxime secuti sunt in duabus reliquis triplicitatibus, præter quod tertiæ triplicitatis, quæ duos dominos habere dicitur, Saturnum scilicet & Mercurium, primā in die partem Saturnus, in nocte uero Mercurius assumit. Modus autem quantitatis terminorum, qui in unoquoque signo reperitur, & qui supradictum obseruat ordinem, unus quidem est & manifestus, nec eorum differunt quantitates, nisi æquali diminutione. Nam unusquisque terminorum, in quātitate unius gradus à præcedente minuitur. Posuere etenim primum cuiusque signi terminum 8 graduum, secundum septem, tertium sex, quartum quinque, quintum autem quatuor, qui est finis triginta graduum. Ex quibus omnibus, in die colliguntur Saturno 78 gradus, in nocte uero 66, & Ioui 72, Marti 60, Veneri 75, Mercurio autem in die 6., in nocte uero 78. At istorum duorum, id quod ab *Aegyptiis* dictum est, magis ueritati concordat, eò quod Aegyptiorum librorum autores, ex hoc quod natiuitatibus inuenerunt esse commemoratum, eos collígerunt, & in suis libris scripserunt, quas exemplari uia graduū

TERMINI CHALDAEORVM SIVE BABYLONIAE.

Aries	*Iupiter*	8	*Venus*	7	*Saturnus*	6	*Mercurius*	5	*Mars*	4
Taurus	*Venus*	8	*Saturnus*	7	*Mercurius*	6	*Mars*	5	*Iupiter*	4
Gemi.	*Saturnus*	8	*Mercurius*	7	*Mars*	6	*Iupiter*	5	*Venus*	4
Cancer	*Mars*	8	*Iupiter*	7	*Venus*	6	*Saturnus*	5	*Mercurius*	4
Leo	*Iupiter*	8	*Venus*	7	*Saturnus*	6	*Mercurius*	5	*Mars*	4
Virgo	*Venus*	8	*Saturnus*	7	*Mercurius*	6	*Mars*	5	*Iupiter*	4
Libra	*Saturnus*	8	*Mercurius*	7	*Mars*	6	*Iupiter*	5	*Venus*	4
Scorpio	*Mars*	8	*Iupiter*	7	*Venus*	6	*Saturnus*	5	*Mercurius*	4
Sagittarius	*Iuppiter*	8	*Venus*	7	*Saturnus*	6	*Mercurius*	5	*Mars*	4
Capricor.	*Venus*	8	*Saturnus*	7	*Mercurius*	6	*Mars*	5	*Iupiter*	4
Aquarius	*Saturnus*	8	*Venus*	7	*Mars*	6	*Iupiter*	5	*Venus*	4
Pisces	*Mars*	8	*Iupiter*	7	*Venus*	6	*Saturnus*	5	*Mercurius*	4

terminorum ordinauerāt in his in quibus opus haberent. Et quoniam hi qui libros cōposuerūt terminorū ordinē nō scripsere, nec in suorū librorū aliquo numerauere, necessario dubietates & deceptiones in eis reperiunt. Nos aūt in quodā libro uetustissimo, cuius pars maior præ uetustate nimia cōsumpta fuerat, pforata terminos inuenimus, in quo id quod ex ordine & quantitate terminorū cōtinebatur naturaliter rationabiliterq; fuerat ordinatū. Itē in eo prędictarū natiuitatū gradus reperimus, & quot etiā haberet unusquisq; planetarū, concordabátq; cū hoc quod in libris priorū inuenitur. Erat etiam in eo sermo ualde longus, in quo ipsi termini multis necessariis probabātur, sed propter eius nimiam uetustatem, & crebram foliorum perforationē eum conscribere nequiuimus, eiúsq; rationes omnes nobis difficiles & obscurę uidebantur. Partes tamen terminorum, quæ nos ad hæc intelligendum multum iuuere, circa libri finem integre & absque lęsione remanserant, & quicquid illic ex terminis inuenimus in hoc loco subiungitur. In ordine nanque considerabatur in unoquoque signorum dominum exaltationis triplicitatis ac domus, & quicunq; eorum duas istarum haberet in signo potestates, & si foret in fortuna præcedebat in ordine. Quod si modus infortunatum, non sic inueniretur in fine signorum ordinabatur, & item præcedebant exaltationis domini, postea triplicatum, deinde domorū domini subsequebantur secundum signorum ordinem. Quicunque uero duas haberet in signo potestates habenti unam potestatem in ordine præponebatur, præter quod in Leone & Cancro, qui sunt solis & Lunæ domicilia, quibus termini nō assignantur, primū uniuscuiusq; signi terminum alteri infortunarū ascripserunt. Nam primum Cancri terminū Marti, Leonísq; primum Saturno donarūt. Istorum'q; duorum planetarum ordo in his duobus signis perhibebat, eò quod in aliis omnibus ipsi locabant extremi. Modus itaq; quantitatis terminorū est ita, cum alicuius planetarum, nec in eodem signo, nec in sequentibus usq; ad quartum signum duæ potestates inueniebantur, si esset aliqua duarum fortunarum, quæ sunt Iupiter & Venus, septem ei gradus assignabant. Si uero foret infortunatum altera, quæ sunt Saturnus, & Mars, quinq; gradus ei donabant.


Mercurio

Mercurio autem quoniã est cõmixtus,sex gradus attribuebant,qui sunt finis 30 graduũ. Et quia quidam eorum duas habent potestates,ut Venus quæ in Tauro domum habet & triplicitatem,augmentetur etiam in eo eius potestas,& ideo quia Luna nihil habet in terminis unus eius gradus,sic se habentibus suppeadditur,siue in eodem signo, siue in sequentibus usq; ad quartum,hæc habuerunt.Inuenimus etiam in prædicto libro, uniciuq; istorum super pro nota punctum unũ. Ille ergo gradus,qui termino planetę duas habenti potestates superadditur à residuis planetarum terminis unam solam ibi potestatẽ habentium auferebatur,maximéq; Saturno primum,deinde Ioui surripiebatur,eò quod tardus est eorum motus,hi autem termini sic ordinantur. Ex quibus in unum redactis Saturno lvii assignantur, Marti lxvii,Veneri lxxxii,Mercurio lxxvi,Ioui lxxix,qui simul collecti,gradus ccclx.efficiũt.

Termini Ptolomæi,seu autoris ignoti.

Aries	*Iupiter*	6	*Venus*	8	*Mercu.*	5	*Mars*	5	*Saturnus*	4
Taurus	*Venus*	8	*Mercu.*	7	*Iupiter*	7	*Saturnus*	2	*Mars*	6
Gemini	*Mercurius*	7	*Iupiter*	6	*Venus*	7	*Mars*	6	*Saturnus*	4
Cancer	*Mars*	6	*Iupiter*	7	*Mercu.*	7	*Venus*	7	*Saturnus*	3
Leo	*Saturnus*	6	*Mercu.*	7	*Mars*	5	*Venus*	6	*Iupiter*	6
Virgo	*Mercurius*	7	*Venus*	6	*Iupiter*	5	*Saturnus*	6	*Mars*	6
Libra	*Saturnus*	6	*Venus*	5	*Mercu.*	5	*Iupiter*	8	*Mars*	6
Scorpio	*Mars*	6	*Venus*	7	*Iupiter*	8	*Mercu.*	6	*Saturnus*	3
Sagittarius	*Iupiter*	8	*Venus*	6	*Mercu.*	5	*Saturnus*	6	*Mars*	5
Capricorn.	*Venus*	6	*Mercu.*	6	*Iupiter*	7	*Saturnus*	6	*Mars*	5
Aquarius	*Saturnus*	6	*Mercu.*	6	*Venus*	8	*Iupiter*	5	*Mars*	5
Pisces	*Venus*	8	*Iupiter*	6	*Mercu.*	6	*Mars*	5	*Saturnus*	5

De duodecimis. Cap. XXII.



Vnt etenim quidam qui per partes prædictis partibus breuiores demum diuiserunt eas,locos & gradus nuncupantes,locos scilicet duodecimã unius signi partẽ dixerũt,quæ est duorũ graduũ & semis,posuerũt etiã earũ dños dños domorũ secundum signorũ successionẽ. Quidã uero p alias partes p x scilicet signa diuiserũt secutiq; sunt in ordine,id quod Chaldęi in terminorũ ordine sequebanť. Sed quoniã istorũ modus incõueniẽs est,eũ post ponendũ fore putamus,aliũ uero modum quẽ imitari debemus,quia conueniens est imitabimur.In duodecimis igitur & terminis à duobus pũctis ęquinoctialibus,& duobus solstitialibus prout librorum auctores explanauere incipiemus,& quoniam naturę uires earúmq; similitudines proprie deprehenduntur, non nisi à duobus punctis æquinoctialibus,& duobus solstitialibus,uelut prædiximus inceperunt,nec ullam aliunde incipiẽdi habuere occasionẽ. Nam si aliud initiũ præter hæc reperiretur,oporteret necessario,ut in eorũ natura in istius scientiæ professione nil proficere concedať,uel ut in aliquo prodesse & concedať & obseruetur.Quod si quis concesserit decipietur,eò quod circuli signorũ partes per quas hæ uires eueniunt non obseruauerit.

Aries	Masculin.	8	Feminin.	1	Masculin.	6	Feminin.	7	Masculin.	8		
Taurus	Feminin.	5	Masculin.	6	Feminin.	6	Masculin.	4	Feminin.	3	Masculin.	6
Gemini	Feminin.	6	Masculin.	11	Feminin.	6	Masculin.	4	Feminin.	3		
Cancer	Masculin.	5	Feminin.	6	Masculin.	2	Feminin.	2	Masculin.	11	Feminin.	4
Leo	Masculin.	5	Feminin.	3	Masculin.	7	Feminin.	8	Masculin.	7		
Virgo	Feminin.	8	Masculin.	4	Feminin.	8	Masculin.	10				
Libra	Masculin.	5	Feminin.	5	Masculin.	11	Feminin.	7	Masculin.	2		
Scorpio	Masculin.	4	Feminin.	6	Masculin.	4	Feminin.	5	Masculin.	8	Feminin.	3
Sagittarius	Masculin.	2	Feminin.	3	Masculin.	7	Feminin.	12	Masculin.	6		
Capricorn.	Masculin.	11	Feminin.	8	Masculin.	11						
Aquarius	Masculin.	5	Feminin.	7	Masculin.	6	Feminin.	7	Masculin.	5		
Pisces	Masculin.	10	Feminin.	10	Masculin.	3	Feminin.	5	Masculin.	2		

Aries	19				Libra	3	5	21	
Taurus	3				Scorp.	7	13	20	
Gemini	11				Sagit.	13			
Cancer	3	15			Capri.	12	13	14	20
Leo	3	5	7	17	Aquati.	7	16	17	20
Virgo	3	15	20		Pisces.	13	17		

De almugea, id est in uisione adinuicem facie ad faciem, & de alchinara, id est splendore, & his similibus. Cap. XXIII.



Rraticarum quidem stellarum similitudines signis sunt uelut prædiximus. Ité quod planetæ proprie habeant almugeam similiter ostendit̃, cum eorum unusquisque aliquam in figura, cum Sole uel Luna societatem habuerit, modo qui dicitur almugea, hoc est, ut sit inter unumquenq;, & Solem ac Lunam ex longitudine, quantum ẽst inter ipsius domum & domum Solis, aut Lunæ ex lõgitudine, ueluti si Venus esset in sextili aspectu alterius luminaris, ita quod à Sole occidentalis, uel à Luna foret orientalis, esset tunc in almugea. Hic est ergo modus almugea uniuscuiusque planetarum cũ luminaribus. Hoc aũt sequitur alchinara, quæ fit cũ fuerit in sua haiz, & in eius simili, ex locis sibi conuenientibus. Cum'q; duas uel plures auctoritates aliquis eorum habuerit in loco sui gaudii, & honoris esse dicitur, eorum'q; uires tunc augmentantur, eò quod signis. in quibus sunt assimilantur, quæ uires eorum adiuuant. Dicuntur etiam gaudere cum signis inquibus fuerint prædicto modo nõ assimilãtur, sed planetæ quæ fuerint ex eorũ haiz ipsorum locis assimilantur, quæ similitudo licet remotissima sit, est tamen aliqua. Cum'q; in locis extraneis scilicet in haiz contrariis inueniuntur, eorum uires propriẹ ualde decrescũt, & tunc sunt eorum complexiones signorũ in quibus fuerint complexioni contrariẹ. Quapropter fiet ex hoc opus ex duabus naturis collectum.

De conti

De continuatione, & separatione, & alijs uirtutibus. Cap. XXIIII.



Huius capituli generale est uerbum, quod planetæ qui præcedũt, & qui aliorum petunt cõiunctionẽ, sint in eorũ † alictisal, nisi grãdis sit inter eos longitudo, quæ duabus medietatibus corporũ duorũ planetarũ maior existat, si fuerit alictisal ex cõiunctione, uel ex dictarũ figurarũ aliqua. Propter q̃d utile est, in alictisal cõiunctionis eorũ latitudinẽ cõsiderare. Similiter etiã ualet in † alnisigref cõiunctionis eorũ latitudinẽ cõsiderare. In alictisal autem, cæterarũ figurarum hic obseruare superuacaneũ est, eò quòd omnes eorũ radii usq; ad terræ dimidiũ semper extenduntur, ibiq; ex omni parte coniunguntur. Manifestum est etiã ex præmissis quod omniũ planetarũ uires inuestigẽdæ sunt, ex eorũ naturis propriis, & ex signis, nec nõ ex figuris quas habent in collatione Solis, anguli quoq; secundũ horum omnium prædictũ modum. In horũ autẽ uiriũ quantitate scire debemus, quod cũ fuerint orientales, & eorũ motus proprius augmentabitur, erunt quàm fortes esse poterũt. Cum'q; minuetur eorũ motus, occidentalésq; fuerint, erunt debiles quantũ esse quibunt. Idem etiã eis cõtingit secundũ suorũ horizontiũ qualitatẽ. Nam cum in cœli medio fuerint, uel cum ad cœli mediũ ascenderint, erũt fortissimi, gradatim autẽ à fortitudine declinãt, secundũ eorũ à cœli medio remotionẽ. Cum enim in ipso orientali puncto horizontis extiterint, nõ erunt ita fortes, in occidentali uero minus. Et cum sub terra fuerint in oppositione medii cœli, uel inter occidentẽ, & angulum terræ, minus adhuc fortes existent. Similiter etiam fortes esse dicuntur, cum non ex hac, sed ex alia figura aliquam habuerint cum ascendente societatem. Cum autem istorũ nil fuerit, debiles erunt, & nullam fortitudinẽ habere putabunt.

† Id est, continuatione.

† Id est, separatione.

CL. PTOLOMAEI QVADRIPARTITI, LIBER II.

De generali diuisione huius scientiæ. Cap. I.



EORVM itaq; in quibus præmittenda sustentantur, & quibus in inquisitione pronosticandi particularia uti oportet, ea quæ generaliter à nobis præmissa sunt satis sufficiunt. Nunc autem uelut continens est sermo, particulariũ quæ hoc modo pronosticãdi deprehendant, post prædicta subiũgant, in quo directũ tramitẽ rebus'q; naturalibus cõuenientẽ exequemur. Dicemus ergo, quod quia stellarũ pnosticatio in duo diuidit, quę sunt maiores & potiores eius partes, quarũ prima & quę est uniuersalis, illa pars est q̃d in regionibus ac terris futurũ sit, uocatur'q; pars uniuersalis, Secũda uero pars quæ prædicta minus est uniuersalis, est illa quã quid unicuiq; futurũ sit deprehendit, nominatur'q; natiuitatũ scientia. Vniuersalẽ partẽ pręmittẽdã dignũ fore putaui, eò quòd hæc uniuersalis alterat occasionibus, quæ particulariũ fortiores, & maiores esse dicunt. Quapropter quia debiles naturæ sub fortioribus & particularia sub uniuersalib9, in suis omnibus qualitatibus cõtinent, necesse est ut q obseruare quęrũt particularia, ea quæ sunt uniuersaliora, & maioris occasionis prius obseruare festinẽt. Et quoniã ex his uniuersalibus obseruatiõibus, quædã generalia regionũ indicãt quædã uero generalia terrarũ, quædã etiã impedimẽta maxima & generalia, uelut prælia, mortalitates, fames, terremotus submersiones, & his similia, quædã autẽ minora, his prædictis impedimẽta demonstrant, quę in quibusdã horis cõtingunt, ut anni, temporũ mutationes, caloris ac frigoris, ac uentorum augmenta, eorũmq; diminutiones, intensiones etiam earum, atque remissiones, abundantiæ pluuiarum, ac siccitates, & his similia. Et quia quod ex his duabus partibus præcedit, est scientia eorum etiam quę generaliter in regionibus utura sunt, magnorũmq; impedimentorum, propter prædictas occasiones. In qua rerum cognitione duobus proprie utimur, quorum alterum est signorum & stellarum in unoquoq; climate similitudo, alterũ uero sunt signa in horis, & horis, ac in similibus

milibus partibus contingentia, secundum Lunæ ac Solis eclipticas coniunctiones, atque prouētiones, atque secundū erraticarū stellarū de sub radiis apparitiones, earúmque secundū stationes. Naturalem sermonē cōmunium qualitatum præmittimus, super quas omniū gentium qualitates, in maiori parte proprias adiungemus, quæ sunt corporis & animæ, cum non longe sint à modis naturalibus, qui per stellas signáque similia contingunt.

De uniuersalibus proprietatibus climatum. Cap. II



Vnt quippe quędam gentiū proprietates, qua generaliter in lineis parallelis, & angulis terræ contingunt, propter eorū similitudines cū circulo signorū ac cum Sole. Nam quia pars illa terræ in qua sustentamur, est in una duarū quattarum septentrionalium, his qui in ea morantur, sub lineis parallelis meridiei proximioribus, & sunt lineæ quæ protendunt inter punctū solstitialem æstiualem, & punctum æquinoctialem, Sol per zenith suorū capitum currit eósque comburit, ideóque nigra sunt eorum corpora, nigríque crines ac crispi cum asperitate, facies eorū sicca, & corpora maciléta, naturę quoque eorū sunt calidæ, & animæ qualitates in maiori parte sunt crudeles, ppter longā & assiduā Solis morā in eorū regionibus, & hi sunt qui generaliter Aethiopes ab eis uocantur: & non solū in his hæc caloris qualitas eis apparet, uerū etiā in aëre circundante, calor intensus in omnibus animalibus, & in uegetabilibus quæ apud eos sunt deprehendit. In illis autē qui sub lineis parallelis propioribus septentrioni morant, id est, qui in locis sub † Enetnā positis habitant, qa magna est eorū remotio à circulo signorū, & solis calorē uincit frigiditas, quapropter quia est magna eorū humiditas multæque uegetationis, nec est apud eos calor, qui eā desiccat, sunt eorū colores albi, & crines plani, corpora magna atque carnosa, frigidæ sunt etiā eorū naturæ, necnō eorū habitudines. Similiter sunt feroces propter longā & assiduā frigoris morā in eorū habitationibus, est etiā secundū earū rerū qualitates, hyemalis qualitas in eorū aëre, & magnitudo est in herbis, tardǽque coëunt animalia: hi quidē sunt qui secundū maiorē partē Sclaui dicunt. At qui morātur inter punctū solstitialē æstiualem, & benetnā, quia Sol ad zenith suorū capitū non peruenit, nec ab eis in hora meridiei multū elongatur, & quoniā est eorū aëris cōplexio tēperata, & quādoque uariantur, propter quod nō grādis ei accedit uariatio de calore ad frigus, mediocres habent colores, est & eorū corporū magnitudo moderata, natura quoque bonę cōplexionis, & sunt eorū habitationes absque interuallis, animæ uero qualitates domesticæ sunt & suaues. Horū autē hi qui meridiei sunt propiores in maiori parte melioris sunt ingenii, & acutioris intellectus, & in scientia rerū stellarum fortiores, propter circuli signorū, & stellarum erraticarū loco zenith capitū eorum propinquitatem, suarū etiam animarum motus, stellarum motibus assimilantur, in festinatione subita perueniendi ad rē, & in hoc quod sunt inuestigatrices & obseruatrices scientiarum, quę dicunt † Attahalē. Sed qui generaliter oriēti sunt propiores, maioris sunt masculinitatis, & fortiores animę, omniúmque suarū rerū detectores existunt, eò quod orientalem partem ex natura Solis, atque diurnā masculinam item & dextrā esse dicendū est, quemadmodū & in animalibus dextræ partes cōuenientiores, & in uigore fortitudinéque ualidiores inueniunt. Qui autē in occidentali parte morant, magis sunt feminini, animǽque suæ molliores, sua etiā in maiorē partē tegunt & abscondūt, eò qd hæc pars lunaris est. Lunæ uero primus ascensus, & prima eius post cōiunctionē apparitio semp est in ea parte à qua uentus occidentalis suos flatus emittit, quapropter hęc pars feminina nocturna sinistra dicitur in contrariū scilicet partis orientalis. In unaquáque uero istarū partium uniuersaliū particulares debēt esse qualitates, ex animę qualitatibus ac moribus naturalibus. Nā sicut ambiētis aëris qualitates in prædictis locis secundū maiorē partē calidis, uel frigidis, seu tēperatis inter se differunt, ita se habet eorundem locorum atque terrarum proprietas ad augmentum, uel diminutionē, siue propter ordinem loci in dispositione, seu propter eius eleuationem, uel depressionem, uel propter hoc quod iuxta ipsos est. Et ut quidam rursus propter suorum agrorum habilitatem, proprie sunt agricultores, quidam uero sunt nautæ

Septentrionales. *Aethiopes* *† Aliàs, Vrsa.* *Sclaui.* *Meridionales* *Orientales* *† Aliàs quadriuiales scientiæ.* *Occidentales*

nautæ propter maris affinitatē. Quidam autem sunt diuites propter suæ regionis fertilitatem. Similiter in unaquaq; regionū proprias hominis naturas inuenimus, secundū naturalem similitudinē, quæ est inter climata particularia & stellas ac signa. Has uero prædictas uariationes non nisi secundum maiorem partem protulimus, quin aliter ideo, non tamen quàm ut prędiximus in rerum singulis euenire possit. Nunc autem necesse est, ut nominatim in oportuna quantitate particularia generaliter indicemus.

De similitudine regionum cum triplicitatibus & stellis. Cap. III.



Voniam igitur figuræ triplicitatum quæ formantur in circulo signorum sunt quatuor, uelut ostensum est in præmissis. Et Arietis, Leonis ac Sagittarii triplicitatē inter septentrionē & occidentē esse diximus, cuius primus dominus est Iupiter, est enim septētrionalis, cuius Mars in dominio associat̄, quoniā est occidentalis. Tauri uero, Virginis & Capricorni triplicitatē inter meridiē & orientē, cuius primus dominus Venus, quia est meridiana, eiq; in dominio Saturnus associat̄, est enim oriētalis. Geminorū autē, Libræ & Aquarii triplicitatē inter septentrionalē & orientē, cuius primus dominus Saturnus, quoniā est orientalis, eiq; Iupiter in dominio associat̄, est enim septentrionalis. Cancri quoq; Scorpionis, ac Pisciū triplicitatem inter meridiē, & occidentē, cuius primus dominus Mars, est enim occidētalis, cui Venus in dominio, quia meridiana est associat̄. Quoniā hæc ita sunt, habitationisq; nostræ locus, in quatuor partes diuidit̄, quæ triplicitatibus numero sunt æquales, eiusq; latitudo diuidit̄ à linea quæ transit ꝑ nostrū mare, & incipit á loco qui uocatur transitus Herculis, peruenitq; ad flumen qui dicit̄ Citicon, & est in dorso montano, quod ei ex oriētali parte subsequit̄, & per hanc lineam diuiditur, quod est inter septentrionē & meridiē. Longitudo uero ipsius à linea quę transit per flumen occidētale, & per pelagus quod Aggion Nabartis nūcupatur, & per stagnū quod Mantis appellatur, & hæc linea diuiditur quod est inter orientem & occidentem. Hæ quatuor quartæ, triplicitatibus in dispositione conueniunt. Habitabilis igitur loci prima quarta, quæ inter septentrionem & occidentem ponitur, ea in parte terrarū est, quæ uocantur Felitogalatiæ, & sunt terræ quæ generaliter Europa appellantur. Quarta uero in illius oppositione, posita inter meridiem & orientem, in parte terrarum est, quæ nuncupantur Ithosiæ orientales, & pars meridiana terrarū est, quæ dicūtur Asia maior. Tertia quidem quarta inter septentrionem & orientem constituta in parte terrarum, quæ uocatur Sesume collocatur, & est in parte septētrionali maioris Asiæ. Quarta autē, quæ in huius oppositione inter occidentaliū meridionaliūmq; uentorum flatus ponitur, in parte terrarū quę dicuntur †Ithosiæ occidentales ordinantur, quæ generaliter nominantur †Linguæ. Item in unaquaq; istarū prædictarum quartarū quod ex suis partibus, circa totius habitabilis terræ dimidiū continetur illius ordo, respectu illius quartæ cuius pars est, dispositioni eiusdem quartæ, respectu totius habitabilis terræ cōtrarius est. Nā in quarta, quæ † Vrukin dicitur, quæ respectu uniuersæ terræ habitabilis inter septentrionem & occidentem cōstituitur, illius ordo quod circa terrę dimidium est angulo, qui est in oppositione illius anguli, in quo hæc quarta conformatur apoptinquat, & est meridianus orientalis. Idē & in aliis quartis indubitanter eueniet, ita q̊d unaquęq; istarū quartarū, duabus triplicitatibus adinuicem oppositis assimiletur. Ipsius etiā partes quæ circa terræ dimidiū sunt ei, cui illa pars appropiat, quæ etiam in contrariū illius cui generaliter illa quarta apoptinquat appropiat. Aliæ autē partes ipsius generali qualitati illius quartæ concordabunt. Oportet etiam ut cum stellis triplicitatis ipsius quartę, in similitudine stellæ, quæ in cæteris triplicitatibus dominium habent accipiantur. Et necesse est ut in omni habitatione, sumantur stellæ, quæ ipsi triplicitati solummodo dominant̄ in unaquaq; quarta, pręter in illis partibus quę sunt uersus medietatē habitationis in quibus stella Mercurii, cum stellis quæ triplicitatibus dominant̄, accipietur, quoniā est ex cōmuni cōmixtóq; genere. Necesse est igitur secundū hunc ordinem, ut partes quæ sunt inter septentrionē & occidentē habitabilis terræ, id est, illa quarta, quæ Vruben appellat̄, triplicitati

Aliàs Libya deserta.

Aliàs Inoquia

Aliàs Europa.

Prima quarta

plicitati quæ est inter septentrioné & occidenté assimilet, quę triplicias ex Ariete, Leone ac Sagittario colligitur, & generaliter erũt domini istius triplicitatis Iupiter & Mars, cum fuerint uaspertini. Generales autem gentes has partes inhabitantes, sunt homines terræ Britániæ, Galaciæ, Germaniæ, Bestraniæ, Italiæ, Galliæ, Appuliæ, & Siciliæ, Torimiæ, Calitę, nec nõ & Hispaniæ. Oportet igitur ut quamplures istarum regionum homines propter istius triplicitatis dominium, & propter stellas eorum dominatrices, non humilientur, sed libertatem appellent, & arma concupiscant, laborent, & sint bellicosi, nec non periti regiminis, nitidi sint, ac mundi & magnanimi. Atq; Iupiter & Mars in istorum associantur dominio, cum sint uespertini, & quoniam huius triplicitatis primę partes sint masculinæ, postremæ uero femininæ, accidit his gentibus circa mulieres non esse zelotipos, sed earum concubitus uilipendere, sodomiticúmq; scœlus magis appetere, & circa hoc plus zelotipos existere, & qui hoc perpetrauerit, se turpe quid commisisse non extimet, ille uero in quem hoc perpetratur, ut in hoc effeminetur & mollescat, & ut postponendum sit nullatenus putet. Animositates etiam tentare consuescunt, & in bonis operibus ac fidelitate uersantur, consanguinitates diligunt, & omne quod bonum est & honestum ac laudabile nõ postponunt. Secunda uero quarta meridiana, pars est Asiæ maioris, cuius partes cõtinentes, Indiæ regiones & Arbalui, Caurosiæ, Fathathiæ, Nudhiæ, Parthię, Babyloniæ, insulæ atq; regiones Assut, quarũ omniũ situs, respectu totius habitabilis regionis, est in parte oriẽtali meridiana, triplicitati quæ est inter meridié & orientem, quę ex Tauro, Virgine, & Capricorno constituitur, assimilari debent. Harum quoq; regionum domini sunt Venus & Saturnus, cum sunt matutinales. Quapropter naturæ has habitantium regiones, horum duorum dominorum naturas imitantur. Venerem nanq; uenerantur & uocant eam Asis, Saturnum autem Solem lucidum appellant. Quidam etiam horũ sunt qui futura prænuntiant, custodiunt & accurate obseruant membra generantia, & illa pro diuinantibus habent, eò quod prædictis stellis, quæ naturaliter sunt eodẽ modo generatrices assimilantur: suos etiam parentes uenerantur. Sunt homines calidi, qui uenereos actus multum exercent, & in eis plus quàm oporteat sollicitantur: sunt saltatores, & salientes, instrumentorúmq; musicorum tactores, eorum quoq; corpora sunt apta carneitatis, semetipsos pingunt & adornãt propter Venerem, mores etiam eorum pleni sunt propter Saturnum, & manifeste, non occulte, propter matutinalem figuram, cum mulieribus coëunt, sodomiticũ scœlus uiriliter abhorrent, ideóq; quamplurimis eorum accidit ex propriis mulieribus filios procreare. In hoc etiam cum pectoribus indicant, assimilantur propter matutinalem ascensionem, & quia dominatrix corporum, uirtus, quę cordibus eorum inest, fortitudini Solis assimilantur. Sunt etiam secũdum maiorem partem in modis induendi se, & inuenustandi, ac in omnibus quę corpori pertinent molles & effeminati, propter uenereas qualitates: sunt & magnanimi, fortes bellatores, quia Saturnus est orientalis. Item cum hæ regiones diuiduntur, qui sunt ex regionibus Farachię, Nudhiæ, Parthiæ, Tauro & Veneri assimilabuntur. Ideóq; harum terrarum habitatores, uestimentis uenereos colores habentibus utuntur, quibus totum corpus tegunt, præter pectus, & generaliter effeminati sunt & delicati. At qui & Virgini & Mercurio assimilantur, sunt Babylonii, cultorésq; insulæ, & regionum Assur. Quapropter hi sunt in doctrinalibus periti, & stellarum motuum obseruatores. Qui autem Capricorno & Saturno assimilãtur, sunt Indi, Arbalui, & Taurosi, ideóq; deformes & sordidi, animarũ suarum qualitates sunt ferocissimæ. Tertia autẽ quarta est in septentrionali parte terrarũ, Asię Maioris, cuius partes Armeniam continentes, & Curucaniam, Marichiam, Bacca traiam, Fasluitan, Zufan, Romaticam, Sarmaticas, quæ sunt mulierum regiones, Tusciana, & terras Ascade, quæ sunt partes septentrionalis, orientalis totius habitabilis regionis, triplicitati, quæ est inter septentrionem & orientem assimilantur, quam Geminorum & Libræ, Aquariíq; signum componunt: cuius domini sunt Saturnus & Iupiter, cum sunt orientales. Ideóq; harum incolę regionum, Iouem uenerantur & Solem. Quibus aurum & di

Secunda. / *Tertia.* [margin notes beside the respective passages]

sapientes

uitiæ multum affluũt, & eorum actus nitidi sunt & formosi, ac uelut oportet, sunt item sapientes, & diuina inquirunt, & obseruant animarum suarum qualitates, à ueritate & iustitia non declinant, sunt liberales, intellectúsq; boni, ac immutabiles, nequitias abhorrentes. Integra est & incorruptibilis eorum amicitia, pro consanguineis rebúsq; laudãdis & honestis, morti se leuiter tradunt, sunt casti & abstinentes, carissimis intendunt uestibus, grandia donant, actúsq; sui sunt præclari: hæc autem in maiori parte offert Saturni, Iouísq; societas in hęc, quod sunt orientales. Has itaq; regiones triplicati quæ est inter meridiem & occidentem, quæ ex Cancro & Scorpione ac Piscibus cõstituitur, assimilamus, in cuius dominio Mars & Venus ac Mercurius associantur. Qua de re quamplures harum incolæ regionum Venerem uenerãtur, & eam multis differentibus, earundẽ terrarum nominibus appellant. Martem autem Ideum, & quibusdã aliis uocabulis nominant, quibus multa secreta ascribũt: Sunt homines laboriosi, ac miseriarum infelices, & circa nequitias procliues, in prælijs & expeditionibus, ac in rapinis & uiarum abscisionibus conducuntur, inter seruos reputantur, & in prælijs moriuntur, propter dominiũ Martis & Veneris in eis, quum sint orientales. Item Martis exaltatio est in trino Veneris aspectu, in Capricorni scilicet signo. Venus autẽ in trino Martis aspectu, quod est signũ Piscium, exaltatur. Quapropter eorum uxores eos ex toto corde diligũt, & multum sanè conciliantur, in propriis domibus assidue morantur, sunt magni laboris, atq; in seruitutem redactæ, generaliter quidem sunt ualde laboriosę ac depressæ. Horum autem hi qui sunt in regionibus Bathioniæ, Ferogiæ, Felogicæ, Cancro & Lunæ assimilantur. Ideóq; quamplures earum habitatores, sunt homines timoris & humilitatis, & propter Lunæ orientalem ac eiusdem figuræ masculinitatem in quamplurimis earum uxoribus est uirilitas, dominium & segregatio, sicut & in mulieribus quæ dicuntur Amazones, quæ à uirorum connubiis aufugiunt, & arma diligunt, sunt etiam suorum patrum memores, à cunabulis cum eis dextræ mamillæ expeditionum itinera secantur, quæ membra detegunt, cum bellare aggrediuntur, ut in eis muliebris natura minime fore putatur. At qui Syriæ Cumachiæ Canadochiæ partes inhabitant, Scorpioni, & Marti assimilantur. Quapropter quamplures eorum sunt instabiles, deceptores, proditores, magníq; laboris. Viri autem Ludhiæ, Filiæ, Macholiæ, Piscibus assimilantur & Ioui. Ideóq; proprie sunt homines multarum pecuniarum, bonęq; societatis, atq; mercationis liberalitatis etiam fidelitatis in omnibus suis negociis. Residua uero quarta est in parte quæ generali nomine Lynoy nominatur, cuius partes continentes regiones Numidiæ, Iarsinodiæ, Africæ, Cadbaniæ, loci Cemunitis, Harmanticæ, Mauritaniæ, Hatoliæ, Metegonatæ, quorũ omnium situs est in parte meridiana occidentali totius habitabilis regionis. Triplicati, quæ est inter meridiem & occidentem assimilantur, quæ ex Cancro, Scorpione & Piscibus colligitur: huius autem domini sunt Mars & Venus, quum sint uespertini. Quapropter quamplurimis istarum regionum propter horum duorum planetarum societatem, regem & reginam eiusdem matris sobolem in eis pariter regnare, uirum scilicet uiris, mulierẽ uero mulieribus dominari contigit, & semper hanc de progenie obseruãt consuetudinem. Eorũ naturæ sunt calidissimæ, in coëundo superabundant, ita quod eorum coniugia fiunt ui atq; rapina. Multoties etiam eorum rex cum alienis spõsis, priusquam earum sponsi, uenereos actus exercet, & quorundam eorum sunt uxores cõmunes inter ipsos. Ipsi quoq; picturas & ornatus concupiscunt, & se more feminino adornant propter Venerẽ, animi tamen eorum sunt uiriles, uersuti, apparitores, diuinatores, proditores ac deceptores, pericula nõ metuẽtes, propter Martem. Horum autem qui sunt in partibus Numidiæ, Iarsinodiæ & Africæ, Cancro proprie assimilantur & Lunæ. Quapropter sunt uiri societatis & mercationis, magnæq; pinguedinis. Illi uero qui sunt in parte terrarum Metagonicæ, Mauritaniæ, Hatoliæ, Scorpioni proprie assimilantur & Marti. Ideóq; sunt suarum animarum qualitates ferales, sunt contemptores, placitatores, & multũ carniũ comestores, nec pericula formidantes, uitam nihil pendentes, ita quod eorum quidam alios pro nihilo inter-

Amazones.

Quarta quarta.

hilo interficere ducunt. At illi qui sunt in parte terrarũ Fadhaniæ, loci Cemunitis Harma
neboiæ, Piscibus assimilantur & Ioui, quapropter suarum animarum qualitates sunt li-
berales, & plane sunt operum amatores, gratiarum redditores, uiríq; timoris, nec humi-
liantur quamplures eorum, propter Iouem quem uenerantur, & uocant Hamon. Aliæ
autem istius quartæ partes, quæ sunt uersus dimidium habitabilis terræ, sunt terræ Curi-
nacæ, Marmaricæ, Aegypti, Tabneis, Auesis, Taragæ, Dhiticæ, Dhamæ, Aramæ, Iumeme
dæ, quæ sunt terræ Alhabai, Mediæ, & sunt hæ omnes regiones uersus Septentrionalem
partem orientalem istius quartæ, assimilatur'q; triplicati quæ est inter Septentrionem &
orientem, quæ ex Geminorum Libræ, & Aquarii signo componitur. In cuius dominio
Saturnus, & Iuppiter, & Mercurius associant̃, quoniã in istarũ regionũ dominio qnque
planetæ erratici quũ, uespertini sunt, frequentius associant̃. Earũ incolæ deum diligunt,
ueritaté uenerantur, rebus creatoris adhærent, suorũ funera deflent, mortuos sub terra se-
peliunt & abscondunt, quia sunt uespertini: mores eorum sunt differentes, animarũ qua
litates, actus & eorum leges sunt quamplures. Quũ quis eis dominatur, illi obediunt &
humiliantur, & tunc in eis uincit pusillanimitas ac uerborum humilitas. Quũauté aliis
ipsi dominantur, eorũ animæ sunt cõuenientes cogitationes'q; maximę. Viri multas du-
cunt uxores, & mulieres quoq; multis nubũt uiris, circa ueneteos actus multũ anxiant̃,
cum propriis coéunt sororibus, & cum hominibus etiã multos procreant filios, & eorũ
uxores citò prægnantur, sicut in eorum regionibus multum crescunt, & augmentantur
omnia. Eorum quidem quamplurimum uirorũ animæ sunt molles & femininæ. Qui-
dam etiam eorũm membra generantia uilipendunt, propter Veneris & infortunarũ so-
cietatem in qualitate uespertina. Istorũ auté hi sunt qui in parte uespertina, quæ uocan-
tur Curmanta & Marmarica, propè assimilãtur signo Geminorum & Mercurio, ideo'q;
sunt eorum habitatores uiri deliberationis & intellectus, acutíq; ingenii in omnib[9] re-
bus, & maxime in scrutatione scientiarum philosophiæ & diuinarũ rerum. Sunt diuina
tores, secretis & occultis utuntur, generaliter etiam sunt in scientiis doctrinalibus fortes &
firmi. Viri auté de Zays, Auosis, Coraxæ, Turicæ, Libræ assimilãtur & Veneri, quapropter
earum naturæ sunt calidæ, & ipsi sunt iter agentes & mercatores, eorum'q; regiones sunt
fertiles & copiosæ. At hi q terras colũt Adhamæ, Aramæ, & terras Alhabas Mediæ, Aqua
rio & Saturno assimilantur. Ideo'q; sunt multum carnium & piscium comestores, à lo-
cis sterilibus ad loca fertilia se transferunt. Eorum uita ferarum & bestiarum uitæ assimi-
latur. Hucusq; signorum & stellãrum similitudiné cum unaquaq; gentiũ, earum'q; pro-
prietates in maiori parte generaliter annumerauimus. Nũc auté uniuscuiusq; istarũ gen-
tium cum unoquoq; signorum similitudiné, secundum quod prædictis conuenit, par-

Terrarũ qualitates ex signis.

ticulariter insinuabimus, ut leuior sit istorum consideratio hoc modo. Ex præfatis itaq;
regionibus assimilatur Arieti Britania, Alathia, Germania & Bestrania, ex regionibus
aũt uersus dimidium habitabilis terræ positis, assimilantur, Syria profunda, Idumæa,
regiones'q; Iudeorum. Tauro quidem assimilantur regiones Farathiæ, Nudhiæ, Par-
thiæ, & eis quæ sunt uersus habitabilis terræ dimidium, constituuntur, Fusalaus, Car-
bos & littus Asiæ minoris. Regiones autem quæ signo Geminorum assimilantur, sunt
Vricinia, Herminia, Mathilia. Et ex regionibus uersus habitabilis terræ dimidium collo-
catis, Curbania, & inferiores terræ Aegypti. At Cancro assimilantur regiones Numidiæ,
Farchidoniæ, Africæ, Ex regionibus uero quæ sunt uersus habitabilis terræ dimidiũ, Ba-
thionia, Farogia, Faricha. Regiones autem Italiæ, Galliæ, Appuliæ, Siciliæ, signo Leonis
assimilantur, Et ex regionibus uersus habitationis terræ dimidium constitutis, Cunica,
Chaldea, Vrgunia. Virgini quoq; assimilantur Babylonia, Algizira, regiones'q; Asur. Ex
regionibus uero uersus habitabilis terræ dimidium positis, Alias, Achaia & Actitis. Librę
autem assimilantur, Bactrania, Fascria, Siriaca. Et ex illis quæ sunt uersus habitabilis ter
ræ dimidium, Bamanis, Auesis, Aluntica. Scorpioni uero assimilant̃, Metagantas, Mau-
ritania, Catholica, Ex regionibus uersus habitabilis terræ dimidium cõstitutis, Syria, Cu
machina,

machina, Meidhulya. Sagittario quidē assimilantur, Curinia, Malta, Hispania, Et ex his quæ uersus habitabilis terræ dimidium locantur, regiones Arabum, Alhamira. Capricorno autē assimilantur, India, Arbania, Catrosia, Et ex regionibus uersus dimidiū habitabilis terræ positis, Bizantium, Macedonia, Abuluris. Aquario assimilant Saromatica, Cucsiana, Asaede. Et ex illis quę sunt uersus habitabilis terræ dimidiū, Arania, Athania, Adauia, Media, quæ est terra Alabas Media. Piscibus assimilantur regiones Fadhamiæ, Natagoniæ, Iessassæ Munitis, Armatica. Ex his autem quæ uersus habitabilis terræ dimidiū collocantur, Luhdia, Filylia. Sunt autem omnes hæ lxxii. Et quoniam hæc ita sunt, oportet ut eis iterum hæc, quæ subiunguntur, attribuantur, scilicet, quod unaquæq; stellarum fixarum assimilatur regionibus, quibus earum partes circuli signorū assimilantur, & in quibus omnes agunt, & sunt partes, in quarum directo stellæ fixæ constituuntur, quæ super unum ex circulis per duos polos circuli signorū transeuntibus ordinantur. His etiam in significatione matrum associantur illa loca, in quibus Sol & Luna in istarum matrū ædificationis exordio fuerant, necnon angulorum loca, & maxime angulus ascendētis, sicut & in natiuitatibus. At in illis ciuitatibus, quorum tempus ædificationis ignoratur, locum medii cœli in illius regis natiuitate, in tempore, cuius ipsæ fundatæ sunt, obseruare debemus.

Quomodo ad prognosticabilem scientiam futurarum generalium perueniatur. Cap. IIII.

POst hanc prædictorum obseruationem, qualiter futura uniuersalia generaliter prognosticari sciamus, ut in dicendo persequamur oportet, & per ea futura, quæ generalia in terris ac regionibus accidunt, præmittemus, quorū hæc est narratio prima, & fortior istorum accidentium occasio, non nisi ex eclyptica solis & lunæ coniunctione, ac præuentione, necnon & ex locis motuum planetarū in ipsis horis contingit. Quædam etiam ex his uniuersalibus accidentibus prognosticationes sunt loci locutiones, hoc est, id quod ad cognoscendum, in qua regionum & terrarum significationes particularis eclypsis contingēt, præmittendum est. Stationes etiam stellarum erraticarum in unoquoq; tempore stationis dico, Saturni, Iouis, & Martis scilicet, quum stant & eorum significationes, obseruantur. Quædam uero sunt loqui de tempore, id est, quod significationis hora, eiusq; spatii quantitas est præscienda. Quædam autem sunt loqui de genere, hoc est, quod scire debemus, in quo genere futura contingent accidentia. Quædam etiam sunt loqui de specie futuri, & hæc est ultima partium, per quā modum futuri, qualiter sit deprehendemus.

De cognitione regionum, quibus accidentia futura contingent. Cap. V.

PRimum quidē, quod narrare proposuimus, est prima species prognosticę loqui, scilicet de loco, sed qualiter ad eius cognitionem peruenire possumus, hic indicabimus. In eclypsis etenim coniunctionibus ac præuentionibus Solis & Lunę, & maxime in eo quod apertius est, locum eclypsis in circulo signorum obseruare debemus. Necnon & regiones, quæ illi triplicati assimilantur. Terras etiam, quæ signo eclypsis assimilantur, siue per ascendens horæ ædificationis earum, & per loca luminarium in illa hora, seu per medii cœli locum in illius natiuitate, qui tunc eis dominabatur, obseruare nos oportet. Sciendum est etiā, quod in quibuscunq; regionibus uel terris, hanc quam prædiximus, similitudinem inueneri mus, in eis omnibus quæ futuræ sunt significationes euenient, maxime in ea quæ eidem signo eclypsis assimilatur, & in qua super terram uidetur eclypsis.

De tempore futurorum accidentium. Cap. VI.

SEcundam uero speciem prognosticæ, per quā significationis hora & spatii quantitas cognoscitur, hoc modo deprehendemus, quoniam una scilicet & eadem eclypsis, quæ in aliquo tempore contingit, non in omnibus regionibus, in eadem hora in ęquali cernitur, nec id quod eclypsatur ex Sole, nec etiam spatium temporis eclypsis illius in omnibus terris est æquale,

horam eclypticam, quæ erit in unoquoq; locorum habentium partem in futuro, & angulos secundum altitudinem poli pariter ponamus, sicut facimus in natiuitatibus. Post hæc obseruemus, quot horis æqualibus in unaquaq; terrarum tenebræ eclypsis extendentur. Quia quum harum notitiam habuerimus, sciemus quod futura Solaris eclypsis tot annis durabunt, quot eius horæ æquales fuerint, Lunaris uero totidem mensibus. Quapropter quia principium horarum istarum rerum, & totum esse earum spatii, nõ nisi secundum proportionem loci eclypsis ad angulos deprehenditur, quum locus eclypsis in orientali parte horizontis fuerit futuri principium, in quatuor primis mensibus post eclypsis horam fore significabit. Intensionis uero status in prima tertia spatii totius tẽporis, in quo erunt significationes illius eclypsis apparebit. Si autem in parte cœli medii fuerit, significabit, quod erit in quatuor mensibus secundis, & in tertia media. Quod si fuerit in occidentali parte horizontis, in quatuor postremis mensibus illud fore designabit in tertia & ultima. Particulares autem augmẽtationes, & diminutiones futurorũ deprehendent ex coniunctionibus & præuentionibus, quæ fient inter hæc, quum erunt in locis quæ sunt futurorum occasiones, uel in aliquo loco cum eis societatem habentium in figura. Et ex locis etiam motuum planetarum, per quos futura contingunt ut sint, scilicet orientales uel occidẽtales, seu stationarii uel ascẽdẽtes in principio noctis, & ut in figura signis, quæ sunt occasiões futurorum per aspectum, uel alio modo prædicto assignetur. Quum orientales nanq; fuerint, uel stationarii, augebũt futura, quum occidentales autẽ uel sub radiis extiterint, aut ascendentes in uespere retrogradi futura minorabunt.

Eclypses.

De genere futurorum accidentium. Cap. VII.



Ertia uero species prognosticę est, per quam in quo genere futurum accidet deprehendimus, quod ex qualitatibus & figuris, quę proprie sunt signorũ, in quibus est eclypsis locus, indicatur, & signorum etiã, in quibus erraticæ & nõ erraticæ cõsistunt stellæ, quæ signo eclypsis, & signo anguli præcedẽtis eclypsi donãdo disponunt. Sciet aũt almudhebir ex stellis erraticis istorũ duorũ locorũ, sicut hic narrãdo docemus. Stella igitur, quæ multas in duobus præfatis locis autoritates habuerit, id est, in eclypsis loco, & in alio loco anguli præcedentis eclypsim secundũ alictisal, & secundũ hoc, q̃d illis domibus ac triplicitatibus exaltationibus etiã atq; terminis dominabitur, illa solũmodo erit almudhebir. Quod si unã stellã, quæ loco eclypsis & anguli dominet, nõ inuenerimus duas stellas plures in his duobus locis autoritates, ut prædiximus, habẽtes, inueniamus oportet, & tunc præponendus est eclypsis dominus. At si plures q̃ duæ stellæ equas in his locis duobus autoritates habuerint, illam in dispositione eligemus, & præponemus fortiorem, de qua quod sit, in angulo conuenientius iudicatur, uel quæ sit fortioris operis, aut quæ magis illius haiz cõueniat. Et cum hoc iterum stellarum nõ erraticarum dispositionem sic accipiemus. Ex stellis igit lucidissimis, illam quæ cum loco eclypsis in angulo qui præcessit, eclypsim aperuit primitus, obseruabimus. Quod ex his quæ in primo nostro libro diximus, deprehendetur, in quo nouem modis societatum figurarũ, quæ stellis apparet, enarrauimus. Nã iterum stellam quæ hora eclypsis cum angulo ascendentis, uel cum angulo medii cœli fuerit cum illo, scilicet istorum duorum angulorum, qui locum eclypsis subsequatur, obseruabimus. Postquam autem deprehendimus stellas, quas ad cognoscendas futuri occasiones taliter obseruamus, formæ signi, in quo est eclypsis obseruationem, & illius, in quo sunt stellæ, habentes dispositionem subiungemus cum generis in quo futurum continget, nõ possit haberi notitia, nisi per qualitatum istorum prædictorum locorum proprietates. Signorum igitur figuræ, quæ formantur in angulo circuli Zodiaci, & quæ sunt secundum stellas nõ erraticas, quum in humanæ figuræ similitudine figurantur, id quod futurum esse significatur, in humano genere continget, & si figuram animalis syluestris representant, uel si quadrupedibus assimilantur in animalibus eis similibus inueniẽtur. Quod si formis reptilium animantium assimilantur, erunt in serpentibus & in eis similibus.

Dominus eclypsis.

libus.Item si ferarum similitudinem gerunt,in feris syluestribus quæ nocent hominibus illud futurum eueniet, & si domesticorum animalium formas repræsentant in domesticis animalibus,quibus utuntur homines, & quibus omni tempore uitæ suæ iuuantur, illud inueniri nō dubitatur,sed uniuscuiusq; speciei horum animalium formam,id est, in equis,& bobus ac pecudibus, & in his similibus.Item id quod ex figuris animalium syluestrium uersus partem septentrionalem ponitur, subitaneas terræ mutationes proprie significat.Quod autē uersus partem meridianam figuratur,alterationes aëris, nemini timorem inferentes ostendit. Nam quum loca stellarum quæ dominādo disponuntur in figuris alas habentibus,fuerint, ut in Virgine & Sagittario,& gallina, ac uulture uolāte, & in his similibus,illud futurum in uolantibus contingere manifestum est, & maxime in uolantibus quæ ab hominibus comeduntur.Quod si fuerit in figuris animalium natabilium,in piscibus,& in omnibus animalibus aquaticis illud accidet. Nam si in figuris animalia marina repræsentantibus fuerit, ut in Cancro ac Capricorno atq; Delphino, illud erit futurum in animalibus marinis, & in nauibus equoris. At si in figuris animalium fluuialium fuerit,ut in Aquario & Piscibus,in animalibus fluminum & fontium apparebit.Et si in figura nauis fuerit,in utroq; genere uidebit̄. Similiter si fuerit in aliquo signorum solstitialium uel æquinoctialium,erit significatio generaliter in rebus aëris, & in temporibus unicuique earum conuenientibus. Earum autem significationes proprie in his quæ ex terra nascuntur apparebunt. Nam quum fuerit in signo æquinoctiali uernali,in fructibus arborum quum oriri cœperint earum significationes inuenietur, ut in uineis ac ficulneis,& in eis contemporaneis. Quod si fuerit in signo æstiuali solstitiali in fructibus, quum colliguntur & reseruantur,futura contingere significabūt,præter quod in Aegypti regionibus in augmento Nili propriæ significationes ostendentur. Si autem fuerit in signo æquinoctiali autumnali, erunt significationes in seminibus quum seminantur,ac in herbis & in his similibus. Sed si fuerint in signo solstitiali hyemali in oleribus, & in hoc quod ex uolucribus & piscibus apparet, eorum significationes eueniēt. Item quum fuerint in aliquo signorum æquinoctialium in ecclesiis & in domibus ad honorem dei constitutis,futura cōtingere significabunt. Si uero fuerint in aliquo signorum solstitialium, mutationes morum in ipsa regione manentium iudicabunt. Quod si fuerint in signis fixis, in fundamentis & in ædificiis, futura contingere demonstrabunt.Et si fuerint in signis communibus, in hominibus & regibus euenire futura præsignabūt.Similiter etiam quum fuerit hora eclypsis in locis proprie uersus orientem constitutis,in fructibus & in his,quorum anni sunt iuuentutis,ac in fundamentis euenire futura designabunt.Si autem in cœli medio fuerit, quod est super terram in ecclesiis ac potentibus,& in his,quorum anni sunt medii,significationes apparebunt.Quod si in occidente fuerit in moribus ac morum uariationibus, & in his quorum anni sunt senectutis,necnon & in mortuis significata contingent. Scientia quidem quantitatis partis, in qua futura subiecti generis apparebunt ex quantitate tenebrarum eclypsis, & ex proportione stellarum quæ futuri sunt occasiones ad locum eclypsis deprehendetur. Nam si fuerint in figuris uespertinis in eclypsi solari, aut in matutinalibus,in eclypsi lunari, in minori parte illius generis futura contingent, quumq; per diametrum in oppositione fuerint,ipsius generis dimidium futurum illud amplexabitur.Si autem in solari eclypsi fuerint in figuris matutinalibus,in lunari uero in uespertinis, futura in maiori parte contingere significabunt.

De qualitatibus futurorum. Cap. VIII.

Quarta quidē species prognosticæ futurorum,qualitates inquirit,id est, utrū ea bona sint, an boni contraria,aut quæ species ex istorum duorum speciebus contingat,inuestigare proponit,hæc autē ex naturis stellarum almudhebir reginarum,quæ futurorum sunt occasiones,& ex commixtionibus unius eorū ad alteram, & ad loca,in quibus fuerit deprehendatur. Id est,

Sol & Luna præcipiunt, & aliis stellis dominant. Quapropter totius operis & stellarum dispositionis, fortitudinumq́ stellarũ almudhebir, & earum debilitationum sunt occasiones. Obuiatio uero commixtionis stellarum almudhebir adinuicem futurorum accidentium qualitates significat. Nos autem uniuscuiusq; stellarum erraticarum proprietates operis incipiemus enarrare. Sed ut nostra perfectior sit narratio, quoddã generale præmittẽdum fore putamus, & est quod cum aliquibus ex quinq; stellis erraticis complexiones generaliter ostendemus, scire debemus, quod ipsius opus eiusdem naturæ assimilabitur, siue sit ipsa stella prænominatæ qualitatis in semetipsa, uel non prænonominatæ, ob hoc quod sunt quædam stellarum nõ erraticarum, & quædam ex locis circuli signorum, quarum complexiones ipsius stellæ complexionibus assimilantur. At si fieri posset, quod sic nominibus stellæ carerent, earũ naturas & qualitates ostenderemus. Et quia nos etiam cum earum commixtiones obseruabimus, non solum stellarum erraticarum adinuicem cõmixtiones obseruare debemus, sed etiam earum naturarum cũmixtiones cum stellis non erraticis, & cum locis circuli signorum, secundum hoc quod ex earum similitudinibus cum stellis non erraticis explanauimus. Saturnus itaq; cum solus fuerit dispositionis dominus, ipse generaliter erit occasio destructionis ex frigore contingentis, Opus aũt eius particulare est, quod cum in hominibus futura contingent, longas generabit infirmitates, & phthisim ac nocumenta, quæ proueniunt ex humoribus, & ex humorũ collectionib9, febres quartanas, fugas, stupores, anxietates, tristitias, timores, te mortem: maxime autem in his qui iam in annos ingressi sunt. Sed cum in animalibus, quibus homines nimis utuntur, futura contigerint, erit impedimẽtum ex eorum paucitate, & in his quæ tunc inueniũtur ægritudines, & corporum detrimenta continget. In hominibus etiam qui eis utuntur infirmitates, infirmitatibus illorum cõsimiles aduenient, & morientur. Si autem in aëris qualitatibus acciderint, erit frigus maximum cum glacie & nebulis, eruntq́ in aëre detrimenta, qualitatesq́ mortiferæ, inspissabitur nubibus, & obscurabitur, niues ac uentorum flatus inconuenientes & destructores erunt, ex quibus quamplures bestiæ quæ nocebunt hominibus procreabuntur. At in mari ac in fluminibus, hyemalis aër & submersiones nauium communiter contingent. In eis iter agere difficiliter accidet, piscium erunt paucitates atq; destructiones. In mari uero diminutiones, & augmenta proprie contingent. In fluminibus autem proprie inundationes maximę, & aquarum detrimenta. In terrarum quoq; fructibus euenient diminutiones, paucitates ac detrimenta, & maxime in his, quibus homines opus habent necessario, erunt autem eorum detrimenta per uermes, qui creantur in oleribus, uel per locustas, aut per submersiones, uel per pluuiarum superabundantiã, siue per frigus, siue per horũ similia, ita quod ex hoc quandoq; caristia proueniet, cuius occasione moriẽtur homines. Iuppiter autem cum solus fuerit dominus dispositionis, res generaliter augmentabit, cuius opus proprium in hominibus est, graduum sublimitas, statusq́ melioratio, apta carneitas, salutis ac securitatis qualitas, augmentum etiam rerum, quibus opus habent homines, corporum & animarum habitudo conueniens, remunerationes, & regnum, præmia, augmenta quoque rerum regalium, fama nominis, atque magnanimitas, & generaliter est occasio fortunæ. In bæstiis autem, quibus homines frequenter utuntur, fatis augmentabuntur, illæ uero, quæ his sunt econtrariæ, morientur & annihilabuntur. Sed aër temperabitur, eritq; salutifer, ac multorum uentorum humidorum terræ fructus augmentabit, salubres erunt maris nauigationes, & fluminum fundationes temperatæ, fructus quoque multi, & his similia. Et quando Mars solus fuerit gubernator, causa erit generaliter omnis damni, quod fit propter siccitatem, hoc est opus uniuersale Martis. Eius autem opera particularia in hominibus sunt bellicationes, & guerræ multæ inter eiusdem

Saturnus solus dispositionis dominus.

Iupiter.

Mars.

ter eiuſdem generis uiros, deprædationes, ſeruitutes, iræ regum, & turbationes ho-
minum generaliter. Quibuſdam etiam hominibus continget propter hoc mors re-
pentina, ægritudines cum febribus, tertianæ febres, empiſſis, ac mors feſtina. Maximè
autem his, qui circa annorum iuuentutis extremitatem uerſantur, ſimimiliter etiam i-
raſcentur quidam, & ab hominibus paruipendentur, illicita committent, legem tranſ-
gredientur, combuſtiones etiam, uirorum interfectiones, rapinas, ac uiarum abſciſio-
nes patientur. In aëre uero fiet calor maximus, & uentus calidus atque peremptorius,
corporum diſſolutor, fulgura, pluuiarúmque paucitates. In mari quoque ſubitæ ſu-
bmerſiones nauium per uentorum commixtiones, uel per fulgura, aut per his ſimilia
contingent: in fluminibus autem accident diminutiones aquarum, ac fontium deſicca-
tiones, ac potabilis aquæ detrimentum. In rebus etiam ad uſum hominum pertinenti-
bus, ſcilicet in beſtiis & uegetatilibus continget paucitas, eruntque fructuum detrimen-
ta, ſiue quoniam à calore comburentur, ſiue per locuſtas, aut propter diſſolutiones eis ac- *Venus*
cidentes ex uentis, uel quia in ipſis reſeruatoriis comburentur. Venus autem cum ſola
fuerit diſpoſitionis domina, ipſa generaliter, quemadmodum & Iupiter operabitur,
& cum hoc uenereos actus aliquantulum exercebit. Cuius opus proprium particulare
in hominibus eſt graduum ſublimitas, honores, alacritates, meliorationes ſtatus, coniu-
gii bonitas, filiorum multitudo, commoditates omnium rerum coniugalium, aug-
mentationes ſubſtantiæ, actus nitidi & mundi, bonus animus in legum obſeruatione,
apta carneitas, applicatio ad reges, & potentum conſanguineitas. Sed in aëris qualitati-
bus uenti cum temperie & humiditate contingent, comeſtiones multæ, erit aër habilis
atque ſerenus. Aquæ uero, quæ res oriri iuuant, & pluuiæ quamplures erunt. Naues
etiam in equore nauigando ſaluabuntur, in mercimoniis fiet lucrum, flumina aug-
mentabuntur & implebuntur. Animalia quoque, quibus utuntur homines, & terræ
fructus creſcent & meliorabuntur atque proficient. Mercurius itaque, cum ſolus fuerit di- *Mercurius*
ſpoſitionis dominus, ipſe generaliter ſicut cæterarum ſtellarum commiſcebitur, ipſius
naturæ aſſimilabitur. Eius autem opus proprium eſt, motus rerum plus quàm alia-
rum ſtellarum, & eius opus eſt in futuris accidentibus hominibus acutiſſimum, & for-
te erunt etiam in hoc, quod agere uoluerint ſubtilis ingenii: Viarum abſciſiones, latro-
cinia, & depredationes eis acidet. In itineribus uero maris, cum infortuniis aſſociabitur,
erit difficultas. Eſt etiam ſiccæ ægritudinis occaſio, necnon & febrium quotidianarum,
tuſſium, ac uomituũ, phthiſis. Diuinationis officii diuini, & eorum quæ futura ſunt in
hæreditatibus domorum orationis, uariationis morum, & legum quandoque ſecun-
dum ipſius commixtionem cum cæteris ſtellis. Quapropter quia ſicca eſt eius comple-
xio, feſtiniꝗ motus propter ſolis propinquitatem, & quoniam eius frequentes ſunt re-
trogradationes in ſua circumuolubilitate, turbatos & repentinos feſtinæque uariationis
in aëre uentos excitat, necnon tonitrua, fulgura, apertiones terræ, terræmotus, ac coru-
ſcationes, & forſan propter hæc quæ prædicta ſunt, detrimenta in animalibus & uegeta-
bilibus, quibus nimis utuntur homines euenient. Diminutiones aquarum & flumi-
num in horis occaſus eius euenient, in horis autem ſui ortus augmentabuntur. Vnuſ-
quiſque igitur planetarum, quum in ſuo naturali eſſe ſibi proprie fuerit operabitur.
Quum uero adinuicem commiſcebuntur, ſecundum figurarum ſocietatem, & ſigno-
rum differentiam, eorumꝗ apparitionem reſpectu ſolis, & ante hoc ſecundum operum
cõmixtionem erit eorũ opus proprium, ex differẽtibus ſpeciebus ſecundũ hoc & ex natu
ris quæ ſuis naturis aſſociabuntur cõmiſcebitur. Quapropter cũ enarratio proprii operis
quod ex unaquaque ſpecie commixtionis fuerit, ſit inexplicabibis, & eſſe non poſſit,

& cum istorũ omnium enarratio generaliter in qualibet figurarũ accidentiũ multis modis possit deprehendi, hæc species auditionibus relinquatur, oportet ut quę in ea sunt particularia inquirant & obseruent. Has uero similitudines stellarum, per quas futura cõtingent cum regionibus & terris, in quibus quæ futura sunt euenire significant, obseruare debemus hoc modo. Quũ igitur erunt fortunæ, & locis in quibus futura cõtingent, assimilabuntur & stellæ, quæ sunt ex haiz, earũ haiz cõtraria super eas non eleuabuntur, erit proprium opus naturarũ suarum maioris ualetudinis, sicuti quũ ipsis locis nõ assimilabuntur, & stellæ quæ sunt ipsis cõtrariæ, super eas eleuabuntur, minor erit earũ ualitudo. Quum autem earum complexio nociua fuerit, & futuri operi dominabuntur, si locis in quibus futura contingent assimilãtur, & stellæ quæ sunt ex haiz cõtraria earum haiz sup eas eleuabuntur, earum nocumẽtum alleuiabunt. Quod si nõ earum fuerit ipsarum regionum dispositio, nec super eas eleuabuntur stellę, quæ regionibus eisdẽ assimilantur earum nociuæ complexionis opus in ipsis magis eueniet. Accidentia uero generalia frequentius accidunt hominibus, in quorum natiuitatibus loca necessaria, id est, loca in quibus sunt luminaria, & loca angulorum sunt loca rerum, quæ sunt occasiones accidentium generalium, id est, loca eclypsium, uel loca quæ sunt eis opposita. Hoc autem tunc erit grauius, & ad præcauendum difficillimũ, quum ipsæ eædem partes locorum eclypsium, erunt partes locorum unius luminaris in natiuitatibus, & post hoc, quum hæ partes erunt eis oppositæ.

De coloribus eclypsis, & de caudatis stellis, & his similibus Cap. IX.


IN rebus nanq; futuris uniuersalibus colores hora eclypsis apparẽtes, id est, ipsorũ luminariũ colores, & eorum quæ circa ipsa uidentur, ut sunt ea quę uocantur haleisi, halela, & his similia nobis obseruare cõuenit. Quum igiẽ niger, uel quasi uirides fuerint, ea quę Saturni naturã imitari diximus, significabunt. Et quum albi fuerint, ea quæ sunt ex natura Iouis, significare dicuntur. Quod si ad rubedinẽ declinauerint, designabunt ea, quæ sunt ex natura Martis. Et si aurei coloris extiterint, ea quæ Veneris naturã sequuntur, indicabũt. At si diuersorũ colorum fuerint, significabunt ea quæ sunt ex natura Mercurii. Si autẽ color ille totũ corpus luminaris, uel eorum quæ circa ipsum sunt amplexabitur, in maiori parte regionũ futurum accidet, sed si quamlibet unam partem luminaris, uel eorum quæ circa ipsum sunt occupauerit, in ea parte solummodo quæ est in directo partis illius, in qua ille color apparuerit, futurũ eueniet. Item cõuenit, ut caudatas stellas, quę hora eclypsis, uel alterius temporis apparuerũt, obseruemus, necnõ & alia futura uniuersalia, ut sunt illa quæ uocanẽ haleisi, abbocat, halhaueni, & his similia, quarũ naturæ Martialibus & Mercurialibus naturis, quas prædiximus, assimilantur, qui prælia, combustiones, & qualitates quę res moueri faciunt, & accidẽtia quę propter eas accidũt, operantur. Loca etiam, in quibus futura cõtingent, ex eorum locis in circulo signorum, & ex locis quæ sunt in directo stellæ caudatæ cognoscemus. Speciem quoq; significati futuri, & eius substantiam genus ex forma illius accedentis, quod tunc apparebit, deprehendemus. Ex quantitate uero temporis illius accedentis, quod tunc apparet futuri sciemus spatium. Ex earum etiam affinitate cum Sole, quot à hora futurum incipiat, indicabitur. Nam cum mane magis apparebunt, subito futurum eorum eueniet, quum magis in uespere futurum eorum, tarde continget.

Cometæ.

De anni principio. Cap. X.


POst præmissum uniuersalẽ modũm cognitionis eorũ, quæ futura sunt in regionibus & terris, restat ut particularia, id est, ea quę in anni tẽporibus acciderint subiugamus. Et tẽpus, quod anni principium dicitur, in hoc ut ostendamus oportet, q̃d reiterationis igiẽ Solis initiũ in unaquaq; circũuo lutione

lutione illud esse debeat fere propter eius uim, eiusq; nomen planum & apertum est. At in circulo nullus existimare principium poterit absolute, in Zodiaco uero circulo principium, nisi à punctis, qui sunt in directo horarum æquinoctialium & solstitialium, intelligi minime potest. Cõtingit etiã hæc hominibus super loca dubitare, eò quod quis eorũ quatuor ad præmittendum sit conuentior, ignoratur. Nam secundum planã naturã circularem, nullus eorum præcedit alium, ita quod ad initiandum sit magis aptus alio. Illi autẽ, qui hoc in suis libris tractare conati sunt, in modis differentibus, hęc quatuor tempora posuere, & eorum unumquodq; loco principii constituerunt, quos cõueniẽs eorũ ratio, eorumq; naturã effectus ad hoc adduxit, istorũ etenim unicuiq; temporũ quoddã est proprium, per quod ipsum anni noui fore principium existimare debemus, ob hoc etenim ęquinoctiale uernale tempus initium posuere, quod dies in ipso superare noctem incipit, & quoniã ipsum est humidũ, naturaq; humida multa est in omni principio rei quum procreatur, ut in præmissis ostendimus: Tempus autẽ æstiuale solstitiale loco principii ponitur, eò quod in ipso dies perficitur, & est eius ultima longitudo, & quoniã in ipso apud Aegyptios est augmẽtum Nili, ascenditq; in eo †aschere algemenia, ac æquinoctiale tempus autumnale sumpsit initium, ob hoc quod in ipso est omniũ fructuum collectio, & quæ futura sunt, in eo seminari incipiunt: hyemale uero tempus solstitiale, propter hoc initiũ constituitur, quia post dierum curtationem in ipso incipit eorum dierum elõgatio. Et quod magis esse cõueniens, naturaliq; rationi propius in obseruatione rerũ anni deprehendimus, est istorum quatuor principiorũ obseruatio, necnõ coniunctionũ & præuentionum Solis & Lunæ, quæ prædicta tempora præcedentes prope ipsa fuerint, Maxime autẽ in quibus fuerint eclypses, ita ut per principium quod ex Solis existentia in Ariete deprehendit̃, uernalem qualitatẽ cognoscimus, & per initiũ ex eiusdẽ existentia in Cancro deprehensum, qualitatẽ æstiualem, per principium autẽ, quod ex ipsius in Librã ingressu cognoscit̃, qualitatẽ autumnalẽ, initium uero, quod per eiusdẽ introitum in Capricornum accipitur, hyemalem qualitatem demonstrat. Propterea quod generales temporum qualitates, & eorum oẽs modi nõ sunt, nisi per Solẽ, quarum qualitatum notitiã nõ solum doctrinalium expertores, uerumetiam alii anticipãtur. Cõuenit etiã ad earum notitiã signorum proprietates, per quas uentorũ flatus significemus, & generaliter omnẽ eorum obseruare naturã. Variationes autẽ augmenti uel diminutionis, in aliquibus horis contingentis, ex coniunctionibus & præuentionibus, quæ post præfata puncta fuerint, & ex stellarum erraticarũ societate cum ipsis in figuris generaliter significabimus. Rẽ uero particularem designabimus ex coniunctionibus ac præuentionibus Solis & Lunæ quæ fuerint in unoquoq; signorum, & ex stellarum locis, hoc est igitur quod mensium obseruatio nuncupari potest.

Quatuor anni tempora.

al. albabor

De naturis signorum particularibus qualitatibus anni conuenientibus. Cap. XI.

ILlorum quidem quę huic rei necessaria sunt, hæc prædicta nos enarrasse, & uniuscuiusq; signi naturales proprietates particulares ex hoc q̊d anni qualitatibus cõuenit, ac uniuscuiusq; stellarũ proprietates ostendisse cõueniens est. Erraticarũ igit̃ stellarũ similitudinem, & nõ erraticarum, quarum complexiones erraticarũ cõplexionibus assimilantur cum aëre & uentis, scilicet quũ in eis fuerit, necnõ omniũ signorũ cũ uẽtis & tẽporib⁹ similitudinẽ in pręmissis ostẽdim⁹. Restat itaq; particulares eorũ naturas assignare. Arietis ergo signi natura generaliter propter æquinoctiũ in ipso contingens, tonitrua & coruscationes adducit, Sed naturam suarũ partiũ in augmento & diminutione ex proprietatibus stellarũ nõ erraticarũ, quæ in eo sunt, deprehendit. Huius nanq; signi principia pluuias & uentos efficiunt, eiusque medietas temperatæ complexionis existit, extrema uero pars eiusdem comburit, & mortalitatem generat. At ipsarum illa, quæ sunt septentrionalia, calefaciunt & destruunt, quę autem sunt meridiana, congelant & infrigidant. Tauri uero signum uniuersaliter utramque complexionem significat, sed tamen ad caloris significationem procliuius est.

♈ ♉

Ac suarum

Ac suarũ initia partiũ, maxime aũt, quę circa Pleiades sunt terremotus, uentos & nebulas faciunt, eiusdẽ uero medietas humectat & infrigidat. Quod autẽ circa Aldebaran in eius extremo ponit̃, est igneũ, & coruscationes & fulgura gignit, ipsarũ uero, quæ septentrionales sunt, tẽperatæ cõplexionis existũt, & quæ sunt meridionales, instabilitatẽ & motus inordinatos faciunt. Signum autẽ Geminorum uniuersaliter facit temperiem, quorum principia magnæ sunt humectationis & destructionis. media uero temperatam demonstrãt complexionẽ, extrema quidem commixtæ complexionis, & instabilis esse dicunt̃, earum partes septentrionales uentos ac terræmotus adducunt. At meridianæ igneæ sunt & comburentes. Signum item Cancri generaliter facit serenitatẽ & calorẽ, cuius primordia, quæ circa Pręsepe locatur, calidũ, ac turbidũ aërem reddit, necnõ terræmotus & obscuritatem afferre probantur. Quæ autẽ sunt in eius medio, temperatã nutriunt complexionem, & quæ in eiusdẽ extremo ponuntur, uentos procreant. Septẽtrionales uero partes, siue meridionales, igneæ sunt & comburentes. Leonis quidẽ signum calorẽ & aërem turbidum uniuersaliter designat, eius partes præcedentes aërem calidũ, & turbidũ ac mortalitates annunciant, eius uero medietas temporatę complexionis existit, & quæ ponunt̃ extrema, humectant & destruunt. At quæ sunt in septentrione, ignea sunt & cõburentia, quæ uero meridianam sibi partẽ uendicant, humectant. Signum aũt Virginis uniuersaliter humectat, & tonitrua demonstrat, cuius partes primæ maiorẽ calorem faciunt & destruunt, at mediæ temperatã complexionẽ obseruãt, ultimæ uero sunt aquaticę: eius uero partes septentrionales uentos adducunt, & meridianę temperatã complexionẽ obseruãt. Libræ signum generaliter uariat & mutat, cuius partes præcedentes, ac mediæ temperatæ sunt cõplexionis. Quod autẽ in eius extremo locatur, est aquaticum. At quod in septentrione constituitur, uentos procreat, & quod in meridie ponit̃, humectat, & mortalitatẽ generat. Scorpionis signũ uniuersaliter facit tonitrua, & est igneũ, cuius partes præcedentes uentiniuium faciunt, & quę in eius medio locantur temperatę sunt complexionis, extremæ uero terræmotus ostendunt, eius septentrionalia comburunt, humectant autẽ meridiana. Signũ Sagittarii generaliter facit uentos, & eius humectant initia, partes uero mediæ temperatã complexionẽ indicant, ultima sunt ignea ipsius, septẽtrionalia uentos adducunt, meridiana uero fortiter humectãt & uariant. At Capricorni signũ uniuersaliter nimis humectat, cuius principia comburunt & destruunt, & eius media sunt temperatæ complexionis, extrema uero pluuias ostẽdunt, eius septentrionalia seu meridionalia humectant ac destruunt. Signum Aquarii generaliter infrigidat, & est aquaticum, cuius initia ualde sunt humida, & eius media temperantur in complexione, extrema uero faciũt uentos, illius septentrionalia comburunt, meridiana uero uentiniuium faciunt. Piscium uero postremũ signum uniuersaliter infrigidat, & uentos generat, cuius partes primę temperatæ complexionis existũt, mediæ fortiter humectãt, ultimæ uero cõburũt, meridianæ quidem sunt aquaticæ, & septentrionales uentos efficiunt.

De particularium qualitatum inuestigatione. Cap. XII

Particulariũ qualitatũ inuestigãdi modus primus.



His itaq; præmissis, significationũ particularium modos subsequenter dicamus. Vnus igitur istorum modorum est obseruatio rei generaliter, quod p obseruationem rei uniuscuiusq; quartæ deprehenditur. In quo propiorem coniunctionẽ uel pręuentionẽ Solis ac Lunæ, quæ solstitialia & ęquinoctialia puncta præcesserit, ut prædiximus obseruemus oportet, & ut oportet, angulos hora cõiunctionis uel præuentionis in unoquoq; climate, pro quo inuestigare uolumus, uelut aptant̃ in natiuitate, aptemus, postea planetas† almudhebir locorũ, in qbus cõiunctio uel præuentio fuerit, necnõ dispositionis anguli, q̃ hæc loca sequent̃, quemadmodũ in rebus eclypsis ostẽdimus obseruemus. Deinde generalia proprietatũ quartarũ. Et augmẽtum ac diminutionẽ fortitudinis, debilitatisq; futurorum, ex naturalis stellarũ almudhebir addiscemus eorum qualitates, cuius fuerint, & quæ qualitates etiã ab ipsis mouentur

al. gubernatores.

mouentur obseruando. Secundus uero modus est rerum mensium obseruatio, in quo coniunctiones & præuentiones quæ sunt in unoquoq; mense, & in unoquoque signorum secundum ipsum eundem modũ quem prædiximus, post eorũ quæ dicemus notitiam obseruare necesse est. Quũ igitur coniunctio fuerit circa punctum solstitialem uel æquinoctialem, quæ præcessit coniunctiones usq; ad eiusdem quartæ perfectionem obseruabimus, & quũ circa quemlibet istorum punctorũ præuentio fuerit, præuentiones usquequo eadem quarta perficiatur attendemus. Item angulos & stellas uniuscuiusq; prædictorum locorum Almudhebit obseruare debemus, ut propinquarum stellarum apparitionem, & erraticarum stellarum alictisal & alinsiref, earumq; stellarũ proprietates atq; qualitates, quos etiam uentos ipse mouent, necnon signorum, in quibus fuerint partes inuestigemus. Rursus ad quos uentorum flatus latitudo Lunæ declinat, quũ à Zodiaco circulo declinauit, obseruabimus, ita ut in maiori parte qualitatum mensium, per hæc omnia quid uincet, & eorũ flatus præsciamus. Tertius autem modus est, ut fortiorẽ significatorem, qui super debilitatem & fortitudinẽ rei significat obseruemus. Quod ex societate luminarium in figuris particularibus, nõ solum in figuris coniunctionis & præuentionis, uerumetiã in ipsis quæ in dicothomitate Lunæ deprehenditur. Eritq; frequentius initium alterationis, quæ figuratur tribus diebus antequam fit cum Sole Luna, & forsan erit hoc opus tres dies, qui super æqualium longitudinem accidet. Item deprehenditur ex ipsorum duorum societatibus cum stellis erraticis, in his uel in aliis qualitatibus, ut in trino et sextili, & quod hæc naturalem ordinem imitantur. Ad uariationis autem qualitatẽ perueniemus, quũ naturales similitudines, quas habent signa & stellæ quæ obseruant, quũ aëre circundãte, & uentis imitabuntur. Harum uero qualitatũ particularium fortitudo, quæ quotidie fuerit, tunc erit proprie, quũ nõ erraticæ stellæ, quæ maioris claritatis, & fortioris operis fuerit mane uel uespere, in oriente uel occidente, secundum Solis affinitatem apparebunt, propterea quod hic in maiori parte qualitates particulares ad suas naturas mutant & alterant. Item non minus erit hoc, quũ luminaria in angulorum aliquo fuerint. Debilitates etenim & fortitudines qualitatum uniuscuiusq; horæ continget, quũ in his locis luminaria processerint. Sicut accessus & recessus, quũ in his angulis Luna fuerit euenire probantur, & mutatio dispositionũ uentorũ proprie, nõ est nisi apud cursum duorum luminarium ad istos cardines, & est mutatio earum ad uentum ad quem declinat latitudo Lunę. In omni autem loco scire debemus, quod prima generalis occasio fortior est. Quæ uero sequuntur, sunt accedentium particularium occasiones, eò quod opus certissime uerificatur & corroboratur, quũ stellæ quæ naturarũ generalium fuerint, Almudhebit in figura naturis particularium associabuntur.

Secundus.

Tertius.

De significationibus quæ ex alijs signis accipiuntur. Cap. XIII.



Valet quidem in significationũ particularium prognosticatione signacula, quæ sunt circa Solem, & Lunam, & stellas obseruare. Illud etiam quod ex his accidit. Soli inuestigãda notitia diurnalium qualitatum quũ emergit, in cognitione uero qualitatum nocturnalium perscrutãda, quũ occiderit, obseruare conuenit. Ad sciendas uero qualitates, quatũ spatia prolongant horas societatũ luminarium in figura considerabimus, eo quod unaquæq; figurarũ qualitatem quæ fuerit ab ipsa hora usq; ad horam in qua Luna fuerit, in figura quæ eam sequitur, in maiori parte significat. Cum Sol igitur orieẽ uel occidet, & ipse clarus fuerit, ita quod non tegatur ab aliquo, liberã nubibus, serenum tempus significabit: & si eius circulus diuersorum colorum fuerit, uel ad igneum ruborem declinauerit: aut si Solis radii qui ab ipso processerint, uel qui circa ipsum sunt, rubei fuerint: aut si nubes quæ Soles dicunẽ, in una parte Solis apparuerint, & colorẽ nubiũ ad colorem declinantiũ habuerint, eiusq; radii in longũ extensi fuerint, & ab inuicem extra circulũ separati, uentos fortissimos, quorum flatus procedunt ab angulis, in quibus hæc signa, quæ diximus, apparebunt, significabunt. Quod si niger ascenderit, uel ad uiriditatem declinans, aut nubilosus occi-

Ex Sole temporum prognosticationes

sus occiderit, uel circa ipsum unus uel duo circuli fuerint, seu circa se nubes quæ Soles appellantur habuerit, eorum'que radii declinantes ad uiriditatem, uel nigri fuerint, aërē hyemalem & pluuias indicabunt. Item in Luna eo die quæ tribus diebus ante cōiunctionē, & quæ totidē ante præuentionem, & totidem ante dicothomitatem, necnon quæ tribus post has horas fuerit, eiusdem locum obseruare debemus. Quū igitur apparuerit, si subtilis & clara, nitida'que uidebitur, & nihil fuerit à quo circundetur, serenum significabit, sed si subtilis fuerit, & rubea, totum'que quod non illuminatur, ex ea clarū apparuerit, & quasi moueri uideatur, uentorum flatus ex ea parte uersus quam ipsa declinat uēturos significabit: sed si nigra fuerit, uel uiridis & spissa, hyemalem aërem atque pluuias nuntiabit. Itē conuenit, ut circulum qui circa eam formatur, attēdamus, quod si unus fuerit, & clarus, ac pedetentim abbreuietur, aërem clarū designabit. At si duo uel tres fuerint, hyemalem aërem demonsttabunt, quod si ad clarum ruborē declinauerint, & quasi abscissi fuerint, hyemalem aërem, qui per ualidos uentos fiet, annuntiabunt. Si autē turbidi & spissi fuerint, hyemalem aërem, qui per uentiniuium erit, indicabūt. Et si ad nigram uiriditatem abscissi declinauerint, aërem hyemalē, qui per utriusque occasionem accidet, significabūt, quū'que plures circuli fuerint, plura erunt secundum hæc quæ prædiximus. Circulus item qui circa erraticas stellas, & ex non erraticis circa lucidas apparebit, ea quæ coloribus ipsorum circulorum, & earum quæ circundant, naturis assimilantur significabit. Stellas etiā nō erraticas, ut Pliades, Alfeca, & his similia nobis obseruare conuenit, quatenus earum in quibus quamplures stellæ adinuicem appropinquant collectiones inspiciamus, & ut earum colores absque quantitate deprehendamus. Nam quū apparuerint, & ipsæ maioris luminis, maioris'que quantitatis solito fuerint, uentorum flatus ex ea parte, in qua ipsæ constituuntur, significabunt. Simili nanque modo stellæ, quæ propriæ assimilantur, Aladcha uelut illæ quæ Nathra uocanē, quæ & præsepe dicunē, & his similia, quū in sereno tempore fuerint quasi non apparentes, uel spissæ, multas pluuias, & aërem hyemalem indicabunt. At si claræ fuerint, & fulgidæ, uentos ualidos annuntiabūt. Modus etiam illarum rerum, quæ in aliquibus temporibus ex habitudinibus aliis cōtingunt similiter est. Caudatæ nanque stellæ, quæ assimilantur Aladcha uentos & aëris siccitatem semper ostendūt, erit etiam illius quod ex hoc continget fortitudo secundum illarum rerum multitudinē, & ipsarum spatii longitudinem. Ac stellarum iaculatio, & earum currere, si ab uno angulorum fuerit uentorum flatus, illa ex parte futuros significabit, & si ex differentibus angulis apparuerint, inordinatos uentos annunciabit, quod si à quatuor angulis uidebitur, aërem hyemalem, ex multis differentiis indicabit, ita quod inde tonitrua, coruscationes, & his similia prouenire nō dubitabimus. Eodem quoque modo, quū nubium qualitates lanæ floccis assimilabuntur, hyemalem aërem fortassis significabunt. Iris etiā quæ quandoque uidetur, quū in serenis temporibus apparuerit, aërē hyemalem præsignabit, quū'que in temporibus hyemalis aëris formabitur, serenū nūciabit. Generaliter autem dicimus, quod in maiori parte proprii colores qui apparent, in aëre qualitates similes accidentibus, prædictis coloribus significatis indicabunt. Nec igitur uniuersali inuestigatione rerū generaliū & particulariū generali modo prædicta sunt. In subsequētibus uero natiuitatū prognosticationem, uelut ordo postulat, explanabimus.

Tempestatū indicia. *Caudatæ stellæ.* *Iris.*

CL. PTOLOMAEI QVADRIPARTITI, LIB. III. PROEOMIVM.



Ostquā accidentia generalia in his quæ ex nostra obseruatione præmissa sunt, demonstrauimus, eō quod eorū obseruatio ad præmittendum est conuenientior, qualiter futura rerū uniuscuius'que hominum in suarum naturarū proprietatibus, deprehendamus, nūc explanare nitemur. Hæc igitur pars operis uocatur Rerū natiuitatum prognostica. Quod aūt istarum duarum specierum uis in uia operis & scientiæ sit una, scire non est inconueniens. Nam Solis & Lunæ stel-

næ, stellarum'q; motus uniuscuius'q; proprii & generalis accidentis est occasio, differentia uero naturarum eorum quæ prædicta sunt, & motuum consimilium, & obseruatio, quos & cœlestia mouent, & ea quæ ipsa circundant, est occasio per quam erit horum accidentiũ prognosticatio. Præter quod generalia accidentia maiora sunt, & alterius supplemento non egent, particularia uero non sic. Nec oportet ut ipsorum principii horas, in quibus cœlestium qualitates ponimus, & quibus id præscire nitimur, quod à societate figurarũ, quæ in ipsis horis formantur significatur, unũ & idem principium esse putemus, imò quod plura sint initia generalium accidentium existimare debemus, eò quod in toto unum principium inuenire non possumus. Hæc uero principia semper non ex ipsis rebus subiectis, sed ex rebus circundantibus, quæ futurorum sunt occasiones inueniuntur, nos etenim in maiori parte cuncta accidentia per grandiores eclypses, & per stellas, quæ manifesto motu mouentur, inquirimus. In singulis autẽ hominibus unum & multa principia reperiuntur: unum nanq; principium est initium collectionis, quod est in nobis, multa uero principia, respectu primi, sunt alterationes, quæ post hæc ex rebus circundantibus contingunt: unum igitur initium ad præmittendum hoc in loco conuenientius est, ob hoc quod alia omnia non nisi huius occasione proueniunt. Quapropter quum hæc ita sint generales proprietates collectionis ex obseruatione primi initii deprehenduntur, ex reliquis uero principiis, id quod in unaquaq; horarum ex augmento uel diminutione continget, secundum hoc quod ex temporum diuisionibus subiungemus, addiscemus.

De casu spermatis, & exitu infantis. Cap. I.



QVoniam adesse hominum temporale principium habetur, est autem hoc principium naturaliter, quũ sperma cadit, in potẽtia uero & accidẽtaliter, quum infans hora partus egreditur. Cõuenit his qui horam casus spermatis fortuitu uel obseruando deprehenderunt, ut quum corporis & animæ qualitates ꝑprias scire uoluerint, suas ad hoc inuestigationes ex hoc quod figura stellarum hac hora proprie, id est, hora casus spermatis operatur, accipiant. Quapropter quum acciderit spermati semel in principio qualitatem recipere, quę sibi ex rebus circundantibus aduenit, licet illa qualitas in hoc ex rebus horis esse corporis continget, postea uarietur, ipsum tamen augmentum materiei sibi tantum similis, naturaliter sibimet attrahet, quum'q; creuerit illa rerum materies qualitati primæ, quæ spermati propria est, assimilabitur. Quũ autem hora casus spermatis ignorabitur, sicut multoties euenire compertum est, initium quod est infantis exitus, necessario conuenit obseruare. Quod idem maximũ est initium, nec etiam à primo differt, nisi in hoc quod subiungitur. Per primum itaq; principium, id quod est ante partum, ut præsciatur ante possibile est. Nam primum esse principium, aliud autẽ simile fore principio, satis enuntiari potest, eò quod ultimum eorum secundum est in tempore, & fortassis eius quantitas est in fortitudine perfectior primo, oportet etiam ut primum initium esse seminis hominis frequentius appelletur, secundum uero, esse hominis dicatur, ob hoc quod infans ea tunc adipiscitur, quæ, dum in utero clauderetur, nõ habebat, & quũ hoc etiam proprietates, quæ tantum sunt in hominis natura, & qualitatem quæ suo corpori accidit, acquirit. Item id quod hora partus nos circundat, licet in faciendo natum nihil iuuare putetur, ut illius cuius est qualitatis, existat, iuuat tamen, ut sit eius apparitio eius'q; exitus, secundum propriam circundantis rei qualitatem, propterea quod natura post ipsius perfectionem eum ad exitum moueri facit, quum qualitas qualitati, quæ eum formauit, assimilabit. Oportet igitur, ut stellarum qualitatem hora exitus infantis, istarum rerum similia iterum significare existimemus, nõ quod ipsa hæc operetur, sed necessario & naturaliter in fortitudine opifici assimilatur. At quoniam in hoc sermone nostra intentio est, ut hanc scientiæ partem soletti tramite manifestemus, sicut promisimus in huius libri primordio, ubi ad hunc pronosticandi modũ perueniri posse probauimus, & quoniã antiquissima uia pronosticandi

Infantis principium duplex.

sticandi, quæ est secundum omnium stellarum, uel plurium cõmixtionẽ, multorum est modorũ, & ferè infinita, quum quis eam planè & aperte perscrutari tentauerit. Maximè autẽ in futuris particularibus, quæ à naturarũ speculatoribus inquirunẽ, quod in narrationibus, quæ ab ipsis dicta fore dicunẽ, inueniri potest, & propter eius usus grauitatẽ, & eius explanationis difficultatẽ nos hæc prætermittere deliberauimus. Illius aũt magisterii prognosticationẽ, per quã unaquæq; specierũ in perscrutandi modo deprehendiẽ manifestare, necnõ uires opifices proprie stellis cum perfectione per hoc quod cõsequi potest, uia naturalis coniecturæ compendiose narrare intendimus. Nec oportet, ut ad qualitates rei circundantis, per quas unumquodq; accidẽs quod accidit homini, deprehendiẽ, nostra tradatur intentio. Sed generaliter conuenit, ut uires corporum opifices cum locis sibi consimilibus cõiungamus super uictoriæ dominationisq; modũ, sicut in emissione sagittæ facimus, at futuri quod in hac subiecta specie p multarũ naturarũ collectionẽ colligiẽ, ei qui super ipsum ita deliberauerit, & perspicaciter inquisierit, sicut sagittator quum bene ei euenit ad signum, obseruationẽ relinquimus. Nostri uero sermonis initiũ in rebus uniuersalibus in principio, quod est in exitu infantis apparẽtibus, uelut cõgruo conuenit ordini, ponemus, quũ per hoc principiũ adesse omnium rerũ hãc naturã habentiũ, sicut diximus, peruenire possumus: proprietates autẽ, quæ hora casus spermatis innascunẽ, per hanc eandẽ obseruationis speciẽ ab illo qui solas proprietates, quæ in ipsa eadẽ collectione fuerint, sagaciter perscrutabiẽ, & subtiliter inuestigauerit, deprehenduntur.

De scientia gradus ascendentis. Cap. II.



Horologia.

CVm in re prima, quæ sustentaculum est, quod est gradus ascendentis, hora exitus infantis multotiẽs innascatur dubietas, eò quod in maiori parte horam egressionis absq; scrupulo scire nequit, nisi qui inter omnia horarum instrumenta per solum astrolabiũ obseruauerit, alia quippe horarũ instrumẽta, quibus quamplures eorum qui uersantur in his, inspiciunt multũ, fortasse fallunẽ, & à ueritate declinãt. Illis etenim, qbus Sol indicat horã propter eorundẽ declinationẽ in positione scioterorũ & ex scioterorũ tortuositate cõtingit. Instrumẽtis aũt horarũ, quæ per aquarũ decursus adaptanẽ, euenit ex aquarũ retentione, & decursus differentia, quæ per differentes occasiones, uel per quamlibet aliã occasionẽ ei contingentẽ aduenit, necessariò conuenit, ut uiã qua gradus circuli signorũ, qui secundũ naturalẽ rationem consecutiuã debet esse, ascendẽs deprehendi posse iudicemus. Postq; gradum ascendentis ferè deprehẽdemus, in uia ascensionũ per horã quæ nobis attribuiẽ. Oportet igiẽ, ut gradum coniunctionis uel præuentionis, quæ ante natiuitatẽ ipsi propior fuerit, inueniamus, & eum ueraciter addiscamus. Quod si fuerit illud, in quod inuenerimus, coniunctio utriusq; luminaris gradum accipiemus, si autẽ præuentio fuerit, gradum luminaris super terrã existentis obseruabimus. Post hæc cui planetarum natiuitatis hora illius gradus dispositionẽ habere conuenit, inquiremus. Generaliter autẽ uia, qua planetæ conuenit dispositio, his quinq; rebus explicatur, quæ sunt triplicitas, domus, exaltatio, terminus & apparitio, uel Solis affinitas in figura. Eritq; loci illius dispositio planetæ, qui habuit in eo plus una istarũ fortitudinum, uel omnes. At si uni planetæ hęc omnia, uel plura inuenerimus, eius gradum ex signo in quo fuerat ipse, natiuitatis hora ueraciter inuentum, obseruabimus, dicemusq; quod gradus signi per ascensiones ferè accepti, qui ei in numero æquatur, sit gradus ascendentis. Si autẽ duos uel plures planetas inuicẽ associari inuenerimus, aspiciemus numerum, quẽ unusquisq; perambulauerit, hora natiuitatis, & quicunq; numerus fuerit propior ascendentis gradui, qui nobis per ascensiones apparuerit, ipse erit ascendens horæ natiuitatis. Quod numerũ graduum duorũ uel plurium planetarum prope numerum ascendentis gradus, qui nobis per ascendens exiuit, inuenerimus illũ qui plures autoritates habuerit in angulis, et cuius fuerit Haiz, in hoc imitabimur. At si lõgitudo gradus Almudhebir à gradu ascendẽtis absq; subtili obseruatione repetto, maior fuerit longitudine sui ipsius à gradu medii cœli, ipsa eadem uia exquisitio illũ eundẽ numerũ gradũ medii cœli cõstituemus, p quẽ alios angulos coëquabimus.

De partitione loquutionis natiuitatum. *Cap. III.*



Ost præmissarum istarũ rerum positionem subiungemus, quod quum generales natiuitatũ obseruationes ordinata, & cõpetẽti partitione quis partiri uoluerit, inueniet, quod eorum ad quæ naturali calle peruenitᷓ, quædã sunt accidẽtia, quæ ante partum cõtingunt, ut loqui de parẽtibus: quędam aũt sunt accidẽtia, quæ ante partum & post partũ accidunt, ut sermocinari de fratribus. At illa, quæ ipsa eadẽ hora partus eueniunt, non sunt unum & idẽ planè, & apertũ, uelut hęc q̃ prædiximus. Accidentiũ uero postremum, quod sciri potest, illud esse dicitur, quod post partum accidet. Hãc autẽ speciem multorũ modorum, multarum'q; partium fore nõ dubitatᷓ. Ex his igitur, quæ in ipsa eadẽ hora partus eueniunt, illa quæ scire uolumus sunt, loqui de maribus, feminis, & utrum geminos, an plures parturiens pariet: loqui etiã de formis monstruosis, necnon ex his qui nunq̃ crescent. Ex his autẽ, quæ post partũ, ea quæ scire quærimus, sunt sermocinari de uita, eò quod eorum qui crescunt narrationibus nõ adhærent: post hæc autẽ loqui de forma corporis, & ex infirmitatibus atq; impedimẽtis corpori cõtingẽtibus: deinceps de qualitatibus animæ, & illius accidentibus sermocinari: deinde loqui de fortunio & infortunio nati, & de regno ac exaltatione, illius'q; sublimitate: postea, ipsius etiam esse in hoc, quod ex operib⁹ efficiet, enarrare, deinde de eius cõiugio sermocinari, ac de mora cum uxore facienda, & ex hoc, quod de infantibus ei continget, necnon ex eius cõmixtione ac familiaritate cum hominibus, & ex amicis ipsius: deinde peregrinationes ostendere: postremo quidẽ modum suæ mortis indicare, quòd in fortitudine loquutioni quæ fit, de uita assimilatᷓ, illius tamen ordo post hæc prædicta ponendus est. Nos autẽ horum uniuscuiusq; modũ generaliter enarrabimus, & cum solis ẽ nostrę narrationis fortitudinibus hoc operantibus, ista dicemus; sicut superius manifestauimus, ea uero, quę à quamplurimis stultè superflue'q; prolata sunt, in quibus nõ est sermo probabilis, qui occasionibus per primã naturã existentibus conueniat, & postponemus ex his, id ad quod peruenire possumus, nõ per sortes, neque per numeros, & quibus occasiones, per quas hoc oportet esse, nõ habentur, sed per planetarum figurarũ, earum'q; similitudinũ cum suis locis obseruatiões inuestigabimus. Quapropter ne uerbum hoc in unoquoq; pręscriptorũ capitulorũ retractare sit opus, in omnibus generaliter nos hic proferre cõuenit. Ex capitulis igitur obseruationis natiuitatum locum circuli signorũ, qui speciei illius quæsiti capituli assimiletur, consideremus, uelut est loci medii cœli cum operibus, & loci Solis cum re patris similitudo, postea planetas, quibus ex prædictis quinq; speciebus illius loci dispositionẽ habere cõuenit, obseruemus. Et si unus planeta omnibus his modis ipsi loco dominabitᷓ, illius rei quæsitæ dispositionẽ attribuemus ipsi. Si autẽ duo uel tres ei dominentur, illi qui plurium numerorum fortitudinẽ habuerit, dispositionem dabimus. Deinde futuri qualitatẽ cõsideremus, cuius inuestigatio erit ex naturis illarũ stellarũ, quibus dispositio cõuenit, & ex naturis signorũ, in quibus planetæ fuerint, necnõ ex locis similibus. Post hoc inuestigationẽ quantitatis futuri ex eorum uiribus accipiemus, cõsiderando, utrum in suis qualitatibus fortes extiterint in mundo & in natiuitatibus, an si cõtrariũ fuerit. In mundo quidẽ fortiores dicuntur existere, quum in locis sibi propriis uel similibus fuerint, & quum orientales etiã extiterint, & aucti numero. In natiuitatibus uero fortiores erunt, quum in angulis, uel in locis ad angulum ascendentibus fuerint, maxime autem in duobus primis, qui sunt ascendens, & cœli medium, debiliores autẽ erunt in mundo, quum in locis extraneis, uel sibi dissimilibus extiterint, aut quũ occidentales uel in itinere diminuti fuerint, at in natiuitatibus tunc erunt debiliores, quũ ab angulis recesserint. Spatiũ quoq; tẽporis futuri cõsiderabimus inuestigãdo, utrũ respectu Solis & ascẽdẽtis matutinales, an uespertini fuerint. Duæ nãq; primæ quartæ utriusq; eorũ, & duæ per diametrũ eius oppositæ, sunt matutinales, reliquæ uero sunt uespertinales. Cõsiderabim⁹ etiã, si fuerint in angulis, uel ad angulos ascendẽtibus. Si matutinales igitur, uel in angulis fuerint, acutioris erunt operis, si

uero uespertini uel ascendentes ad angulos extiterint, tardioris operis esse dicentur.

De parentibus. *Cap.* IIII.



Rima nanq; uia, quam in uniuscuiusq; istarũ specierum inuestigatione semper imitari debemus, est huiusmodi. Nos itaq; nunc à primo capitulo, quod est capitulum in locutione parentũ, exordium faciemus, uelut ordini, quem mox enunciauimus, cõuenire uidetur. Solẽ igitur & Saturnum patribus, Lunam aũt & Venerẽ matribus naturaliter assimilari dicemus. Quapropter quemadmodũ harum stellarum qualitates adinuicẽ & cum aliis inuenientur, ita fore parentũ qualitates nobis existimare cõuenit, eorum etenim fortuniũ & infortunium, necnõ & regnum ex stellarum uicinitate cum luminaribus nobis considerare cõueniens est: nam quũ utrũq; à fortunis quæ fuerint ex eorũ haiz, & in duobus signis eorundẽ, uel in signis ea sequentibus circundabitur, esse parentum egregium fore significabunt. Maxime autẽ quum planetæ circundantes Solẽ matutinales, circundantes uero Lunã uespertinales extiterint, tũc enim erit eorum positio cõueniens. Item si Saturnus & Venus orientales fuerint in almugea sibi propria, uel si fuerint in angulis, manifestum fortunium parẽtum ex hoc significare debemus, secundum quantitatẽ utriq; ipsorum conuenientẽ. Si autẽ horum contrarium fuerit, ut luminaria scilicet, sint cursu uacua, & à nullis stellis circundata, parentum declinationem ac uilitatẽ significabunt, maxime uero si positio Veneris & Saturni fuerit incõueniens. Quod si planetę ex eorum haiz nõ existentes, ea circundẽt, quemadmodũ contingit, quum Mars post Solem, Saturnus uero post Lunã ascenderit, nec etiã loca fortunatum, respectu luminarium conueniẽtia fuerint, nec ex eorum haiz, miseram uitam parentum & ipsorum esse destructionẽ, nobis ex hoc significare nõ disconuenit. Si autẽ pars fortinium significans, cuius mentionem faciemus, stellis Solẽ uel Lunã circundantibus, apta cõuenientia conueniens fuerit in natiuitatibus parentum, substantia saluabit atq; durabit. Quod si pars fortunium significãs, nõ extiterit, uelut diximus, aut si horum contrarium fuerit, nec fortunæ circundederint luminaria, uel si circundantes fuerint, infortunæ nõ proficiet parentum possessio, sed nocebit. Longitudinẽ autem uitæ parentũ, eius'q; breuitatẽ ex stellarum societatibus in figuris cõsiderabimus. De patris igitur uita dicam⁹. Quũ'q; Iuppiter & Ven⁹ in figura quolibet modo Soli uel Saturno associant, aut quum Iuppiter idẽ Veneri associat, fuerit'q; Solis & Saturni apta societas, uel si cõiuncti, aut in trino, uel sextili aspectu fuerint, & uterq; fortis, lõgã patris uitam ex hoc annũciabimus. Si uero fortes nõ fuerint, nõ erit hoc ita, præter quod uitæ breuitatem ueraciter nõ significabũt. Hoc autẽ si nõ sic euenerit, sed supra Solẽ uel Saturnũ Mars eleuatus fuerit, aut si sequatur eos, nec Soli Saturnus cõueniens fuerit, sed in eius aspectu quarto, uel per diametrum opposito, uel si uterq; fuerit ab angulo remotus, patris debilitas significabit. At si in angulis, uel in locis ad angulos ascendẽtibus fuerint, breuẽ uitã parẽtum aut nocumentum significabunt: quum enim in duobus primis angulis, qui sunt ascendens, cœli'q; mediũ steterint, uitæ breuitatẽ indicabunt. Quũ autẽ in duobus aliis extiterint, qui sunt occidẽs & angulus terrę, uel in locis ad ipsos ascẽdẽtib⁹ impedire dicunt. Quũ Mars etiã Solẽ prædicto modo aspexerit, pater subita morte migrabit, aut in ipsius luminibus impedimentũ cõtinget: si uero Saturnũ aspexerit, patri mortẽ aut febrẽ cum tremore, uel impedimẽtũ ex abscisione seu cõbustione futurũ significabit: rursus quũ Saturni figura, respectu Solis incõueniens fuerit, occasione morborũ ex humoribus nociuis accidentiũ, mors patri eueniet. Itẽ de uita matris agamus: Quũ igitur in figura Lunæ seu Veneris, Iupiter uel Venus iterum Lunæ associabitur, siue cum ea, seu in eius aspectu trino uel sextili fuerit, & utræq; fortes, uitam matris elongabunt. At si Lunam Mars aspexerit, uel Venerẽ sequutus fuerit, aut in ipsius aspectu quadrato, uel per diametrũ oppositio remanserit, seu si Saturni qualitas respectũ Lunæ istius qualitatis extiterit, si ipsi minuti cursu fuerint, uel ab angulo recesserint, in morbos & ęgritudines solũmodo matres illaqueari designabũt. Sed si aucti cursu fuerint, uel in angulis, matrũ uitam abbreuiabũt, aut eis impedimentũ inferent,

Patris uita.

Matris.

inferent, abbreuiabunt quippe uitam quum in orientalibus angulis fuerint, uel in ascendentibus ad eos. In occidentalibus autem angulis, uel in ascendentibus ad ipsos quum fuerint, eis impedimentum adducent, cum modo nanque prædicto Lunam Mars uiderit, fuerit'q; Luna orientalis, repentina mors matrum, uel suorum oculorum impedimentum inde proueniet. Si uero fuerit occidentalis, earundem mors ex abortibus, uel ex his similibus accidet, aut occasione incisionis & combustionis eis impedimentum eueniet. Si Venerem autem Mars aspexerit, erit earum mors per febres & infirmitates ex uisus offuscatione contingentes, ac per humores subito decurrentes. Quum'q; Lunam Saturnus aspexerit, mortem uel ægritudinem generabit, Luna uero quum orientalis fuerit, per febres cum tremore mortem annunciabit, & quum fuerit occidentalis, occasione corrodentium apostematum & comestionum, uel in muliebribus membris contingentium illud eueniet. At sciendum, quod si scire uolumus, species particularũ impedimentorum uel infirmitatum, seu mortis quę parentibus accidunt, signorum qualitates cum his quę prædiximus nobis obseruare conuenit, in quibus stellæ propriæ qualitatis opifices inueniuntur, necnon signorum qualitates, quorum mentionem faciemus, & quorum etiã esse explanabimus, quum res natiuitatum enarrabimus. Et in die proprie Solem & Venerem, in nocte uero Saturnum & Lunam obseruemus. Illud etiam, quod ad inuestigandas residuas res particularet parentum nos obseruare oportet, est, ut locum patris uel matris, qui secundum haiz fuerit ascendentis loco ponamus, & omnes eorũ res obseruemus, sicut ipsis parentum natiuitatibus facimus, quemadmodum in sequentibus probauimus ex accedentalibus & opificibus modis, qui in generalibus speciebus inueniuntur. Modorum autem coadunationis occasionum adinuicem nobis hic & ubique memoriam habere conuenit, ut consideremus, quod quum planetæ, qui locis exquisitis dominabuntur, unius speciei non fuerint, sed ex speciebus differentibus, uel contrarium operantibus ex planetis, quorum uires super ipsum sunt maioris autoritatis, illũ qui maiores autoritates habuerit accipiemus, ita ut & ipse rei futuræ conueniat, & per ipsum ista rum rerum naturæ contingant. Quod si eorũ autoritates æquales extiterint, & stellæ cum eis eleuatæ fuerint, leuiter ad notitiam rei coadunatę ex istarum naturarum differentium commixtione perueniemus. Si autem fuerint separatæ, id quod ex accedentibus ei assimilatur, secundum horas particulares unicuiq; ipsorum attribuemus. Sed illis qui matutinales fuerint, attribuemus primitus, illis uero qui uespertinales extiterint, posterius. Necessario tamen oportet, ut ex principio eis assimiletur, nam si sic se nõ habuerit, nil futuri facere poterit, quum nullam retinuerũt societatem in principio. Prima uero dispositio nõ est occasio futuri temporis, sed qualitas stellæ, quæ respectu Solis & anguli mundi domina dispositionis fuerit tempore natiuitatis.

De fratribus & sororibus. Cap. V.

EX prædictis igitur locum parentũ probauim⁹, locum uero fratrum si quis in inuestigatione generali perscrutetur, & sua perscrutatione quantitaté possibilem non prætereat, quæ ad inquirendam notitiam numeri fratrum ueraciter esse potest, rem fratrum qui eiusdem matris sunt naturali modo scire poterit ex signo medii cœli, aut locum matris, locum quidé dicim⁹, in quo Venus in die, & Luna fuerit in nocte. At quia signum hoc, & signum quod ad ipsum ascendit, locus matris, sunt quo res filiorum eius deprehenduntur, eum locum fratrum esse oportet. Huic ergo loco si planetæ fortunæ in figura associantur fratrũ multitudinem inde iudicabimus, huius autem existimationem rei ex numero istorum planetarum assumemus. Considerabimus etiam, si fuerint in signis unius imaginis uel duorũ corporum. Quod si planetæ infortunæ super hunc locum eleuati fuerint, uel eum ex oppositione aspexerint, paucitatem fratrum indicabũt, maxime auté, si sol cum eis extiterit.

Si uero fuerint in angulis, & proprie in ascendente, fuerit'que planeta in istorum aliquo locorum existens Saturnus, in uirginibus & maioribus fratribus hoc esse significabit. Si autem Mars fuerit, aliorum fratrum numerum per mortem abbreuiabit. Qualitas quidem planetarum, qui sunt datores fratrum, si fuerit in positione conueniens, fratres potentes & exaltatos existimemus oportet. Si autem in contrarium fuerit, imbecilles erũt & impotentes. At si planetæ infortunæ super datores eleuentur, uel si eos sequantur, breuis uitæ iterum erunt. Masculorum datores sunt planetæ masculini, in suis qualitatibus mundi, largitores autem feminarum, sunt feminini in suis qualitatibus mundi. Orientales item primos largiuntur fratres, occidentales postremos. Rursus cum in figura largitores associentur signo, rem fratrum significanti societatem conuenienti, fratrum concordiam significabunt, & si cum parte iterum fortunæ conuenerint, fratrum societatem in suis rebus indicabunt. Si uero fuerint in signis, nullam adinuicem societatem habentibus, uel si qualitatem prædictæ qualitati contrariam habuerint, uoluntatem fratrum ad discordiam & inuidiam significabunt, & eos deceptores esse demonstrabunt. Si quis autem unamquamq; rem fratrum, plus quàm supra dictũ sit, inuestigando perscrutari uoluerit, satis hoc agere poterit, si loco ascendentis largitores planetas constituerit, & tunc omnes eorum res, quemadmodum in natiuitatibus facimus, obseruemus.

Masculorũ et feminarũ datores.

De masculinis & femininis. Cap. VI.



POstquam naturali calle fratrum enarrationem explanauimus, quod in ipso nato cõtinget, subiungamus oportet, & masculorum, feminarum'q; considerationem primitus indicemus. Cuius obseruatio non uniusmodi est, nec ab una re, sed ab utroque luminari, & ab ascendente, necnon à planetis in hoc auctoritatem habentibus accipitur. Quoniam masculus & femina generantur in matrice, conuenit ut iudicium huius rei proprie sit principii, quod est hora casus spermatis, & id quod de hoc scire possumus, quod principium quod est exitus creaturæ, est generale propter participationem, quam habet principium istud cum primo. Nobis quoque generaliter obseruare conuenit, si hæc tria loca præfata, & planetæ eis omnibus, uel pluribus dominãtes, masculini fuerint, quia natus erit masculus, & si feminini fuerint, erit femina, & secundum hoc supra natũ iudicabimus. Oportet etiam, ut loca & planetas masculinos ac femininos consideremus, quemadmodum in huius libri principio monstrauimus, demonstrauimus, inquam, ex naturis signorum, in quibus fuerit, & ex naturis ipsorum planetarum, necnon ex eorum qualitatibus, respectu mundi: Cum orientales nanque fuerint, masculinizant, feminizant uero, cum occidentales extiterint. Item ex eorum qualitatibus, respectu Solis, masculinizant nanque cum matutinales fuerint, uespertinales existentes, feminizant. Ex his igitur omnibus, quod genus in nati constitutione secundum maiorem partem incurrit, coniiciamus oportet.

De natiuitate geminorum. Cap. VII.



SImili quippe modo nobis in geminis, & eis pluribus esse eorundem prædictorum locorum, id est, luminarium, & ascendens, obseruare cõuenit. Hoc autem ex collectionibus euenire manifestum est. Si præfatorum locorum duo uel tria fuerint in signis duorum corporum, maxime autem cum planetis illorum dispositoribus, idem iterum accidens contigerit, ut quidam scilicet eorum sint in signis duorum corporum, fuerint'q; quidam eorum bini, & bini, uel plures in dispositione. Et si loca dominantia, signa duorum corporum extiterint, &

terint, & cum hoc cum pluribus in figura planetis associentur, erunt nati plures duobus. Eorum quoque numero nonnunquam augmentat planeta, qui hanc proprietatem habuerit. Generis autem nati notitiam auget planetarum genus, qui Soli & Lunæ ascendentiq́ue signo associantur in figura, quæ masculinis & feminis secundum præmissum modum in nascendi fortitudine superaddit. Hæc uero qualitas, si signum ascendens, & luminaria non continuerit, sed eius loco medii cœli locus sic inuentus fuerit, harum matrum partus secundum maiorem partem geminorum uel plurium erit. Quod autem proprium in trium masculinorum parturitione est, ut quemadmodum contingit in albetattam, qui sunt reges, contingat ut Saturnus scilicet, & Iupiter ac Mars cum præfatis locis in duum corporum signis existant, & est proprium in parturitione trium feminarum, ut id quod in alchatis contingit, eueniat ut Luna uidelicet ac Venus, ac Mercurius femininus in prædictis locis permaneant. In duorum masculinorum ac unius feminæ parturitione proprium est ut cõtingat, sicut contingit illis qui diafaccora uocantur, ut Saturnus, scilicet & Iupiter, ac Venus in illis sint locis. Parturient etiam duas feminas & unum masculum, cum id euenerit quod illis qui dimantarcotis appellantur, euenisse dicitur, ut Luna scilicet, & Venus, ac Mars, illis in locis existant. Secundum hunc uero modum frequenter contingit, ut natus non perficiatur, & ut in ipsius natiuitate quædam impedimenta corpori accidentia contingant. In ipsius etiam quibusdam membris id ex quo nullus timor perueniet, absque perfecta occasione contingit, aut erit in eis quoddam horum accidentium secundum partem rei quæ non apparet.

De monstruosis signis.
Caput VIII.



Illud quidem, quod nullatenus à nostro recedit intellectu, est mõstruosarum figurarum enarratio. Dicimus primitus, quod duo luminaria sunt inuenta pro maiori parte in natiuitate talium, cadentia ab angulis uel nõ, concordantiam cum ascendente aliquam habentia, & planetæ infortunati in angulis potentes. Cum hoc igitur sic inuentũ fuerit, cõuenit, si hoc illud fore contigerit, quod in miseris & infortunatis natiuitatibus multotiens euenire dicitur. Et si natiuitates illæ monstruosarum figurarum non fuerint. Vt præteritam coniunctionem uel præuentionem obseruemus, quatenus coniunctionis uel præuentionis, necnon loci luminarium natiuitatis hora dispositores planetas deprehendamus. Quoniam si loca eorum in natiuitatibus, & locus Lunæ uel ascendentis, iterum omnia scilicet, uel planeta loco coniunctionis uel præuentionis non alligentur, erit natus formæ monstruosæ. Hæc autem si sic fuerint, & cum hoc in quadrupedibus uel feralibus signis luminaria reperiremus, fuerintq́ue infortunæ in angulis existentes, non erit natus ex hominibus. Si qua uero fortunarum cum luminaribus testimonium non habuerit, sed eis infortunæ testificatæ fuerint, natus non erit domesticus, eritq́ue natura ipsius ex ferarum impedientium naturis. Quod si Iupiter aut Venus luminaribus testificentur, erit natus ex animalibus domesticis, ut sunt canes, furones, & his similia. Si Mercurius autem testificetur, natus erit ex animalibus, quibus opus habent & utuntur homines, ut ex gallinis, porcis, bobus, capris, & his similibus. At si luminaria mouentur in signis, quorum imagines sunt homines, omniaq́ue similiter fuerint, natum ex hominibus, uel ex his quæ cum hominibus conuersantur fore non dubitamus, præter quod eum monstruosam formam habere dicemus. Qualitalis autẽ istius notitia, eiusq́ue proprietas erit hoc in loco iterum ex figuris signorum, in quibus infortunæ steterint, quæ luminaria uel angulos continuerunt. Item si signa fortunarum hoc in loco nulli prædictarum loco testificetur, erit natus non loquens, eiusq́ue forma signa ue-

raciter & perfecte mutabitur. Si Iupiter auté, uel Venus testificet, nati proprietas quo fuerit illa mutatio, erit ut honoretur & sublimetur, eò quod ex hoc illa figura ᵀarmaforodhotis cõtinget, id est, figura ex Venere & Mercurio denominata, necnõ figura quæ nuncupatur arfocarazietu, & his similia. Mercuri⁹ ipse si testificet, fiet natus, cum his somniorũ interpretatur, & ex his erit ei⁹ uictus, præter quod surdus erit, & absq; détibus. In his uero rebus erit conuenientis naturæ & subdolus ac deceptor.

al. hermophroditus

De his qui non creuerunt. Cap. IX.



Ostq; eorum qui nõ creuerint sermocinatio præcessit, restat de illorũ elocutione, quorũ per natiuitatis horá cõtingentium notitiá habere quærimus. Hanc auté enarrationé ob hoc quod istud quæsitũ capitulum ab istorum duorum utroq; modorũ nõ longe remouet, quandoq; locutioni de uita adhęrere, quandoq; uero illi contrariá esse, eò quod huiusmodi inuestigationis uis, quibusdá uariationibus alteratur, sciendũ est. Sermo náq; uitę nõ est nisi in his omnibus qui uitá senserunt. Hi auté sunt, quorum uita solari circuitione, quod est uni⁹ anni spatiũ, nequaq; minor habetur, uitá uero quæ est in fortitudine, est id quod minus esse dicitur, ut sunt méses, dies & horæ. Eorũ auté qui nõ creuerint, sermocinatio est eorũ loquutio, qui ad aliquod istorũ prædictorũ temporum nõ peruenient, sed in breui tépore propter mali & nocuméti superfluitaté morietur: quapropter uitæ inuestigatio multarũ est partium, illorum auté qui nõ crescent una est & plana. Generaliter igitur quũ luminarium aliquod in angulorũ aliquo fuerit, eiq; associetur, infortunarũ altera in lõgitudine quęcum eo fuerit gradu per gradũ, uel fuerit in figura equicruria, néc fortunarũ aliqua ei associetur in figura, fuerit'q; dispositor loci luminariũ in locis infortunarũ, natus non uiuet, sed mox morietur. Quod si fuerit in figura equicruria, sed in proiectione radiorũ infortunarũ à locis luminariũ ad ipsum ascendés, fuerint'q; infortunatores duo, alterũ uel utrumq; luminariũ infortunantes, ad ipsorũ duorũ loca uel alterius ascendétes, Aut si in eius uel eorum oppositione fuerit, seu si una infortunarũ alterum luminariũ infortunauerit, cum eorũ altera fuerit opposita, altera quidé ad luminaris locum ascenderit, natũ uitá nõ habere minime dubitat. Quoniá maximum nocumétum quod est in hoc, ualitudinem & profectũ, qui ex lõgitudine loci ad locum luminarium ascédétis, in uitæ spatio prouenit, destruit & occultat. Id auté, quod proprie Solem impedit, ex his quæ sunt in loco qui ad ipsius locum ascendit, Mars esse dicitur, Lunam uero Saturnus. At in eorum oppositione, uel cũ ad ipsam ascéderit, cõtingit contrarium: Solem etenim Saturn⁹, Luná uero Mars impedit, maxime auté cum locis luminariũ & ascendentis, dispositores eorum existendo dominétur. Et si duas oppositiones habuerit, fuerint'q; luminaria, & infortunæ in angulis uel in equicruria figura, mortui uel semimortui nascunt infantes. Quod si ita cõtingit, & ab altera fortunarũ luminaria separata, uel in figura fuerint ei associata, & peruenerint radii ad præcedétes partes, uiuet natus secundũ significationé numeri graduũ, qui fuerit inter alhileg & propioris infortunæ, radios ex numero mensium uel dierum, aut horarũ secundũ eorum infortunii quantitaté, quæ sunt huius occasio. At si infortunarũ radii ad præcedétes partes luminarium, fortunarum uero ad sequentes peruenerint, natus crescet & uiuet. Ité quum eleuabuntur infortunæ super associantes fortunas in figura, erit natus miseræ qualitatis & imbecillis. Quod si fortunæ eleuabuntur, natus cum parentibus nõ morabitur. Et si altera fortunarũ cum Luna pariter oriatur, uel ictisal habeat, & altera infortunatum occidat, natus à parétibus nutrietur. Hoc iterum modo multorum natorum erit obseruatio. Quũ stellarũ aliqua duobus pluribus'ue modis in figura societaté habentiũ in occidente fuerit, infans semiuiuus orietur, aut uelut carnis frustum, aut imperfectæ creationis. Et si altera infortunarũ super eam eleuetur, nõ nutriet natus, uel nõ habebit uitam, secundum hoc quod per istud contingit.

De spatio

De spatio uitæ. *Cap.* X.


Orũ quidẽ accidentium, quæ post partũ cõtingunt, enarratio. Primũ est ui
tæ sermocinatio, eò quod eorũ q primitus ordinauerunt ex his oibus, quæ
raro cõtingunt, tractare, qui ad tot annos uitæ nõ peruenerit, in quibus ista
perfici possunt, nobis risum habere cõuenit. Hæc autẽ obseruatio nec leuis
est, nec plana, tamen ex dominantiũ locorum potestatibus accipit̃ & depre
henditur, quod multis modis obseruat̃. Modus autẽ, qui secundũ nostrã existimationẽ
peruenit, & qui naturalẽ uiã imitat̃, est ut enarrabimus. Hæc autẽ obseruatio ex loco alhi
leg, & eorũ q sup alhileg potestatẽ habuerint, necnõ & stellarũ interficientiũ locis cõside-
ratur. Istarũ uero rerum uniuscuiusq; notitia est, ut subiungit̃. Primũ nãq; uobis scire cõ- Alhileg.
uenit, quod loca alhileg illa sunt, in qbus stellã, cui⁹ dominiũ fuerit, alhileg esse oportet,
hic autẽ super signũ ascendẽtis, quod est à quinq; gradibus, qui super horizontẽ ante ip-
sum ascenderunt usq; ad uigintiquinq;, qui ad ascẽdendũ remãserint, & post hos grad⁹,
qui in horũ triginta graduũ dextera hexagona radiatione cõsistũt, q sunt dom⁹ fortunii.
At hi qui sunt in eorũ aspectu tetragono, quod est mediũ cœli super terrã, & gradus etiam
qui sunt in eorũ trigona radiatione, quod est locus, qui †rieuz appellat̃. Necnõ & gradus al. theos
qui sunt in eorũ oppositione, quod est occidẽs. Horũ autẽ id quod ad præmittendũ con
ueniẽs est, eo quod fortioris autoritatis existit, id esse dicit̃, quod est cœli mediũ sup terrã,
& post hoc ascendẽs, deinceps id quod cœli mediũ ascendit, & post ipsũ occidẽs, & post
ipsum id, ad quod cœli mediũ præcedit. Omne autẽ quod sub terra morat̃, hac in re tam
præclara & tam excellenti, prætermittendum fore decreuimus, præter id, quod ascen-
dens super terrã apparuit. Illorũ uero, quæ supra terrã sunt signa, quæ cum ascendente nõ
colligant̃, obseruãda nõ sunt, nec etiã signũ ascẽdens ante ascendẽs, quod laboris dom⁹
appellat̃, ob hoc quod cũ hoc etiã, quod ab angulo remouet̃, ei⁹ fortitudinẽ ad terrã pro
uenientẽ spissus & obscurus uapor, qui ad ipsã ex humiditate terræ ascendit, disturbat &
destruit, ideóq; id quod ex coloribus ac qualitatibus stellarũ, hac in domo existentiũ ap-
paruerit naturã ex eodẽ uero dubitatur. Postea conuenit, ut quatuor dominantia, quæ
sunt Sol, Luna, ascendens, pars fortunę, eorumq́; locorum dispositores alhileg constitua
mus. Partẽ igitur fortunæ sciemus, si numerum quem inuenerimus, à loco solis usq; ad
Lunæ locum, in die ac nocte acceperimus, & ab ascendẽte inchoãdo illius numeri quan
titatem secundum signorum successionem computauerimus. Hoc itaq; modo partis lo-
cum addiscemus. Quod idcirco facimus, ut Solis qualitas, respectu ascendentis, sit uelut
qualitas Lunæ, respectu partis fortunæ. Erit enim fortunæ pars quasi ascendens Lunæ.
Hanc autem eandem rationem imitari uidentur, qui dicunt, quod in nocturnis natiui-
tatibus & à luna in Solem enumeremus oportet. Deinde ab ascendente initiando, eius-
dem numeri quantitatẽ in contrarium eius quod prædiximus, id est, secundũ ordinatã
signorum antecedentiã cõputemus: quod quum fecerimus, idẽ partis fortunæ locus qui
nobis exierat, secundũ modum hunc apparebit, & eadẽ erit societatis figuræ qualitas. Cõ
uenit etiã, ut ex his in die Solẽ, si fuerit loco alhileg, primitus eligamus, sint autẽ Lunam,
quam si nequiuerimus, eligere stellã, quæ maiores autoritates habuerit in dispositione lo
ci Solis, & loci præcedẽtis cõiunctionis, necnõ & ascendẽtis eligemus, id est, stella quæ ha
buerit ex quinq; potestatibus, per quas dispositio consistit, tres uel plures autoritates in ali
quo locorum prædictorum, est eligenda. Quod si non contigerit, ascendentis gradum
accipiemus. In nocte uero conuenit, ut Lunam primitus eligamus, postea Solem, deinde
stellam, quæ maiores autoritates habuerit in dispositione loci Lunæ, ac loci præcedentis
præuentionis, lociq́; partis fortunæ. Quum autem hoc nõ euenerit dominium, si nati-
uitatem coniunctio præcessit, accipiemus ascendens. Si autem præuentio præcesserit, for
tunæ partem. Quod si fuerint utraq; luminaria, & qui secundum conueniens alaiz di-
spositor fuerit in locis alhileg, conuenit, ut ex luminaribus, illud quod in loco ma-
ioris & fortioris potestatis fuerit sumamus, dispositorem autem eligere super lumina-
ria nulla-

tia nullatenus conuenit, nisi quum in loco maioris & fortioris dignitatis fuerit, habens in dispositione secundũ duo alahiz autoritates. Quumq́ patuerit alhileg, duas eius species nobis obseruare conueniet, quarũ altera est secundũ signorũ successionẽ solũmodo, altera uero & secũdũ eorundẽ successionẽ, & in successionis cõtrariũ. Illã quæ est solummodo secundũ successionẽ in qualitate, quæ radiorũ proiectio nuncupat̃, nos obseruare cõuenit, quæ tunc esse dicit̃, quũ alhileg in locis orientalibus, id est, à cœli medio usq; ad ascendẽs fuerit. Illã uero, quę secundũ successionẽ, & in successionis cõtrariũ existit, ea in qualitate quæ Gręce[†] utine appellatur, cõsiderabimus, hæc quidẽ est, quũ alhileg in loco
aftorima recedente à cœli medio fuerit. Et quũ taliter ista fore percipientur, gradus interitũ significantes secundũ alhileg, quæ est in specie, quã secundũ signorum antecedẽtia inuenerimus, erit gradus occidens eo solũmodo, quod ipse uitæ dominiũ occultat, secundũ stellarum gradus ipsi eidẽ alhileg quæ sic inuẽta fuerit applicãtiũ, aut eidẽ testificantiũ, ob hoc scilicet quod ipse collectis numeris superaddunt, & minuunt usq; ad horã quę ceciderit alhileg, præter quod nõ occidẽt, eo quod ad locũ hylegipsæ nõ eunt, sed ipsa uadit ad earũ loca. At illæ quæ semper addunt fortunæ, quæ uero minuunt, infortunæ dicunt̃. Mercurius iterũ erit cum stellis, quibus associabit̃ in figura. Numer⁹ autẽ augmẽti uel diminutionis ex locis graduũ uniuscuiusq; eorũ deprehẽdetur. Ipse etenim secundũ numerũ temporum horarũ, quẽ unusquisq; gradus eorũ habuerit, inuenietur: nã quũ tẽp⁹ diurnum fuerit, tẽpora diurnaliũ horarum attribuemus, quumq́ nocturnũ extiterit, tẽpora nocturnalium horarũ attribuemus, secundũ quorũ quãtitatẽ erit numerus annorũ perfectorũ: quod intelligẽdum est esse dictũ, quum in ascẽdente fuerint, post hoc secundũ ipsius elõgationẽ ab ascendente, numerus itaq; ex ipso, quum ad occidẽtis punctũ puenerimus, nihil remaneat. At secundũ alhileg, quæ est in specie, quã secundũ signorũ successionẽ inuestigamus, loca stellarum infortunarũ, id est, Saturni & Martis sunt pereuntia, quũ corporaliter ad hyleg peruenerint, uel quum radios ex quolibet istorũ locorũ proiecerint, id est, ex locis quartæ ac oppositæ radiationis, & fortassis ex sextilibus, quæ obediunt aut aspiciunt, & æquantur in fortitudine. Itẽ etiã quartus aspectus loci alhileg, quæ est secundũ signorũ successionẽ, occidet iterum, & forsitan idẽ operabitur sextilis, quũ infortuna fuerit, & quum ex signo multarum ascẽsionũ extiterit: similiter quoq; faciet trinus, quum fuerit in fortuna & in signo paucarũ ascẽsionum mãserit. Quumq́ Luna fuerit alhileg, interficiet Solis locus quãdoq;, eo q̃d quum Sol ad locũ alhileg istius speciei peruenit interficiendi & saluandi uim habebit; ibit enim ipse ad locum alhileg. Nec nobis existimare cõuenit, quod hæc loca necessario semper occidãt, nã nullaten⁹ occidẽt, nisi quũ infortunabuntur solummodo. Quia prohibetur hoc, quum uni⁹ fortunarum terminus fuerit, uel quum altera fortunarum ex quarto uel trino, seu ex oppositione ad ipsum gradũ qui occidit, seu ad gradũ q post ipsum succedit, radios proiecerit, ita quod in proiectione radiorum Iouis plus q̃ 12 gradus ipsum nõ transgrediantur, nec Veneris plus q̃ octo. Similiter etiã ita eueniet, quũ cõiungetur alhileg stellæ, cui corporali conditioni adhęrebit, nec eorũ duorũ latitudo fuerit eadẽ. Quũ autẽ stellæ saluãtes uel adiuuantes aut interficientes duæ uel plures fuerint, in unoquoq; istorum duorũ, cõuenit ut secundũ rerum ea iuuantium multitudinẽ ac eorundẽ fortitudinẽ, id quod ipsorum duorũ fortius est, obseruemus, secundũ multitudinẽ igitur quum altera duarũ specierũ plus q̃ altera fuerit, augmentatione manifesta, secundũ fortitudinẽ uero quũ stellæ quę iuuãt uel interficiũt, in locis sibimet cõuenientibus fuerit, nec in huiusmodi locis aliæ pmãserint, maxime aũt quũ stellæ uni⁹ speciei fuerint oriẽtales, alteriusq; spẽi stellæ occidẽtales. Quapptet eorũ q̃ sunt sub radiis in occidendo, iuuando ac saluando nos nihil generaliter oportet obseruare, nisi ut Luna sit alhileg, tunc etenim ipse idẽ locus solis erit interfector, & tunc etiam si infortuna quæ cum ipso fuerit, eum impedierit, & nulla fortunarum eum adiuuerit, considerabimus. Numeros autem, qui sunt secundum longitudinẽ, quã inter locũ alhileg, & locũ abscisorẽ, inuenimus, ut dissolute & qualitercunq; sumat̃ minime cõueniat.

Quemad-

Quemadmodũ plurimi faciebant, qui secundũ quantitatem temporum ascensionum graduũ illius longitudinis hoc semper esse dicebant, nec etiã ut hoc aliquo tempore con sideremus, nisi quũ ascẽdẽs fuerit ipse locus †Alhileg, uel un⁹ locorũ ascendentiũ ad ascen dens. Illos igiẽ, qui naturali consideratione hanc speciẽ obseruauerint, oĩbus modis unũ obseruare cõuenit, scilicet, quot temporũ ex æquinoctialis circuli tẽporibus erit loc⁹ stellæ uel figuræ sequẽtis loco stellæ, uel figuræ pręcedentis in natiuitate, eò quod æquinoctialis circuli tempora circulũ horizõtis & meridiei lineã æqualiter perambulãt, qui duo sunt, per quos consimiles longitudines locales accipiuntur, unumquodq; uero æquinoctialis circuli tempus loco unius anni solaris constituiẽ. Conuenit igitur, ut quũ ipse locus Alhileg præcesserit, & super orientalem circulum horizontis fuerit, tẽpora ascensionũ graduũ ab ipsa hora usq; ad horam quæ interficit, accipianẽ, ob hoc quod post hanc quantitatẽ tẽporis æquinoctialis circuli, in loco Alhileg, qui est orientalis circulis horizontis erit interfector, quũq; fuerit Alhileg in linea medii diei, & ascensiones circuli directi, secundũ quas erit tẽpus transitus illius partis circuli signorũ, in circulo medii diei accipianẽ oportet. Quũ autẽ in occidentali circulo horizontis fuerit, numerum temporum, in quibus unaquæq; illarum longitudinum cadit, & occidit, accipiemus, quod est sicut numerus graduum ascensionũ partium circuli signorum, quæ sunt istius opposita. At si locus Alhileg quum præcesserit, nõ in aliquo istorum triũ, sed in locis inter ipsa constitutis fuerit, pręfatũ tempus accessionũ, & tempus occasus, ac tempus transitus per cœli medium, nõ erunt illa, in qbus loca sequentia ad loca præcedentia, sed erunt, in quibus ad differentia loca peruenerint, eò quod locus, ad quẽ uadit sequens, loco in quo fuerat præcedens, nec similis, nec talis, qualis ipse est, diiudicatur, nisi quũ eius positio ipsius positioni assimilabitur, & eius pars, respectu horizontis, & cœli medii, quemadmodum ipsius pars fuerit. Et contingit etiam, ut respectu horum duorum una sit eius positionis, quum fuerit prope loca, quæ sunt supra semicirculum, ex circulis per locum cõmunem circulo medii diei, et circulo horizontis transeuntibus, & hi sunt quorũ unusquisq; unam temporalem efficit horam, æquales adinuicem ferè. Quũ autem hic semicirculus præfatum locũ cõmunem circumrotauerit, erit eius positio quandoq; sicut positio hemisperii, quandoq; uero sicut positio circuli medii diei, eruntq; tempora, in quibus circuli signorum partes, hæc duo loca pertransibunt inæqualia, tẽpora uero in quibus partes circuli signorũ hunc semicirculũ transgredienẽ, quũ in certis locis aliis extiterit, quę differentiũ sunt longitudinũ, erũt differẽtia. Generalẽ autẽ modũ, per quẽ operabimur, ponemus hoc quod subiungiẽ, uidelicet, quũ præcedens duorũ prædictorũ locorũ in ascendente, uel in circulo medii diei uel in occidente, siue in alio loco fuerit, solus ipse locus sequens ibit ad præcedentem, secundum tempora quæ per ipsum eundem antecedentem locum pertransibunt. Nam cognito gradu medii cœli, ac gradu præcedentis, necnon & sequentis, locum antecedentis gradus prius inuestigando considerabimus, quot temporalibus horis à medii diei circulo distat, numerando ascensiones, quæ sunt sub gradibus, qui sunt inter hunc & cœli medii gradũ, qui super terrã uel sub terra in circulo directo constituitur, post hoc eas per numerum temporum horarum, quem præcedens gradus habuerit, diuidemus. Quod si super terram fuerit per diurnalium horarum tempora, & si terra fuerit per horarum nocturnalium tempora, & quod exierit, erunt horæ ipsius lõgitudinis à medii diei circulo. Quapropter quia circuli signorum partes, quarũ longitudo est circulo medii diei, est una eademq; quantitas numeri temporalium horarum, sunt cadẽtes super unum & eundẽ semicirculum ex præfatis circulis, oportet ut sciamus in longitudine, quanti temporis ex temporibus æquinoctialis circuli longitudo, gradus sequentis à linea medii diei, reddet horas temporales æquales, in numero horis longitudinis gradus præcedentis à circulo medii cœli. Quumque hoc sciuerimus, considerabimus quot temporum ex æquinoctialis circuli temporibus fuerit longitudo gradus sequẽtis à gradu medii cœli, quum positio gradus sequentis prima positio fuerit. Hoc autem ex ascensionibus circuli directi

† al. Hyleg.

recti deprehendemus: post hoc igitur obseruabimus, quanta erit eius longitudo, ab eo iterum quod suarum temporaliũ horarũ numerus,quæ sunt,inter eum & medii diei circulum erit,sicut sunt horæ gradus præcedentis, istarũ horarũ numerũ, in numerũ tem= porum horarũ sequentis multiplicando. At si horæ quæ nobis extiterint, respectu medii cœli, quod supra terram est acceptæ fuerint ea per quæ multipicabimus, erunt tempora diurnalium horarum. Si autẽ fuerint respectu medii cœli,quod est sub terra,per noctur= nalium horarum tempora multiplicabimus, deinde id quod inter utranq; longitudinẽ ex superatione unius ad alterum exierit,accipiemus, quia ipsum erit numerus annorum quęsitorum.Et ut hoc quod diximus,sit euidentius. Arietis principium locus præcedens ponatur,locus´q; sequens sit Geminorum initium. Clima etiã, in quo fuerimus, quem= admodum & illud,cuius dies longior est,quatuordecim horarũ,tempora igitur horarũ principii Geminorum erunt ferè decem & septẽ,ascendat´q; primitus Arietis initium, ita quod Capricorni principiũ sit in cœli medio,tunc etenim erit longitudo Geminorum à medio cœli, quod est super terram 148 temporum, ex æquinoctialis circuli temporibus, & quia longitudo initii Arietis à medio cœli, quod est super circulum medii diei, est sex horarum temporalium, quũ eas in 17 tempora multiplicauerimus, quæ sunt quantitas temporũ horarũ initii Geminorũ, eò quod longitudo 148 temporũ nõ est, nisi respectu medii cœli,quod est super terram, erit tempus huius longitudinis 102 temporũ.Sequens igitur locus post tot tempora, quot sunt tempora superationis,quæ sunt 46,ad pręceden tem locum mutabitur, tempora igitur ascensionũ Arietis & Tauri, tot sunt ferè, quot & ista tempora.Hoc autẽ ita positum est,ut si locus Alhileg,sit ipse locus ascendens,sit iterũ cœli medium Arietis initiũ, ita quod si primam positionẽ initii Geminorũ, longitudo à medio cœli, quod est super terram,sit æquinoctialis,circuli temporibus 58 temporum. Quapropter in hoc secundo loco nobis obseruare conuenit, quando erit ea, in quibus Aries & Taurus medii diei circulũ abscindunt.Ideo´q; mediã diem accipimus sic, quan= doq; ibidem Alhileg esse ponimus..Item sit occidẽs Arietis principiũ super eundẽ modũ, ita quod initium Cancri sit in cœli medio, & lõgitudo principii Geminorum à medio quod super terram est, sit secundum signorum accessionẽ 32 temporum ex æquinoctia= lis circuli temporibus. Rursus quia longitudo principii Arietis à medii cœli circulo uer= sus occidentẽ est 6 horarũ temporaliũ, quũ eas in 17 multiplicauerimus,habebimus 102. tempora quæ sunt à medii diei circulo Geminorum initii longitudo quum occiderit, erat´q; iam ipsius lõgitudo uersus hanc eandẽ partem, quũ in suo primo loco fuerat 32 temporũ.Probatum est igitur ipsum ire ad occidentalem locum in superatione, quæ est inter hæc duo tempora,quod est tempus occasus Arietis & Tauri, ac tempus ascensionũ duorũ signorũ eis oppositorum,quæ sunt Libra & Scorpius. Item nõ sit Arietis initiũ in angulorum aliquo, & ponamus eius longitudinem uersus partẽ præmissam à circulo medii diei trium horarum temporalium,ita quod medium cœli sit 18 gradus Tauri,sit´q; Geminorum principii longitudo quũ in suo loco primo fuerit à medio cœli, quod est super terram secundũ signorum antecedentiã 13 temporum,ex æquinoctialis circuli tem poribus.Quũ autem 17 tempora in tres horas multiplicauerimus,erit Geminorum initii longitudo à medio cœli circulo, quũ ad secundũ locum peruenerit, secundum signorũ successionem quinquaginta & unum tempora,erunt quidem hæc omnia tempora 64. Et iam perambulauerat locus Alhileg,quũ in ascendente fuerat 46,in medio autem cœli 58,in occidente uero 70. Differũt itaq; numeri temporum qui sunt, quũ inter occidentẽ, cœli´q; medium eius locus fuerit, ab unoquoq; numerorum qui tũc sunt,quum ipsius locus aliter q̃ nunc diximus,extiterit, est enim 64 temporum,& secundum 3 horas adie ctionis est eius differentia,eò quod superatio temporum quæ nobis extiterat, quũ per an gulos operabimus, qui sunt de quarta in quartã, circuli 12 temporum fore non dubitatũ, quum´q; trium horarũ longitudo fuerat,6 temporũ erat superatio. Modũ aũt his omni= bus rebus conuenientem, si agendo prosequemur, licet in hac alia leuiori apertiori´q; uia

quam mox

quàm mox enarrabimus, conuenienter uti possumus. Cum accedens igitur gradus fuerit oriens, ascẽsiones quæ ab ipso usq; ad sequentẽ extiterint, in hoc obseruabimus. Cum autem in cœli medio fuerint ascensiones circuli directi, considerabimus, cum'q; fuerit in occidente, aspiciemus illorum graduũ occidentiã. At cum inter hæc loca steterint, & erit exempli causa, in suprapostia longitudine Arietis, tempora superationis unius ad alterũ eorum, scilicet quæ debentur unicuiq; duorũ angulorum, qui formantur ex utraq; parte Arietis primitus accipiemus. Quapropter quia principium Arietis est inter angulum medii cœli & angulum occidentis, erat enim positum ipsius initiũ post mediũ cœli, quod est super terrã, accipiemus tempora, quæ signo geminorũ debentur, si foret Aries in cœli medio quæ sunt 58 sumemus tempora, quæ debentur ei, si foret Aries in occidente, quæ sunt 70. Cum'q; sic factũ fuerit, eorũ superationes accipiemus, & tunc quod horarũ temporaliũ longitudo præcedentis puncti, ab utroq; duorũ angulorum ei intrinsecus positorum inuenta fuerit, & quanta sit eius pars, ex 6 horis tẽporalibus, quæ quanta sunt, obseruabimus, & secundum ipsius partis quantitatẽ ex superatione, quam inter duos angulos inuenerimus, accipiemus. Quod autẽ acceptum fuerit ab angulo, cui relationem fecimus, minuendũ uel addendũ fore decreuimus. Verbi gratia: Quoniã augmentũ quod fit per has 6 horas positas, 12 temporum fuerat, & quia præcedentis loci longitudinẽ ab unoquoq; duorũ angulorũ trium horarũ temporaliũ, quæ sunt medietas de 6, posuerimus, accipiemus dimidiũ 12, quod addimus supra 58, uel minimus ex 70, inuenimus augmentũ esse 60, quod si fuerit huius loci lõgitudo à quolibet duorũ angulorũ, duarum temporalium horarũ, quod est illarũ 6 horarũ pars tertia, tertiã partem de 12, quæ superatio sunt, accipimus, quod est 4. Si autẽ illæ horæ longitudinis à medio cœli longitudo fuerint, addimus illa 4 tempora super 58. Si uero fuerint longitudo ab occidente, illa eadem 4 de 70 minuemus. Idoneum est igitur, ut ex hoc modo quantitates temporũ prædictarũ longitudinũ, sicut conuenit, & oportet, addiscamus. Remansit autẽ nobis unamquamq; speciem rerum præmissarũ ipsi alhileg obuiantiũ notificare, quæ illarũ quæ breuioris sunt tẽporis, fuerint occidentia, & quæ fuerint ex his quæ uocantur felimecaturã, & alia etiam quæ obuiare dicuntur. Cuius rei cognitio erit ex scientia iniquæ obuiationis impedientis, & bonæ iuuantis, quę secundũ mox prædictum modũ euenire dicunt, necnon ex initiis annorũ sequentium, super quos locus ille, qui ipsi alhileg obuiauerit, significationẽ habere nõ dubitatur. Nam cum iniqua et infortunata fuerint obuiationis loca, fuerint'q; loca stellarũ in annorum subsequentiũ initiis, impediẽtia loca dominantia, illud quod inde proueniet ueraciter esse mortẽ, nobis scire nõ est incongruũ. At si alterum istorum duorũ tantum bonum fuerit, id quod inde cõtinget, magnum felicaturã esse nõ dubitamus, quę sunt impedimenta grandia magni timoris. Quod si utraq; bona fuerint, pigritiẽ & debilitatẽ, uel impedimentum, aut exulationẽ seu perigrinationes inde contingere manifestum est. Proprias autẽ species in unaquaq; istarum rerum contingentes, ex similitudine loci rei obuiantis rebus natiuitatis deprehendemus. Et cum quãdoq; dubitauerimus, qui locorũ earum interfectores esse debeant, nihil nobis prohibere poterit, qui existimemus & obseruemus res, quæ in unaquaq; re nati perueniunt ad alhileg, & in hoc quod inde futurũ est, id quod ei assimilatur, quod ex accidentibus iam contingit, & apparuit, prosequemur, eorum'q; modũ omniũ considerabimus, eò quod modus in perfectione eorum, quæ per ea cõtingũt, æqualis fortitudinis est in omnibus. Secundũ hoc igitr̃ nostrã inuestigationẽ, & eorum augmentũ ac diminutionẽ constituemus.

al. climatirtos

De forma & figura corporis nati, ac de ipsius complexione. Cap. XI.

POst electionis uitę perfectionẽ, formam & figurã corporis ex rebus particularibus, sicut ordinatim conuenit, enarrare primitus incipiemus, eò quod corporis qualitates naturaliter animæ qualitates præcedunt, ideo quia cum corpus spissius sit, q̃ plura in eo apparentia, quæ ipsius coadunationi sunt propria cum ipso nascuntur. In anima uero nõ apparent, nisi esse quæ per primã occasionẽ post

 natiuitatem

natiuitatem & creationē ipſa fuerit pedetentim. Illa quidē, quæ ſunt extra corpus, multo
poſt in futuro tempore poſt iſta contingunt. Conuenit autem nobis in uniuerſalitate rei-
horizontem orientalem, & ſtellas quæ ipſum ſequuntur ex erraticis, uel dominos diſpo-
ſitionis ex ipſis eo modo, quo prędiximus, obſeruare. In rei uero particularitate eſſe Lunę,
Forma hominis unde. uelut hic iterum nobis cōſiderare conuenit, eo quod forma, modusq́; corporū nō niſi
ex natura figurarum iſtorum duorum locorum, & ex figuris planetarum, qui ſunt eorū
diſpoſitores, ac ex commixtione eorum, quæ ſunt in unaquaq; ipſorum ſpecie, necnō ex
figura ſtellarum fixarum cum eis aſcendentium deprehenditur. Et illæ quidem, quarum
uires aliarum uires præcedunt, ſunt ſtellæ dominatrices diſpoſitionis; quas poſt adiuuat
iterum qualitas ipſis eiſdem locis propria. Res particularis, quæ leuiter & abſolute ex eo-
Saturni complexio. rum modis enuntiari poteſt, eſt id quod ſubiungitur. Primum ergo quod in ſtellis dici-
mus, eſt quod cū Saturnus orientalis extiterit, ſubaudi & fuerit diſpoſitor ſolus, erit natu
ra in figura mellini coloris, mediocrisq́; craſſitudinis, pili eius erūt nigri, capilliq́; capitis
criſpi, pectorisq́; pili ſpiſſi, oculi mediocres, corpus temperatæ magnitudinis, & ſuper ip-
ſius complexionem uincet frigiditas & humiditas. Quumq́; fuerit occidentalis, erit na-
tus ſubniger, macilentus, parui corporis, planos & raros habens capillos, aptæ coaduna
Iouis. tionis, oculi eius nigri, & in ipſius complexione uincet ſiccitas. Cum Iupiter autem do-
minus diſpoſitionis locorum prædictorum extiterit, & orientalis fuerit, erit natus albi co
loris, & conueniētis mediocrisq́; capillaturæ, oculi eius mediocres, aptæ ſtaturæ, quanti-
tatisq́; moderatæ, in eius complexione calor & humiditas præualebunt. Sed ſi fuerit occi
dentalis, erit albus, præter quod nō adeo erit aptæ albedinis, ut ſupra diximus, erūt etiam
illius capilli plani, & ex anteriori parte caluꝰ, oculi mediocres, & ipſe corporis mediocris,
Martis. uincet in iſtius complexione humiditas. Cumq́; Mars orientalis extiterit, albedinis & ru-
bedinis erit eius forma, particeps bonæ quantitatis & idoneæ carnietatis, oculi eius uarii,
capilli ſpiſſi & mediocres, in ipſius complexione præualebūt calor & ſiccitas. Si occiden-
talis autem extiterit, natus tantū rubei coloris erit, & moderatæ quantitatis corporis, par-
uos habens oculos, & raros ac planos capillos, ac flauos, uincet in eius complexione ſic-
citas. Veneris quidem opera, Iouis operibus aſſimilantur, præter quod ea quæ per ipſam
Venus. contingunt pulchriora ſunt, & magis recipiuntur, eiusq́; pulchritudo mulierū pulchri-
tudini magis aſſimilatur, erit etiā melioris figuræ & cōuenientioris qualitatis animę, cor-
porisq́; mollioris eſt. Item ex ipſius proprietatibus eſt oculos ſubruffos & idoneos facere.
Cum Mercurius item orientalis extiterit, natus coloris mellis aſſimilatur, eritq́; in quanti-
Mercurius. tate corporis moderatus, aptæ coadunationis, paruorum oculorum, capillos habēs me-
diocres, & illius complexione calor præualebit. Sed ſi occidentalis fuerit, erit natus ſub ni
gredinis, croceiq́; coloris participans, macilentus, uocem habens exilem, & cauos orbes,
erit etiam ipſorum oculorum pupilla, uelut pupilla oculi caprini, declinans rubedini. In
ipſius complexione ſiccitatem præualere nō dubitatur. Vnamquamq; uero iſtarum ſtel-
Sol & Luna. larum adiuuat Sol & Luna cum eis aſſociantur in figura. Sol etenim adiuuat in figura
& formoſitate, ac in corporis pinguedine: Luna uero generaliter iuuat in temperie & ma
cie uel humiditate, maxime autem cum ab eo ſeparatur, particulariter etiam erit eius auxi
lium ſecundum proprietates illius, quod ei ineſt ex lumine, quemadmodum in huius li
bri principio narrauimus. Stellæ item generaliter cū matutinales fuerint, & apparuerint,
magna corpora facient, & cum in ſtatione prima fuerint, uigorem ac fortitudinem eis tri
buent, cumq́; præibunt, ea cōtemperabunt, & cum in ſecunda ſtatione ſe mouerint illa
debiliora facient, cum autem occiderint eorum miſeriam & impedimenta, ac grauitates
operabuntur. Ipſa iterum eadem loca, in quibus fuerint, nati formam & figuram, eiuſ-
demq́; complexionem, ut prædiximus, adiuuabunt. Vniuerſaliter etiam quarta, quæ à
puncto æquinoctiali uernali uſq; ad ſolſtitialem æſtiualem producitur, natum boni co-
loris, ſtatusq́; conuenientis, aptæq́; carneitatis, oculorū bonorum fore demonſtrabit, &
in ipſo calor & humiditas præualebunt. Quarta uero, quæ à ſolſtitiali æſtiuali, uſque ad

æquino-

æquinoctialem autumnalem punctum distenditur, temperatam & mediocrem corporis quantitatem & competentem carneitatem, grandes oculos, spissos capillos, atque crispos nato donabit, uincet in eo calor & siccitas. At quarta, quæ à puncto æquinoctiali autumnali, usque ad solstitialem hyemalem protrahitur, colorem mellinum, atque maciem, gracilem'que uocem, spatulas amplas, capillos mediocres, aptos oculos natum habere designabit, & in eo frigiditas & siccitas præualebunt. Quarta autem, quæ à solstitiali hyemali usque ad uernalem punctum equinoctialem collocatur, nigrum colorem, & temperatam corporis quantitatem, planos capillos & raros, aptam'que coadunationem nato dare non dubitabimus, uincet in eo frigiditas & humiditas. Particulariter autem loca, quorum figura figuris humanis assimilantur ex figuris, scilicet inter circulum signorum & extra conformatis, aptæ & temperatæ coadunationis corpora conformabunt. Illa uero, quorum figuræ non sunt uersus temperiem corporis, in hoc, quod eorum figuris assimilantur imitari probantur, & eorum membra suis membris qualibus assimilari similitudine faciunt, ea nanque ad magnitudinem uel paruitatem, ad fortitudinem quoque seu debilitatem, ad cõuenientem uel inconuenientem coadunationem faciunt fore procliuiora. Nam illa quæ ad magnitudinem ea producunt, sunt, ut Leo, Virgo, Sagittarius: ad paruitatem, ut Piscis, Cancer, & Capricornus. Item id, quod ex Ariete, Tauro, Leone, uersus eorum initia, & in altiori arte fuerit, ad pinguedinem membra faciet meliora & procliuiora. Quod autem uersus inferiora, & eorum extrema locatur, ea maciei magis applicat. In istorum uero cõtrario, id quod ex Sagittario, Geminis, & Scorpione uersus sua principia ponitur, ad maciem declinare facit, & illud quod istorum extrema sibi uendicat, facit ea ad pinguedinem procliuiora. Item Virgo, Libra, & Sagittarius uersus temperiem & bonam coadunationem corpori producunt. Scorpius autem, Pisces, & Taurus illa remouent à temperie. Aliarum itaque figurarum qualitates & aliter obseruare, eas'que adinuicem conferre, & proprietates in forma corporum & eorundem complexione, & earum omnium rerum commixtione coadunatas nobis inde coniicere conuenit.

De impedimentis & infirmitatibus nati accidentibus corpori. Cap. XII.

QVoniam enarratio impedimentorum & infirmitatum accidentium corpori, præmissa subsequitur, hanc inuestigando speciem prosequitur, quæ est ut subiungitur. Cum in isto loco hoc iterum generaliter scire, cupimus duos angulos hemisphærii, qui sunt ascendens & occidens, proprie autem ipsum eundem occidẽtem, illud etiam quod ante ipsum est, quod id esse manifestum est, cuius nullam cum ascendentis angulo colligationem fore dicimus, duas quoque stellas infortunas, & qualis sit earum qualitas, respectu horum locorum, nos obseruare cõuenit: nam cum utræq;, uel earum altera, respectu graduum ad loca prædicta ascendentium, in ipso eodem loco, uel in eius quarto seu opposito aspectu fuerint, infirmitates & impedimenta in ipso nati corpore contingentia euenire non dubitabimus. Maxime autem, cum alterum uel utrunq; luminare fuerit in angulis, eo modo quo prædiximus, uti in eodem secundo uel duobus adinuicem oppositis sit utrunq;, tunc etenim non solum confortatur infortunarum alterum, cum ad eos ascenderit post luminaria, & in angulo fuerit infortuna, ad aliquid ex prædictis infirmitatibus faciendum, ut infirmitates quas hemisphærii loca significant, & loca signorum, naturæ'q; stellarum infortunantium & infortunarum: stellæ quoq; quæ eis associantur in figura, uerumetiam super hoc iterum confortatur, cum ascenderit ante luminaria, eò quod uniuscuiusq; signi partes circundantes partem recipientem, lumen ex hemisphærii partibus, dico partem impedimenta suscipientem, eam corporis partem, in qua futurum continget significant, designant etiam, utrum id, quod eueniet, impedimentum sit uel infirmitas, aut utrunq;. Naturæ quoq; stellarum impedimenta & casus specificant, eò quod Saturnus habet

Quæ mẽbra cuiq; planetarũ ascribãtur

nus habet ex dignioribus partibus hominis auditum dextrum, splenẽ uesicã & flegma. Iupiter uero tactum, pulmonẽ, costas, cartilagines, ac sperma. Mars autem sinistrum auditum, rigõnes, uenas & testiculos. Sol uisum, cor, & cerebrum, neruos, & omnia dextræ partis membra. Venus odoratum, epar, carnem. Mercurius locutionem, deliberationem, memoriam, linguam, fel, atq; nares. Luna gustum, & deglutitum, stomachũ, uentrem, mulierum pudenda, & omnia sinistræ partis membra. Impedimenta uero generaliter contingent in maiori parte, cum infortunatrices stellæ, quæ sunt eorum occasio, fuerint orientales. Infirmitates autem euenient, cum eædem stellæ fuerint occidentales, eò quod inter utrunque istorum duorum, est separatio, nam impedimenta non nisi semel contingent, nec multum durabunt, infirmitates uero, uel semper durabunt, aut reciprocando contingent. In rebus uero, per quas accidentia particularia deprehẽduntur, cum ipsæ propriæ experimentatæ sunt, & obseruatæ figuræ, & qualitates inuentæ sunt, infirmitates & impedimenta significantes, quod deprehensum est ex accidentibus, quæ sequuntur, & accidunt in parte maiori, secundum consimiles positiones stellarũ in qualitatibus. Erit enim in altero oculorum uisus amissio, cum Luna sola fuerit in prædictis angulis, fuerit'q; in ipsa hora coniunctio uel preuentio, uel cum fuerit in alia figura cum Sole, & habuerit alictisal, cum aliqua stellarum alaceha, quæ nubibus assimilantur, & sunt in signorum circulo, uelut stella nubilosa, quæ est in Cancro, & athoraie quæ est in Tauro, & cacumen sagittæ Sagittarii, cauda quoq; Scorpionis, & id qnod est circa aldhafera ex partibus Leonis, necnon calbez Aquarii. Cum'q; Luna fuerit in aliquo angulorum occidentalis, fuerit'q; Mars solus orientalis, uel Mars & Saturnus orientales, euntes ad eam à longe, uel si Sol fuerit in angulorum aliquo, & ante eum hæ duæ stellæ ascenderint, uel si duobus luminaribus associentur in figura, & utrunq; luminaria in uno eodem'q; signo, uel in oppositis, & respectu Solis, matutinales extiterint, Lunæ'que respectu uespertinales, in utroque oculo futura contingent. Per Martem igitur, id quod ex amissione uisus prædiximus, eueniet aliquo actu, uel ferro, aut combustione. Et si Mercurio fuerit associatus in figura, continget hoc ex luctamine, uel ludo, siue per hoc, quod ei ab iniquis fiet. Saturnus autem faciet hoc ex oculorum albugine, uel frigiditate, aut iaculatione, & ex his similibus. Item cum Venus in aliquo prædictorum angulorum, & proprie in occidentali fuerit, & extiterit cum Saturno, uel ei in figura associata fuerit, sua'que loca commutauerit, & fuerit Mars eleuatus super eam, uel in eius oppositione, cõtinget ex hoc hominibus nõ habere filios, mulieribus aborsum, & partus intempestiui. Quandoque etiam puerorum detruncationes inde contingent, & proprie in Cancro ac Virgine, & in Capricorno, & cum Luna ab oriente habuerit alictisal cum Marte. Quod si hoc iterum modo Mercurio & Saturno Venus associetur, eleuetur'q; super eam Mars, uel sit in eius oppositione per diametrum, natus erit absque testiculis, aut hermophroditus, uel clausus. Et cum hoc ita fuerit, & Sol iterum in figura fuerit associatus, & masculina fuerint luminaria, & Venus, & Luna occidentalis infortunæ'que in gradibus sequentibus, si natus fuerit masculus, ementulabitur, uel in suis impedimenta testiculis accidẽt. Maxime autem cum hoc in Leone, Ariete, siue in Scorpione aut Capricorno, seu Aquario fuerit. Si femina uero fuerit, erit sterilis, & forsan istorum aliquis oculorum impedimenta non effugiet. Nati quidem, quorum linguæ tenentur in loquendo, & qui balbutientes exiftũt, sunt hi, quibus Saturnus & & Mercurius in prædictis angulis cum Sole fuerit, maxime quidem cum Mercurius occidentalis extiterit, & uterq; Lunæ in figura associatus fuerit. Mars autem si cum his duobus stellis fuerit, ex quo Lunæ associetur, suarũ linguarum tenacitatem in parte maiori denodabit. Item cum ad infortunatrices stellas in angulis infortunatis iuerint luminaria, uel cum in opposito luminarium infortunatrices fuerint, proprie autem cum Luna fuerint in altero duorum nodorum, uel in casmon, aut in signis infirmãtibus, ut Aries, Taurus, Cancer, Scorpius, & Capricornus, contingent corpori gibbositatis impedimenta, uel alicuius mẽbri destructiones, ut claudicatio,

Pueri balbutientes.

dicatio, deficcatio aut disiunctio. Quod si fuerint cum luminaribus infortunatrices, ab ipsa horum partus, hæc eadem impedimēta contingent. Si autem in cœli medio fuerint, & super luminaria eleuentur, fuerintq́ꝫ loca earum in longitudine cum eis, aduenient hæc impedimenta per accidentia maxima, plena timoris, ut præcipitatio, uel casus in manus latronum, seu per quadrupedia. Et si Mars eleuatus extiterit, & dominetur, ex combustione ignis, uel ex plagis maximis, siue quia in latronū manus incidet, hæc contingent impedimenta. At si Saturnus eleuetur & dominetur, hæc eadem accident impedimenta ex præcipitatione, uel submersione, aut ex paralysi. Impedimenta quidem, quæ frequentius accidunt, cum Luna in duobus punctis æquinoctialibus, & duobus solstitialibus existit, sunt hæc. Cum fuerit itaqꝫ Luna in puncto æquinoctiali uernali, impedimentum inde contingens erit proprie morfea: & si fuerit in puncto solstitiali æstiuali, erit impetigo: & in puncto æquinoctiali autumnali, erit albaras: at si fuerit in puncto solstitiali hyemali, frequentius inde contingens erit lentigo, & similia. Accidunt autem infirmitates, cum infortunæ prædicto modo associantur in figura Soli uel Lunæ, modo tamen contrario, id est, ut Soli associentur, & sint matutinales, & associentur Lunę, & sint uespertinales. Illud autem, quod generaliter ex infirmitatibus continget, est id quod subiungitur. Complexionem uentris nati, faciet Saturnus frigidam & ualde flegmaticam, aut ex humoribus ad membra discurrentibus, macilentum, morbidum, & ictericū, plagam etiam in intestinis, tussim, sputum, cauleg atqꝫ lepram, & cum his omnibus accidet mulieribus dolor uuluæ. Mars autem sputum sanguinis & melancholiā, quæ ex nigris coloribus prouenit, apostemata in pulmone atqꝫ scabiē, & cum hęc accidēt, ei semper impedimenta ex incisionibus & adustionibus in eo factis, propter infirmitates, quas in occultis locis patientur, ut sunt ficus atqꝫ fistulæ, & id quod in corpore nascitur & amplificatur, aut quemadmodum sunt ulcera calida, ignea, necnon & ulcera quæ corodendo crescunt, mulieribus etiam cum his accident puerorum aborsus, & eorum detruncationes. Prædictæ quoqꝫ naturæ stellarum, quę adinuicem associantur in figura, proprias infirmitates in membris corporis quandoqꝫ faciunt, quas in augmento malitiæ Mercurius adiuuat. Saturnum enim iuuat in infrigidando, & proprie in decursu humorum ad membra, & in eorum nocumentis. Maxime autem in his quæ ad palatum & pectus atqꝫ stomachum discurrunt. Martem uero iuuat in deficcando, & in his quæ ex deficcatione proueniunt, ut sunt crustę ulcerum, et escare, dubailet & herisipila, et impetigines iniquę, melancholia, frenesis, epilepsia, & his similia. Hæ iterum habent quandoqꝫ proprietates secundum signorum differentias, in quibus fuerit earum societas in prædicta figura, quę super duos angulos fuit, nam Cancer, Capricornus, & Pisces, & omnia signa, quorum figuræ syluestribus animalibus atqꝫ piscibus assimilantur, infirmitates proprie generant, quæ corrodendo augmentantur, impetigines quoqꝫ, excoriationes, scrofulas, fistulas, lepras, & his similia. Sagittarius autem & gemini faciunt casum & epilepsiam, & his similia. Cum'que in postremis partibus signorum stellæ fuerint, accidens infirmitas proprie in corporis exstremis apparebit, quod euenit propter impedimenta ei contingentia, & propter humorum decursus, per quos lepra prouenit, & secundum maiorem partem podagra & chiragra inde contingit. Cum hæc ita fuerint, si fortunæ non associentur in figura stellis infortunantibus, quæ sunt horum occasio, nec luminaribus etiā in angulis existentibus, erunt infirmitates, & impedimenta inde prouenientia ualde grauia & incurabilia. Idem iterum eueniet cum eis associantur in figura, & super eas eleuatæ fuerint fortunæ, uel magis fortes. Cum autē in suis dignioribus figuris, & fortiores infortuniis, quæ sunt operum occasiones, fortunæ fuerint, tunc non erunt impedimenta turpia, nec ad uerecundiam, erunt etiam infirmitates leues, quæ cito quiescunt, hoc similiter eueniet, cū fortunæ fuerint orientales. Iupiter etenim occultat impedimenta, & quiescere facit infirmitates aliorum, auxiliis ei causa pecuniæ uel probitatis attributis. Cum'qꝫ fuerit cū Mercurio, delebit infirmitates cum medicaminibus, uel per iustorū medicorū

Luna in punctis æquinoctialibus.

medelas. Venus autem decorabit impedimenta, parte quadam decorationis causa, diuinis occasionibus uel prophetiis, infirmitates quoque quoquo modo lenit, & eas medicaminibus diuina occasione prouenientibus cessare facit. At si Saturnus cum ea fuerit, erit hoc notum & manifestũ, uel horum æquipollens. Et si Mercurius cum ea fuerit, fiet hoc cum proficuo & lucro patientis, quod propter hoc patietur, illi continget.

De *qualitatibus animæ nati.* Cap. XIII.



Odus quidem, quo corporis accidentia prognosticantur, est hic, quem prędiximus. Ex animarum uero qualitatibus, id quod proprie intellectui, & rationi pertinet, per Mercurii qualitates semper agnoscitur. Illud autẽ, quod est irrationabilitatis exaltatio, duum luminarium grossis corporibus propinquiori, quod Luna dicitur, necnon ex stellis in figura ei associantibus, & cum ea alictisal & alinchiref habẽtibus deprehenditur. Quapropter quoniam motus animæ, eiusq́ue qualitates multorum sunt modorum, ut eorum inuestigatio uno eodẽq́ue calle plano, & qualitercunque procedat, nullatenus conuenit, sed ut multis obseruationibus, diuersisq́ue considerationibus attendatur, eo quod signorum differentia, in quibus Luna Mercuriusq́ue, & eorum domini fuerint, proprietatum animæ qualitates multum iuuant. Societates iterum figurarum stellarum in prædictis, respectu Solis, & angulorum partem habentium, qualitates quoque naturis uniuscuiusque stellarum proprie animæ motibus auxiliantur. Ex signis igitur mobilia generaliter faciunt animã res unionis & uniuersalitatis, atque ciuitates diligere eam. Item laudem affectare compellunt, ac diuinis cogitare, & esse acuti ingenii, laudabilis motus inuestigatricem, liberalem, aliis bonæ opinionis, & in stellarum iudiciis peritam. Communia faciunt eam multiformem, leuis mutationis, difficilem ad cognoscendũ, agilem, amantem, instabilem, dolosam, multiuolã, amatricem musicæ, habilẽ, perspicacis intellectus, pœnitibilẽ. Signa uero fixa faciunt eam rectam, infallacem, immobilẽ, boni ingenii, quietã, intelligentem, patientẽ laborum, toleratricem, rigidam, refrenantem uoluptates, inuidam uoluntatis, efficacem, imitatricem, amatricem, contentiosam, transgressoriam, inconuertibilem. Ex stellarum qualitatibus, earumq́ue figuris, id quod orientale fuerit & ascendens, proprie aũt id quod in sua almiua sibi propria fuerit, faciet animam liberam, idoneam, & in sui ipsius consilio confidentem, rigidam, acuti ingenii, largam, & apertam. Stellarum autem matutinalium stationes, & cum in medio cœli fuerint, faciũt animas cogitatrices, fixas, memores, quietas, intelligentes, magnanimas, immobiles, inconuertibiles, infallaces, cognoscẽtes, operarias, inuestigatrices, in ueris scientiis peritas. Ascensiones quoque stellarum in noctis exordio, & earum occasus, faciunt animas leues, agiles, debiles, laborum intolleratrices, leuiter passibiles, infortunatas, pusillanimes, efficatrices, pusillanimiter magnas, tentantes, fessas, tarde mobiles, solitarias. Stationes quidem stellarum uespertinalium, & cum fuerint in cœli medio, qui sub terra est, occasus etiam Veneris ac Mercurii uespertinalis, cum tempus diurnum fuerit, & earundem matutinalium occasus, cum tempus nocturnum extiterit, reddet animam mundam, puram, & sensatam, inconuenientis memoriæ, illa oratricem, nullius laboris amatricem, rerum secretarum inuestigatricem, & occultarum inquisitricem, uelut nigromantię, absconditorum, rerum altissimarum, ac scientiæ instrumẽtorum & machinarum operum mirabilium, & iudiciorũ stellarum, eam etiam faciet prophetatricem, & secundum artes augmentatricem, somniorum interpretem, & his similia. Item stellę, quæ rerum animarum dispositioni dominantur, cum in suis locis, suisq́ue haiz sibi propriis atque similibus fuerint, sicut in præmissis explanauimus, animarum proprietates apertas faciunt, quarum effectus nihil impedire poterit, & quarum unaqueque parte sola manebit & prosperabitur. Maxime aũt cum unæ eædemq́ue stellæ duorum locorũ dominatrices fuerint, id est, ut loco Mercurii qualitercunque associentur in figura, & à Luna seperentur, uel habuerint cum ea alictisal, quod si

quod si non ita fuerit ut dictum est, uel si in locis sibi non propriis extiterint earum propriæ naturæ, qualitates animæ non apertas, sed occultas facient, & imperfectas, quæ non prosperabuntur. Naturæ uero stellarum illis dominantium, uel super eas eleuatarum animarum humanarum opera rigida, suis'que subiectis nociua faciunt, uelut iniusti homines & iniqui, quibus propter infortunatum similitudinem hæc contingunt, quæ cum dominantur, ipsorum motus ad alios impediendum leues faciunt, quod nihil prohibebit, nulla'que erit in eo difficultas. Cum autem istis dominabuntur stellæ, quæ fuerint ex haiz, earum haiz contrariis, eos infirmi nominis esse faciunt, nec prosperabuntur, & ex eis supplicia sumentur. Necnon etiam, quemadmodum iusti homines & æqui, quibus per similitudinem fortunarum hoc accidet, super quas cum nihil eleuetur, aliis benefacere gaudebunt, & illud commendabunt, nec aliquod eis inde damnũ continget, imò eorundem bonitas, sui proficui erit occasio. Cum autem earum contrariæ stellæ super eas eleuentur, continget prædictorum contrarium, & propter eorum mollitiem atque quietem dilectionem etiam in hominibus & pietatem, paruipẽdentur ab hominibus, & inculpabuntur, & eis uiolentiam inferent. Hæc igitur est uia generalis, qua sensatæ & rationales animæ qualitates prognosticantur: proprietates autem particulariũ, quę ex stellarum naturis, secundum earum dominium contingunt, elocutione generali edocebimus, usquequò ad commixtionem, quæ generali calle deprehenditur, perueniamus. Cum solus igitur Saturnus dispositioni rerum animarum dominetur, fuerit'que dominus Lunæ & Mercurii, si respectuũ mundi, & angulorum conueniens fuerit, natus iustos homines amabit, & erit rigidi profundi'q; consilii, in sui etiam ipsius consilio permanebit. laboriosus erit, & disputator, quandoque autem à ueritate modicum declinabit, erit'que locuples, & appetitor regni, uersipellis, thesaurizator, subterraneus, inuidus. Si autem in huius, quod diximus, contrario extiterit, ut inconuenienter uidelicet existat, natus fuerit immundus, uilis, pusillanimus, insciẽs, in suo tantum consilio permanens, inuidus, inaudax, ab hominibus seperabitur, in uerbis dolosus, amator occultationis & lugubrii, inuerecundus, infortunatus, laboris amator, neminem diligens, deceptor amicorum, nunquam gaudebit, bonorum maleuolus. Quod si Ioui assimiletur, secundum quod prædiximus, eius'q; qualitas commendabilis fuerit, natus erit iustus, senes honorabit, erit'q; sani cõsilii, adiutor regni, cognitor, magnanimus, bonæ notitiæ, dilector amicorum, quietus, intelligens, patiens, philosophus. Sed si huius stellæ qualitas prædictis contraria fuerit, natus erit ignarus benefacere, insensatus, circa diabolica conuersabitur, in oratoriis commorabitur, futura prædicet, abhorrebit habere filios, non habebit amicos, morabitur in cryptis & speluncis, cum hominibus nõ conuersabitur, nec in eo quis confidet, erit insipiens, malus, debilis, honorem nõ amabit, pœnitens, malę receptionis, electionis malæ, laboris patiens. Quod si Marti assimiletur, & ipse bonæ qualitatis, & laudabilis existat, erit natus non cognoscens, ualde laboriosus, miser & imbecillis, nocens. magna cum timore tentabit, erit grauis baratator, non pius, omnia peruipendet, immoderatus, bellicosus, animam suam ponet in timore, amabit cõturbationes, proditor erit, aliorum perturbator, inuidiæ pessimæ, pro euentu aliquo eius anima mutabitur, homines laborare faciet, ui pręerit aliis, transgressor, odio reges habebit & principes, amabit hypocrisim & uictoriam, inuidus, malæ profunditatis, erit grauis ad tolerandum, rusticitate plenus, intolerabilis, ostentator sui, iniquus, hominibus nocebit, & eos uilificabit, ac odio habebit, nec mutabitur, nec alterabitur, intromittet se de pluribus, & ab eis leuiter recedet, erit artifex, & studens generaliter, etiam prosperabitur. Sed si hæc stella fuerit in prædicti contrariũ, natum faciet esse deprædatorẽ, ac uiarũ abscisorẽ, miserũ, malæ qualitatis, et mali lucri, deum nõ timebit, nec aliquẽ amabit, blasphemator, perturbator, latro, deceptor, proditor, interfector, incestus, malus, impius, homicida, nigromanticus, deprędator oratorii, fornicator, sepulchrorum uiolator, generaliter nequam erit in omnibus. Quod si Veneti Saturnus assimiletur, & ipsa bonæ qualitatis existat, natus mulieres

Saturnus solus dispositionis dominus.

abhorrebit,senes & roncinos amabit, eritque malæ receptionis, honorem non appetet, abhorrebit formosa,erit inuidus,malę societatis,ab hominibus segregabit,et in suiipsius consilio confidet, deum uerebitur,eritque celati consilii,malæ legis,amabit occulta, diuinator,de diuinis cogitabit, pacificus, uerecundus, amator scientiæ, fidelis, abstinens, deliberator,ab immundis se abstinens,tædiosus,& in mulieribus zelotypus:hæc autem stella cum fuerit in prædicti contrarium,natus erit fornicator & immundus,turpia committet in suis, turpis adulter, à mulieribus se decipi permittet, maxime autem á suis consanguineabus, erit ualde miser, imbecillis omnibus modis, circa uenereos actus absque intermissione sollicitabitur, abhorrebit formosa, maledicus, superbus, cælabitque animum, uilis, sceleratus, in coitu turpiter & extra naturam Veneri subiicietur: hic autem cum annosis & uilibus hominibus, & contra legem,cum bestiis etiam facere desiderabit,deum non uerebitur, uilipendet secreta, & orationis domos fassana, castasa, & omnia uilipendet, erit nigromanticus, & de omnibus se intromittet. Quod si Mercurio Saturnus associetur,& ipse bonæ qualitatis existat, erit natus rerum atque legum inquisitor & inuestigator,amabit medicinæ scientiam,occultus,occultorum deliberator,mira faciet,sophista erit,leuis, dispositor,boni ingenii, amaræ animæ, inuestigator acutus, amator intelligentiæ & operum, ei etiam bene continget. At si hæc stella fuerit in prędicti contrarium,erit natus inuidus, animæque turbidæ, laboriosus,odiosus, habebit consanguineos,erit laboris amator,tristis,in nocte turbabitur,portentor,deceptor in suis negociis, non associabitur hominibus,latro,sciens, nigromanticus, incantator, uersutus, nõ prosperabitur.

♃ Iupiter autem cum solus extiterit dominus dispositionis animæ,si laudabilis qualitatis fuerit, erit natus magnanimus, largus,iustus, uerecundus, hilaris,homines amabit atque formosa, liberalis, æquus, magnæ cogitationis, mansuetus, egregius,in suis operibus pius,benefaciet hominibus,amabilis ductor. Quod si fuerit in prędicti contrarium, erit qualitas animæ nati similis prædictis, præter quod in his erit debilior; & magis occultus, absque bono intellectu, loco nanq; magnanimi, erit prodigus, loco iusti,seruiet diabolo,uel erit malæ opinionis, uerecundiæ loco,erit caudardus, & loco mansueti erit superbus,erit etiam loco diligendi homines bonæ qualitatis animæ,loco amandi formosa, diliget delectationes, at loco magnæ cogitationis, erit contumax, & pro libertate inscius, & his similia. Quod si Marti Iupiter assimiletur, & qualitatis ipse laudabilis existat, erit natus uersutus, placitator, bellicosus, dispositor, tunc agens fortissimus,& nulli humiliabitur,erit etiam homo exercituum & operum,cupiens uindicari, & penitus superare, semetipsum dominum faciet, eritque rerum inuentor, rei ueritatem non ignorabit,prouidus erit & magnanimus, prosperabitur,quæret etiam honorari,iracundus,rerum cognitor,multisque multa mandabit. At si hæc eadem stella in huius prædicti contrarium extiterit,erit natus blasphemator, & uerborum perturbator,impudens, nullius rei celator, uilipensor aliorum, hypocrita, mendicus, superbus, inobediens,deprædator,leuiter alterabitur,læuis,pœnitens,instabilis,uilis,infidelis,nullius notitiæ ac consilii,insensatus,raptor, suorum amissor, & generaliter diuersarum erit qualitatum,modorumq; mutabilium. Quod si Veneri fuerit similis,& laudabilis qualitatis existat,natus erit simplex,amans nitiditatem,& magisteria, atque rerum inuestigationes,cantos etiam & iocos, atque comestiones appetens, eritque bonæ qualitatis animæ, pius, sani cordis, deum amabit, & illi seruiet,cupiet etiam amore dei, laboriosus esse, erit sensatus, & amans, humilis, animæ splendidæ, gratificus, munificus, librorum lectiones nullatenus abhorrebit,erit rerum cognitor,et circa legitimos ueneris actus temperatus, suos etiam consanguineos amabit, honoris nominisque formam concupiscet, generaliter quidem erit iustus & probus. Sed si hæc stella fuerit in prædicti contrarium,natus erit illaboriosus,dalicatæ uitæ, muliebris animæ, saltator,eius ira mulierum iræ assimilabitur, erit prodigus, in rebus mulierum insensatus, procus, libidinosus, delinquens, capillorum ornatus amabit, semetipsum extollet, nescius suorum, amissorum

amissorum gaudebit, in hominum erubescentia leuiter impedietur, sui compos erit, fe-
mineí que sensus, in rerum ecclesiasticarum dilectione præualebit, in rebus præcedet, erit
occultator, & fidelis, omnium malorum ignarus, cunctis obnoxius, in suis operibus
commendabilis, & liberalis in omnibus quæ fecerit. Quod si Mercurio Iupiter assimi-
letur, & fuerit qualitatis idoneæ, erit natus in librorum lectionibus assiduus, amabit syl-
logismos, & erit geometra peritus in quadriuio, uersificacor ac sermocinator, acuti inge
nii, humilis, boni consilii, laudabilis in moribus, beneficus, dispositor, bonæ qualitatis
animæ, dapsilis congregationis, bonæ opinionis amator, bene & subitò incepta perfi-
ciet, erit homo regiminis, bonæ credulitatis, medicus regis, deum diliget, bonæ animæ,
amabilis, consanguineos amabit, indolis erit bonę, amator scientiæ, homo diuitiarum.
Quod si hæc stella prædicti contrarium obtinuerit, erit natus stultus, stultiloquus, fre-
quenter falletur, miser, continget ei alantusimus, diuinis adhærebit, impetuosus erit, a-
maræ animæ, cum sit stultus, sapientem se putabit, superbus, perturbator, in alterius ser-
uitute semetipsum collocabit, motus erit inordinati, uerbosus, bonæ memoriæ, homo
doctrinæ & appetitus rigidi. Quod si Mars animæ dispositioni solus dominetur, & lau ♂
dabilis qualitatis existat, natus erit fortissimus, & potens, iracundus, armorum appeti-
tor, animosus, ponet animam suam in mortis periculo, nulli se humiliabit, destructor,
in suis confidet uiribus, primus in bello, uilipendet omnia, uiolentiam hominibus in-
gerit, & erit homo regiminis. At si hæc eadem stella fuerit in istorum, quæ prædiximus,
contrarium, natus erit tediosus, blasphemator, sanguinis effusor, contrarietatum ama-
tor, consumptor, garrulus, stultus, superbus, deprædator, in ipsius maleficiis inordina-
tus deinceps consanguineos abhorrebit, & deum ignorabit. Si uero similis Veneri fue
rit, & idoneæ qualitatis extiterit, natus erit alacer, & bene morigeratus, suos amabit so-
cios, mollis uitæ, iocosus, bonus homo, aptæ complexionis & formæ, amabit saltatio-
nes, procus, homo diuitiarum & quietis, uir leuis in coitu, ei tamen inde continget be-
ne, sibí que præcauebit, sapiens, uerecundus, & cognitor, item libenter habebit rem cum
uiris & mulieribus, erit etiam deuastator, leuis iracundiæ, & zelotypus. Quod si hæc ea-
dem stella in prædicti contrarium conuersabitur, natus multus ac superfluus erit in coi-
tu, diuersarum que qualitatum, omnes uilipendet, delinquens erit, blasphemator, men-
dax, proditor, suos & alienos decipiens, appetitus festini, fastidiosus, coniugatarum &
uirginũ corruptor, & uersutus, acutus, inordinatus, deceptor, peierabit, ideó que in ru-
borem & uerecundiam subito cadet, insensatus, semetipsum fortassis adornare cupiet,
impetuosus, turpia cõmittet, & horridus erit. Quod si Mercurio Mars assimiletur, & com
mendabilis qualitatis existat, erit natus conductor exercituũ rector, festini motus, potẽs,
amans, sapiens, laboriosus, cogitator, uersutus, proditor, instabilis, astutus, malorũ ope-
rum, leuis intellectus, deceptor, hypocrita, uersipellis, cõtumax, grandis inquisitor, rixarũ
amator, eí q; tamen inde bene continget, suos similes diliget, & eos bene recipiet, genera-
liter quoq; nocebit inimicis, & suos iuuabit amicos. Si uero fuerit in prædicti contrariũ,
natus erit destructor, inobediens, fatuus, & deceptor, pœnitens, inordinati motus, men-
dax, latro, deum ignorabit, falsò iurabit, uersutus, homo contrarietatis, sapiens, hypo-
crita, manifeste nequam, blasphemator, uiarum abscisor, parietum transfossor, interfe-
ctor, præcantator, proditor, nigromanticus, ac homicida. Cum que Venus sola fuerit do
mina dispositionis animæ, qualitatis que laudabilis extiterit, erit natus iustus, & quietus, ♀
multarum delitiarum, sensatus, homo deliberationis, amans saltationes, ualde zeloty-
pus, impietates abhorrebit, amabit magisteria, & deum multum uerebitur, etiam erit
pulchræ formæ, bonæ qualitatis, & bonorum somniorum, amabilis, pius, benefi-
cus, prosperabitur, & generaliter subseruiet Veneri. Et si eadem stella in eorum, quæ
prædiximus, contrarium fuerit, natus erit piger, procus, effeminatus, eius etiam quali-
tates mulierum qualitatibus assimilabuntur, erit nullius animositatis, nulliusque no-
titiæ, nominis infirmi, & qui leuiter ad lapidem pedes suos offendet. At si Mercurius

assimiletur,

assimiletur, & idoneæ qualitatis fuerit natus, amabit magisteria, & scientias, doctus erit, & acuti ingenii, uersificator, musicam amabit, & omne commendabile, erit etiam aptæ qualitatis animæ, homo delitiarū & quietis, alacer, suos amicos diliget, erit'que bonæ legis intelligēs, equorū amator, erit boni etiā ingenii, & bonæ existimationis, recto'q; calle procedet, libenter addiscet, à semetipso meliorabitur in discendo, bonorū ac proborum mores hominum imitabitur, istis'que uiris assimilabitur, aptus in loquendo, in uerbis alacer, erit etiam amabilis, temperatæ qualitatis animæ, æquus defensor, cognitor, magnanimus, postponet mulieres, cum pueris aget, erit'que zelotypus. Quod si in istius contrarium fuerit, natus erit uersutus, & multæ astutiæ, maledicus, faciei duplicis, bilinguis, mali consilii, deceptor, mendax, perturbator, falsus, immunda faciet, profunde malus, in cōsiliando proditor, nec amabit, nec amabitur, decipiet mulieres, & destituet pueros, erit homo malorum operum, culpans & uituperans alios, omnia quærens facere, sed quandoque ad bonum, nonnunquam ad malum, plurima tempora perpetrabit, & in multis ac diuersis rebus culpabitur. Mercurius autem, cum solus fuerit dispositionis dominus, animæ & qualitatis idoneæ, erit natus boni intellectus, acuti ingenii, rerum antiquarum relator, erit'que multarum probitatum & experimentorum, dialecticus, rerum naturæ præloquutor, scientiarum inuestigator, beneficus, deliberator, bonæ existimationis, doctus in quadriuio, creditorum occultator, & ualde prosperabitur. Si autem in prædicti contrarium extiterit, erit natus deceptor & uilis, alios errare faciet, secundum suum consilium procedet, leuis, festini motus, leuiter conuertetur, sanus, ignorans, magnæ fallaciæ, mendax, inordinatæ qualitatis, instabilis, infidelis, inobediens domino, faciet iniustitiam, generaliter autem multæ erit fallaciæ. Et cum hæc ita sint, nobis tantum scire conuenit, quod Lunæ qualitas hæc, quæ prædiximus, utcunque iuuabit, nam cum fuerit in locis anecaf, finis septentrionalis & meridiei, uariationes qualitatum animæ iuuabit, & eas subito faciet alterare. Si autem in aliquo duorum modorum extiterit, acuitates qualitatum animæ iuuabit, & ut ipse festinanter operetur, efficiet. Item cum Luna fuerit ascendens, aucta lumine, significationes augmentabit, & erunt apertiores, necnon magis necessariæ. At si minuta lumine, uel sub radiis Solis extiterit, eas faciet magis esse absconsas, & non ut ita fortiter contingat, operabitur. Iuuat etiam utcunque in his quæ prædicta sunt, Sol ita cum stellis, quæ dispositioni animæ dominantur, similis existat: nam cum eis assimilatur, si eius qualitas commendatur, erunt animæ qualitates magis directæ, & ipse remotior ab obliquo, necnon potentior & largior, atque fidelior, legis'q; melioris. Cum autem Sol in prædicti contrarium fuerit, nec stellæ assimiletur, erunt animæ qualitates deteriores, ipse'que miserior ac infimus, maioris'q; laboris in suiipsius consilio magis permanebit, stultus erit, & grauioris uoluntatis, generaliter etiam ad meliorandum difficilis.

Mercurius. *Luna.*

De impedimentis animæ. Cap. XIIII.



QVoniam impedimentorum animæ propriorum elocutiones, narrationem proprietatum eiusdem, utcunque sequuntur, in ipsorum notitiam Mercuriales ac Lunares qualitates adinuicem & eorum ad angulos atque infortunatrices stellas nobis generaliter & scire & obseruare conuenit. Nam cum Luna & Mercurius adinuicem non colligantur, uel cum qualibet stellarum, quarum qualitates impediunt in orientali horizonte, super eos eleuetur, aut eos circundet, uel in eorum oppositione maneant, multorum impedimenta modorum animæ qualitatibus aduenire significabunt. Hoc quidem ex prædictis propriis qualitatibus stellarum, quæ locis assimilantur, cognoscere & explanare satis apte poterimus. Nos autem in his quæ in demonstrando proprietates animæ præmisimus, plurima impedimenta ex impedimentis debilioribus animæ, utcunq; iterum explanauimus, & fortassis earum augmentationes ac fortitudines ex superabundantia

dantia operum stellarũ infortunantium deprehendemus, propterea quod si quis animæ qualitates coërceri nequeunt, impediméta nũcupauerit, siue intendantur, siue remittant circa qualitatem temperatã, eas bene & proprie nominabit. Illud aũt, quod minus superabundat, & uelut infirmitas est, & quod omnino naturã excedit, ac in parte intellectus animæ sit, & in parte recipiente impressionem, sicut dicã deprehendetur. Epileptici itaq; sunt frequentius hi, in quorum natiuitatibus Luna & Mercurius, nec ad inuicem, uelut prædiximus, nec cum orientali horizonte colligantur, & cum hoc etiam in earum diurnis natiuitatibus Saturnus, in nocturnis uero Mars fuerit in angulis, ita tamẽ, quod ipse huic qualitati dominetur. Insani uero sunt hi, in quibus hoc erit, in eorum contrarium quæ prædiximus, id est, qualitatis dominus sit in nocte Saturnus, in die uero Mars, maxime autem, cum in Cãcro uel in Virgine seu Piscibus fuerit. Dęmoniaci quidem, & qui nuncupantur aurotafelis, id est, in quorum capitibus superabundat humiditas, sunt hi, in quorum natiuitatibus infortunarum qualitas, quemadmodum diximus, extiterit, & ipsæ dominatæ fuerint Lunæ, ipsáq; Luna fuerit ascendens sub Solis radiis, eiúsq; dominus in coniunctione Saturnus extiterit, in præuentione uero Mars, maxime autem in Sagittario & piscibus. Quod si utręq; tantum infortunæ hac in qualitate uicerint, erunt animæ infirmitates incurabiles, nõ erunt tamen feroces, & ignorabuntur. Si autem utræque fortunæ, id est, Iupiter & Venus, ei similes extiterint, & utræq; infortunæ in occidentis angulo, fortunæ uero in orientis angulo manserint, licet ferocissimas, curabiles tamen generabunt ægritudines. At si Iupiter fuerit ille, qui ei assimilabitur, infirmitates medicaminibus curabuntur, siue per dietas, siue per antidota. Quod si Venus ei similis fuerit, prophetiis uel diuino auxilio repellent ægritudines. Quod si in orientali angulo infortunę, & in occidentali fortunæ fuerint, erunt ægritudines incurabiles ac feroces, minúsq; manifestæ, infirmitates epilepsiæ semper cum clamore & timore mortis durabunt. Insani uero, sensúq; carentes, nullatenus retineri poterunt, & suos consanguineos impedient, atq; turpia dicent, & his similia dæmoniaci, eorum etiam infirmitates, & humiditatis superabundantiam, quæ capitibus nocet entusimesemus, & detecta nimis, ac saltus impetuosos & in homines facientes, eos percutient, & his similia. Quædã uero locorum, in quibus illa qualitas fuerit proprio iuuamine quandoque iuuabunt. Loca nanque Solis & Martis proprie iuuant, ut sit insania. Loca uero Iouis & Mercurii epilepsiæ iuuant infirmitates. Veneris autem locus per prophetias, & ut occulta dicantur, adiũuat. Saturni autem, Lunǽq; loca dæmoniacos & humorum iuuant impedimenta. Plurimæ igitur species infirmitatum in agente parte animæ contingentium sunt hæ, quas prædiximus, quę secundum naturam suam generaliter per huiusmodi qualitates adueniãt. Differentiæ uero, quæ proprie in parte recipiente dispositionem accidunt in augmento ac diminutione rerum naturalium masculinis & femininis nimis apparebunt. Ad quarum prognosticationem illa uia, quæ prædictæ uiæ assimilatur perueniemus. Postquam Luna Solem, quemadmodum ibi, cum Luna Mercurium posuerimus, & Veneris ac Martis ad ipsos similitudinem obseruauerimus. Post horum igitur explanationem ostendemus, quod si sola luminaria in signis masculinis fuerint, ea quæ sibi naturalia sunt, homines nimis exercebunt. Mulieres autem, ea quæ sibi contra naturam sunt, nimium operabuntur, & quæ sibi naturalia sunt, in uires & masculinitatem animæ conuertentur. Item si Mars & Venus, uel eorum alter masculinus fuerit, in naturalibus rebus Veneris ualde conuersabuntur homines, & nimis circa uitium illud sollicitabuntur. Ex rebus etiam coitus turpia, quæ contra legem fuerint, festinanter facere desiderabunt. Mulieres autem innaturales actus cupidinis plus æquo perpetrabunt, & erunt thahahetat, id est, adinuicem in agendo commiscebuntur. Si Venus autem sola masculina fuerit, id quod inde perpetrabunt, erit occultum, & ignorabitur. Sed si Mars masculinus extiterit, ita erit illud manifestum, quod quandoque mulieres, quæ cum eis conuersabuntur, quasi sibi proprias uxores fore demonstrabunt.

Epileptici.

Demoniaci.

Quod si

Quod si eædem stellæ in prędicti contrariũ fuerint, id est, ut sola luminaria cum prędictis qualitatibus in signis femininis extiterint, mulieres ea quę sibi naturalia sunt, operabunt. Viri autẽ ea quæ sibi sunt cõtra naturam, cõmittent, & cum mollitie ac feminitate animę naturalia transgredientur. Item si sola Venus feminina fuerit, illegitimos actus Veneris mulieres nimis adimplebunt, frequentius tamen ad naturalia declinabunt, & cum quolibet, adeo, quod nulli coitum denegabunt, seu deformis, seu contra legem fuerit: homines autem erunt effeminati ac molles, & ad innaturales actus Veneris procliuiores, neminem etiam ab illicito coitu prohibebunt, præter quod occulte illud perpetrabunt. Item si Mars femininus extiterit, istorum duorum utrunqꝫ, id est, fornicationem & turpitudinẽ, actusqꝫ illicitos detectos, & absqꝫ frontis rubore facient, ita quod præ nimia detectione blasphemabuntur & uituperabuntur. Orientales autem & matitunales qualitates Venę ris & Martis in masculinitate detectionem adiuuant. Eorum autem uespertinalis & occidentalis qualitas in femininitate iuuat occultationẽ. Similiter etiam si Saturnus cum eis fuerit, horriditates & putredines, ac coinquinationes, magnamqꝫ uerecundiã eos incurrere iuuabit, eo quod ipsius natura unumquodqꝫ istorum de more iuuat. At si Iupiter cũ eis fuerit, rerum pulchritudinem atqꝫ decorem, aptamqꝫ uerecundiam augmentabit. Et si cum eis Mercurius fuerit, rerum detectionem, & futurorum festinationem, suarumque specierum multitudinem & augmentum adiuuabit.

Venus sola feminina.

CL. PTOLOMAEI QVADRIPARTITI LIB. IIII. PROOEMIVM.



Rerum igitur, in quibus ea quæ ante partum sunt, & quę in ipsius hora partus contingunt, necnon & omnia quæ post partũ sunt, obseruari possunt, id quod ei proprium ac naturale est, & quo totum eius esse naturaliter probatur, quammaxime demonstrauimus. Eorum uero quæ extrinsecus accidũt, eorum scilicet, quorum enarratio opportune præmissa subsequitur. Primũ est in substantia & ualetudine nati prosperitatem iudicare, & ipsius in substantia prosperitatẽ collectim cum rebus corpori pertinentibus enarrare, necnon eiusdem in ualetudine prosperitatem, simul cum rebus ad animam pertinentibus enodare.

De prosperitate nati & substantia. Cap. I.



Qualiter rerum substãtiæ qualitas adueniat, & à sola parte fortunæ notitiam deprehendamus oportet, quàm id quod est inter Solem & Lunam obseruando, & ab ascendente in diurnis ac nocturnis natiuitatibus propter rationes, quas in elocutione uitæ monstrauimus, proiiciendo semper addiscemus. Huius autem obseruationis uia est, uelut subiungitur. Stellas igitũ, quæ ipsius signi dispositioni dominantur obseruabimus. Et quę sit earum fortitudo atqꝫ similitudo, sicut prædiximus, considerabimus. Itẽ stellas quæ eis associant in figura, uel quæ super eas eleuant, siue sint ex earũ haiz siue ex haiz cõtraria, similiter obseruabimus. Nã cũ prædictæ partis dispositores, fortes extiterint, erit natus multarũ diuitiarũ. Maxime autem, si testimonio similitudinis eis testificentur luminaria. Præter quod Saturnus nati diuitias ex ædificationibus, uel ex terrarum cultibus, aut ex nauigationibus prouenire significabit. Iupiter uero designabit, quod eius diuitiæ ex commendationibus, uel ex baiula, aut ex qualibet probitate congregabuntur. Mars autem significabit illius diuitias, & exercituum dominio, regimineqꝫ prouenire. Venus ex amicorum donationibus, uel ex mulieribus eas coadunari denunciabit. Mercurius quidem ex mercationis industria diuitias affluere significabit. Quod si Saturnus propriæ parti substantiæ assimiletur, & Ioui in figura associetur, significabit hæreditates, quas hæreditabit, maxime autem cum in altis angulis fuerit, uel si in signo cõmuni Iupiter extiterit, aut cum Luna iterum ittisal habuerit,

Quam uiã ditescendi quilibet planeta significet.

buerit, tunc enim significabit, quod natus lucrabitur, & extraneorum hæreditatem hæreditabit. Stellæ quidem, quæ fuerint ex haiz, stellarũ dispositionem habentium, cum eis testificantur nati dispositionem apud eum remanere, & saluare designabunt. At si stellæ quæ ex haiz cõtraria fuerint, super loca auctoritatis eleuentur, uel ad ipsa subsequentes eant, amissionẽ substantiæ demonstrabunt. Vniuersaliter uero tempus, in quo istud eueniet, ex stellarum quæ futuri sunt, occasio aspectibus ad angulos, uel ad loca ad angulos ascendentia deprehendetur.

De prosperitate & ualetudine nati. Cap. II.



Es aũt ualetudinis, & eiusdem in ualetudine prosperitates, ex luminarium ac ex stellarum ea circundantium qualitatibus, & ut eorum itidem similitudinem cum hoc attendimus, & obseruare necesse est. Cum enim utraq; luminaria in signis masculinis fuerint, & utrumq;, uel eorum alterum in angulis extiterit, maxime autẽ illud, quod dominus haiz fuerit, & quinq; stellæ erraticæ ea circundederint, circundantes'q; Solem matutinales, & Lunam ambientes uespertinales extiterint, ipsum natum regem fore nõ dubitabimus. Sed si stellæ, quæ ea circundant, in angulis item extiterint, aut cum angulis supra terram existentibus, in figura societatem habuerint, erit natus magnæ ualetudinis atq; potentissimus, & rex mundi. Eius etiã fortuna, cum stellæ circundãtes dextræ fuerint, et angulis super terra existentibus fuerint associatæ, augmẽtabitur. Cum autẽ cæterarũ stellarũ qualitates uelut hæc qualitas fuerit, solus'q; Sol in signo masculino rotauerit, Luna uero in feminino, & eorũ alter in angulis fuerit, natus erit homo solius regiminis & interfector. Quod si cũ hoc circundantes stellæ in angulis nõ appareant, nec eis testificentur, erit natus magni nominis tantũ & eius ualetudo uelut illius, q uni parti dominabitur, apparebit, seu uelut dominiũ baiuli, seu dominium exercitus, & non ut dominiũ Alcaidis, qui toti regno disponit. At si non luminaria, sed quamplures illarũ stellarũ circundatricum in angulis extiterint, uel cum eis in figura societatem habuerint, nõ erit tantæ ualetudinis, nec etiam magni nominis, & ignorabitur. In disponendo tamen ciuitatibus præualebit, & in rebus dispositionis uitæ mediocris erit. Si autem stellæ quæ luminaria circundauerint, nullam cum angulis similitudinem habuerint, natus in suis operibus miser & infelix apparebit. Quod si luminaria nec in angulis, nec in signis masculinis extiterint, nec ea etiã fortunæ circundederint, erit in extremo miseriæ & improsperitatis. Via igitur, qua in harum rerum inuestigatione est incedendum, est hæc quam in augmento ualetudinis, ac diminutione monstrauimus. Quam plures autem qualitates, quæ sunt inter augmentum & diminutionẽ, per ea quæ in illa specie particularis alterationis inuenta sunt, quam habent luminaria et stellæ, quæ ea circundederunt, & quæ circundantibus disposuerint, nos obseruare debemus. Nam cum dispositrices dominæ haiz uel fortunæ fuerint, natus in ualetudine magis durabit. Si autem contrariæ haiz dominentur, aut sint infortunæ, eius ualetudo debilis apparebit, & leuiter transibit. Res uero futuræ ualetudinis ex propriis stellarum qualitatibus, quæ luminaria circundant, sunt obseruandæ. Cum huius etenim rei dispositor Saturnus fuerit, fortitudo ualetudinis in multitudine substantiæ, & in longregatione pecuniæ permanebit. Sed si Iupiter uel Venus extiterit, erit eius fortitudo in iocunditatibus & donationibus, atq; in honorificẽtia & magnanimitate. Quod si Mars fuerit, erit in dominio expeditionum, & in uictoriis, ac in suorum subditorum timore. Et si Mercurius fuerit, erit in intellectu & disciplina, ac rerum dispositione.

De magisterio nati, & eius opere. Cap. III.



Pus quippe nati, eius'q; magisterium duobus modis per solem scilicet, cœli'q; medii signũ dignoscitur. Nam stella quæ de sub radiis Solis egressa, mane modicum apparuerit, & quæ in cœli medio fuerit, proprie autem si cum Luna ictisal habuerit, nobis obseruare necesse est. Quod si hæc duo, quæ prædicta sunt, in uno tantum planetarũ inuenerimus, eum solum in his

obseruabimus. Si autem alterum eorum uni planetæ, alterum uero nulli cōtingat, eum cui tantum alterum continget, obseruandum fore sancimus. At si idem planeta, qui de sub radiis Solis egressus, mane modicum apparuerit, & in cœli medio fuerit, & alius prę ter ipsum Lunam aspexerit, erit uterq; considerandus. Illum autem, qui secundum multitudinem numerorum auctoritatum propriæ dispositionis, uelut præmissum est, alteri præualebit, prēmittemus. Si quem autem planetarum de sub solis radiis egressum, mane modicum apparere, uel in cœli medio moueri nō inuenerimus, medii cœli dominum accipiemus, præter quod in tardis operibus hoc euenire manifestū est, cuiuscunq; etenim huiusmodi qualitas fuerit, ociosus in maiori parte permanebit. Hæc uia est igitur, qua ad cognitionem qualitatum stellarum, quarum est operis ac magisterii dispositio, necnō earum quæ ocium significant, peruenimus. Qualitas autē operis & magisterii nō nisi ex trium stellarū proprietatibus, quæ sunt Mars & Venus, & Mercurius, necnō ex signorū, in quibus fuerint qualitatibus, deprehendentur. Nam si Mercurius author operis & magisterii fuerit, natus erit baratator & computator atq; doctor, mercator etiam ac numerator, rerum cognitor & immolator, per stellarum quoq; uires iudicabit, & generaliter in librorum lectionibus, ac eorum expositionibus uersabitur, dabit etiam & accipiet. Quod si Saturnus ei testificetur, erit alienarum rerum dispositor, & somniorum interpres, uel in domibus dei occasione alicuius notitiæ seu diuinationis, quæ in eo erit, cōmorabitur. Sed si Iupiter ei testificeť, erit natus author legis, & sapiens, cum probis etiam hominibus conuersabitur. Quod si auctoritas operis & magisterii fuerit Veneris ex odore florū & specierum, seu ex uino uel tinctione, aut pigmentis, uel ex his quæ ad ornatum pertinent, se intromittet, uelut mercati species, & medicamina, ac florū uariationes, adornare, & cauponare seu texere, uel pigmenta mercari, aut pingere, & colores uariare, uel seritexere. Et si Saturnus ei testificetur, erit eius mercatio in superfluitatibus & mollitiis, eritq; peceptor atq; nigromanticus, & his similia. Sed si ei testificatur Iupiter, erit luctator, & coronarum compositor, erit etiam aptus diuitiis, & eius affluent diuitiæ mulierum occasione. At si Mars Soli in figura associetur, eius opus & magisterium cum igne demorabitur, uelut opus coqui, conflatorisq; metallorum, necnō opus ęraminis ac minerarum auri: quod si Soli non associetur, nati magisterium in ferro tractabitur, ut naues componere, arare, architectari, lapides abscindere, in annulorum lapidibus sigilla sculpere, arbores findere, & his similia. Si Saturnus ei testificetur, erit nauigator & natator, aquarum allator, & coquus, pictor etiā, & qui in balneis morabitur. Sed si Iupiter ei testificetur, erit miles, & pœnarum minister, ac decimator, hospitator etiam ac lamo. Item si duo planetæ magisterii dominium habuerint, fuerintq; Venus & Mercurius, exercebit se in musica, uel ludis, aut in cantationibus, seu cantationum inuentionibus, uel in qualibet specie reperiendi cantus. Maxime autem, cum in sua commutabuntur loca, tūc erit natus ioculator, bana stellarum & feminarum licitator, iocosorum etiam instrumentorum magister, & factor fidium, eritq; pictor, prædicator, derisor, & incantationum inuentor. Quod si Saturnus eis testificetur, erit eius opus & magisterium in his, quæ prædicta sunt, in mercationibus, & uendet ea quibus mulieres adornantur. Si Iupiter autem eis testificetur, erit placitator & computator, & semper in locis congregationis hominum, & circa regias portas commorabitur, docebitq; pueros, & in rebus uulgi sollicitabitur. At si operis ac magisterii dominium Mars & Mercurius habuerint, erit doctus in compositione imaginum & armorum, eritq; sculptor in rebus, quibus diuinæ domus utuntur, & animalium imagines faciet, eritq; luctator, medicus, chirurgicus, maleficus, fornicator, & chartarū falsificator. Sed si Saturnus eis testificetur, erit natus interfector, & aliorum uestimenta diripiet, eritq; uiarum abscisor, & in cauernis morabitur, erit etiam & deceptor. Quod si Iupiter eis testificetur, arma duellaq; diliget, erit etiam rector & procurator, ac uersipellis, opera diliget, & circa extraneos sollicitabitur, & ex huiusmodi lucrabitur. Item, si domini dispositionis operis fuerint Venus & Mars, natus erit tinctor, & specierum uenditor, aurique & argenti, ca

Mercurius autor magisterij

Venus.

Mars.

genti ac plumbi magister, erit agricola, & cum armis iocabitur, ac medicamina conficiet, & erit medicus. Et si Saturnus eis testificetur, ad immolandum animalia deo sollicitabitur, mortuos induet, & deflebit funera, ac ad sepulchra cantabit. Quolibet etiã modo diuinabit in locis occultis, & ubi cantus exercentur funebres, & sanguis effundetur, habitabit. Ac si Iupiter eis testificetur, in orationis domibus assidue morabitur, & augur existet, & in feminis maritandis sollicitabitur, & ad effectum perducet, & inde erit eius uita, erit & delitiosus, & dissolutæ cogitationis. Proprie autem unicuique signorum figuræ, in quibus stellæ quæ dominantur, operi mouentur, magisterii differentias quolibet modo iuuant. Signa nanque, quorum figuræ figuris hominum assimilantur, omne magisterium scientiarum, quibus opus habent homines perfectione iuuant. Signa uero, quorum figuræ quadrupedum figuris assimilantur, iuuant magisteria mineratum, mercationum, ac ædificationum, atque dolandi. Signa autem solstitialia & æquinoctialia translationis & uariationis, ac geometriæ, ac agriculturæ, necnon rerum domorum orationis magisteria iuuant. At signa, quorum figuræ ferarum & aquaticarum animalium figuris assimilantur, magisteria quæ sunt ad humiditatem, & in quibus humectantia ponuntur, auxiliantur, herbarum etiam, compositionis nauium solertiam, fallita quoque & fallientia iuuant. At si Luna proprie loco magisterii dominata fuerit, & post coniunctionem ad Mercurium iuerit, & in Capricorno, uel Tauro, seu Cancro, erit natus sapiens, & immolator, & obseruabit aquarum uasa. Si autem fuerit in Sagittario, uel in Piscibus, per mortuos diuinabit, & malignos etiam spiritus de loco ad locum moueri coget. Sed si fuerit in Virgine, uel Scorpione, erit nigromanticus, & astrologus, indicabit occulta, & prædicet futura. Quod si in Leone, uel Ariete, uel Libra fuerit, erit propheta, & somniorum interpres, ac sapiens. Hæc est igitur uia, quam ad magisteriorum qualitates, eorum´que species rationabiliter cognoscendas nobis obseruare conuenit. Eorum autem uirium quantitates per stellarum fortitudines, quæ dispositioni dominantur, sunt obseruandæ. Nam cum orientales, uel in angulis extiterint, erunt illius magisteria, dignitatis & dominationis ac fortitudinis. Sed si occidentales uel cadentes fuerint, ab angulis eius, magisteria sub aliorum potestate constituentur. Sed si super eos fortunæ uicerint, illius magisterium erit conueniens & commendabile, atque quietum, nec in eo unquam decipietur. Sed si super eos uicerint infortunæ, erunt uilia, despectabilia, atque damnosa, & in eis decipietur. Quod si Saturnus impeditor fuerit, accidet ibi frigus, & prolongatio, ac pigritia. Si Mars autem impeditor extiterit, timor ibi atque destructio continget. Et si uterque fuerit impeditor, erunt in toto tempore uitæ suæ multa inconuenientia. Eorum autem augmentum ac decrementum ex stellarum qualitatibus, quæ futuri sunt occasiones secundum eorum habitudinem ad angulos deprehendetur, si matitunales seu uespertinales fuerint.

Stellarũ figurarum uis.

De coniugijs. Cap. IIII.

QVoniam post præmissa de matrimonio tractandum est, legitima uirorum & mulierum coniugia, quemadmodum subiungitur, nos obseruare conuenit. In masculorum itaque coniugiis Lunares qualitates hora natiuitatis uiri nos subtiliter inspicere non est inconueniens. Primitus etenim obseruandum est, si in altera duarum quartarum orientalium Luna permaneat, tunc etenim in iuuentute matrimonium faciet, uel post suorum annorum plenitudinem, iuuenculam in uxorem accipiet. Si autem in altera duarum occidentalium extiterit, tarde uxorabitur, uel sibi uetulam subarrabit. Quod si sub radiis fuerit, & in figura cum Saturno societatem habuerit, nunquam uxorabitur. Post hoc autem obseruabimus, si in unius figuræ signo Luna fuerit, uel si ad unum solum planetam

ictisal habuerit, uni soli copulabitur. Sed si in signo duum corporum uel multarum figurarum permanserit, & in eodem signo plus quàm ad unum planetam ictisal habuerit, sibi quamplures desponsabit. At si planetæ, cum quibus ex coniunctione uel aspectu ictisal habuerit, fortunæ fuerint, suæ sponsæ conuenientes erunt, & aptæ, si autem infortunæ fuerint, erit contrarium. Nam si ad Saturnum ictisal habuerit, erit eius uxor laboriosa, & ipsius qualitates erunt ferales. Si uero ad Iouem ictisal habuerit, conueniens erit & idonea, docta dispositione. At si ad Martem, animosa erit & indomita. Et si ad Venerem, erit formosa, ualdéque iocosa. Si autem ad Mercurium, erit boni intellectus. Item si cum Ioue uel Saturno, seu Mercurio Venus extiterit, in his quæ ad uitam pertinent, ei satis proderit, ipsum etiam & filios multum amabit. Sed si cum Marte fuerit, erit deuastatrix, ac instabilis, & non intelligens. In feminarum uero matrimoniis solares qualitates hora natiuitatis femineæ sunt obseruandæ. Nam cum Sol in altera quartarum duarum orientalium, scilicet, in figura, in iuuentute uiro desponsabitur, uel in senectute iuuenem pro marito accipiet. At si in altera duarum occidentalium extiterit, tarde marito coniugabitur, uel in prima iuuentute seni desponsabitur. Quod si in signo unius fuerit figuræ, & in eo planetam matutinalem inuenerimus, uni tantum uiro tradetur. Et si in signo duum corporum uel plurium figurarum extiterit, aut in figura plus quàm uni matutinali planetæ fuerit associatus, multos maritos habebit. Item si in figura Soli Saturnus associetur, erit suus uir probus, & iustus, ac laboriosus. Si uero cum Ioue Sol societatem habuerit, humilis erit & magnanimus: si autem cum Marte, erit crudelis, & nullius dilectionis, nec humiliabit se: & si cum Venere, erit probus & formosus, at si Mercurio associatur, in rebus uitæ proficiet, & erit laboriosus. Sed si cum Saturno Venus fuerit, eius uir erit fessus, & à ueneteis actibus se continebit: & si cum Ioue fuerit, suus uir erit bonus & iustus, ac uerecundus: & si cum Marte, erit acutæ complexionis, & circa uenereos actus ualde sollicitabitur, eritque fornicator: at si cum Mercurio permanserit, circa filios proprios erit ualde pius. Quod autem superius diximus ex duabus quartis orientalibus in Sole intelligendum est, esse dictũ de duabus quartis, quarum altera punctum ascendentis, altera uero punctum occidentis zodiaci circuli præcedit. In Luna uero, de duabus quartis, quæ sunt inter coniunctionem & præuentionem, quousque sit dimidium illius luminis hoc intelligere debemus. Ex duabus item quartis occidentalibus, illas quæ his prædictis opponuntur, intelligemus. Cumque luminaria conuenienter adinuicem in utraque natiuitate per aspectum associantur, id est, trino uel sextili se respexerint, proprie uero cum hoc fuerit ex tabdil, & maxime cum uirili natiuitate Luna Soli conuenienter in muliebri natiuitate fuerit associata, eorum coniugium nunquam dissoluetur. Qualibet etiam occasione dissoluetur, cum prædicta luminarium loca fuerint in signis, quæ adinuicem non colligantur, uel quæ per diametrum sibimet opponuntur, aut ex tetragona radiatione sese respexerint. Quod si ad luminaria, quę sibimet in idonea figura conueniant, suos radios fortunæ direxerint, coniugium in utrisque dilectione & iocunditate ac ualetudine permanebit. At si ea respexerint infortunæ, permanebit quidem, sed in litigio, & odio, ac damno. Similiter etiam euenit in eorum qualitatibus inconuenientibus, nam si luminaribus fortunæ testificentur, coniugium non omnino denodabitur, sed post separationem reconciliabuntur, & cum dilectione durabiliter permanebunt. Sed si infortunæ testificentur eis, erit separatio ualde litigiosa, & feritatis plena. At si solus Mercurius cum eis extiterit, manifeste separabuntur cum inculpationibus & querimoniis. Quod si Venus cum eis fuerit, continget hoc propter adulterium uel nigromantiam, seu propter huius similia. Qualiter autẽ fiat matrimonium per uenereas atque Martiales ac Saturninas qualitates demonstrabitur. Nam si cum luminaribus se conuenienter habuerit, erit coniugium idoneum, & legitimum, habetur etenim inter Venerẽ & utrunque prædictorum planetarum, uelut quædam habitudo, eius autem respectus ad Martem

De uxoribus.

Marito.

Diuortium.

ad Martem, uxorem iuuenculam fore demonstrabit, & inter eos est habitudo, quia unius cuiusque eorum exaltatio est in signo triplicitatis alterius, eius uero societas cum Saturno, uetulam uxorem fore significabit, inter quos etiam est habitudo, quoniam utriusque domus est in signo triplicitatis alterius. Quapropter Venus cum Marte qualitatem amoris efficit absolute. Cum quibus si Mercurius fuerit, erit hoc manifestum. Si fuerit in signis quidem utrinque communibus, ut Capricornus & Pisces, significabunt, quod propriæ sorori, uel suæ consanguineæ coniugabitur. Quod si in masculinis natiuitatibus in eisdem Luna fuerit, natus cum duabus sororibus, uel duabus consanguineis adinuicem uenereos actus exercebit: si autem in feminea natiuitate idem permanserit, eam duo consanguinei, uel duo fratres incestabunt. At si cum Saturno Venus extiterit, erit coniugium idoneum, longo'que tempore permanebit. Cum quibus si Mercurius manserit, erunt cum hoc eis ad proficuum. Quod si cum hoc etiam Mars iterũ cum eisdẽ fuerit, coniugium nõ erit firmũ, & eis nocebit. Si autem eius qualitas eorum qualitatibus assimiletur, mulier sibi uiro contemperaneo copulabitur. Si autem ipsa plus illis orientalis extiterit, uiro se minori desponsabitur, & uir uxorem se minorem subarrabit. At si magis occidentalis fuerit, mulier uiro se seniori nubet, uir autem uxorem se antiquiorem desponsabit. Item si Venus ac Saturnus in signis sibi communibus commorentur, ut Capricornus & Libra, erit coniugium inter consanguineos. Si autem huius prædictæ qualitatis Luna fuerit, & in ascendente, cœli'ue medio qualitas ipsa permanserit, natus cum matre, uel nouerca, seu matertera, mulier uero cũ prole propria, uel cum suæ sororis filio, seu cum suo genero ueneri militabit. Quod si Sol istius prædictæ qualitatis extiterit, & planetæ occidentales fuerint, natus filiæ, uel sui fratris, seu sororis natæ, aut proprii filii cõiugis, incestabit cubilia. Mulier autem cum patre uel patruo, seu matris uiro delinquet. At si hæc prædicta qualitas non in signis unius generis, sed in locis femininis fuerit, natus plus æquo Veneri decantabit, omnibus etiam modis agere, & pati sibi nullatenus erit difficile. Si autem quarundam figurarum prædicta hæc qualitas extiterit, cum hoc etiam in Veneris actibus turpiter conuersabitur. Sunt quidem hæ figuræ principia Leonis & Arietis, nec non quod Græcæ simile literæ λ uocatur, & hæc est eius forma λ cuius una stellarum aldebaram appellatur, est etiam illud, quod Græce uocatur calcas, est finis Leonis, facies quoque Capricorni inter easdem figuras numeratur. At si hæc qualitas in duobus primis angulis, qui sunt orientalis, & meridianus inuenta fuerit, erit in suis operibus manifestus, & ea in locis, in quibus homines in unum conueniunt, reuelabit. Si autem in ultimis angulis, qui sunt occidentalis & septentrionalis fuerit, erit eunuchus, & uarias calamo distinguet uoces, aut erit sterilis, uel sine uirgæ foramine. Sed si cum hoc in eis Mars fuerit, si masculus extiterit, eius uirga cum testiculis abscindetur, & si fuerit femina, ualde profunda erunt sua muliebria. In masculinis uero natiuitatibus, natorum qualitates in ueneteis actibus ex Marte generaliter, nos inuestigare conuenit hoc modo. Cum igitur à Venere uel Saturno separatur, ei'que Iupiter testificatur, natus in coitu erit mitis, & non immundus, nec Veneri, nisi solummodo à natura coactus, militabit. Si autem cum solo Saturno fuerit, à uenere prolongabitur, & in hoc erit piger & frigidus. Quod si Veneri & Ioui in figura associetur, leuiter ad ista promouebitur, & magnam inde uoluntatem habebit, semetipsum tamen inde redarguet, & coërcebit, à turpibus etiam & immundis sibi multum cauebit. At si cum sola Venere, uel cum Ioue solo absque Saturni aspectu fuerit, magnam stupri uoluntatem habere dicitur, & delicose uiuere cupiet. Sed si alter eorum uespertinalis, alter uero matutinalis fuerit, natus cum uiris ac mulieribus coire desiderabit, nec minus in uno quàm in alio sollicitabitur. Et si uterq; fuerit uespertinalis, in mulieribus tantum ueneri ministrabit. Quod si signa feminina fuerint, ipse forsitan ad turpes actus supponetur. Et si uterque matutinalis extiterit, cum

masculis solummodo scelus illud perpetrabit, & si signa fuerint masculina, omnibus modis circa masculos agere sollicitabitur. Quod si Venus magis occidentalis fuerit, cum uilibus mulieribus & ancillis, ac eis similibus, uenereos actus exercebit. Si Mars magis occidentalis existit, nobiliores se, aut maritatam, uel suam dominam cognoscet. In femineis autem natiuitatibus Venus est obseruanda. Si Ioui nanque & Mercurio in figura associetur, erit in coëundo mitis ac munda, & si absque Saturno fuerit, associata Mercurio, magnam coëundi uoluntatem habebit, & illud ualde facere desiderabit, sed tamen in maiori parte se inde refrenabit & uerebitur, turpes'q; coitus postponet. Quod si cum Marte solo fuerit, uel ei in figura associetur, uenereos actus & multum exercebit, & maximam exercendi uoluntatem habebit. At si cum eis Iupiter fuerit, & Mars sub radiis extiterit, rem cum seruis & miseris hominibus, uel cum extraneis sui generis habebit: sed si sub radiis Venus extiterit, cum nobilibus uel cum suis dominis meretricabitur. Si autem hi planetæ in locis uel figuris femininis fuerint, proprie in hominum coitu sollicitabitur. Et si fuerint masculini, diligent mulieres fricari, & inde magnam uoluntatem habebunt, & si Saturnus se accordauerit istis statibus antedictis in figura, & fuerit femininus, similiter dabit rationem in pollutione & uilitate luxuriæ. Quod si fuerit orientalis, & masculinus in solario, stuprum affectabit, uel uiros quos ex solario respexerit, adamabit. Iupiter autem semper hæc impedimenta mitigabit, Mercurius uero iuuabit eorum detectiones, & iuuabit eorum turpia.

De filijs. Cap. V.

QVoniam de filiis post matrimonium subsequenter tractandum est, planetas qui in loco zenith capitum nostrorum, aut in loco sequenti, qui est fortunæ, uel in loco, qui his in figura associatus extiterit, nos obseruare conuenit, quod si in hoc non inuenerimus planetas, qui eis per diametrum opponentur, considerare debemus. Lunam etiam, Iouem, atq; Venerem in dandis filiis, Solem uero & Saturnum, ac Martem in denegandis, uel in eorum paucitate considerabimus. Mercurium autem cum uno eorum, cum illo uidelicet, qui ei in figura associatur, quicunque fuerit constituemus. Qui si fuerit orientalis, dabit ei filios, & si occidentalis extiterit, eos auferet. At si datores planetæ fuerint soli erit ei unus filius. Qui si fuerint in signis duorum corporum femininis, erunt duæ. Similiter si in signis multorum filiorum, ut Pisces, Cancer, Scorpius fuerint, duo uel plures nascentur: Si autem masculini fuerint, in signis & in figuris, quas habent, respectu Solis, quod nascetur erit masculini sexus. Et si fuerint in signis & figuris femininis, id quod nascetur, feminini sexus esse non dubitabitur. Quod si super eos infortunæ uicerint, uel in signis sterilibus fuerint, ut in Leone & Virgine, filius quidem erit ei, sed infortunabitur, & non uiuet. At si Sol & infortunæ prædictis locis dominentur, & non respexerint fortunæ, hoc significat, quod non erit ei filius, & si in signis masculinis, uel sterilibus existant, & super eos infortunæ uincant, eum nullum filium habiturum significabunt. Et si fuerint in signis femininis, uel multorum filiorum, aut eis fortunæ testificatæ fuerint, ei filium, qui mendam aliquā patietur, uel qui breui uiuet tempore, nuntiabunt. Quod si utraq; alaiz in signis filios designātibus, partē habuerint omnes, uel quidam ex illius filiis ab hominibus abhorrebuntur, cuius rei quantitas secundum maiorem planetarum fortitudinem super alios aliquando alaiz testificantium apparebit, si contigerit, quod eorum maior uis sit secundum planetarum multitudinem, uel secundum maiores autoritates, aut quod sint plus oriētales, uel propiores angulo, seu altiores, uel ad angulos ascendentes. Et si præfatorum signorum, quæ filios dant, dominatrices stellæ in suis locis sibi propriis orientales extiterint, natus erit potens, magni'q; nominis. Si occidentales autem in locis alaiz sibi contrariæ fuerint, natus erit miser & ignotus.

ser & ignotus. At si horæ partiq́ fortunæ alligentur, natus usquequo ducat uxorem, remanebit, & à parentibus diligetur, & eorum hæres efficietur. Quod si non sibimet inuicem colligentur, uel sibimet in contrarium existant, natus erit litigator, & summum odium super parentes accumulabit, & eos male tractabit, nec eis in hæreditate succedet. Item si planetæ filiorum datores in figura conuenienter adinuicem associantur, fratres se mutuo diligent & honorabunt. Sed si non colligantur, uel in sui opposito per diametrum constituātur, natus fratrum aduersitatis illator & author existet. Res autem filiorum particulares per existimationem deprehendi possunt, cum planetam filiorū datorem in loco ascendentis posuerimus: Tūc etenim cuncta filiorum particularia, quemadmodum ex natiuitate sciuntur, generaliter agnoscemus.

De amicitijs & inimicitijs. Cap. VI.

Valitates quidem amicitiæ & inimicitiæ, quarum quæ durabiliores sunt amicitiæ & inimicitiæ nuncupantur, quæ uero minus sunt durabiles, in alio applicationes & repulsiones, communes appellantur, taliter inuestigare conuenit. In illis igitur qualitatibus, quas in rebus maioribus considerāmus, locáque in utriusque natiuitate dominio potestati magis conueniunt, id est, loca Solis & Lunæ, ac ascendentis, & partis, & fortunæ nos obseruare necesse est. Nam cum hæc omnia in eodem signo fuerint, uel partim, seu uniuersaliter loca commutauerint. Maxime autem cum inter utraque ascendens ferè decem & septem gradus extiterint, inter eos amorem fixum, qui nec separabitur nec turbabitur, fore dicemus. Si autem in locis, quæ adinuicem non colligantur, uel quæ sibi per diametrum opponuntur, rotauerint, summè discordabuntur, uel sibi inuicem longo tempore aduersabuntur. At si in neutro istorum modorum, sed solummodo in signis, quæ uicissim associātur, extiterit. Si ex trino uel sextili sese respexerint minor inter eos erit dilectio. Si autem ex quarto sese uiderint, minores inter eos discordias fore non dubitamus. Ita quod quandoque in eorum dilectione uerborum abscisiones intercident, & se alternatim paruipendent, hæc autem contingent, cùm infortunæ per figurarum loca transibunt. In discordia uero pax & concordia etiam cum fortunæ per figurarum loca discurrerint, interponentur. Quapropter quoniam amicitiæ inimicitiǽque modus, tribus modis existit, id est, quia istarum duarum qualitatum domini hoc ex natiuitate, uel causa lucri & damni, seu propter iram & gaudium fecere coguntur. Cum hæc omnia præfata loca, uel earum quàm plurima adinuicem assimilabuntur, amicitiæ ex his omnibus speciebus congregabuntur: si autem adinuicem non conuenerint, inimicitiæ ex eis colligentur, sed si eorum dilectio conuenientia uel conuenientiæ contrarium inter duo tantum loc luminarium fuerit, necessaria inde dilectio procreabitur, quæ uera & summa amicitia dicitur, in qua maxime confidendum est: Inimicitia uero necessaria & quàm potest esse deterrima, quæ nunquam cessabit, inde nascetur. Item cum ipsorum conuenientia, uel eius contrarium inter duo utriusque partis fortunæ loca fuerit, quod inde perficietur, causa lucri uel damni proueniet. Quod si fuerit inter duos ascendentes id quod efficietur, propter iram & gaudium euenire dicemus. Modos quoq; locorum, quibus hæc figuræ societas existit, & id etiam quod super ipsa eleuatur, necnon & planetas, qui ea respexerint, nos obseruare conuenit. In natiuitatibus enim, in quibus planetæ, qui super communis figuræ loca eleuantur in eodem ferè signo fuerint, uel in eo quod super illud eleuatur occasione amicitiæ & inimicitiæ in sua fortitudine & durabilitate ac sinceritate illis eleuatis planetis nos assignare conuenit. In natiuitatibus autem, in quibus planetarum aspectus fructuosus & idoneus adparebit occasionem fructus amicitiæ, & meliorationis inimicitiæ planetis ea respicientibus, attribuere non disconuenit. In qualitatibus uero communis amicitiæ & inimicitiæ, quæ contemporalis fit

poralis fit, & in quibusdam horaria, imò etiam momentanea reperiatur in unaquaq; istarum duarum natiuitatum, planetarum modos, id est, tempora, in quibus alhileg à locis stellarum unius natiuitatis recedens, ad stellarum loca natiuitatis alterius pertransibit, obseruare non est inutile, quia secundum hoc erunt amicitiæ & inimicitiæ particulares. Quæ suæ permanentiæ terminum breuiorem ante istius separationem non nouerunt, diurnitatis autem temporis spatium, donec alii stellæ coniungatur, metam non inueniet. Saturnus igitur & Iupiter, cum alter eorum ad alterius locum peruenerit, amicitiam inter eos ex agriculturis & hæreditatibus iudicabunt. Saturnus autem & Mars, cum alter alterius locum obtinuerit, spontaneas rixas & discordias inter eos generabunt. At ex Saturno & Venere societas & dilectio consanguineorum causa procreabitur, præter quia citissime terminabitur. Saturnus quidem & Mercurius eorum societatem & commixtionem in rebus uitæ, necnon dare & accipere, ac mercari, & horum similia significabunt. Per Iouem quoque & Martem, diuitiarum occasione, uel quolibet dominio uel dispositione, societas & amor inter eos procreabitur. Per Iouem autem & Venerem causa mulierum, uel diuini causa seruitii, aut per domos orationis, uel ex prophetiis, seu ex his similibus seinuicem adamabunt. Iupiter & Mercurius, occasione dialecticæ scientiarum & prophetiæ, spontaneam societatem indicabunt. Mars autem & Venus, ut ita dicam, ex drueria uel adulterio, seu fornicatione, aut Sodomitico scelere eos pariter associabunt, præter quod hic breuem, quia unus eorum est fortuna, & alter infortuna, durabilitatem habebũt. Mars quidem & Mercurius inimicitias & deceptiones ac rixas inter eos, occasione incantationum & nigromantiæ significabũt. Venus autem & Mercurius in uitæ rebus magisterii, uel musicæ, seu librorum, seu mulierum causa societatem inter ipsos adducent. Augmentum autem & diminutionem in communis amicitiæ & inimicitiæ uigore ex qualitatibus locorum, in quibus respectu quatuor locorum primorum, quorum est dominium & potestas, existunt, nos scire conuenit. Nam si in angulis, uel cum parte fortunæ, seu cum luminaribus fuerint, erit id quod significabunt planius & apertius. Si autem ab eis longe remoti manserint, nequaquam apparebit, eius autem ualetudines & nocumenta secundum proprietatem conuenientis uel inconuenientis qualitatis stellarum, præfata loca respicientium deprehenduntur. Tractare uero de seruis in dilectione uel abhorritione suorum dominorum erga ipsos, ex signo proprie, quod infortunii loco fuerit ex naturali similitudine, quam adinuicem habent planetæ, qui locum illum in ipsa natiuitatis hora respexerint, uel qui in ipso eodem'q; loco, seu in eius opposito fuerint, indicabunt, maxime autẽ si planetę, qui signo illi dominantur, cum locis dominii & potestatis eorum in figuratum societate conuenerint, uel si cum eis eiusdem generis fuerint.

De peregrinationibus. Cap. VII.


Es equidem peregrinationis, ex luminarium qualitatibus, angulorum respectu, deprehendetur, maxime autem ex qualitatibus Lunæ. Nam cum Luna occidentalis extiterit, remota ab angulis, peregrinationes, & de loco ad locum mutationes iudicabit. Similiter etiam Mars cum occidentalis fuerit, uel cum à zenith capitum declinauerit, & eius longitudo cum hoc à luminaribus longitudo oppositionis uel aspectus quartæ fuerit, quandoque operabitur. Quod si fortunæ pars iterum in signis iter significantibus ceciderit, erit tota eius uita, ac ipsius opera, & actus in locis extraneis. At si fortunæ loca prædicta respexerint, uel ad illa pertexerint, aut illa sequentes fuerint, ea quæ in peregrinationibus operabitur, idonea erunt, ac pauca & proficua, erit etiam ipsius à peregrinatione reditus festinus, atque leuis, nec ei unquam ab aliqua re contradicetur. Sed si ea infortunæ aspexerint, erunt illa ipsius opera laboriosa, & nociua, plena timoris, tarde'que ex peregrinatione

regrinatione reuertetur. Huius autem rei commixtio secundum planetas, qui his locis associantur in figura, sicut in præmissis ostendimus, semper apparebit. Cum'que luminaria in aliqua duarum quartarum orientalium fuerint, frequentius uersus orientis & meridiei partes iter aggredietur. Quod si in aliqua duarum occidentalium quartarum, uel in ipso eodem occidente rotauerit, uersus septentrionem & occidentem eius iter apparebit. At si ipsa signa, quæ peregrinationem significant, uel eorum domini unius formæ fuerint, fiet iter quandoque. Et si duum corporum uel duarum figurarum extiterint, erit iter continuum, diu'que durabile. At si Iupiter & Venus locis iter significantibus, ac locis luminarum dominent, nulla erit in itinere formidatio, sed ab eo desiderabitur, eo' quod dominorum terrarum legationem suarum amicorum causa portabit. Hoc autem habilitas complexionis aëris, & rerum ei proficientium multitudo iuuabit. Quod si cum eis Mercurius fuerit hac prædicta occasione, magnum consequitur proficuum, suam'que legationem ad exitum perducet, dabuntur etiam ei dona, & honorabitur. Si Saturnus & Mars locis luminarium dominētur, maxime autē, cum per longitudinem in oppositione fuerit, id quod ei continget, inualetudo nuncupabitur, & ipse multum impedietur. Quod si in signis humidis uterque moretur, hoc impedimētum ei ex infestatione aquatici itineris, & ex submersione, uel propter infortunium, iter aridæ uiæ per desertorum locorum transitus continget. At si in signis fixis fuerint, hoc ex præcipitatione, & ex uentorum flatibus ualidis adueniet. Si uero fuerint in signis solstitialibus, uel æquinoctialibus, ex earum rerum, quibus opus habent, defectu & priuatione, ac per qualitates corrupti aëris ægritudinem inferentis, ei hoc accidere non dubitabimus. Si autem in signis humanæ formæ fuerint, ex uiarum abscisionibus, seu proditionibus, uel deprædationibus euenire dicemus, sed si fuerint in signis, quorum formæ syluestrium animalium formis assimilantur, ex luporum rapacitate, siue ex terræmotu continget. Quod si Mercurius in eis fuerit ex aggressionibus, timorem inferentibus, uel ex bestiarum morsibus, seu uenosorum animalium occasione proueniet. In proprietatibus autem rerum accidentium, id est, in futurarum occasionum differentiis, siue prosint, siue obsint, à locis domini, quæ sint operum & substantiæ, rerum'que corporis & ualetudinis occasiones secundum prædictas occasiones, nos obseruare conuenit. Horarum uero cognitio, in quibus hæc futura contingent ex qualitatibus in subsequentium annorum principiis aduenientibus deprehendetur. In hoc igitur capitulo nobis hoc tractasse sufficiat.

De qualitate mortis nati. *Cap.* VIII.



Q Via post compendiosam prædictorum enodationem mortis qualitates nobis obseruandæ sunt eorum, quæ in uita prædiximus, utrum mors ex radiorum proiectionibus, an ex aduentu significatoris ad occidentalem angulum superuenerit, nobis scire conueniens est. Nam si mors ex radiorum proiectionibus, uel propter illius, cui coniungetur, ullam coniunctionem interuenerit, cum mortis qualitates scire uoluerimus, eorum quibus coniungetur, loca considerare non est incongruū. At si propter ipsius ad angulum occidentis applicationē mors affuerit, ipse occidentalis angulus erit obseruandus. Eo' quod secundum planetas qui locis prædictis subsequentur, si qui subsequentur, uel secundum planetas, qui ad ea primitus iuerint, si planetæ qui eis subsequantur, non inueniantur, mortis qualitas deprehendetur, si cum eorum naturis in scientia differentiarum accidentium stellarum in figura proprietates acceperimus, propriæ autem si qualitates prædicti loci occidentis, quas ex signis et ex naturis terminorum habuerint, considerabimus. Cum Saturnus igitur dominus mortis fuerit, occasione longæ infirmitatis, seu phthisis, aut catarri, siue propter corporis dissolutionem, uel ethicam febrem, necnon ex ileon, aut hydropisi, uentris'ue solutione, seu ægritudine uuluæ, & aliis infirmitatibus, quæ magis frigoris occasione *Saturnus dominus mortis*

prouenīunt,

♃ proueniunt, mors superuenire dicetur. At si Iupiter dominus mortis extiterit ex synantia, uel ex peripleumonia, aut apoplexia, seu spasmo, uel ex cephalagia, seu cardia, omnibus'q; infrigiditatibus, quæ magnæ uentositatis occasione nascuntur, uel per fœtidos odores, ei mortem prouenire non dubitamus. Quod si Mars eius dominus fuerit, occasione febris assiduæ uel tertianæ continue, ictis'ue subiti, siue nefresis, aut empici morbi, cuiuslibet'ue sanguinis meatus uel aborsus, seu partus uel herisipile, aut ægritudinis mortiferæ, omnium'ue infirmitatum febrili feruore seu calore superfluo uenien-
♀ tium, uitæ terminus imponetur. At si Venus domina mortis extiterit, stomachi uel epatis seu cordis uitio, aut sanguinis egestiõe, siue mobilibus apostematibus uel fistulis, aut potionibus, omnibus'ue morbis humorum superfluitate uel malitia contingentibus, uitam terminari pronũtiabimus. Quod si Mercurius illius dominus fuerit, mentis pertur-
☿ batione, uel mania, seu melancholia, siue præcipitatione, aut epilepsia, uel tussi seu sputi superabundantia, cunctis'ue morbis nimia uel incongrua siccitate prouenĩetibus, mors occurret. Illi autem, quibus modo prædicto natura, obitus iniunxerit, cum planetæ, quorum est mortis dispositio, secundũ sibi proprias & naturales qualitates, uel his consimiles fuerint, nec super eos aliquis planetarum, quorum occasione mala mors & grauis superuenit, eleuabitur, uitam exuerit. *Mors præter naturæ legẽ.* Mors autem, quæ ui, & non lege naturæ infertur, continget cum loco mortis utræque infortunæ dilabuntur, ita quod in ipso eodem loco, uel in eius aspectu quarto, seu opposito permaneant, aut earum quælibet dominiũ & potestatem super Solis aut Lunæ, uel super utriusque locum habeat. Mors autem mala & iniqua, propter duarum infortunarum coniunctionem continget, eius uero magnitudo per luminarium testimonia proueniet. At ipsius mortis qualitas secundum aliorum planetarum aspectus, ac signa, in quibus infortunæ fuerint, aduenient. Nam cum Saturnus in quarto Solis aspectu, uel in ipsius opposito, & in suæ alaiz contrario fuerit, si in signis fixis permanserit, manu populi lapidante, mortis nexibus opprimetur, uel strangulatione, seu pœnis mortiferis affligetur. Cum'q; occidentalis fuerit, & eum Luna sequatur, idem euenire non ignoremus. At cum in signis, quorum figuræ ferarum figuris assimilantur, extiterit, ferarum morsibus interibit. Quod si Iupiter ei testificetur, & infortunatus existat, in conuentu uirorum die nota & solenni, ferarum obiectus uoratui damnabitur. Quod si in alterius luminaris in ascendente locum obtinentis oppositione permanserit, carceris interitu periclitabitur. At si Mercurius ei in figura coniungatur, maxime aũt in figuris serpẽtum cœlestis sphæræ, uel in signis, quorum figuræ sunt ferarũ rapacium, uenenosorum animalium morsibus dilaniabitur. Si Venus autem cum eis extiterit, potu mortifero fraude mulierum attributo, morietur. Quod si in Virgine, uel in Piscibus, aut in signis humidis sibi locum uendicauerit, Lunæ'q; in figura associetur, uitam submergendo terminabit. At si in naui fuerit, tempestuosa fluctuatione maris uita priuabitur. Et si in aliquo signorum solstitialium, uel in signis quadrupedibus cum Sole fuerit seu in Martis oppositione uice Solis permanserit, ruinæ casu perimetur. Si autem in cœli medio, uel eius oppositione fuerit, ex alto præcipitabitur & morietur. Mars autem, cum in quarto seu opposito Solis seu Lunæ fuerit aspectu, & in suo alaiz contrario. Si in humanæ formæ signis rotauerit, propter guerras & alterationes inter suos consanguineos contingentes, seu bellando, capitis abscisione peribit, uel sibi manum propriam causa mulierum inferret, aut mulierum manibus interficietur. Illud autem eueniet, cum ei Venus iterũ testificabitur. Quod si ei in figura Mercurius associetur latronũ & pyratarum insidiatorum'ue manibus dilacerabitur. At si in abscissis membra uel imperfectarum fortunarũ signis, seu in cathenæ capite cũ eius domino farseo fuerit, capitis siue membrorũ abscisione migrabit. Et si in Scorpione uel Tauro fuerit, cõbustione aut pforatione mẽbrorũ, uel incisione, uel spasmo, uitæ terminos trãsibit. At si in cœli medio uel in ei⁹ opposito pmanserit, in cruce suspendet. Maxime aũt si cũ Ficare et Andromadę fuerit.

fuerit. Quod si in signo occidentali, uel in ascendente locum habuerit, uiuus igne cremabitur. Et si in signis quadrupedibus extiterit, cadendo conteretur. Si uero Iupiter ei testificetur, & infortunatus existat, ira potestatis uel regis mortis subibit iudicium manifestum. Quod si utreque infortunæ iungantur, uel altera alteri opponatur, quemadmodum prædiximus, ut mortis scilicet sit occasio, malam uitalis spiritus priuationem peiorabũt. Dominus autem qualitatis mortis est dominus interficientis loci. Interficientia quidẽ accidentia in quantitate uel qualitate multiplicabuntur, cum utræque infortunæ in locis interficientibus auctoritatem habuerint. Cum'que stellarum qualitates huiusmodi fuerint, sepultura carebit & regimine: gressibilia, rapacia, uolatilia, prędatoria cum insignis horum animalium formarum susceptiuis infortunę fuerint, nec locis interficientibus fortunarũ aliqua testificetur, & eis in hemisphærio inferiori cõmorantibus, ipsius cadauere pascenť. Cum'que planetæ locorum interficientium dominatores in locis declinantibus extiterint, maxime autem, cum Luna prædictis in locis, & in quarto, seu in istorum locorum oppositio manserit, inter alienigenas iuri mortis obediet.

De diuisione temporum in uita nati. Cap. IX.

POstquam in unaquaque specierum istarum prognosticandi modum usque ad notitiæ ipsarũ uniuersalium rerum perfectionẽ generaliter, prout ostensum est, explicauimus, ipso eodem calle, ea quę in natiuitatũ partitione per tempora in ipsis obseruãda, & in rebus particularibus præfatis modis sunt attendẽda, nos superaddere naturaliter conuenit. Quemadmodum igitur iudicia & existimationes rerum particularium, quæ in enarratione natiuitatũ à præfatis locis assumpta sunt, pręmittuntur, & si maior eorum pars sint iudicia & existimationes, quæ ab ipsis eisdẽ regionibus assumuntur, scilicet, quæ à regionibus sumuntur, & ipsa sunt iudicia, in quibus particularia, quæ in natiuitatibus obseruantur, generaliter continentur, ut sunt formæ & figuræ corporum ac qualitatũ, animarũ proprietates, necnõ differentiæ morum & legũ. Cõuenit etiam his, qui naturaliter hoc obseruauerint, ut primæ occasioni, quæ cæteris cõuenientior est, ne unquam in natiuitatibus similitudine decipianť, semper adhæreant. Veluti si natũ in Aethiopia albedine & capillorum planitie decoratũ, uel horũ animarũ qualitates magis domesticas, seu ad rationes procliuiores, siue rerũ inuestigatores eos esse dixerint. Aut si terrę Aliemã incolas, syluestres animas, mutuatos, & à ratione dissentaneos affirmauerint, uel in his iterũ propter mores & leges unicuique gentium proprias decipiẽtur. Quemadmodũ si in matrimoniis Italos suas germanas in uxores ducere decreuerint, superaddendum etenim eis esset in iudicio, si nati fuerint in Aegypto, uel in Aegyptiacis suas matres nubere, sine huius additamento prægnauerint, si nati fuerint in Persia. Vniuersales autẽ qualitates in suis iudiciis & existimationibus prius generaliter obseruare, deinde particulares quantitates, per quas iudicabunt, his superaddere conuenit, ut augmenta & diminutiones in his contingentes, ex hoc deprehendãt. Similiter etiam in diuisione temporũ & horarum nati, ut temporales annorum differentiæ, eorum'que cum unoquoque futurorum subsequentium similitudines præmittantur, & ut eorum qualitates inspiciant, ita quod nullatenus in generalibus accidentibus, quæ natiuitati obseruauerint, decipiantur, necessariò conuenit, ut puerum operari, ac uxorem ducere, uel id agere, quod à nullo, nisi maioris sit ætatis, agi poterit, & ut decrepitæ uirum ætatis prolem gignere, actus'que soli iuuentuti possibiles efficere diiudicent, imò generaliter eis conuenit, & ea quæ per temporum obseruationes deprehenderint, ex annis ipsis conuenientibus, his quæ eis assimilantur, & quæ in ipsis accidere possunt, superaddere, eò quod eadem uia, idem'que modus, necnon idem & unus ordo cunctis temporalibus differentiis habetur, naturam uniuersalem omnes homines continentem complectens, & cum septem planetarum ordine similitudinem obtinens. Hæc autem uia siue ordo à primis annis & à sphera nobis affiniori, scilicet lunari sumit exordium, & in extremis annis ad ultimam planetarum spheram, quæ Saturni dicitur,

explicatur.

explicatur. Sciendum eſt etiam, ſingulis annis res accidere, cum illius planetę natura, qui
in illius anni directo fuerit, ſimilitudinem ſortientes. Huius autem obſeruatio rei neceſſa
ria eſt ad generalis horum uniuſcuiuſq; temporum qualitatis comprehenſionem. Quo-
Infantiæ domi natur Luna. rum differentiæ particulares ex eis inhærentibus proprietatibus cognoſcentur. Nam quia
Luna ad plus + primorum annorum infantis diſpoſitioni dominatur, qui numero, per
quem quatuor primos annos intelligimus, aſſimilantur, infans ſui corporis teneritudi-
nem & infirmitudinem, feſtinum'q; crementum ſuſcipit, cuius etiã maior & frequentior
eſt aquoſa cibatio, eiuſdem'q; formæ leuis alteratio, necnõ ipſius anima debilis, imper-
fecta'q; tenetur, ſecundum quod ex eis qui propter opificem infantis animæ partem acci-
Pueritiæ Mercurius. dunt, conueniens eſt. Et quoniam ſecundus planeta, qui Mercurius appellatur, domi-
nus exiſtat diſpoſitionis decem annorum ſequentium, qui & pueritiæ ſunt, & ſecundi
nominantur, propter hoc inquam, quod numeri medietatis uiginti annorum ipſe do-
minus eſt, infra hoc annorũ ſpatium, effectum intellectus, & ratiocinationis animę ma-
nifeſtum, puer ingreditur, uelut ſi quaſi eruditionis planta, & qualitatum animæ radices
in eo plantarentur. In his etiam annis ex eorum quæ aptantur proprietatibus caſtigatio,
necnõ & doctrina ſplẽdeſcit, & ad primi exercitii modos expergefactus inſurgit. At quia
Adoleſcentiæ Venus. diſpoſitioni ſubſequentium annorum octo, qui & adoleſcentiæ ſunt, & tertii nominan
tur, Venus dominando præſidet, & qui numero annorum eius propriæ circumuolutio
nis æquantur, motus decurſus ſpermatis, eius'q; multitudinis adunatio ſumit initium,
& ad actus uſq; uenereos adoleſcẽs ipſe mouetur, hoc autẽ tempus eſſe dicimus, in quo
animæ quaſi boliſmi ſimilitudinem ſortiũtur, & uix minimam abſtinẽtiæ portionem
tangentes, ad plurimum'q; cupidinis impetum in omnibus, ex rebus Veneris cõtingere
poſſibilibus peruenĩetes, tempeſtuoſam luxuriam, deceptionem, mentis'q; cæcitatem in
optatis omnibus incurrũt.. Et quia Sol medialis ſphęrę dominator, diſpoſitioni annorũ
Iuuẽtuti Sol. unum de uiginti, qui quarto loco notati, & ordine ſunt medii, & iuuẽtuti deputati, prę-
eſſe dicitur, in operibus potentiæ, & in fructuoſa diſpoſitione uitæ, necnõ eiuſdem dire-
ctione ſollicitudinem iuuenilem habere animam ſancimus, & ex qualitatibus deriſoriis
ludicris & deceptibilibus ad animæ ſalutem, pudoris'q; conſeruationem, ac honoris af-
Virili ætati Mars. fectum, eam alteri dicimus. Poſt Solem autẽ quia Mars, quindecim annis, quinto loco
conſtitutis dominatur, qui ſunt anni roboris atq; uigoris, & numero propriæ rotationis
ipſius æquantur, uitæ grauitas ac impedimentum & aduerſitas incumbũt; animæ uero
cum corporibus anxietates & impedimẽta ſuſtinẽt, & corporis declinatio ferè ſentitur &
Senectuti Iupiter. intelligitur, operabitur etiam homo grandia, unde ſibi ſummus labor eueniet, quorum
explicationem ante ſuę mortis acceſſum expetitur. Deinceps autem Ioui, ſexti loci, ſenem
uendicãti, ſenectutis annos duodecim, ſuę propriæ circunrotationi ęquales aſſignamus,
in quibus homo ab operibus corporis & laborioſis, necnõ & ab anxietate manuum re-
trahit, animam'q; ſuam deinde periculo nõ committit, pro quibus omnibus ſanũ men
tis habitum induẽs, bonæ cõſeruationi ſtudebit, & præ ſua magnanimitate turpia negli
gens, in omnibus rebus deſiderando prouidus, necnõ ſermocinator & cõſolator habe-
bitur. In hoc etiam tempore circa libertatem & honorificẽtiam, bonam'q; famam cum
pudore & reuerẽtia maxime ſollicitabitur. Poſt hos autem anni Saturni, uelut in extre-
Senio Saturnus. mo poſiti, qui ſunt ſenii, nec ante uitalis locis egreſſum terminati, ordinatim eueniunt.
Hos frigidior, corporis'q; motus, grauedo delectationis, & appetitus diminutio, necnon
& natura feſtina declinatio commutantur: hæc autem qualitas uitam hominis exuit, im
pedimentum & triſtitiam, modicam'q; rerum ſuſtẽtationem, propter ſuorum motuum
debilitatem imprimit. Hæ ſunt igitur qualitatum temporum proprietates, quæ ſecũdum
generales res naturæ apparent. Particulares uero temporum proprietates, quoniam non
niſi ex natiuitatis proprietatibus obſeruare debemus, id quod ex eis uniuerſale apparuit,
nobis ab alhileg dominatricæ conſiderauimus. Noſtra tamen in his obſeruatio non ex
earum aliqua ſigillatim, ſed ex omnibus notitiam attulit, quemadmodum in uitę ſpatio

peractum

petractum est. Illa etenim alhileg, quæ ab ascendente sumitur, in corpori accidentibus & peregrinationibus utimur. Ea uero, quæ à parte fortunæ consideratur, in rebus substãtiæ potimur. A Luna quoq; sumpta in animæ qualitatibus, & coniugiis obseruamus. Quæ autem à Sole deprehenditur in rebus ualentiæ & sublimitatis assumimus, à medio uero cœli repertam in aliis omnibus sui esse qualitatibus particularibus, ut in operibus & amicis atq; filiis sequimur. Nos nanq; sic facientes non nisi unum solum planetam, fortuna uel infortuna fuerit, rei dominum intelligimus, quod iustum & idoneum fore nõ ambigimus. Cum in eadem simul hora sæpe contraria occurrunt accidentia, ut cum quis aliquem suum amittit consanguineum, cuius hęres efficiatur, uel infirmitas incubuerit, & ditetur, seu ociose uiuendo prolem procreauerit, & his similia frequenter accidentia in corpore & in anima, in diuitiis & potentia, necnon in cæteris accidẽtibus bonis siue malis, una eademq; qualitas ita necessario proueniens, ut in his omnibus homo bonũ seu malum incurrat: at in temporibus intensionis fortunii uel infortunii, huic simile contingere, forsan est possibile, cum omnes fortunę uel infortunæ pariter omnibus alhyleg, uel eorum pluribus obuiauerint, quod successiue contingere manifestum est, ob quod humana natura ad utriusq; intensionem, propter subitam declinationem, & à temperie exitum bonorum & malorum alteratione contingentes, minime peruenire poterit. Hoc igitur prædicto modo res locorum omnium alhyleg depræhendunt. Ex locis autem alhyleg obuiantibus, non tantum exitum uitę significantia, uelut in spatio uitæ considerãda sunt, uerum etiam omnia intuẽda fore iudicamus. Item nec eorum tantum corpoream uel oppositam, seu tetragonalem obuiationem, sed etiam illis ex trino sextiliq; coniunctum, obseruare debemus. Tempora quoq; in unaquaq; alhyleg planetæ in ipso eodem gradu existenti alhyleg, uel eidem in figura associata primitus attribuemus. Quod si nullus planetarum in illo gradu permanserit, nec ei quis in figura associatus fuerit, illa uiciniori planetæ gradum illum præcedenti conuenit, ut assignẽus, donec ad illum, qui gradum prædictum, gradum sequentem respexerit, perueniamus, & huius ad illum secundum signorum successionem sit aspectus, dehinc sequentia tempora præfato donentur, usquequo ad illum qui eum subsequitur applicemur. Et similiter in omnibus faciendũ esse decernimus. Planetas etiam in suis terminis existentes constituemus, quosdã ex planetis quos obseruauerimus, & quos quasi dispositores posuerimus. Numerum autem annorum, numero graduum longitudinum dari conuenit. Alhyleg igitur ab ascendẽte sumptæ numerus annorum numero temporum ascensionum climatis, in quo natiuitas fuerit, æqualis assignabitur, alhyleg autem à cœli medio deprehensæ anni, quorũ numerus numero temporum transitus per cœli medium æquabitur, præbeantur. In aliis etiam alhyleg aliunde sumptis hoc ordine procedemus, & secundum earum appropinquationem ad angulos numerum ascensionum uel occidentium, seu per medium cœli trãsitus, quemadmodũ in enarratione spatii uitę explanauimus, accipiemus. Hoc igitur modo præfato, res rerum temporum uniuersalium dominatrices deprehendentur. Dominatrices autem rerum annorum cognoscẽtur, cum annorum numerum à natiuitate sumpserimus, & ab unoquoq; locorum alhyleg incipiendo, unicuiq; signorum, secundum sui successionem annum unum proiecerimus, & illius signi dominus, in quo numerus terminatus fuerit, reseruabitur. Hoc idem & in mensibus faciemus, nam numerũ mensium, qui ex natiuitate pręterierũt, accipiendo à locis, quorum est anni dispositio 28 dies, unicuiq; signorum proiiciemus. Quod & similiter in diebus faciemus. Numerum etenim dierum à die natiuitatis sumentes, à locis mensium unicuiq; signo duos dies & tertiam obiiciemus. Planetarum iterum existentiam in locis temporum nos obseruare conuenit, Hoc etenim futurorum in temporibus contingentium, cognitionem nõ minimum adiuuat. Existentia itaq; Seturni in locis temporum uniuersalium, Iouis quidẽ in locis annorum, Solis aut Martis, Veneris, Mercuriíque in locis mensium, Lunæ uero in dierum locis obseruabimus. Ex planetis temporum uniuersalium dominos in esse

Contraria accidentia.

Dominatrices rerũ annorũ.

futuri,ac eidem perfectionem considerabimus. Temporumq́ particularium dominos, in huius augmento uel diminutione secundum rerum in locis existentium similitudinem inspiciemus, hoc etenim erit occasio fortitudinis & debilitatis accidentium. Nam proprietatum uniuersalis qualitatis, & spatii temporis significator locus alhyleg, dominusq́ temporum uniuersalium, qui terminorũ est dominus, perhibetur ob hoc, quod unaquæq́ stellarum istarum in ipsa eademq́ue natiuitate, cum locis stellarum, quarum prius fuerit dispositio, similitudinem habuerit. Sed rei accidentis bonitas siue malitia ex proprietatibus qualitatum naturæ dominorum temporum, eorumq́ complexione in faciendo bonum siue malum, necnon ex eorum in principio cum re dominatrice, similitudine seu contrarietate deprehendetur. At in quo temporum proprie futurum contingat ex signorum rei anni & mẽsis dominantium qualitatibus, quas secũdum loca quæ futuri sunt, occasiones habuerint, necnon ex qualitatibus contingentibus, cum planetæ ac Sol, & Luna in signis rei annorum & mensium dominatoribus extiterint, iudicabit: nam planetæ, qui cum prædictis locis ab hora principii, quæ natiuitatis dicitur, conuenerant, eisq́ in figura hora existentiæ conuenienter associati fuerint, bonum in re futura significabunt. Cumq́ in contrario fuerit, ei malum annunciabũt. Illi autem, qui eis inconuenienter associabuntur, ut sit scilicet in earũ oppositione per diametrũ, uel in quarto aspectu, & in contrario alaiz, erunt aduersitatis occasio. In aliis uero qualitatibus nihil operabũtur. Quod si idem planetæ in temporibus, & in esse potestatem habuerint, nam futuri boni seu mali superfluitatem & augmentum sentiet, hoc autem necessario magis continget cum potestate super occasionem, ad hoc, ut temporibus solummodo dominentur caruerũt, imò propter hoc, quod ipsi iterum in principio natiuitatis dispositores extiterint. Et ut nato in omnibus suis rebus bonum siue malum pariter eueniat, quandoq́ contingit, seu propter hoc, quod omnes species alhyleg, aut earum quidem plures in uno eodemq́ loco concurrerint, uel quoniam à seinuicem segregatæ fuerint, & in eodem tempore res eis obuiam euntes, uel quæ omnes, seu earum quamplures fortunæ uel infortunæ fuerint sibimet inuicem conuenerint. Hac igitur uia secundum modum naturali rei competentem per res temporum prognosticamur. Viarum autem particulariũ, quibus temporalis futuri qualitates prognosticantur, ob hoc quod inde prouenientium multiformis est collectio, necnõ grauis enarratio. Maxime autem in hoc loco enarrationem proponere idoneum iudicauimus, eò quod ab illius libri primordio opus generalis naturæ stellarũ, eiusq́ cum rebus particularibus, ut oportet, similitudinem secundũ speciei rationalis existimationem in commixtione horum explanare proposuimus. Rebus itaq́ natiuitatum generalis explicatis hoc in loco huic libro finem imponere nõ incongruum existimamus.

CL. PTOLOMAEI CENTILOQVIVM SIVE CENTVM SENTENTIAE, IO. IOVIANO Pontano interprete.



Te & à scientia. Fieri enim nequit, ut qui sciens est, particulares rerum formas pronunciet, sicuti nec sensus particularem, sed generalẽ quandam suscipit sensibilis rei formam, oporteťq́ tractantem hæc, rerum coniectura uti. Soli autem numine afflati prædicũt particularia.

2 Cum is qui consultat, ipsum melius scrutabitur, inter id & eius formam nulla rerum differentia erit.

3 Qui ad rem quampiã aptus est, habebit profectò & huiusmodi significationis stellam admodum potentem in sua genitura.

4 Anima ad cognitionem apta, ueri plus assequitur, quàm qui supremum in modum se in scientia exercuit.

5 Potest qui sciens est, multos stellarũ effectus auertere, quãdo naturam earũ nouerit, ac seipsum ante illorum euentum præparare,

6 Tunc

6 Tunc dierum prodest & horarũ electio, cum tempus à genitura bene constitutũ est. Si enim contrariũ est, nequaq̃ profecerit, quamuis bonum fortasse exitum respexerit.

7 Non potest quispiam stellarum mixturas percipere, nisi naturales prius differentias, mixturas´q; cognouerit.

8 Sapiens anima confert cœlesti operatione, quemadmodum optimus agricola arando, expurgando´q; confert naturæ.

9 In generatione atq; corruptione formæ afficiunt̃ à cœlestibus formis. Idcirco qui imagines faciunt, iis utuntur, cum eò stellæ ingressæ fuerint obseruantes.

10 In dierum horarum´q; electionibus utere maleficis, perinde ut optimus medicus ad curationem uenenis utitur moderate.

11 Diem horam´q; non ante eligas, quàm propositæ rei noueris qualitatem.

12 Amor odium´q; ne uera eueniant iudicia prohibent, siquidem muniunt maxima, augent minima.

13 Cum cœlestis constitutio quippiam significauerit, adiutricibus etiam corruptiuis stellis, hoc est, secundariis utere.

14 Quantis in erroribus uersat̃ astrologus, cũ locus septimus, atq; eius dñs afflicti erunt.

15 Ascendẽtia inimicorũ regni, sunt signa ab ipsius regni ascendẽte declinãtia. Amicorũ uero ascendentia, sunt cardines, loca´q; succedentia. Idem & in dogmatibus.

16 Cum in octauo loco beneficæ dominabuntur, damnum à uiris bonis afferũt, quæ si bene affectæ fuerint, illud dimouebunt.

17 Cum de senis cuiuspiam uita iudicas, non ante iudicium feres, quàm dimensus fueris, quot ille possit annos uiuere.

18 Cum ambo luminaria in eodẽ minuto fuerint, si ascendit benefica, natus æque sanè in omnibus quæ inciderint, bene fortunatus erit. Simili modo, si & inuicem opponent̃ ab ortu atq; occasu. Sin malefica est in ascendente, contrarium sentias.

19 Vis purgationis hebetatur, cum Luna fuerit Ioui coniuncta.

20 Membrũ ferro ne percutito, cum Luna signum tenuerit, quòd mẽbro illi dominat̃.

21 Cum Luna fuerit in Scorpione aut Piscibus, dominus´q; ascendentis stellæ sub terrã positæ copulabitur, bonum est purgationibus uti. Si uero copulatur stellæ supra terram constitutæ, potionem qui sumpserit euomet.

22 Vestem nec primum induas, nec incidas, ubi Luna fuerit in Leone collocata. Est aũt peius, si eadem male affecta fuerit.

23 Lunæ ad stellas figuratio, natum bene agilem facit, quæ si potentes fuerint, effectiuã, sin imbecillæ, inertem ad agendum commotionem indicant.

24 Defectus luminarium in cardinibus genituræ, annuarum´ue conuersionũ noxius est, accipiunt autem locum ab interuallo ascendentis ac loci defectus. Vt autem ab hora solaris eclipsis annos, sic ab eclipsis lunaris horis menses capis.

25 Dominatoris progressionem cum in medio cœli positus est, per sphæræ ascensiones: cum uero in ascendente cõstitutus est, per climatis ascensiones facito.

26 Latet planè res, cum stella eam significans aut sub terra, aut in loco alieno Soli cõiungitur: contrà patet, cum è depressione in altitudinẽ tollit̃, proprio´q; in loco collocatur.

27 Venus nato uoluptatem affert in membro, cui signum in quo ipsa est, dominatur. Idem & in cæteris stellis.

28 Cum præstare nõ poteris, ut duabus Lunã stellis coniungas, id præsta, ut stellæ fixæ eam coniungas, illarum mixturam habenti.

29 Stellæ fixæ irrationabileis, atq; admirabileis felicitates afferunt, quas tamen plerunq; calamitatibus insigniunt, nisi & planetæ ad felicitatem conueniant.

30 Inspice primorum generis regum creationes. Si enim ascendens creationis conuenit cum ascendente genituræ regis filii, is regis successor erit.

31 Cum regni dominator in locũ climatericũ inciderit, tunc aut rex, aut è regni principibus magnus quispiã morietur.

32 Concordiam inter duos facit conueniens stellarum figuratio, speciem rei significantium, ex qua beneuolentia in utriusq; genitura cōstituta est.
33 Amor odium tum ex luminarium concordia discordia'q;, tum ex utriusq; geniturae ascendētibus deprehēditur. Adaugent autem beneuolētiam obedientia signa.
34 Dominator seu hospitator interlunii si cardinalis fuerit, quaecunque illo mense futura sint, significat.
35 Sol cum in alicuius stellae locum deuenerit, uim eius excitat, quam in aëre habet.
36 In condendis urbibus stellis fixis, quae conferre habeant, utere. In aedificādis uero domibus, erraticis. Reges cuiscunq; urbis, quae Martem culminantem habuerint, gladio plerunque pereunt.
37 Qui Virginem aut Pisces horoscopum habent, hi potestatis suę causa erunt: quorum autem ascendens erit Aries aut Libra, hi mortis suae causa erunt. Eodem modo in caeteris signis ratiocinaberis.
38 Cum Mercurius in altera domo Saturni constitutus ac potens fuerit, coniecturatiuū nato dat intellectū, ac rerū scrutationē: in Martis uero domo, ac pſertim in Ariete, facūdiā.
39 Afflictio undecimi loci in creatione regis, detrimentū significat & domesticorū eius & pecuniarū. Secundi aūt loci afflictio, pecuniarū ouilis eius detrimentū significat.
40 Cum ascendens à maleficis oppressum fuerit, qui tunc natus est, sordidis rebus delectatur, ac male olentes odores probat.
41 Loci octaui, dominíq; eius afflictionem tempore discessus caueto: at secundi, atque eius domini, tempore reditus.
42 Morbus qui coepit, cum Luna fuerit in eo signo, quod malefica aliqua tenuit in genitura, siue in quadrangulo, aut diametro eius, grauissimus futurus est. Si aūt malefica te spicit, periculosus. Sin in loco, ubi geniturae tēpore benefica fuerit, sine periculo erit.
43 Maleficas gentis figuras contrariae temporum significationes intendunt.
44 Noxium est, cum aegri ascendens geniturae ipsius figuris refragatur, neq; ad beneficum aliquem tempus peruenerit.
45 Quisquis geniturae suae dominatores aut ascendens in signis humanis non habet, ab humanitate alienus etiam sibiipsi erit.
46 Magnae in genituris felicitates conferuntur tum à stellis fixis, tum ab interluniorum cardinibus, tum à locis partis fortunae regni, cum horoscopus in eis repertus fuerit.
47 In genitura cum malefica in locum beneficae in alterius genitura inciderit, is qui beneficam habet, ab eo qui habet maleficam, detrimento afficietur.
48 Quando culmen domini, hoc est principis, fuerit horoscopus subiecti, aut dominatores beneuola configurabuntur figura, diu inseparabiles permanebūt. Idem etiam cum sextus locus serui inuentus fuerit horoscopus principis.
49 Cum ascendens subiecti fuerit culmen in genitura domini, tantam subiecto illi fidē dominus adhibebit, ut ei ab illo imperetur.
50 Ne praetermittas centum & decem nouē coniunctiones. In his enim posita est cognitio eorum, quae fiunt in mundo & generationis, & corruptionis.
51 In quo signo Luna est geniturae tempore, illud in conceptu fac ascendens. Et in quo signo inuenta fuit in conceptu, illud, aut eius oppositum fac ascendens in partu.
52 Domini geniturae hominum procerae staturae in sublimitatibus sunt, & ipsorū horoscopi in signorum principiis. Eorum uero, qui sunt breuis staturae, in humilitatibus inueniuntur. Ad haec inquirito, signa'ne recta, an obliqua sint?
53 Domini geniturae macilentorum hominum, latitudinem non habent, pinguiū aūt habent. Quod si latitudo australis est, agiles erunt: sin borealis, inagiles.
54 Dominatores in aedificationibus, ubi copulantur stellae subterraneae, aedificii erectionem impediunt.
55 Martis aduersus naues noxia uis imminuitur, cum neq; in coeli medio, neq; in un-

decimo

decimo est loco, in his enim locis nauem corrumpit, prædonibus per uim occupātibus. Incendēt aūt nauis, si ascendēs ab aliqua stella fixa, quæ ex Martis mixtura sit, affligetur.

56 Cum Luna est in primo quadrangulo, hoc est, ex quo à Solis coniunctione recessit, corporū humiditates ad secundū usq; effluunt, in reliquis autem decrescunt.

57 Cum septimū locū atq; eius dominū in ęgritudine afflictū uideris, medicū mutato.

58 Coniunctionis locum, quo in loco ab anni ascendente est, inspice, siquidem cum profectio illuc peruenerit, tunc euentus erit.

59 De absente quod occiderit ne pronunciato, antequam uideris, an temulentus factus sit, neq; quod uulnus acceperit, antequam exquisieris, an sanguis ei missus fuerit, neque quod thesauros inuenerit, priusquam scrutatus fueris, ne forte depositum acceperit, cum omnium figuræ similes sint.

60 Super ægrotis criticos dies inspice, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ sexdecim laterum, ubi enim eos angulos bene affectos inueneris, bene erit languenti, contrà male, si afflictos inueneris.

61 Luna significat ea quæ corporis sunt, ut quæ ei pro motu similia sunt.

62 Cum minutum coniunctionis principium facies, potes de mutatione aëris in mēse illo iudicare, erit enim iudiciū iuxta dominatorē anguli figuræ cuiusq;, uincit enim hic aëris naturam, assumens in his etiam præsentis temporis qualitatem.

63 Cum Saturnus Iupiterq; cōiunguntur, uter eorum sublimior sit uide, ac iuxta illius naturam pronunciato. Idem etiam in cæteris stellis facito.

64 Vbi sciscitationis dominatorem inspexeris, quam hic in anni conuersione, seu in ascendente nouilunii potestatem habet inspice, ac secundū hæc pronuncia.

65 In minima coniunctione, differentia mediæ coniunctionis, & in media maximæ coniunctionis differentia.

66 Sola profectione ne utare, sed etiā attributionibus & ademptionibus stellarum.

67 Diminuuntur anni ob accipientis imbecillitatem.

68 Malefica cum matutina est, casum, uespertina uero morbum significat.

69 Erit in uisu nati uitium, cum Luna Soli aduersa est, ac nebulosis stellis coniungitur. Item cum Luna est in occiduo cardine, ambæque maleficæ stellæ in cardine orienti, Sol quoq; cardinalis est, natus ipse oculis capietur.

70 In furentibus Luna Mercurio nō copulatur, neuterq; ascendenti in dæmoniacis, in hac figura Saturnus quidem noctu, Mars autem interdiu cardinem tenebit, maximeq; in Cancro, Virgine, ac Piscibus.

71 In marium genituris cum utrūq; luminare in signis fuerit masculinis, actiones eorū secundum naturā erunt. In genituris uero mulierū, actiones ipsæ intendent. Idē de Marte Venereq;, matutini nanq; masculescunt, uespertini feminescunt.

72 Quæ sunt educationis, à dominis triangularitatis ascendentis capito, quæ uitæ, à dominis triangularitatis luminaris conditionarii.

73 Sol ubi repertus fuerit cum capite Gorgonis, si neq; aspicitur à benefica stella, neque benefica octauo loco præest, dominusq; conditionarii luminaris Marti opponitur, aut eum è quadrangulo percutit, ei qui natus est, caput truncabitur. Quod si luminare culminabit, corpus eius sauciabitur. Sin copulatio à Geminis, aut à Piscibus fuerit, manus ac pedes eius amputabuntur.

74 Quicunq; Martē ascendentem habet, omnino cicatricem in facie habebit.

75 Cum Sol ascendētis domino coniungitur in Leone, nec Mars aliquam in se ascendente prærogatiuā habet, nec benefica in octauo loco est, qui natus est exuretur.

76 Cum Saturnus cœli medium tenet, opponiturq; ei conditionariū luminare, ac terrenum signum est in imo, qui natus est, ædificiorum ruina interibit. Quod si humidū signū est, aquis suffocabit. Si uero humanū, ab hominibus, strangulabitur, aut laqueo flagellisue peribit. Verū si benefica octauo in loco est, propior his erit, nō tamen morietur.

77 Ascendētis profectionem pro iis quæ corporis sunt facito, partis fortunæ pro iis quæ sunt externa, Lunæ pro corporis animæq́ cōnexione, medium cœli pro actionibus.
78 Exercet sępe uires stella quo in loco nullas habet uires, lucrū inexpectatū nato afferēs.
79 Mars cum in undecimo est loco, qui hunc sic habet, domino suo nō dominatur.
80 Cum Venus Saturno cōiungitur, habetq́ hospitatorem aliquem in loco septimo, qui natus est, sordidi coitus erit.
81 Tempora modis septē deprehendunť, ab interuallo duorū dominatorū, ab interuallo configurationū inter se, ab accessu alterius ad alterū, ab interuallo inter se alterius ipsorum, & loci rem quæsitam significantis, ab occasu stellæ cū additione atq; ademptione, & à mutatione dominatoris, & ab accessu planetæ in locum suum.
82 Cum figuræ æquales erunt nouilunii aut plenilunii, horoscopum inspice, quæ si etiam æqualis fuerit, ad ferendam sentētiam ne properes.
83 Tempus impetrationis inter impetrantem ac regem affectionem indicat. Cathedra autem indicat ea quæ actionis sunt.
84 Mars cum est ascendentis dominus tempore captæ possessionis, præestq́ue secundo loco, aut copulatur domino secundi, multum damnum afferet.
85 Cum ascendentis dominus secundi loci domino configurabitur, sponte princeps multas impensas faciet.
86 Sol est fons uitalis potentiæ, Luna naturalis.
87 Mensium conuersiones fiunt ex diebus uiginti octo, horis duabus, ac minutis circiter decem & octo. Quidam autem à peragratione Solis iudicāt, cum partiliter exæquatus est gradui ac minuto, quod in initio obtinet.
88 Cum partis fortunę profectionem in toto reuolutionis anno facere uolumus, à Sole in Lunam, ac tantundem ab ascendente capimus.
89 Quæ sunt aui, à loco septimo, quæ autem patrui, à sexto uide.
90 Cum dominator ascendēs uiderit, res quæ occulta est, secūdum ascēdentis naturam erit, quod si nō uidet illud, erit secūdum naturā loci, in quo ipse est dominator. Et horæ quidē dominus colorē eius, Lunæ uero locus tempus demonstrat: eritq́; res noua, si supra terrā: sin sub terram, uetus. Fortunæ pars quantitatē eius, longā ne, an breuis sit, demonstrat. Dominus finiū, imi ac medii cœli, item Lunæ, substantiā eius demonstrat.
91 Malū signū est, cum ægroti dominator cōbustus est, maxime si fortunę pars affligit.
92 Saturnus orientalis nō adeo nocet ægro, sicuti nec Mars occiduus.
93 Ex figuris nō ante iudicabis, quàm cōiunctionē feceris. Principia enim in unaquaq; coniunctione transmutantur, quocirca ambas misceto, nec errabis.
94 Locus potentioris ex dominatoribus ea quæ in cogitatione sciscitātis sunt, indicat.
95 Quæ cū singulis oriunť decuriis, ea nati uoluntatē ad artē quam tractat cōprobant.
96 Significantia eclipsis decreta sunt eius quæ propius cardines. Cōsidera etiam naturā stellarum simul consistentium tum erraticarum, tum fixarū, ac etiam simulacra coorientia, & secundum hæc pronuncia.
97 Res de qua est sciscitatio, breui perficiť, cū nouilunii seu plenilunii dn̄s cardinalis ē.
98 Traiectiones atq; crinitæ secundas partes in iudiciis ferunt.
99 Traiectiones aëris siccitatem indicant, quæ si ad unam partem feruntur, ab angulo illo uentum indicant, sin in diuersas feruntur partes, aquarum imminutiones, aëris turbationes, & exercituum incursiones indicant.
100 Cometæ, quorum intercapedo est undecim signorum à sole, si apparuerint in cardinibus, regni alicuius rex, aut ex principibus regni aliquis morietur. Sin in loco succedēte, bene se habebunt quæ thesauri eius sunt, suum tamen gubernatorem mutabit. Quod si in loco declinante, morbi ac repentinæ mortes erunt. At si ab occasu mouentur ad ortū, externus hostis regiones incursabit, sin non mouentur, prouincialis hostis erit.
CL. Ptole-

CL. PTOLEMAEI INERRANTIVM STELLARVM SIGNIFICATIONES, PER NIcolaum Leonicum à Græco translatæ.

Ianuarius.

K. SOl eleuari incipit, longiusculi fiũt dies, Aquila et Corona occidunt, tempestatem'q; efficiunt.
4 Sol magis ascendit, Cancri mediũ occidit, uenti'q; ponunt.
3 Reliquum Cancri occidit, & uarius aëris fit status.
Pr. Hyems dimidiata, Aquilones continui, Delphinus cum Cane oriuntur matutino.
Non. Fidicula exoritur, Aquila occidit, Delphinus totus emergit, uentorum'q; fit concursus.
8 Aquila uesperi occidit, flat Auster.
7 Septentriones & Aquilo uehementer flantes concurrunt.
6 Martis domiciliũ, Auster & Fauonius simul flant, Capricornus emergere incipit, pluuiæ simul & caligo uespertino.
5 Auster flat cum pluuia.
4 Pluuius flat Auster uilolentior.
3 Septentrio multo imbre & aspera tempestate flat.
Pr. Auster flat.
Id. Astrum obscurum, prima Mali pars occidit, noctu etiam pluit.
19 Astrum obscurum, uaria Aquilonis & Septentrionis inconstãtia. Leo occultari incipit, pluuiæ fiunt.
18 Septẽtrio & Aquilo uehemẽtes flant.
17 Sol in Aquario, Vulturnus cũ pluuia.
16 Fidicula occidere incipit matutino, uẽtorum concursus fiunt.
15 Leo & Delphinus matutino occidũt, Aquilo, Septentrio, & Auster cõcurrunt, pluuiæ'q; fiunt.
14 Conuersio, & hyemis medium.
13 Aquilo flat & Auster, mediũ Cãcri occidit, Aquarius emergere incipit.
12 Aquarius totus emergit, Africus spirat, & pluit. (pluit.
11 Fidicula cum Cancro occidit, et uespi
10 Aquilo flat cum pluuia.
9 Hyemat dies, uehemẽtius flant Aquilo & Vulturnus.
8 Tempestas turbidior, iidẽ flant uenti.
7 Hyemat dies, iidem flant uenti, Fidicula occidere incipit.
6 Astrum clarum in pectore Leonis occidere incipit, Fidicula uesperi occidit, flat Aquilo, & interdum pluit.
5 Ventorum concursus cum niuibus.
4 Delphinus occidere incipit.
3 Fidicula circa primam facem parte sui occidere incipit, uehemens flat Aquilo cum imbre.
Pr. Imbres cum niuibus permisti cadũt.

XXXI.

Februarius.

K. Obscurum astrum apparet, Auster & Vulturnus flant, Fidicula occidere incipit.
4 Aër crassus est, et Fauoni⁹ flare incipit.
3 Mediũ Leonis cum Fidicula occidit, Septentriones & Aquilo flant.
Pr. Delphinus occidit, Auster uesperi uiolentior fit & pluit.
Non. Zona Orionis emergit, turbidus est aër Fauonii flatu.
8 Fidicula occidit, & Fauonius ab occasu flat.
7 Veris initium, Fauonius spirat.
6 Fauonius & Aquilo spirant.
5 Obscurũ astrum, emergit Aquarius.
4 Septentrio cum Fauonio flat, interdũ etiam pluit.
3 Subsolanus spirat, et Arcturus exorit.
Pr. Ventorum concursus & pugna.
Id. Sagittarius uesperi occidit, tempestas aspera.
16 Crater uesperi orit, & cõmutatis uentis superat Auster.
15 Sol in Piscibus, hyemat aër.
14 Septentrio flat cũ Austro Sol nouus.
13 Virgo occidit iuxta Geminos, Auster flat cum Fauonio & Aquilone.
12 Malus uesperi occidit, Fauoni⁹ spirat, & Virgo occidere incipit.
11 Septentrio & Auster flant, Malus occultatur.

10 Aquilo pluuiosus spirat, Leo occidit, Aquilones Chelidonii appellati, incipiunt, & per quadriduum flant, Hirundines apparent.
9 Arcturus circa primam uigiliam occidere incipit, fauonius spirat, noxq́ nubila existit.
8 Halcyonei appellati dies.
7 Corus & Aquilo simul flant.
6 Aquarius oriri incipit, hyemat matut.
5 Arcturus emergit, & pluit.
4 Arcturus oritur matutino.
3 Malus uesperi occidit.
Pr. Fauonius late spirat, Vernus est dies.

XXVIII.

Martius.

K. Auster & Africus simul spirant.
6 Vindemitor apparere incipit. Aqlo gelidus flat, Arcturus occidit matutin.
5 Aër nimbosus, & pluit, Arctur⁹ emergit eleuato Sole, & flat Aquilo.
4 Arcturus similiter emergit.
3 Arcturus interdiu emergit.
Pr. Aquilo flat, nubilosum cœlum.
Non. Equus occidit matutino, & flat Aquilo, Corona matutino occultatur, Aquarum de cœlo pluuies.
8 Marinæ aues apparere incipiunt, Aquilo & Septentriones flant, principium Veris est, Sol Pisciũ dimidium obtinet, Equus occidit.
7 Miluus apparere incipit, flat Auster, Piscisq́ in tergore matutino occultari incipit.
6 Equus occidit matutino, Miluus à sublimi deorsum uergit, Vindemitor occidit, Arcturus autem emergit, & gelidus flat Aquilo.
5 Hyemis abscessio, & Aquilonis ad Septentriones commutatio.
4 Desinit piscis à tergore eleuari, Septentrio, uel Auster flat.
3 Argonauis emergit uesperi, Fauoni⁹, & Auster flant, & in Leonis cauda hyemat dies.
Pr. Aquilo per totum flat diem.
Id. Equus occidit, et Aquilo flat gelidus.
17 Sol in Ariete, Fauoni⁹ late spirat, Ciconia apparet, & mare transmittit.
16 Inconstantes uenti, Aquilo spirat.
15 Auster flat, Miluus diluculo apparet.
14 Aquilo serenus spirat.
13 Equus occidit matutino, Aquilo uel Septentrio flat.
12 Aries in lat⁹ emergit, pluit aut ningit,
11 Cancer tergore oritur, Auster flat.
10 Aequinoctium, pluit, interdũ tonat.
9 Septentriones & Aquilo flant, Equus occidit matutino.
8 Pisces tergore emergunt, nix imbre mista cadit, Aries matutino emergit cũ mati, turbatio aëris.
7 Aequinoctium uernum, pluit, interdum & tonat.
6 Nox & dies æquales existunt.
5 Scorpius occidit, uehemẽs flat uẽtus, pluuiasq́ cum tonitrib⁹ cõmiscet.
4 Scorpi⁹ occidit, Septẽtrio flat pluui⁹.
3 Auster flat, & pluit.
Pr. Ventorũ procellæ, & sæpe pluit.

XXXI.

Aprilis.

K. Scorpius occidit, Sol diei partem unã addit, Aquilonis flatu nebulosum est cœlum, Vergiliæ oriri & præsignificare incipiunt.
4 Nebulosus aër per omnes terras.
3 Vergiliæ occidunt uespertino.
Pr. Flat Africus.
Non. Fauonius spirat.
8 Suculæ emergunt, pluuiæq́ ab Austro deuoluuntur.
7 Auster flat, & Vergiliarum reliquum occidit.
6 Fauonius flare incipit matutino, Vergiliæ occidunt.
5 Australes procellæ.
4 Aquilo uehemens flat, uesper est pluuiosus.
3 Frigidi flant uenti, & pluit.
Pr. Suculæ occultantur.
Id. Aquilo flat, paruũ Præsepe exoritur.
18 Obscurũ astrũ, & uenti, & imbres.
17 Suculæ occidunt, frigidi spirant uenti. Perseus oritur.
16 Suculæ occidunt, spirat Fauonins.
15 Sol in Tauro, Suculæ occultantur.
14 Africus flat.
13 Suculæ penitus occidũt, Africus flat uesperi.

12 Fauonius spirat.
11 Tauri caput occidit, & pluit.
10 Vergiliæ exoriuntur, Fauonius spirat.
9 Fidicula circa primā facem apparet.
8 Fidicula cernitur, & pluit.
7 Præsepe emergit, desinit uer.
6 Suculæ penitus occidūt, et Veris cōuersio.
5 Auster flat.
4 Austrina dies, & pluuia.
3 Hœdi oriuntur, Auster flat matutino.
Pr. Canis occultatur uesperi, aër conturbatur ab Austro, et Aquilo simul permiscet.

XXX.

Maius.

K. Canis occultatur, rores descendunt.
6 Suculæ cum Sole oriuntur.
5 Cētaurus apparet totus, Fauonius spirat.
4 Scorpius sursum emergit, Aquilo flat, & rores cadunt.
3 Fidicula oritur matutino.
Pr. Dimidium Scorpionis occidit.
Non. Vergiliæ oriuntur matutino, & spirat Fauonius.
8 Principiū æstatis, Fauonius præualet.
7 Eodem flat modo Fauonius.
6 Fidicula oritur, Suculæ occidunt, Tauri caput apparet.
5 Vergiliæ apparent.
4 Vergiliæ oriuntur, Auster flat.
3 Suculæ occidunt, Austrini sunt flatus
Pr. Scorpius occidit, & Fidicula oritur matutino.
Id. Cancer exoritur, & flat Auster.
17 Initium æstatis.
16 Procyon, quam quidam Caniculam uocant, occidit.
15 Sol in Geminis.
14 Auster flat uesperi.
13 Suculæ oriuntur, & flat Aquilo.
12 Arcturus occidit, aërque conturbatur.
11 Sagittarius occidit, & flat Auster.
10 Gemini exoriuntur, & Aquila.
9 Suculæ oriri incipiunt, & pluit.
8 Capella oritur matutino, et flat Aqlo.
7 Taurus occidit, Auster & Aquilo flāt.
6 Auster spirat.
5 Fidicula oritur matutino, & Auster flat.
4 Auster uehemens flat.
3 Vergiliæ exoriunt, imbres cum tonitribus fiunt.

Pr. Tempestas aspera, hyemat aër, ingētia uesperi tonitrua commouentur.

XXXI.

Iunius.

K. Suculæ totæ emergunt, Auster flat.
4 Aquila exoritur, aëris tempestas, & flat Fauonius.
3 Australes procellæ cum tonitruis.
Pr. Auster flat, & pluit.
Non. Aquilo exoritur, flat Auster, & pluit.
8 Aquilo flat, & pluit.
7 Arcturus occidit matutino, Fauonius spirat.
6 Delphinus emergere incipit, Arcturus occidit.
5 Aquilo flat, & modice pluit.
4 Pluuiosus aër cum tonitruis, & australis dies.
3 Turbulentum cœlū cum tonitruis.
Pr. Fauonius, uel Corus flat, & tonat.
Id. Delphinus emergit, Auster flat.
18 Orionis numeri eleuantur, & principia æstatis.
17 Obscurum astrum, Fauonius & Auster flant.
16 Aëris tempestas, & Aquilonii flatus.
15 Fauonius cum Austro spirat, Orionis numeri apparent.
14 Sol in Cancro, Orion exoritur matut.
13 Auster et fauonius flāt, pluit & tonat.
12 Serpentarius occidit mautino.
11 Auster cum Aquilone spirat.
10 Exortus Orionis.
9 Obscuri astri exortus, & calorum intensio.
8 Aestiuus cardo, & momentanea aëris perturbatio.
7 Africus & Fauonius simul spirant.
6 Breuissima nox, Orion exoritur.
5 Pluit uesperi, Canis apparere incipit.
4 Ventorum conflictus.
3 Canis exoritur matutino, zona Orionis apparet.
Pr. Arcturus occidit matutino, & aëris intemperies.

XXX.

Iulius.

K. Aër ab Aquilone conturbatur.
6 Obscurū astrū, Auster flat uel Fauon.
5 Austrina dies, & conturbatio aëris.

4 Orion exoritur, Ciconia occidit, et Fauonius spirat.
3 Medium Cancri exoritur.
Pr. Etesiæ flant, et cũ Austro Aquilones.
Non. Corona occidit matutino, flat Auster
8 Cepheus exoritur, et Austrina aëris perturbatio.
7 Orion totus emergit, Auster flat.
6 Etesiarum prodromi flatus spirant.
5 Imbres cũ tonitribus, flat Aquilo.
4 Orion totus oritur matutino, & prodromi inualescunt flatus.
3 Africus flat turbulentus.
Pr. Aquilo flat.
Id. Canicula exorit̃, Etesiæ inualescunt.
17 Orion exorit̃, & uiolẽtus flat Aquilo.
16 Aestatis dimidium, & dies Aquilonis flatu algentior.
15 Fauonius, & interdũ Auster spirãt, Canis oritur matutino, & Etesiæ amplius inualescunt.
14 Orion exoritur, Corus flat, totusq́ue apparet Orion.
13 Sol ĩ Leõe, Cor⁹ spirat, & Cãis exorit̃.
12 Etesiæ cum aliis uentis per unum & uiginti flant dies.
11 Prodromi flatus late spirant.
10 Cancer totus cum Leone exoritur, & Aquila occidit.
9 Leo cum Sole exoritur & Cane, Cancer descendit.
8 Gemini occidere incipiũt, Canis emergit, & Austrini sunt flatus.
7 Caligo arenosa, Aquila occidit, Leo exoritur, flat Auster.
6 Canicularis æstus.
5 Vehemẽtes calores, Etesię ualẽter spirãt
4 Lucida stella in Leonis pectore exoritur, Aquilo egelidus propter æstũ.
3 Autũnales fructus apparere incipiunt, Aquila occidit matutino, aërq; turbidus fit.
Pr. Auster cum Africo simul spirant.

XXXI.

Augustus.

K. Aquila occidit matutino, flat Africus, arentes sunt æstus.
4 Aquila occidit, aër austrinus.
3 Austrina dies.
Pr. Leonis mediũ exoritur, Arbor in hoc biduo apparet, Auster nimbosus uehementer flat.
Non. Corona occidit, Leonis medium exoritur, uehemens flat Auster, & Grues apparent.
8 Fidicula cõtrahit̃, austrina dies ęstuosa
7 Orionis mediũ occultatur, & dies ab Austro caliginosus, & æstuosus.
6 Leo exorit̃, æstusq́ intolerabilis, nebulosus aër. Orionis exoritur medium.
5 Obscurum astrum, Septentrio lenis spirat, æstus medioctis.
4 Lunaris defectus in hanc diẽ incurrere solet, Auster & Aquilo spirant, et calores sunt ingentes.
3 Fidicula occidit matutino, Autũnus inchoat, uentorum concursus fit.
Pr. Ventorum conflictus & pugna.
Id. Delphinus cum Lepore occidit.
19 Aestuosi & squalentes calores,
18 Obscurum astrum, & Fauonius cũ Austro spirat.
17 Delphinus occidit matutino.
16 Autumni initium.
15 Fidicula occidit, & flat Aquilo.
14 Delphinus occultat̃, medioctis æstus.
13 Fidicula occidit matutino, Sol in Virgine, Auster flat, pluit, & tonat.
12 Sol in tota Virgine.
11 Virgo exoritur.
10 Septẽtrio lenis spirat, tota exoritur Virgo, aëris est serenitas
9 Virgo exoritur, Aquilo flat.
8 Etesiæ ponunt, Aquilo frigidior flare incipit.
7 Delphinus exoritur, & Auster flat.
6 Vindemitor emergit, Auster & Fauonius simul flant.
5 Virgo apparere incipit.
4 Fauonius lenis spirat.
3 Virgo exorit̃, Fauonius molliter flat.
Pr. Andromeda exoritur.

XXXI.

September.

K. Andromeda exoritur, imbres cum tonitruis fiunt, flat Vulturnus, inconstantes sunt uenti.
6 Australis piscis non amplius occultatur.
5 Tonat & pluit.

4 Arcturus cum Vindemitore exorit', Malus occultatur.
3 Mercurii domicilium, Fauonius spirat, & ex uentorum inconstantia imbres cadunt.
Pr. Equus exoritur.
NON. Capella emergit, Africus flat uespi, et
8 Arcturus apparet, flat Aqlo, (pluit. & interdum tonat.
7 Virginis mediũ exoritur, Fauonius
6 Idẽ aëris status. (spirat cũ Africo
5 Idem aëris status.
4 Arcturus exoritur
3 Arcturo exoriente imbres cadunt.
Pr. Vergiliæ cum Equo exoriuntur.
Id. Hirundines non uidentur, Capella exoritur, & pluit.
16 Duodecatemorion, id est, 12 portio Autumni incipit.
15 Fauonius late spirat cum Africo.
14 Piscis exoritur, & Septẽtrio ponit.
13 Sol in Libra, Crater apparet, Arcturi medium cernitur matutino.
12 Arcturo exoriẽte ĩbres copiosi cadũt.
11 Aequnoctiũ autũnale, & pisces occidũt.
10 Argo descendit, pluuiosi aëris cõturb.
9 Pisces occidunt, Austrinæ fiunt pluuiæ, aëris uentorũq; conturbationes, & maris tempestates.
8 Lunaris defectus in hác incurrit diẽ, Centaurus exoritur.
7 Nebulosus aër & turbulẽtus existit.
6 Hœdi exoriũt, et Auster uehemẽs flat
5 Virgo desistit emergere, Vergiliæ matutino et uespi apparẽt, Hœdi cum Sole exoriunt', uentorum & maris procellæ ualidæ fiunt.
4 Auster uehemẽs flat, tẽpestates horridæ.
3 Vergiliæ matutino cernũtur, & pluuius flat Auster.
Pr. Capella emergit usque ad uespertinũ Vergiliarum occasum.

XXX

October.

K. Vergiliæ in oriẽte apparere incipiũt, Auster flat matutino.
4 Iidẽ austrini flat⁹, et Vergiliarũ exort⁹.
3 Heniochus, id est, Auriga occidit, & ab Aquilone tonat.
Pr. Hœdi exoriuntur, & pluit.
NON. Corona emergit, et cõuersio ẽ æstatis.
8 Arietis mediũ occidit cũ Scorpione.
7 Eadem, quæ prior, significatio.
6 Corona cũ Hœdis exoritur, aër conturbatur.
5 Hœdi cum Vergiliis emergunt, & flat Africus.
4 Libra oriri incipit, & Fauoni⁹ spirat.
3 Corona exorit' matutino, uẽti cõmutant', asperaq; in mari fit hyems.
Pr. Vergiliæ exoriuntur, & flat Auster.
Id. Corona emergit, aëris commutatio, & tumultus fit.
19 Aquilo immensus flat.
18 Autumni medium, & Auster flat.
17 Orion emergit, & rorulentus ẽ aër.
16 Eadem, quæ prior, significatio.
15 Tristis & nubilus dies.
14 Sol in Scorpione, et Fauoni⁹ spirat.
13 Vergiliæ occidũt, aërisq; ẽ cõturbatio
12 Eadem, quæ prior, significatio, sed etiam pluit.
11 Tauri cauda occidit, et auster flat pluui.
10 Scorpius occidit, Aquilo flat, & in mari tempestas horrida.
9 Vergiliæ occidunt.
8 Centaurus occidit matutino.
7 Scorpii dimidia cauda occidit.
6 Suculæ occidunt, gelidus flat Aqlo, & aspera in mari hyems.
5 Vergiliæ & Orion penitus occidũt.
4 Arcturus occultatur, & uehementes flant uenti.
3 Cassiopea incipit occultari.
Pr. Orion & Aquila penitus occidũt uesperi, & Fidicula exoritur.

XXXI

Nouember.

K. Vergiliæ occidũt, pruina decidit matutino, Arcturus occultat', aërisq; ad frigora fit conuersio.
4 Venti spirant frigidi, & pluit.
3 Fidicula exoritur matutino, & Aquilo flat.
Pr. Auster & Fauonius flant, fiuntque imbres.
NON. Fidicula Sole exoriente apparet, Aquilo flat.
8 Arcturus occidit matutino, & nebulosus est aër.

7 Vergiliæ

7 Vergiliæ & Orion occultantur, Aquilo flat.
6 Turbidus & molestus est aër.
5 Clarum Scorpionis astrum, & hyemalis cardo.
4 Hyemis initium.
3 Vergiliæ occultantur.
Pr. Media Scorpionis stella emergit.
Id. Vergiliæ & Orion occidunt matutino.
18 Scorpius matutino occidit.
17 Fidicula orit̃ matutino, Vulturnus, Auster, & Boreas simul flant.
16 Eadem, quæ prior, significatio.
15 Tempestuosa dies, Austerq́ue superuenit.
14 Sol in Sagittario, Orion cum Fidicula exoritur, aërisq́; tẽpestas existit.
13 Tauri cornu cũ Sole occidit, & flat Aquilo.
12 Horrida tempestas.
11 Suculæ cum Lepore occidunt matutino.
10 Gelida cadit pluuia.
9 Tauri cornua occidunt.
8 Initium hyemis: frigora incipiunt, gelidiq́; cadunt rores.
7 Sol in prima Sagittarii portione.
6 Eadem, quæ prior, significatio.
5 Canis occidit, austrina dies, & pluit.
4 Canis occultari incipit, & nebulosus est aër.
3 Canis occidit matutino, & Africo flante pluit.
Pr. Orion occidit, Fauonius spirat, & Austro flante pluit.

XXX.

December

K. Perturbatio aëris, flat Septentrio, & totus Orion occidit matutino.
4 Canis occidit, uesperi septentrio flat.
3 Tempestuosa cum nubibus dies.
Pr. Sagittarius occidit, & Aquilo flat.
NON. Per totã diem pluit, & flat Aquilo.
8 Medium Scorpii emergit.
7 Aquila exoritur, & Africus flat.
6 Scorpius totus emergit.
5 Canis exoritur matutino, & Auster flat.
4 Vehemẽs Aquilo flat, caliginosum tempestatibus cœlum existit.
3 Obscurum astrũ, Septentrio & Cæcias perflant.
Pr. Aquilo flat prior, grauis & pluuius subsequitur auster.
Id. Totus Scorpius exoritur, Auster & Aquilo flant, & pluit.
19 Capella occidit.
18 Auster & Aquilo perflãt, & aëris perturbatio existit.
17 Eadem, quæ prior, significatio.
16 Sol in Capricorno.
15 Obscurum astrum, & uentorũ concursus & pugna.
14 Capella exoritur.
13 Aquila cum Capricorno exoritur.
12 Incipit flare Aquilo, superueniẽs Auster, totum obtinet diem.
11 Aquila exoritur uesperi.
10 Capella matutino emergit.

Reliquum deficit.

HERMETIS CENTVM APHORISMORVM LIBER.



Sol & Luna post deum, omniũ uiuentiũ uita sunt. Multorum quidem natiuitates non habent hyleg, sed quia Sol & Luna ascendens eorum ex dilectione aspiciunt, eodem libero existente, eorũ uita diu tius elongatur.

2 Omnes natiuitates diurnæ confortantur per Solem, quando idẽ configuratur beneuolis. Nocturnę uero per Lunam, quando ipsa aspicitur à beneuolis, & si hoc non fuerit, si tamen fuerint boni planetæ in angulis, sic natiuitas est fortunata.

3 Mars cum fuerit dominus ascendens in 10, præbet nato dignitatem atq; potentiã, quibus cum iniuria & crudelitate utetur, & hoc uere infortunium dicit̃ potius q̃ fortuna.

4 Iupiter configuratus, maleuolis mutat eorum malitiam in bonũ, Venus non potest hoc facere, nisi adiuuetur à Ioue, & ideo in augmentando bonũ, & in prohibendo malum Iupiter multo melior Venere reputatur.

5 Non potest facere astrologus commixtionem stellarum significationum, antequam cognoscat amicitias & inimicitias earum. Amicitia quidem & inimicitia earũ est triplex, una quidem secundum naturam, alia secundum domos, & tertia secundũ aspectus. *Amicitia & inimicitia stellarum.*

6 Opponitur Venus Mercurio: hic quidem sermones & disciplinas, illa uero uoluptates & delectationes amplectitur. Similiter & Iupiter Marti, hic quidem uult misericordiã & iustitiam, ille uero impietatem & crudelitatem.

7 Magnorum principum facias significatorẽ Solem, uel aliquem de superioribus. Scribarum uero & rusticorum inferiores planetas, & præcipue Lunam.

8 Aspectus non potest diminuere significationem coniunctionis. Coniunctio uero diminuit significationem aspectus, nam coniunctio fortior est aspectu.

9 Non diffinias uel eligas aliquid existente Scorpione in ascendente, nec cum anguli sunt obliqui: aut si Mars sit in eis, falsus enim eueniet diffinitionis euentus, & præcipue quia Scorpio falsitatis est signum.

10 Fert à 6 uel à 12 loco mala beneuolus, cum ibi fuerit à maleuolis impeditus.

11 Rumores dicti Luna existente in prima facie Scorpionis, mendaces sunt & cõpositi.

12 Eueniunt quandoq; in quęstionibus astrologorum iudicia non uera, uel propter errorem instrumentorum eorum, uel propter interrogantis insipientiam, uel quando Sol est circa gradum medii cœli, uel quando figuræ, quæ rem concedunt, uel denegant, sunt æquales.

13 Dum Luna erit meridionalis, descendens in Scorpione uel Piscibus, non incipias fabricare, cito enim huiusmodi fabrica diruetur.

14 Oportet Mercurium per loca consona, & per configurationes aliarum stellarum in natiuitatibus esse fortem ad hoc quod natus habeat dignitatem. Mercurius enim per se planeta debilis est.

15 Insignis quidem duorum corporum uictoria bona, deuictio autem mala, utraque siquidem duplicatur.

16 Non diffinias aliquid, antequam scias intentionem quærentis. Multi quidem interrogare nesciunt, nec possunt exprimere quod intendunt.

17 Cum interrogatus fueris de patre, aspice 4, de fratre 3, de filio 5, de uxore 7. Si uero interrogatus fueris pro ægro, nullam aliam quàm ascendens aspicias.

18 Luna cum peruenerit ad beneuolorum, uel ad maleuolorum quadratos, & impedimentum & auxilium erit dubium, & timendum est, ne forte maleuoli quidem impediant, & beneuoli adiuuare nequeant.

19 In inceptione itinerum & redituum non sit Luna in ascendente, uel in 4, uel in 9, &

ſi non fuerit impedita. In introitu uero ciuitatis non ſit in aſcendente, uel 2, uel 4. Similiter nec in introitu domus.

20 Tribus modis præſciuntur accidétia hominū, uel ex natiuitate propria, uel primogeniti filii, uel ex interrogatione cum affectu & ſollicitudine cognita.

21 Omnis inceptio facta cum planetæ retrogrado, ſi Luna fuerit cõiuncta, citò deſtruitꝰ, & ad peius eſſe deuenit, cum fuerit impedita.

22 Regum atq; principum eſſe accipitur à Saturno & Sole, & à planeta exiſtente in 10. Auxiliatorum uero regis ab 11. Et auxiliatorum ruſticorum à loco 2.

23 Exitus regis aut principis ad itinera penitus reprobatꝰ, cum Cancer erit in aſcendente.

24 Gemini & Sagit. obediunt capiti draconis, & caudæ magis quàm alia ſigna, & ideo grauiora mala in eis faciunt, quàm in aliis ſignis.

25 In natiuitatibus mulierum, cum fuerit aſcendens aliqua de domibus Veneris, Marte exiſtente in eis, uel de domibus Martis, Venere exiſtente in eis, erit mulier impudica: idem erit, ſi in aſcendente Capricornum habuerit.

26 Sol recipit planetarum uirtutes, quando in aſcendéte, uel in domo medii cœli iungitur cum eiſdem, hoc in nocte Luna facit ſimiliter, cum eiſdem locis iuncta fuerit cum prædictis.

27 Iupiter ſoluit Saturni malitiam, quemadmodum Venus Martis.

28 Cum fuerit interrogatio pro muliere, ſimpliciter accipe ſignificationē à Venere, determinatæ uero à 7. Et ſi pro inimico, abſolute quidé à 12, determinate uero à 7.

29 In exitu cuiuſcunq; ad pugnam, ſed ſpecialiter regū, ſit aſcendens aliqua domus ſuperiorum planetarum uel Solis: & ſit tam ipſe quàm dominus eius fortis. Dominus uero 7, debilis & impeditus à malis.

30 Luna Saturno uel Ioui iuncta, lumine et numero aucta, ad omnia erit bona. Si uerò minuta fuerit, ad omnia erit mala. Totū contrarium intelligas in Venere & Marte.

31 In mutuis & depoſitis caueas, ne ſit ſub radiis Iupiter, uel impeditus à malis. Quod ſi ſic fuerit, nec ab impeditione receptus, nulla uel modica reſtitutio ſequetur.

32 Euntes ad cõfigurationem malorum beneuolæ, ex quacunq; figura diminuunt aliquid eorum malitiæ, & per bonas quidem figuras magis, per malas uero minus. Maleuolæ uero euntes ad configurationem bonarum ex quadrato quidem uel oppoſito diminuunt aliquid bonitatis earum, ex aliis uero aſpectibus nihil.

33 Saturno quidé tranſeunte, ab uno ſigno in aliud, fiũt in cœlo diachohontes, quod Arabes uocant aſſub, uel quædam alia ſigna de natura ignis.

34 Temperantia aëris ex coniunctione Iouis & Solis contingit, maxime cum ipſa coniunctio fit in ſignis aëreis. Ex coniunctione Saturni & Solis fit frigus, & ex coniunctione Solis & Martis in ſigno bicorporeo, & in tempore ueris fit tenebroſitas aëris, & infirmitates frequéter contingũt.

35 Aeſtiuo tempore, cum Sol ingreditur terminum Martis, fit æſtus. In hyemali ſiccitas & paucitas pluuiarum aderit.

36 Facias in natiuitatibus & quæſtionibus uirorum hyleg & alcocoden, & directiones eorum, & maxime in quæſtionibus regum & magnatum. Per ea enim ſciuntur accidentia eorum, ſiue bona fuerint ſiue mala.

37 Aſcendens cum fuerit boni eſſe, & dominus eius mali, ſanitatē quidé corporis indicat, anxietaté uero & triſtitiā animi. Si uero fuerit econuerſo, diffinias econuerſo.

38 Notabis ſemper configurationem ſtellarū, nõ per ſigna, ſed per radios.

39 Vtere Luna in curandis oculis, cum fuerit aucta lumine, & libera à malorū aſpectu.

40 Si pars fortunæ fuerit cum malo in quarto, uel nono, uel 10, remotis beneuolis, mortem indicat ægrotanti.

41 Durabilia erunt bona uel mala, cum fuerit ſignificator ſtationarius, & in angulo. Tranſmutabilia uero de facili, cum fuerit idem retrogradus, & in cadentibus angulorū.

42 Eundem

42 Eandem in impediendo uim habet dominus 2, quam dominus 8. Similiter dominus 6, eandem quam dominus 12.

43 Marte occidentali in Cancro nõ aspiciẽte Saturnum, nec Iouem, nec Venerem, nec Solem, erit flobothomator. Eodem uero modo Marte existente in Capricorno, erit corruptor hominum, & sanguinis effusionis amator.

44 Errare cõtingit peritũ astrologũ, quãdo de significatore eius, cui eligit, est ignarus.

45 Saturnus per quadratum super Venerem eleuatus, facit natos impudicos, & in mulieribus impatientes. Si uero Venus super Saturnum eleuata fuerit, faciet faciles ad mulieres & pronos.

46 Si fuerit in natiuitate alicuius Mercurius in ascendente orientalis & uelox, tunc natus fit eloquens, & in scientiis liberalibus doctus. Idem erit etiam, si fuerit in Sagittario in propriis terminis tali modo.

47 Angulorum primus est horoscopus, secundus medium cœli, tertius occidens, & quartus angulus terræ. Reliquorũ uero locorum primus est 11, deinde 2, post 5, deinde 9, post 3, postq; 8. Sextus uero & 12 sunt pessimi.

48 Nisi beneuolus planeta prohibeat, quodcunq; dat Mars, reuocat.

49 Ad personas quibus supplicabis adaptabis planetas.

50 Horoscopus uel planeta, dum inuenit̃ in 30 gradu signi, significatio eius est in signo sequenti: si uero in 29 erit in ipso signo, uirtus enim planetæ in tribus consideratur gradibus scilicet in quo est, & in præcedenti, ac succedenti.

51 Oportet futura considerare à coniunctionibus planetarum, præsens uero uel præteritum à separationibus eorundem.

52 Si Iupiter fuerit in Cancro remotus ab ascendente, nec impeditus ab aliquo erit quidem natus rationabilis, & in scientia ualde peritus, diliget tamen solitariam uitã, nec habebit laudem de scientia sua.

53 Fiunt in mundo multa incommoda, quando erit in uno mense utriusq; luminaris eclipsis, & præcipue in his locis, in quibus est significatio eorum specialis.

54 Luna tempore inceptionis itineris cum fuerit in uia combusta, ægrotabit peregrinus in peregrinatione sua, uel aliquas graues molestias patietur.

55 Oportet in erraticarum directionibus, & nõ erraticarum tempus considerare.

56 Res paterna transit in filium, dum Saturnus fuerit fortunatus, & ex dilectione aspexerit dominum ascendentis, magis ac amplius si fuerit dominus 4 loci.

57 Existentibus beneuolis in signis, in quibus non habent dignitatem, transfundetur eorum benignitas.

58 Si Mars fuerit almutaz in natiuitate, & nõ fuerit iunctus beneuolis, significat quod natus incendium patietur.

59 Donat felicitatem immẽsam planeta beneuolus, cum fuerit in propria domo receptus: maleuolus uero abstinet se à malicia multa, dum fuerit taliter receptus.

60 Aeger erit natus & debilis, cum Mars super Saturnum fuerit eleuatus. Si uero super Martem Saturnus, erit fortis & pinguis.

61 Si pars coniugii uiri ceciderit in signis obedientibus, mulieris autẽ in imperantibus, mulier quidem imperabit uiro, uir autem obediet mulieri: si autem econuerso erit, diffineas econuerso.

62 Ex dilectione si fuerint domini triplicitatis coniunctionalis luminis coniuncti adinuicem, primus secundo, & secundus tertio, permansibilem prosperitatem & tristitiarum liberationem significant.

63 Cum Mercurius erit in Piscibus in gradibus puteosis, facit natos insipientes uel mutos. Iupiter uero in domibus Martis & in gradibus putei, facit sordidos & ægenos, & à personis militantibus læsos. In domibus autem Saturni, & specialiter in Capricorno, & in gradibus putei facit rigidos & omnibus odiosos.

64 Recipit naturam Martis Mercurius in domibus illius existens, & si fuerit configuratus eidem cadenti ab angulo, erit natus amator uenationis, diliget ludere in taxillis: si uero cadens nō fuerit, erit bellicosus & miles.

65 Existentibus planetis sub radiis cum infra 12 gradus Soli proximi fuerint, infortunantur, nisi fuerint in eodem gradu cum eo. Cum uero 12 gradus transierint, existentes orientales, sunt fortes.

66 Terribilia mala operatur Caput cum malis, auget enim eorum malitiā: multa uero bona cum bonis, per ipsum enim augetur eorum benignitas. Cauda uero sicut in situ, sic & significationibus obiicitur capiti.

67 In loco 6 natiuitatis suæ si aliquis habet Mercurium, conuertetur à fide sua in aliam. Et qui partem felicitatis habuerit impeditam, hic nō erit firmus in fide sua.

68 Signum primum in significationibus habet dominium, quando per duo signa significatio rei fiet.

69 A Luna initium omnis rei accipitur, omnis finis uero à domino domus suæ.

70 Si Iupiter in reuolutione annorum mundi fuerit in propria domo uel exaltatione orientalis in angulo, & expeditus à malis, penuriam annone significat.

71 Timetur in ægrotantibus, cum Luna & dominus ascendentis fuerint ab octauo loci domino impediti.

72 Rixam, contentionem, aut litem nullo modo incipias, cum Luna fuerit mali esse: nam si tali modo contigerit, eris proculdubio superatus.

73 Omnis rebellis incipiens rebellare in principio anni, obtinebit sine difficultate dominium.

74 Luna existente in signis ruminantibus, uel coniuncta planetæ retrogrado, nō est bonum purgationibus uti: hæc enim uomitum inferunt, uel alias læsiones.

75 Orientales planetæ bona exhibentes uel mala, citò dant, occidētales uero tarde.

76 Gradus coniunctionis luminarium est media mora eclipsis.

77 In reuolutione annorum mūdi multæ difficultates erunt, & prælia, cum in exaltationibus suis fuerint Iupiter & Saturnus.

78 Esto suspiciosus atq; sollicitus, quando beneuolus est cum maleuolo, nec ualde confidas, quod mali malitia penitus auertatur.

79 Duodecim signa ab ascendente dependent, & ascendens quidem significat esse corporis, dominus uero esse eius animæ. Studeas igitur omni modo, ut non sint ascendens & eius dominus impediti.

80 In signis fixis planetæ dum fuerint, rem durabilem significant, in bicorporeis uero dubiam, in mobilibus conuertibilem uel ad bonum uel ad malum.

81 Vtere in rebus clandestinis Luna sub radiis nō eunte, sed exeunte.

82 Incidere uel induere nouas uestes, Luna existente in signo fixo, & specialiter in Leone, horribile & periculosum est, etiam cum fuerit in coniunctione uel oppositione Solis, aut à malis impedita.

83 Habet in interrogationibus Luna magnam potentiam, nisi fuerit ascendens Leo, aut Sagittarius uel Aquarius. Deinde quidam eorum auferunt significationem ipsius, & præcipue cum fuerint in Leone uel Aquario.

84 Est adhuc Saturnus sub radiis, dum infra eundē & Solem 15 gradibus existit distantia. Idem intellige & de Ioue.

85 Reprobatur in matrimoniis penitus Luna in Cancro. Similiter in Virgine, prætereà in matrimoniis uiduarum.

86 Maleuolus cum erit orientalis in domo propria uel exaltatione melior est retrogrado & impedito beneuolo.

87 Erit impedimentum circa illam partem corporis, quam significat signum quod fuerit natiuitatis tempore impeditum.

88 Tunc

88 Tunc fiunt prosperitates immensę, quando domini triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritas, sunt in angulis uel succedentibus angulorum, in locis propriis, & ab aspectu maleuolorum remoti. Et si dominus ascendentis fuerit boni esse, magis & amplius erit bonum.

89 Idem faciunt planetæ per trinum, quod faciunt per sextilem, minus tamen in bonis uel malis infert sextilis aspectus quàm trinus.

90 Saturnus infert mala cum tarditate, Mars uero subitò, & ideo Mars reputatur Saturno deterior in nocendo.

91 Tunc dicitur magna coniunctio, quando tres superiores planetæ in uno de signis regiis coniungũtur, & tunc regna potentissima faciunt, quãdo aspiciuntur à Sole.

92 Reuelatur statim uerbum occultum quod quæritur, quando Luna & planeta cui applicat, sunt in signis uocẽ habentibus, & in 5 uel 3, uel in oppositionibus eorum.

93 Auget in octauo maleuolus suam malitiam, beneuolus uero ibidem neque bona exhibet neq; mala.

94 Nunquam perficietur bonum uel malum, nisi quando planetæ beneuoli uel maleuoli in natiuitate, uel in reuolutione Lunam aspexerint per quadratum.

95 Si Mercurius in 6 fuerit impeditus, natus in carcere morietur. Si Saturnus in 12 includetur, & Venus in 8 præcipitium patietur.

96 Timẽdũ est in principio ægritudinis, cũ Sol in die, ac Luna in nocte fuerint ĩpediti.

97 Variantur semper significationes stellarũ, quando in configurationibus earum adinuicem ipsarum latitudines uariantur.

98 Luna in 4, uel in 7, uel 9, uel 12, indicat causam illam iam interrogatã fuisse. Idẽ indicat si separata fuerit à Mercurio. Si uero fuerit ascendẽs signum bicorporeum, & Luna similiter in signo bicorporeo, iterum ipsa causa quæretur.

99 In propria domo uel exaltatione, si fuerit maleuolus, licet cum tarditate, tamen exhibet bonum finem. Si uero idem in ascendente fuerit impeditus, quamuis in domo propria, uel exaltatione, infert tamen impedimentum, & malum finem.

100 Terminatur finis euentuum omnis inceptionis, omniumq; dubitabiliũ ipsius per hos significatores, uidelicet per 4 locum, & dominum eius, & per planetam, si forte fuerit in eodẽ. Item per luminare cuius erit authoritas & dominũ eius, & per planetã, cui luminare ipsum coniungitur, & dominum eius.

His & aliis, quæ tibi tradidi clarissime, utere, & cum sobrietate utendo nunquam errabis, cum dei auxilio.

CENTILOQVIVM BETHEM.



Vnc inchoabo librum de consuetudinibus in iudiciis stellarũ.

2 Scias quod quando planetæ retrogradi sunt, ut uir infirmus, stupefactus, solicitus.

3 Cadens uero est quasi mortuus, cui non est motus.

4 Combustus, ut captiuus, incarceratus, uituperatus absq; posse.

5 Stans ad retrogradationem, ut sanus, à quo recedit sanitas, sed remanet parum de ea.

6 Stans ad directionem, ut æger, postquam conualescit, & uidet initiũ suæ sanitatis.

7 Obsessus ut timens inter duos hostes, id est, quando est inter duas infortunas.

8 Quando est inter duas fortunas ut homo comedens, bibens, securus ab omni malo & timore.

9 Quando infortunæ aspiciũt planetam à quarto, uel etiã ipse eas, est ut homo cui incipit iam sua mors & uindicta & decoratio.

10 Quando planeta est in aspectu sui hostis, est ut uir timens hostem suum.

11 Quando est cum hoste suo, est ut uir pugnans cum hoste suo.

12 Qñ est cũ planeta sibi amico & simili, ut est uir cui exhibetr hospitalitas et cõplexus.

13 Quando eſt in domo ſocii ſui, eſt uir cum ſocio ſuo.
14 Quando eſt cadens à domo ſua, uel à domo exaltationis ſuæ, eſt ut uir abſens à domo ſua, aut ciuitate ſua.
15 Quando eſt in domo ſua, aut domo exaltationis ſuę, eſt ut uir in domo ſua, & perficitur iudicium & uoluntas ſua, & completur quod uult fieri.
16 Quando uero eſt in domo ſua, aut domo exaltationis ſuæ retrogradus, eſt ut ęger uir in domo ſua.
17 Quando eſt combuſtus in domo ſua, uel domo exaltationis, eſt ut uir quem incarcerauit dominus ſuus in domo ſua, aut rex ſuus.
18 Quando eſt cadens, eſt uir uexatus, timidus.
19 Planeta fortunatus quando eſt retrogradus, eſt quaſi infortunatus, & planeta fortunatus cadés ab angulis uel aſcendentibus, eſt ut uir ſperás fortunā & nō inuenit.
20 Planeta fortuna quando eſt retrogradus, & eſt cum infortuna, cōuertitur natura fortunæ ad infortunam, & corroboratur infortuna planetæ.
21 Planeta infortuna quando eſt in domo ſua directus, & eſt cum planeta fortuna, conuertitur ab infortuna ad fortunam.
22 Quando planeta eſt in poſtremo ſigni, eſt recidens uel recedens.
23 Quando eſt in primo gradu ſigni, eſt debilis uirtutis in iudiciis & quæſtionibus.
24 A primo autem gradu ad 15 eſt accedens, ſed à 15 ad 25 eſt completus.
25 Si eſt in poſtremo ſigni, eſt recedens, & tunc eſt ut uir recedens à domo, in qua moratus eſt.
26 Planeta agreſtis in aſcendente, in quo habet auctoritatem, eſt ſingularis in iudicio & diſpoſitione.
27 Pleneta in domo nō ſua, eſt ut uir in domo aliena pulſans, iam deprimitur iudiciū ſuum, nec eſt ei auctoritas.
28 Quando eſt cum Sole, ſunt uires eius debiles, & ſuum diminuitur iudicium.
29 Planeta in poſtremo ſigni exiſtens retrogradus, tranſmittit iudicium ſuum, & debilitatur lumen ſuum, & aufertur ab eo claritas ſua.
30 Quando eſt in domo ſua retrogradus, & in gradu 7 à Sole, eſt ut uir in domo ſua, & ſup ſe eſt cuſtodia, ſcilicet uir potentior eo, & affectat fugere timoré eius, & uituperationē & ſuperbiam.
31 Planeta in domo inimici ſui, eſt ut uir in domo alterius, inter quos iam aduenit odium & ira.
32 Planeta in domo ſua directus, liber ab infirmitate & infortunis, ſignificat pfectionē quæſtionū, & perſcrutationis, & complementum, & conſecutionem interroganti.
33 Quando Luna ſeparatur à planetis, ſignificat ſupra præteritum.
34 Quando Luna continuatur cum planetis, ſignificat quo eſt futurum.
35 Luna ſeparata à Saturno, accidūt ligationes & triſtitiæ, & inuētiones mali, et caſus.
36 Luna ſeparata à Ioue, accidunt gaudium & læticia, amicitia, cōfirmatio dotiū, additamentum in familia, & filiis, & ſeruis, & hæreditatibus, additio etiam in cenſu, multiplicatio fortunarum, diſſolutio infortunii & caſus.
37 Luna ſeparata à Marte, accidunt rixæ, contrarietates, mali rumores, dolores, ligamēta, mortes, effuſio ſanguinis, falſa teſtimonia, filii fornicationis & meretricū, remotio zelotypiæ, ut in lectionibus cōceſſio prohibiti, coitus maſculini, præpoſitus mulieri, potatio uini paſſarum, & uini ex quolibet inebriabili, uulnera, abſciſio natorum, diſpoſitio ſyturporum, qui faciunt deſcendere filios à matrice ad ad uuluā & planitiem terræ.
38 Luna ſeparata à Sole, accidunt ægritudines, ſollicitudo, timor, mors, incarceratio, inuentio mali, & dedecoratio, dolores, caſus, ægritudo, ligatio, captiuitas, equitatus, exercitus, populus, res terribiles.
39 Luna ſeparata à Venere, accidūt fornicationes, ioci, riſus, geſtellationes, cantus, ueſtimenta ſerica, colorationes, uarietates.

40 Luna separata à Mercurio, accidunt secundum quantitatem applicationis Mercurii cum fortuna uel infortuna

41 Luna applicata cum ailqua planetarum, significat de futuro secundum applicationem lunæ cum planetis.

42 Luna mane fortunata, laudabilis qui quæsierit in illa die de negocio, aut natiuitate illi gratum erit, fortunatum in omni interrogato.

43 Luna mane infortunata aut corrupta, quæsitum in illa die nõ est gratum in quæstione, & quilibet natus nõ durat, si durat, debilis est in uita sua.

44 Luna iuncta Saturno, dies illa mala in omni opere & quæstione.

45 Luna iuncta Ioui, dies illa bona in omni opere & quæstione.

46 Luna iuncta Marti, dies ingrata in omni opere.

47 Luna iuncta Soli, dies illa uituperanda in omni opere, nisi in eis quæ uult aliquis abscondi, si quis ægrotauerit, morietur illa causa.

48 Luna iuncta Veneri, dies illa grata in omni opere, præcipue cum fuerit quæstio de nuptiis, & reuersione mulieris dissolutę,

49 Luna iuncta cum Mercurio, dies illa bona in omni opere, præcipue pacisci dotes, obuiare scriptoribus, & dispensatoribus, bonum est emere, uendere, computare.

50 Quando luna opponitur Saturno, dies uituperanda in omni opere, non est aptum proponere in ea, nec lucrosum.

51 Quando Ioui, dies laudabilis in omni opere, præcipue in requirendo ueritatem, pacisci dotes, quærere de pactis, imitari res, senũ cõputare dispensatoribus res, eundo prope uel longe bonum.

52 Quando opponitᷣ Marti, dies illa nihil in omni opere.

53 Quando Soli, dies illa nihil, in nullo opere bonum.

54 Quando Veneri, dies laudabilis in omni opere, præcipue in coitu, et rebus mulierũ, quærendo amicitias & societates earũ, reuerti mulierẽ separatã bonũ, aptũ etiã ẽ iter agere.

55 Quando Mercurio, dies media in omni opere.

56 Luna in quarto aspectu à Saturno, dies illa laudabilis in omni opere, præcipue obuiare regibus, principibus regni, & nobilibus nõ est bonum iter in ea, exitus illaudabilis, æger morietur in ea.

57 Luna in quarto Iouis, dies laudabilis, maxime in determinando ueritatem, & quærere coniugium, & accessum ad nobiles, & his qui præsunt regno, fundare ædificia, gratum est exire die illa de quolibet facto, in illa die lætabitur factor.

58 Luna in quarto Martis, illaudabilis in omni opere, maxime obuiare regi, quærere negociũ, in illa nõ est bonũ nubere, æger moriet̃, aut exibit de eo sanguis aut plaga.

59 Luna in quarto Solis, dies uituperanda in omni facto, maxime obuiare regi & nobilibus, & quærere quid est apud eos de negociis & causis.

60 Luna in quarto Veneris, dies laudabilis in omni opere, præcipue segregare se cũ muliere, induere nouas uestes, exercere res nobilitatis, ludi, conuiuii, cõiugii, coitus, emptio bestiarum, seruorum, intrare balnea, ornare, exire ad quærendum quietem.

61 Luna in quarto Mercurii, dies bona, proponendo uendere, emere, misceri regibus, computatio maioris domus, & librorum legere libros & scientias.

62 Luna in sextili aspectu Saturni, dies bona, & obuiare senibus & uillicis, inspicere in causis suis, & negociis, & rebus suis, & incedere in decurtatione suarũ rerum, concordare omni negocio determinando, & auditui uiri, & certę amicitiæ, & misceri magnis uiris, associari suis consiliis, aliis consiliariis.

63 Luna in sextili Iouis, dies bona concordare in illa obuiatione alcaldeis, iudicium istorum quærere, numereum, & omne opus bonũ, nubere, iter agere, misceri nobilibus, & altis uiris, firmare res grandes, constringere regnum, præsentari conuiuiis & nuptiis.

64 Luna in sextili Martis, dies bona, melius quod est in ea, est obuiare ducibus & proui

soribus armorum, exercitus distribuere, arma prouidere de bellis, bonum est uentosare, accipere, pattiri equos.
65 Luna in sextili Solis, dies bona, præcipue obuiare senibus, uillicis, prouisoribus ciuitatis, obuiare regibus, principibus regis, nobilibus, quærere negocia, cogere regnum, incedere in negocia sua.
66 Luna in sextili Veneris, dies bona in omni opere, præcipue in miscendo mulieribus & impuberibus, siue castratis, maioribus dominabus, quærere amicitiam quamlibet cõuiuium præparationem spectantium, induere nouas uestes.
67 Luna in sextili Mercurii, dies bona, iocis & pactis, dotum computationi, obuiationi uillicorum, prouisoribus in omni opere, & mercari.
68 Luna in trino aspectu Saturni, dies bona in omni opere, maxime obuiare senib⁹ dominis regni & regi laudabile, in ea colere terras, & fundare ædificia, & inspicere in rebus antiquis.
69 Luna in trino Iouis, dies bona in omni opere maxime quærẽdo ueritatẽ & determinando omne opus bonũ & amorẽ dei, est bonũ obuiare regib⁹, alcaldibus, et nobilib⁹.
70 Luna in trino Martis, dies bona in rixis, uenatione, obuiare regibus, bonũ emere bestias, disponere de bellis, mittere nũcios, p̃sentatiões in bello, electio aciei, & manipularũ.
71 Luna in trino Solis, dies bona in omni opere, melius est in ea obuiare senibus, regi opus terræ prouidere cuilibet operi, bonum obuiare principibus nobilibus, ligare uexilla, cogere regnum, omne factum bonum.
72 Luna in trino Veneris, dies bona in omni opere melius in ea est quæstiones de ligatione connubii, & induere nouas uestes est apta, præparare ire ad tendas & causas, amorum sponsalia, emere bestias, ancillas, obuiare senioribus, inspicere in conuiuiis & nuptiis, operari imagines, & causas amorum.
73 Luna in trino Mercurii dies bona ligare, obuiare uillicis & scribis, prouidere de omnibus factis.
74 Saturnus in ascendẽte infortunat quæstionẽ apud quærentem, si fuerit retrogradus apud quæstionem, & tardat, & aggrauat, desolat & frangit.
75 Saturnus in 10 terræ quærentem, sollicitat, negocia fiunt cum fortuna, & accidit in quæstione corruptio.
76 Saturnus in septima corrumpit quæstionem, & facit contingere apud quæstionem corruptionẽ negocii, & mutat negocium ab infortuna ad infortunam.
77 Saturnus in quarta, facit contingere in quæstione fortunam in principio rei, & trahit infortunatum ad corruptionem.
78 Iupiter dissoluit quod Saturnus ligat.
79 Similiter Venus quod ligat Mars.
80 Quando luna separatur à fortuna, soluit quod ligat Mercurius.
81 Planetæ superiores quando opponuntur Soli, impediunt & corrumpunt negocia, & impediunt quæstiones.
82 Saturnus in quarta à Sole, significat processum negocii, tamen terminat ad infortunam & corruptionem.
83 Saturnus in quarta Iouis, aut opposito suo, aufert malum, & dissoluit oppressionẽ, siue impressionem suam.
84 Saturnus in quarto & opposito, & cõiunctione Martis, prohibet lætitiam, & præcipitat negocium, & corrumpit & impedit quæstionem.
85 Saturnus in quarto Veneris, aut cõiunctione, aut oppositione, complet omnẽ quæstionem in illicito & in obedientia, & si fuerit secundum diuersitatem obedientiæ, dico dicimus, reuertetur, aufert pudorem & corrumpet.
86 Saturnus in quarto Mercurii, aut oppositione, aut coniunctione corrumpit, quęstionem, & desolat negocia, & facit superfluere superfluitatem.

88 Iupiter in 4 Saturni, aut oppositione, aut coniunctione, uetat eius corruptionem, & uertit ab infortuna ad fortunam.

89 Iupiter in 4 Martis, aut coniunctione, aut opposito, prohibet eius generationem, & corruptionem, & impressionem.

90 Iupiter in 4 Veneris, aut cõiunctione, aut oppositione, significat supra complementum quęstionis, & finem gratum cum illo.

91 Iupiter cum Mercurio in 4, aut coniunctione, aut oppositione, significat super perfectionem quęstionum, & determinationem negociorum, & perfectionem suam, & additionem fortunæ, & res bonas.

92 Quando planeta infortuna fuerit in ascendente, & in secũda domo sit fortuna quęrens transmutabit ab infortuna ad fortunam.

93 Quando planeta fortuna fuerit in ascendẽte, et in domo secunda planeta infortuna, mutabitur quæstio de fortuna ad infortunam.

94 Quando planeta fortis fuerit in ascendente, & in uno angulorum planeta mutabit, quæstio de fortuna ad infortunium.

95 Quando dñs ascendentis fuerit in uia cõbusta, corrumpetur negociũ & rogatum.

96 Quando fuerit infortuna in decimo aut quarto ab ascendente, tremebunt corda, & accidet infortuna, & priuabitur quæstio & recidet.

97 Quando planeta infortuna fuerit in ascendẽte, & in secũda domo sit fortuna, complebitur quæstio, & minuetur negocium cum lætitia & lucro famoso.

98 Quando planeta infortuna fuerit in ascendente, & in secunda domo sit infortuna, recedet quæstio, & procedet ad infortunam.

99 Quando ascendens minuitur in ascensionibus, & dominus suus est in loco descendente in 6 aut 12, quærens sperabit res quas nõ consequetur: & quãdo erit fortuna in 3 ab ascendente, & infortuna in ascendente, quærens erit paruæ appplicationis ad negociũ.

100 Planeta cum euenerit, perdens de tempore ascensionis, quærens consequetur infortunam in fine negocii sui post determinationem eius & adeptionem.

Quando planeta infortuna erit in angulis receptus, dabit & applicabit quęrentis negocium, tamen accipiet ab eo quod dedit sibi, scientia receptionis est, quando fuerit planeta in domo sui, aut domo exaltationis suæ saluus ab infortuna.

ALMANSORIS ASTROLOGI PROPOSITIONES, AD SARACENORVM REGEM.



Aphorismorum compendiolũ mi rex petiisti, ut tuis satisfaciã uotis, laborẽ nequaq̃ subire recusaui. Scripsi, ęquo animo accipias quęso.

1 Signorum dispositionũ, ut dicam, ab Ariete fit initium, unum scilicet est diurnum, alterum uero nocturnum, unum masculinũ, alterum femininum, unum leue, alterum graue.

2 Cuiusquam planetarum septem exaltatio in illo loco esse dicit, in quo substantialiter patitur ab alio contrarium. Veluti Solis in Ariete, qui Saturni casus est. Sol enim habet claritatẽ, Saturnus tenebrositatem, & ut Iouis in Cãcro, in quo Mars cadit, quorum alter cupit iustitiam, alter uero significat iniustitiã, & sic Mercurii in Virgine, qui casus est Veneris, alter nanq; significat scientiam & philosophiam, altera uero causat alacritates, & quicquid est saporiferum corpori.

3 Significatio partiũ circuli ô rex magne super unũ solum est, sicut signum igneæ partis significat super ignẽ, terreæ uero super terrã, aërææ super aërẽ, & aquaticæ super aquas.

4 Aries, Leo, & Sagittarius, est triplicitas calida & sicca, amara, ignea, diurna, masculina,

sculina, & significat choleram rubeam. Taurus, Virgo, & Capricornus, triplicitas, terrea, frigida, sicca, nocturna, feminina, & significat choleram nigram. Gemini, Libra, & Aquarius, triplicitas est aërea, calida, humida, sanguinea, dulcis, diurna.

4 Cancer, Scorpio, & Pisces, aquatica triplicitas est, frigida, humida, flegmatica, insipida, nocturna.

5 Fortunæ largæ sunt & fideles. Infortunæ uero sunt auaræ, & infideles.

6 Fortunæ nihil cum labore dabunt alicui. Infortuæ uero, quicquid dabunt, abbreuiabunt & auferent.

7 Quando duæ coniunguntur infortunæ, fit ex eis fortuna perfecta, sicut ex duarū fortunatum coniunctione, & hoc secundum dicta Ptolemæi.

8 Omnium aspectuum planetarum, melior est trinus & sextilis. Deterior uero quartus & oppositus.

9 Non prodest aspectus trinus & sextilis infortunatum, sicut nec obest quartus & oppositus fortunatum.

10 Ex multis uitæ significationibus in hyleg, significatur multa & longa uita, & purus intellectus, maximusq́ uigor.

11 Cuicunq; fuerit Mercurius in radice natiuitatis in domo Martis, erit malę suspitionis, & festinus in suis negociis.

12 Cuicunq; fuerit Mercurius in natiuitatis radice in domo Saturni, erit magni intellectus, longæq́ cogitationis, sapiens, & philosophus.

13 Nunquam erit pauper & inops, cuius natiuitatis dominus fuerit Iupiter.

14 Cuicunq; fuerint in ascendente infortunæ, turpem notam in facie patietur.

15 Non potuerunt eius oculi euadere ab impedimento graui, cuius in natiuitate ambo luminaria fuerint impedita.

16 Non amittet sensum, in cuius natiuitate Luna iuerit ad Mercurium.

17 Cum fortunæ præfuerint natiuitati, erit natus largus & diligendus. Si autem infortunæ præfuerint, auarus erit & abhorrendus.

18 Cui Saturnus in natiuitate præfuerit, erit sordidus, & cui Mars, fœtidus.

19 In cuiuscunq; natiuitate fuerint infortunæ, in domo octaua, mala morte morietur. Si uero fortunæ ibidem fuerint, in lecto suo migraturus est.

20 Non congregabit pecuniam, nec thesaurizabit, nisi ille, cuius ascendentis dominus, & dominus quartæ fuerit idem planeta, sicut non lucrabitur pecunias nec diuitias, nec uiuet splendide, nisi cuius dominus ascendentis, & dominus decimæ fuerint idem.

21 Non poterit inter duos esse dilectio, nisi fuerint in radice natiuitatis luminaria commutata, id est, ut sit unū in loco alterius in natiuitate socii sui. Odiosi uero sunt adinuicē, qui in oppositis horum nascuntur, & in oppositis signis uel quadratis, uel dominis illorū signorum existentibus in hūc modū, aut luminaribus se conspicientibus illo modo.

22 Dominus quinti circuli, scilicet Venus, significat madefactiones & pluuias, sicut dominus sexti, scilicet Mercurius, itinera & mutationes ac peregrinationes significat.

23 Qui accesserit ad regem, Luna in Aquario, nec recipietur, nec aliquo modo de eo curabit rex. Si autē ad eum accesserit ipsa in Piscibus, auertet faciem suam ab ipso.

24 Non erit bona sanguinis minutio, Luna in Geminis, sicut nec erit conueniens uti uentosis, Luna in Tauro.

25 Meliora signa in accipiendis laxatiuis & purgatoriis sunt aquatica, sed eorū melius est Scorpius, deterius uero Cancer existimatur.

26 Melius signum in societatibus est Leo, deterius uero Aries.

27 Stellæ fixæ dant dona grandia, & ex paupertate subleuant ad sublimitatem, quam non faciunt planetæ 7.

28 Perfectus medicus erit, cui Mars & Venus fuerint in sexta. Bonus uero cantor ille, cui Mercurius retrogradus cum Venere in eodem signo.

29 Dominus

29 Dñs quinti circuli, ſcilicet Venus, cum fuerit in primo gradu Cancri, faciet pluuias.
30 Cum planetæ ponderoſi fuerint occidentales à Sole, dabunt probitatem circa finem uitæ, & econuerſo.
31 Qui emerit aliquid Luna à capite Cancri, uſq; in finem Sagittarii, emet care, uendetq; uiliter, econuerſo autẽ, cum fuerit à principio Capricorni uſq; in finẽ Geminorum.
32 Nõ eſt bona circuncifio, Luna in Scorpione, ſicut nec bonus uomitus in Leone.
33 Illius ſigni naturã, in quo Venus fuerit, nato attribuet: cum enim fuerit in Leone, dabit amorem: in Tauro cantus, & in Scorpione coitus. Ratio eſt, quia Leo habet cor, Taurus guttur & collum, Scorpius ueretrum.
34 Cuicunq; fuerit Mercurius in duodecima, erit ſapiens, magnusq; philoſophus.
35 Cum in radice natiuitatis impedietur Luna, ceciderintq; omnes domini triplicitatũ, ſ hyleg, maxime uero primus dominus triplicitatis aſcendentis, fueritq; in aliquo angulorum in fortuna, indicat nato uitæ paucitatem.
36 Dñs quinti circuli, ſcilicet Venus, diſſoluit quod ligat dominus tertii, & eſt Mars. Dominus autem ſecundi, ſcilicet Iupiter, diſſoluit quæ ligat dominus primi, ſcilicet Saturnus, & hæc ſignificatio eſt ſuper res magnas.
37 Cum ceciderint omnes domini triplicitatũ, fueritq; in aliquo angulorum una ſtellarum fixarum exaltationis primæ uel ſecundæ, quæ ſit ex natura dominorum triplicitatum, perficietur ei nutritio, & tranſibit eam.
38 Quod cadit ſuper Lunam ex malitia Martis, & ipſa aucta lumine, æquale eſt ei, quod cadit ſuper eam ex malitia Saturni, ipſa lumine diminuta. Hoc autẽ capitulum res grandes ſignificat, nec ſcietur eſſe hæreticorum, niſi ex domino circuli ſecundi. Et dominus quarti circuli ſignificat ſuper reges.
39 In electionibus regum cõmendantur ſigna planetarum altiorum, ſicut in electionibus impotentum ſigna inferiorum planetarum commendantur.
40 Illa quæ fortunium altius indicant, ſunt Iupiter, pars fortunæ, pars donationis, domus quoq; ſecunda, & qui in ea fuerit eiusq; dominus, dominus etiã triplicitatis luminaris, cuius fuerit auctoritatis, necnon dominus decimæ, & qui in ipſa fuerit.
41 Cum ſignificator erit inter aſcẽdens & decimã, erũt dies & horæ: cum inter decimã et ſeptima, erunt ſeptimanæ & menſes: inter aũt ſeptimã & quartã cũ fuerit, erunt anni.
42 Dominus primi circuli, ſcilicet Saturnus, cum fuerit in ſignis fixis, faciet mortalitatẽ & cariſtiam, hoc autem ſapientes experti ſunt.
43 Cum uolueris alicui eligere, & non poteris differre, ſi Luna fuerit impedita, pone impedientem dominum aſcendentis.
44 Melior ictiſal eſt in longitudine & latitudine: fortunæ corroborãt naturam boni, & uilificant naturam mali: infortunæ autem agunt contrarium.
45 Cuiuſcunq; planetarum natura ſuperior fuerit, nõ ceſſabit eius actus, uſquequo ſit ibidem eius contrarium.
46 Cum nequiueris electionẽ differre, ponas aſcendens, & eius dominũ ſaluos, necnõ nomina fortunatarum ponas in angulo, & quod melius eſt in decimo. Non nocet Mars in peregrinationibus aquarum, ſicut nec Saturnus in peregrinationibus terrarum.
47 In itineribus ſigna fixa uituperantur, mobilia uero commendantur.
48 Cũ aſpexerit infortuna ſignificatorẽ, fueritq; retrograda, & cadẽs, necnõ in loco, in quo fuerit peregrina, id eſt, in nulla dignitatũ ſuarũ, & in ſigno cõtrario ſuæ naturæ, infert ſignificatori malum, quod nullus curare poterit, niſi ſolus deus.
49 Cũ Mars appropinquauerit terræ, pacificabit cũ Ioue, Saturnus quoq; ſic pacificabit cũ Venere, & Luna cum terrę approprinquauerit, & eſt aſcẽſio duarũ partiũ in parte una.
50 Luna Soli concordat, cum fuerit aucta lumine & numero, omnis quoque ſtella luminoſa ei concordat.
51 Quãdo Mars debilitatur, Venus confortatur, ſicut Iupiter Saturno debili, minuitur

malitia

malitia infortunarum, cum in aliqua dignitatum suarum fuerit, & econuerso.

52 Cum recipiet infortuna fortunam, non impediet eam, maxime autem cum nō aspexerit eam ex quatto uel opposito, nec fuerit in eodem signo, maximum est planetarū impedimentum, cum fuerit in locis peregrinis.

53 Omnis planeta cum in eodem puncto Soli coniūctus fuerit ibit festinanter, cum ad eum accesserit, ibit pedetentim.

54 Fortius testimoniū est ictisal Lunæ ad planetā, q fuerit in medio cœli in ascendente.

55 Cancer significator est super aquas multum mobiles, Scorpius uero super aquas currentes riuorum, Pisces quoq; super immobiles scilicet, ut lacunas & puteos.

56 Omnis res quæ festinanter fit, & festināter destruitur, & quæ reiterat, est in significatione Martis.

57 Omne quod festinanter fit, & subito destruitur, permanet'q; diu destructum, est de natura Saturni & Martis.

58 Quicunq; fuerit ex stirpe regali, si in eius radice natiuitatis fuerint duo Soles, erit regibus contrarius, separabitur'q; ab eis in operibus suis.

59 Cuicunq; fuerit Luna hora natiuitatis in Tauro in minuto ascensionis, & Sol in Leone in ascendente in minuto ascensionis, ad magnam exaltationem perueniet.

60 Ea quæ accidunt in hoc seculo, sciuntur & inuestigantur ex magna fortitudine superioris significatoris, & ex sua eleuatione, & si ea non fuerit, exquiritur à planeta, ad quem iuerint omnes alii planetæ.

61 Si quid significauerit aliquis planetarū in natiuitatis radice, cum diuisio & dominus ad eum peruenerit, apparebit eius significatio, seu bona, seu mala fuerit.

62 Cum dominus 10 retrogradabitur ab ictisal domini ascendentis, nō recipietur natus à domino suo, cum dominus ascendentis & Luna fuerint in ascensione, & duę fortunę similiter aspexerint sese adinuicem, erit natus multum fortis & potens, nullus'q; præteribit eius mandatum.

63 A gradu ascensionis sciuntur accidentia corporis, à gradu partis fortunæ esse substantiæ. A gradu uero Lunę esse corporis & animæ deprehenditur. A Solis aūt gradu ualetudines eius, sed à gradu medii cœli magisteria & opa dignoscūt, unicuiq; gradui da annū.

64 Fortunabitur, erit'q; boni esse, necnō potēs ille, cuius annus reuolutionis similis fuerit radici, & cuius circulus in eadē similitudine fuerit, in qua erit ipso anno radicis.

65 Diurnum esse nati accipitur ex directione, aliter ex motu domini, aliter de die in diē esse, nati accipitur ex motu domini signi profectionis anni in terminis expositis domini signi alynthiæ anni ad terminos expositos.

66 Cum Saturnus ascenderit in altiori parte sui circuli, id est, in sua auge, cōiungetur'q; Luna Soli in extremo mensis, & ipsa iuerit ad eum, significabit augmentum rei, quæ fuerit ex natura signi, in quo ipse fuerit.

67 Cum fuerit planeta in ipso minuto gradus orientis, coniungetur'q; ei Luna in eodē loco, apparebit actus naturæ illius planetæ seu bonus, seu malus fuerit.

68 Cum aliquis planeta dominabitur alicui anno, ex annis mundi, in ipso gradu suæ exaltationis apparebit eius significatio, & eleuabitur rex in regione illa, & in climate, in quo ab ipso significabitur.

69 Impedimentum Mercurii à Saturno debet impedire linguam nati, deterius autem si corporaliter coniungatur.

70 Quantus erit timor sup infirmū, cū fuerint luminaria hora interrogatiōis sub terra.

71 Cum fuerit utrunque luminarium in eodem gradu, suæ exaltationis in suo domicilio, liberum ab infortuniis erit natus totius mundi rex, & semen eius hæreditabit terras eius, obtinebit'q; multo tempore.

72 Cum fuerit ascendens alicuius natiuitatis medium cœli mundi, fuerit'q; signū mobile Aries scilicet, uel Cancer, & ille gradus qui fuerit super linea medii cœli, fuerit idem gradus,

gradus, in quo est exaltatio Solis uel Iouis, expandetur nomen eius per uniuersam terrã, & diuulgabitur eius fama.

73 Hæc sunt illa quæ sunt aptanda, uel ex eis aptari potest, scilicet ascendens, pars fortunæ, luminaria, signum coniunctionis, eorum'q; domini, signum domini, horæ, necnõ & locus rei quæsitæ, eius'q; dominus.

74 Ex domino exaltationis & diuisore, necnõ domino aliorum diuisorum radiorũ, & ex domino anni, ex mutatione quoq; planetarum in locis, & eorum aspectibus sciuntur accedentia mundi in reuolutionibus annorum.

75 Cum dominus 10 domus fuerit in 8, timebitur, ne mater nati ex illo partu morier.

77 Cum fuerit dñs 4 domus, impeditus à domino ascendẽtis, timebitur sup patrẽ nati.

77 Nihil prodest præliant, cum fuerit dominus ascendẽtis in fortuna, & retrogradus, uel sub radiis, qui similiter si fuerit cum 7, uel eius domino, obtinebit in prælio, qui prius pugnare cœperit.

78 Infortuna suum locum calefacit & impedit, Sol uero calefacit, & nõ impedit.

79 Caue ne rex exeat ad prælium, domino ascendentis eunte ad dominum 7.

80 Cum fuerit Mars cum Sole in signis Septentrionalibus, erit calor maximus, similiter etiã cum Sol ierit ad Saturnũ in signis meridionalibus, erit frigus maximũ & ecõuerso.

81 Cum peruenerint infortunæ ad locum conuenientem, non nocebunt, si non fuerit eius significatio in radice natiuitatis, & similiter fortunæ non proderunt, cum non sit ex eis in radice significatio.

82 Impedimenta quæ uentura sunt, in annis alynthiæ euenient, cum peruenerit annus mundi ad corpora malorum unicuiq; signo da annum.

83 Maius infortunium Saturni est, cum fuerit in signis femininis, sed Martis, cum fuerit in masculinis.

84 Nullus debet expugnare ciuitatem, cuius dominus fuerit dominus ascendentis anni mundi.

85 Oportet in omni inceptione aptare circulũ ad naturã eius, quod qs incepturus est.

86 Non commendatur ictisal Lunæ ad Martẽ ex domibus Veneris, nec ad Iouem ex domibus Saturni & Mercurii, neq; ad Solem ex domibus Saturni.

87 Ex maioribus fortunis est, ut planetæ sint diurni, orientales à Sole, in signis masculinis, planetæ uero nocturni occidentates à Luna 87.

88 Cum domini triplicitatis luminaris diei fuerint diurni & orientales, ab eo quoq; domini triplicitatis nocturni occidentales, & erunt aucti lumine, erit maius signum fortunæ & felicitatis.

89 Punctus orientalis significat pueros iuuenes, & uniuscuiusq; principia, mediũ uero cœli, reges, legis'q; dominos, iudices, & etiam præliorum dominos. Septimum quoque senes atq; defunctos. Mulieres etiam ac inimicos, atq; omne uenustum. Angulus autem terræ patres & terras, locum etiam in quo natus est infans. Horam quoque mortis & sepulchra demonstrat.

90 Planetæ qui dant grandes diuitias, tres sunt, uidelicet Iupiter, Sol, & Mercurius.

91 Horrẽda est omnis inceptio ab eo, qui multarũ fuerit diuitiarũ, in omnibus medietatibus, in quibus impedita fuerit coniunctio uel præuentio, caueat igitur ab hoc.

92 Vniuersalis quæstio natiuitati assimilatur, reuolue igit̃ annos eius, & sup eos iudica.

93 Gaudet Saturnus in Aquario, sicut Iupiter in Pisce, gaudet etiã Mars in Scorpione, sicut Venus in Libra, & Mercurius in Virgine.

94 Sicut addit Geuzahar super naturã omnis planetæ, qui cum eo fuerit, ita cauda minuit ex natura cuiusq; planetæ, qui cnm eo fuerit.

95 Fortior significatio super esse patris, est primogenitus, & qui sequuntur, dabunt similiter aliquid significationis.

96 Algebuthar fortior est in causa uitæ, Alcocoden autem fortior est in aliis rebus, Do-

minus uero radiorum fortior est, quàm algebuthas, & forsitan erũt æque fortes.

97 Cum morietur natus prius quàm transeat una dies & una nox, erit sicut abortiuus, & nullam habebit in aliquo significationem.

98 Reges quorum negocia cito fiunt, & qui cito se uindicant, qui cito etiam perficiunt quod desiderant, sunt quorum ascendẽs in principio regni fuerit signum igneum, & similiter medium cœli, uel alterum fuerit igneum, alterum uero aëreum.

99 Cum fuerit dominus ascendẽtis in bono loco, in terminis fortunarum, fuerit'q; dominus termini boni esse, colligatus ei dabit probitatẽ ac regnum, & omne bonum.

100 Cum fuerit in medio cœli significator, dirigetur per ascensionem circuli directi. In ascensione uero per ascensiones regionis: in eo autem quod est inter utrũq; per utrũq;, hoc quidem capitulum narrauit Alchindus.

101 Causa fortunii ac prosperitatis est, ut sint dominus domus Solis, dominus domus Lunæ, dominus'q; ascendẽtis orientales, sint & in angulis, & aspiciãt sese ex bonis locis, id est, ex trino uel sextili.

102 Multum potens est ille, cui Sol fuerit in medio cœli in signo igneo, & luna in Tauro, cuius aspectus erit sinister.

103 Valde diuites, & qui diuitiis abundabunt, magni'que sunt nominis, quibus dominus secundæ domus fuerit in exaltatione sua uel domo, iens ad dominum ascendentis, maxime autem, si fuerit Iupiter.

104 Vita omnium animantium est secundum gradum solis & Lunæ, & hoc ab altissimo datum secundum Astapham.

105 Cum fuerit fortuna in locis Martis, & significator iuerit ad eam, uel ea ad significatorem abscindet; sicut infortunæ.

106 Auerte oculos à figura, in qua Mars fuerit in angulo, maxime cum fuerit ascendens Scorpio.

107 Cum uoluerit aliquis aliquid abstrahere, significatore Saturnum aspiciente, grauiter abstrahet.

108 Si quis postulauerit aliquid, Capite existẽte in medio cœli cum Ioue, & Luna eunte ad eum, uel si separata ab eo, iuerit ad dominum ascendẽtis, uel si dominus ascendentis iuerit ad eum, nõ præteribit, quin breuiter adipiscatur quæsita.

109 Nõ est bonum uolenti bellare, nec etiam regi, quod faciat iter domino ascendentis, & in octaua, & si sit in exaltatione sua.

110 Nõ est Sol bonus in ascendente hora belli, nec cum domino ascendentis, nisi fuerit ascendens Aries uel Leo.

111 In ea parte, in qua Sol & Luna fortunabũtur, erit uictoria interrogãtibus, ueluti si formabuntur ab ascendẽte usq; ad medium cœli, uel ab ascendente usq; ad quartũ, uincet, quærens si in locis aliis fuerit, aduersarius superabit.

112 Oportet maximum impedimẽtum esse rerum, quæ sunt in potestate signi, in quo fuerit planeta cadẽs, uel retrogradus, aut in malo esse solis.

113 Signa significant corpora, planetæ uero ea quæ mouẽt corpora, loca planetarum in circulo eorum'q; substãtiæ, & loca eorum à Sole, significãt opus & destructionem.

114 In cuiuscũq; natiuitate fuerit Iupiter, receptor fortitudinum omnium planetarum, & ipse commẽdauerit eas, & suam Saturno, fuerit'q; receptus ab eo, & uterq; orientalis & ascendẽs in angulo, erit natus magnus & potens in hoc seculo, necnon & boni esse, surget etiam nomen suum in orbe.

115 Caue ne sit Saturnus cum domino ascendentis, uel in aliis locis exaltatis, quia ipse est deterior Cauda.

116 Veri sunt rumores, si fuerint hora nuntiationis anguli signa fixa, & Luna atq; Mercurius in signis fixis: & si Luna etiã separata fuerit à fortunis, necnõ si fuerit fortuna in angulorum aliquo, cumq; ita inueneris, hæc significatio nec falli nec fallere poterit.

117 Prima

117 Prima diei hora usq; ad perfectioné trium horarũ, est sanguinis. Tres uero secundæ cholerę rubeæ, tertia cholerę nigræ: sed ultimæ tres flegmatis, similiter & in nocte. Eodem quoq; modo est in quartis mensis lunaris. Quartæ autem anni sunt Solis.

118 Cui dominus ascendentis fuerit in dextra Solis, fuerit'q; super ipsum eleuatus, id est, dustoriam habuerit, & iam perficiat suam, ut ita dicam, orientalitatem, erit amicus regũ & potentum, diues etiam, & magni nominis.

119 Noli festinare in iudicando, cum planetæ adinuicem coniungentur, nisi prius signi naturam consideres, in quo coniuncti fuerint: utrum sit ex eorum similitudine, nec ne, si enim fuerit ex eorum similitudine, cõfortabis eorum significationem.

120 Cum fuerit dominus 11 ascendentis, uel 11 Lunæ, aut 11 partis fortunæ circunuentus à fortunis magis fortunabitur quàm alter aliquis.

121 Cum duæ fuerint infortunæ in gradu 4 domus, & in eodem termino erit natus infortunatus, & ualde miser.

122 Cum planetæ fuerint in angulis, apparebunt ea quæ ab eis significabuntur, siue bona, siue mala fuerint, significatio domini quarti, circuli est annus, sed & septimi circuli est mensis.

123 Cum fuerint anguli ascendentis signa mobilia, & duæ infortunæ in angulis, misera erit omnis eius uita nati.

124 Cum Luna fuerit in angulis, confortabit omnem significationem suam, maxime autem, si quam auctoritatem habuerit in ascendente.

125 Festina cõmutatio nõ poterit esse nisi à Marte, sicut magna elõgatio, nisi à Saturno.

126 Status omnium bonorum mutatur de bono ad malum, uel de malo ad bonum, cum mutantur signa & figuræ planetarum, qui significant super eos de ascensione in descensionem & econuerso.

127 Iupiter & Saturnus mutant res & conuertũt, erit'q; uariationis initium, cum mutantur de una triplicitate ad aliam in cõiunctionibus, & ex una figura in aliam.

128 Meliores coniunctiones duæ sunt, quarum altera est luminarium, altera uero duorum planetarum ponderosorum, planetæ masculini sunt qui agunt, feminini uero sunt in quos agitur, & similiter etiam in signis.

129 Aspice ascensionem planetæ, & gradum exaltationis, gradum quoq; sui casus, nam hæc sunt quæ significant homines & eorum opera.

130 Si inueneris significatorem in angulis masculinum, & in signo masculino, cõtrariũ uero significatorem femininum, & in feminino signo, aget in eum, id est, uincet alterũ ille cuius signum est masculinum, & in masculino signo.

131 Significationes sunt duobus modis, substantialiter scilicet & accidentaliter, et utroq; modo numerum septem planetarum significabunt.

132 Cum duæ infortunæ coniunguntur, & Luna Saturno in latitudine, erit fames & mortalitas. Si uero Marti, mutabuntur reges, & erit multa sanguinis effusio, & prælia in loco qui signabitur ab ipso signo, & hoc nõ fallit.

133 Ex cõiunctione Saturni & Iouis in signis mobilibus, cognoscetur commutatio status & mundi, & ex eorum cõiunctionibus in signis fixis iterum.

134 Cum coniungentur duæ fortunæ, coniungetur'q; Luna Ioui in latitudine, erit iustitia, & quies in terra dirigetur: si autem Veneri, erit alacritas, gaudium, salus'que corporum atque prosperitas.

135 Cum Venus & Mars fuerint in eodẽ puncto cum Sole in loco Veneris & termino, uerba nati ab hominibus recipientur, & à nullo repudiabuntur.

136 Heremita & quasi propheta, necnõ cuius uerba recipiuntur, est ille, in cuius natiuitate Iupiter & Venus in eodem gradu cum Sole fuerint.

137 Famosi reges in hoc seculo, & quorum mandata nõ spernuntur, sunt quorum Iupiter & Luna fuerint in eodem puncto ascendentis ad augem suam.

138 Cui uigor maximus & posse magnum fuerit, est cui Sol in medio cœli cum Saturno erit in signo masculino orientalis.

139 Cum Luna & cæteri significatores remouentur ab angulis, nō perficientur res ipsæ, nisi fuerit quomodo ex itinere, & nō ex alio.

140 Cum nō fuerit inter aliquem planetarum, & significatorem ictisal aspectus, et fuerit uterq; in eodem circulo, & ex circulis parallelis in nadir uel anahat, uel in æquinoctiali itinere, erit melius quàm ictisal aspectus.

141 Omnis planeta duo habet signa, præter luminaria, quorū utrūq; solā habet domū, quoniā eorū lumen est Saturni tenebrositas, ideó q; positæ sunt eorū domus contrariæ.

142 Fortunæ sunt fideles & prosperæ, cum fuerint in locis exaltationis ac directæ, necnō & auctæ lumine.

143 In magnis & exaltatis rerum diuitiis uel initiis laudat́ ut sint luminaria in terminis fortunatum sese aspicientia, & ut domini terminorum sint ex rei incipiēdæ natura.

144 Res circuli, quæ complectūtur omnia, & quæ maximæ sunt, septem sunt, uidelicet principium creationis hominū anni Solis maximi, & sunt 1415. Cum autē ascēderit aliquod initium in termino ascendētis radicis cuiuslibet inceptionis, inuenerit́q; duo minuta duorum planetarū grauium. Scientia horæ anni, in qua cōiungetur in signis: ascendens reuolutionis anni mundi, ascendēs quoq; cōiunctionis uel præuētionis, quod fiet etiam in hora natiuitatis uel quæstionis.

145 Nō accidet super aliquem bonum uel malum, nisi cum mutatur natura uel similitudo triplicitatis signorū planetarū, quæ sunt eius loci significatores.

146 Cum diuersificantur duo climata, diuersificatur planetarū aspectus & eorū radii.

147 Cum uero duæ latitudines diuersificantur, circuli eius circularis motus diuersificantur. In hoc autem capitulo nullus ita perfecte locutus est.

148 Duorum nodorū impedimēta peiora sunt planetis inferioribus q̃ superioribus.

149 Figura circuli in quæstionibus magnæ similitudinis, est ad similitudinem animæ quærentis.

150 Cum fuerit Iupiter in Ariete directus, absq; malo aspectu fortunatum, dabit fortitudinem, & regnum in quo nulla fiet iniustitia.

BETHEM DE HORIS PLANETARVM.

De hora Saturni.



Cum fuerit hora Saturni, bonū est emere res grauis naturæ, ut ferrū, stannum, plumbum, & omnia metalla, & lapidem, & pannos nigros, & incipere hortos fodere, & aliquas fraudes excogitare contra inimicos, & nō est bonum sanguinem minuere, nec medicinam accipere, nec potestati loqui, nec prælato monacho hypocritæ, nec piscatori, nec uenatori, nec alicui amico loqui, nec aliquem murū construere uel ædificare, nullū quidē hominem incipere est bonū, neq; aliquam societatem facere, nec uxorem accipere, quia nunquā erunt concordes, nec pannos incidere, nec nouos induere est bonum.

De hora Iouis.

Hora Iouis bonum est emere & cambiare argentum, & omnia negocia tractare, quæ pertinēt ad argētum, & pānos azuri coloris mercari, & pōtes & domos orationis causa, & iter causa domini bonum est incipere causa etiam negociationis, nauigationis iter incipere bonū est, & medicinā accipere, & sanguinē minuere bonū est, & loqui de concordia, & pace, & amicitia, & potestate, & emere equos castanei coloris, & arma de azaro bonum est, & telā ordiri, & agrum arare, & seminare, puteū etiam fodere, murum construere & ædificare, quid plura referas: omnia bona opera bonū est incipere hora Iouis.

De hora

De hora Martis.

Hora Martis bonum est emere arma, & equos ferrandos, et omnes equos aptos in bello, galeas armare, iter causa belli incipere, siue per terram siue per mare, & omnes pannos rubei coloris emere, medicinā uero accipere, & sanguinē minuere, iter incipere propter aliquam negociationem nō est bonū, præterea bonū est omnia opera quę ad ignē pertinēt, sicut fabrorū, coquorum, fornariorum, fornasariorū, et quemadmodū diximus de hora Saturni, nō est bonū incipere societatem, nec uxorem firmare uel ducere.

De hora Solis.

Hora Solis bonum est emere aurū, & omnes res aurei coloris, & equos aureos, & optimum est in ea hora loqui regi, & omnibus potentibus, & bonū est potestatibus iter incipere causa belli, & incipere bellum, & bonum est negociari pannos crocei coloris, medicinam uero accipere, sanguinem minuere, aut iter incipere negociationis causa, siue uxorem ducere, uel societatem conducere, uel facere uel contractare nō est bonū neq; malū.

De hora Veneris.

Hora Veneris bonum est emere feminas, margaritas, & omnia ornamenta mulieris, & annulos aureos, & omnes res muliebres inuadere, desponsare, & uxorē ducere perfectissimum est, emere quoq; equos albos, & uestimenta alba, & medicinā accipere, & sanguinem minuere, loqui reginis & nobilibus mulieribus bonum est.

De hora Mercurij.

Hora Mercurij bonum est emere omnes res pictas, scriptas, frumentū, milium, panicū, et omnes uestes uarii coloris, quæ pertinent ad usum hominum species omnes, bonum est emere bombace, setam siue sericū, & omnia opera quæ sunt de serico, & incipere placitū facere, uxorē quoq; ducere, ac societatē facere, medicinā etiam accipere, sanguinē minuere optimum est, iter quoq; causa negociationis facere, equos quoq; baleianos emere, & arma duorum colorum crocei & aurei, & uestimenta uiridis coloris emere, telam ordiri bonum est.

De hora Lunæ.

Hora Lunæ bonum est emere mel, oleum, ficus, castaneas, nuces, amigdalas, lanam, linum, canapum, ordeum, carnes porcorum, & omniū animaliū, præter ꝙ ouiū, bonū est etiam emere aues ad mercuriū pertinētes, & omnes bestias quæ pertinent ad macellū, iurare, deceptiones, traditiones, fraudes, & ingenia facere bonum est, opera quoq;, quorū uis stabilitatē, nō est bonum incipere, quorū uero uis celeritatē, bonū est incipere.

De ortu triplicitatum, & primo de ortu primæ triplicitatis.

Si fuerit in ortu Aries, Leo, uel Sagittarius, quia ista signa sunt ignea, bonū est sub eorum ortu incipere ea quę pertinēt ad ignem, sicut fornacem incendere, aurum, argentum, plumbum, stannum, auricalcū colorare, & contra fabricalia, & omne opus cuius uis celeritatem, nauigare, cursus equorum facere, nuntium mittere, uela erigere, puteū fodere, thesauros inuenire, & multa quæ numerari nō possunt.

De ortu secundæ triplicitatis.

Si fuerit in ortu Taurus, Virgo, uel Capricornus, quia sunt signa terrea, bonum est sub eodem ortu omnia opera facere quæ pertinent ad terram, ut est terram arare, emere terras, & domos, terram mensurare, & diuidere uestiméta, & emere ligna, ex quibus uis facere naues, & omnia ædificia, & omnia opera facere, cuius uis habere stabilitatem, perseuerantiam, & durabilitatem.

De ortu tertiæ triplicitatis.

Si uero ascenderint Gemini, Libra, uel Aquarius, quia sunt signa aërea, sub eorum ascensu bonum est facere quæ pertinent ad aërem, ut arborē in naui ponere, & in ipsam erigere, & antennas & uela præparare & extendere, & omnia opera quæ pertinent ad nauem, cursum equorum & galearum, & iter bonum est incipere.

De ortu quartæ triplicitatis.

Si uero ascendens fuerit Cancer, Scorpio, uel Piscis, quia sunt aquatica signa, sub eorũ ortu bonum est facere omnia quæ pertinent ad aquam, ut rhetia mittere in aquã, & omne genus piscationis exercere, balneate, & balnea cõstruere, & clausa ad molendinum facere, & aquæ cursus dirigere, & multa quæ enumerari non possunt.

De hora Saturni, & signo, & eius ascendente.

Hoc tantum diligentius est attendendum, quod si fuerit hora Saturni, & signum Saturni ascendat, mirabile est facere omnia quæ dicta sunt de horis Saturni, & idem intellige de omnibus aliis horis & signis, & si potes, concordes horas cũ signis, quia optimũ est, & quod diximus de Saturno, sic intellige de omnibus aliis planetis.

ZAHELIS DE ELECTIONIBVS LIBER.



Mnes cõcordati sunt, quod electiones sint debiles, nisi in regibus habent 95, isti licet debilitentur eorum electiones radices, id est, natiuitates eorum, quæ confortãt omnem planetam debilem in itinere, mulieribus uero & mercatoribus, & his qui sequuntur, non eligas aliquid, nisi supra natiuitates eorum, & reuolutiones annorum illorum, & super natiuitates eorum filiorum, quorum autem ista ignorantur, accipiantur eis interrogationes. Et sciatur effectus rei eorum ex eis, postea eligatur eis secundũ hoc, quia dum interrogauerit quis de semetipso iam peruenit ex natiuitate sua ad bonũ uel malum. Quare ipse te interrogauit, & indica ei secundum interrogationem suam. Caue ergo ab huiusmodi electionibus. Quomodo enim eliges ei, cuius radix distracta est, maxime cum hoc sit initium primum, & radix antiqua, in qua est fiducia, caue igitur eligere ei, cuius radix natiuitatis uel interrogationis significauerit aliquod horribile, ad quod cum peruenerit, si posueris omnes fortunas in angulis, & cadere feceris omnes malos ab eo, nihil proficiet ei, & omnis planeta qui non congruit domino ascendentis eius, nõ proderit illi uiro quicquam, & maxime illis qui sunt uiles uel mediocres, quia nescis utrum eligas ascendens, uel stellã, quæ sit ei in radice inimica, uel fuerit in eodem signo ascendente quod ei elegisti malum, nihil enim admiramur in illis, qui equitant mare, aut illis qui peregrinantur in una hora, quorum intentio est in una peregrinatione. Sed quidam eorũ naufragium patiuntur, quidã uero euadũt, & quidam eorum inueniunt substantiam, quidam uero nihil inueniunt, nõ enim assimilatur esse quorundam eorũ aliorũ esse, & iam multotiens probaui hoc in collatione quorundã, qui exierunt à loco in una hora, & peruenerunt ad aliã regionẽ in hora una. Sed quidã ex eis uelocius reuersi sunt cum optima substantia, & quidã ibidẽ tardauerũt, quidã uero eorũ perierunt anteꝗ̃ redirent ad domos suas, hoc enim eis accidit ex natiuitatibus suis, & ex diuersione eorũ in ipsis annis, uidemus etiam quosdã gaudere, & potare in die malo, & in timendo die, scilicet multorũ impedimentorũ, & congregatur atꝙ ingreditur super eos rixa in die bono & laudabili, & uidebis forte significatorẽ iunctum malo ex quarto aspectu uel oppositione, aut erit cum eo in uno signo, inueniet tamen in eo fortuniũ bonũ. Quare hoc nõ est, nisi quod mali fortassis congruerint ei magis, quia erant domini ascendentis primi, uel domini diuisionis eius, aut domini ascendentis reuolutoris anni. Cum aũt elegeris super ascendẽs interrogationis aut natiuitatis, quam nosti, uel super dominũ signi profectionis anni, erit electio tua dignior, quia scies quid ei sit cõgruum ex stellis, & quid sit eius affectus. Caue igitur in hoc capitulo, et sit opus tuum simile electioni tuæ. Et scito quod omnipotẽs & altissimus creauit omnẽ creaturã, mundum scilicet, & quicquid in eo est ex quatuor naturis. i. ex quatuor elemẽtis, & collocauit terrã, & omne quod sup eã est ex rationali & irrationali, & ex mobili & immobili in circulo, posuitꝙ inter hęc et circulũ rem subtilẽ, quã sciũt sapiẽtes, ut illa subtilis occasio, quã posuit inter lapidẽ magnetis & ferrũ, & qui est inter patrẽ & filiũ, et inter comedentem & cibũ. Scito hęc & intellige eũ. A cõcordia ergo quæ est inter utrasꝙ substãtias, superiorẽ scilicet

licet & inferiorē, temperanť res & aduersitate destruunť, & fortunæ sunt æquales. i. tempe ratæ naturæ, mali uero nocibilis naturæ, ideo´q; uolūt impedire, & si receperint, tamē ōm nino nō deerit eorū substantia & caliditas eorum diuersitatis, & sunt quasi fures, & ciues malorum ex hominibus & ab eis uenit diuersitas & discordia, commutatio quoq; ac rerum confusio, intellige hoc totum.

Ascendens, & quid in eo est de electionibus in scientia naturarū signorū, quorū prima sunt mobilia.

Scito quod signa mobilia significant mobilitatē rerum festinātet, & nihil durabile fit in eis, nec prolongať tempus illorū, bonum tamen est in eis seminare, emere, uendere, & mulierē firmare, hæc omnia sub eis proficiūt, et infirmus liberabiť cito, contentio quoq; in eis nō prolongať, & fugitiuus reuerteť cito, peregrinatio etiā utilis est in eis, & si quis promiserit in eis aliquid, non perficiet promissum, locutiones, somnia & rumores in eis falsi erunt, nō curret sub eis aliquis medicus, nec plantetur sub eis aliqua plantatio, & nō fundeť in eis fundamentū, quia malum est, & omne quod inceperis in eis, cuius stabilitatē uolueris, nō erit stabile. Omne aūt opus instabile & festinationes qđ uolueris facere, incipe sub eis. Et uelociora mobilioribus sunt Aries & Cancer, sunt enim plus tortuositatis, & plus mobilitatis, Libra uero & Capricornus, sunt fortiora, & magis tēperata. Porro fixa cōgrua sunt omni operi, cuius stabilitas & prolongatio temporis quæritur, & quod uult auctor eius esse durabile bonum´q;, & utile est in eis ædificare, & nuptias celebrare; postq; fuerit desponsatio in mobilibus. Et si in eis dimissa fuerit mulier à marito, non reuerteť ad eum, in initiis uero & inceptionibus in eis nō erit fiducia, nisi in eis multiplicenť testimonia fortunarū, & qui uinctus fuerit in eis, prolongabiť eius carcer, & qui irascitur in eis, nō poterit cito mitigari. Conditiones uero & mercedes in eis utiles sunt, bonum´q; erit ædificare, & facere fundamentū. Scorpio autē leuior est omnibus fixis, & Leo magis fixus, Aquarius est tardior ac deterior, Taurus uero magis est planus. Signa cōmunia in participatione & fraternitate sunt utilia. Et quicquid operatū fuerit in eis, sæpe erit iteratū. Emere uero, & nuptias celebrare in eis nō eriť utile nec proficuum, & erit in eis ingeniū & deceptio, & cui obiicitur aliquid in eis, euadit & sanať ex eo quod sibi obiiciť. Et qui incarceratur in eis, nō figitur nisi in timore propriè propter paruitatē suæ apparitionis & exitus eius, & qui egrediť ex carcere, redibit ad locū suū, & si capiť in eis fugitiuus, redibit ad fugā suam secundo, & qui uadit in eis ad iudicē, nō firmať ei sentētia neq; iudicium, neq; in eis uadit aliquis in naui, nā qui uadit, permutať ex ea ad aliā, cui promittiť aliquid in eis, dissoluiť, & nō compleť ei aliquid de illo, & infirmus in eis sanať, deinde incurrit recidiuationē. Totū ergo quod aduenit homini, in eis ex bono & malo duplicať super eū. Et si quis moriť in eis, tūc moriť post eum in illo loco alius in proximo. Et permutatio & ablutio capitis & barbæ, & purgatio auri & argēti in eis sunt conuenientes, et mittere pueros ad literas. Si aūt uis incipere aliquid ex eis quæ dixi tibi, tunc pone Lunam in ascēdēte illarū domorū cōuenientiū ei quod uis, & cōiunge Lunā cū fortunis recipientibus illo signo, & signa qdē diei in cōparatiōe diei sūt fortiora, et pone ascēdens diūrnū. Signa aërea cōueniūt uenationi in terra & mari, & signa regalia cōueniūt regib⁹, et signa qbus sūt uoces, cōueniūt illis q canūt fistula cū crudo & uoci alhool & cātilenę, & signa ignea cōueniūt oī q̄d fit cū igne, & signa ęqualitatis, in qb⁹ ęquanť nox & dies, cōueniūt ueritati & ueriditioni, & eis q opanť cū lācibus, & signa mutabilia, & sunt illa in quibus incipiūt mutari nox & dies, cōueniūt mutationi, et ei qui uult p mutationē de re ad rē, et cōsidera ad oē opus q̄d tu uis incipe, quę sit natura illius signi ex orbibus, et cōiūge Lunā & dn̄m ascēdētis cū illa substātia, & radix illius naturę, & uirtus cū illa hora. s. hora inceptionis. Quod si uis illud q̄d est ex parte dn̄orū & principū, & magnatū, & præpositorū sup ciuitates, & spectabiliū & dn̄orū, pugnę & languorū, tūc tibi est p Solē, et quod est ex parte sublimiū, tūc tibi est p Iouē, & agricolarū & infimorū, tūc tibi est p Saturnū, et ducū et dn̄orū pugnarū, tūc tibi est p Martē, & qđ est ex parte mulierū, tūc tibi est per Venerē. Emptiones aūt & uēditiones, ac cōtentiones, & res scriptę, ac negociationes, sunt Mercurio & in cōmixtione reginatū ex mulierib⁹ & inq̄sitione eorū, q̄ apud illas sūt per Lunā.

Signa mobilia.

Fixa.

Communia.

Electio de inceptione alicuius operis, & de decem impedimentis Lunæ

Cum ergo uolueris aliquod opus incipere, apta ascendēs & dominum eius, ac Lunā, & dominum illius rei, & caue ab impedimēto Lunæ, sicut dixit Dorothius, & cæteri sapientes in initio operū, & sunt decē modi. Primus modus, ut sit combusta infra Solē per 12 gradus, & post ipsum similiter, sed leuius est post ipsum. Secundus, ut sit in gradu descensionis suæ. Tertius, ut sit in oppositione Solis. Quartus, ut sit iuncta malis, aut in lumine quarti aspectus eorū, aut oppositionis. Quintus, ut sit in Capite uel Cauda, à gradu in 12 gradus, qui est terminus eclipsis. Sextus, ut sit in ultimis gradibus signorū, q sunt termini malorū. Septimus, ut sit cadens ab angulis, aut in uia cōbusta, quæ est finis Libræ, & initium Scorpionis, & hoc est deterius, quod fit ex ui impedimētis Lunæ, & maxime si fuerit inceptio de coniugio, uel aliquid de rebus mulierū, aut emptio, uel uenditio, seu peregrinatio. Octauus, ut sit in septimo signo à domo sua, id est, in Geminis cum malo, uel fuerit in oppositione domus suæ, uel nō aspiciens eā. Non⁹, ut sit Luna cursu tardior, & hoc est, quod uocant sapientes similitudinē cursus Saturni, quousq; sit cursus eius in die minus 12 gradibus, & si esset minus unū minutū, hoc est, cum fuerit cursus eius in die minus medio cursu eius in una die qui scribit̃ in canone, id est, in illo libro cursuū. Decimus, quē dixerūt Messahallach, & sapiētes temporis nostri, est cū fuerit Luna uacua cursu, & apta Lunā pro posse suo, & nō ponas eam in ascēdēte alicui, quia hoc timendū est propter quod accidit domino eius ex infirmitatibus in corpore, nisi sit dominus ascēdentis, uel fortuna aspiciēs gradū ascendentē, quia planeta qui nō aspicit domū suā, similis est uiro absenti à domo sua, qui non potest aliquid repellere ab ea, nec prohibere: cum uero aspexerit planeta domū suā, similis est domino domus, qui custodit eam, quicunq; enim in domo est timet eū, & qui foris est, timet uenire ad eam. Et si fuerit dominus ascēdentis malus, fac eum aspicere ex trino, uel ex sextili aspectu, & caue ne ponas Lunam in angulis, cum fuerit impedita, sed ponas fortunas in angulis ascendētis, aut Lunam, cum fuerint duæ fortunæ, aspicientes eam ex angulo, & posueris eum in angulis ascendentis, nec cadere facias partē fortunę in omnibus initiis uel interrogationibus ab aspectu Lunę, aut eius coniunctione, & nō aspicias dominū partis fortunæ, nec cures, si fuerit pars cadens ab ascendēte, & si fuerit eadē pars, & si eadē pars aspexerit ascendēs & Lunā, & stude ut ponas dominū ascendētis cum parte, quia hoc utilius est, & maioris lucri, & nunquā ponas Lunā in secūdo, uel sexto, aut octauo, uel duodecimo ex parte, quia hoc horribile est, & constitue ascendens semper, ac Lunam in omnibus initiis in signis directę ascensionis, quia significat leuitatē & profectum, & nō ponas eos in signis tortuosæ ascensionis, quia significat inuolutionē & tarditatē. Ascendens quoq; & quartū ab eo, significat quid accidat illi electioni. Aspice ergo fortunas, & malos de locis, & fortē ac debilē, & loquere super initio eiusdē rei, & finē illius de fortitudine & debilitate. Et Dorothius dixit, Cum uideris Lunam impeditā, & affuerit res, quæ omnino debet fieri, & nō potest differri, nō des Lunæ in ascendentem partem, & fac eam cadere ab ascendente, et pone in ascendente fortunam, & conforta ascendens & dominum eius.

Signum secundum, siue secunda domus cum suis electionibus, & primo in accipiendo & accommodando pecuniam.

CVm uolueris eligere horam in acceptione & accommodatione pecuniæ, sit Luna in Leone, uel in Pisce, aut in Scorpione, aut Sagittario, uel in Aquario, sitq; deficiēs lumine, & fortunæ utræq; sint deficientes, & aspicientes Lunā uel ascendēs, & sit Mercurius mūdus à Marte, & Luna cum Ioue uel Mercurio, & caue ne Luna sit impedita ab aliquo malorū, nec sit Mercurius iunctus eis, uel in quarto aspectu eorum, nec sint fortunæ cadentes, quia si fuerit Luna cum Marte, cadet in labore, & sollicitudine, et negociatione, & asperitate. Et si fuerit impedita à Saturno, uel cadet in prolongatione & dilatione, & exibit post districtionē et fatigationē. Si aūt uolueris occultare ipsam accōmodationem,

ut nullus

ut nullus possit percipere sit Luna, dum hanc acceperis, uel petieris sub radiis solis, iens ad cōiunctionē fortunatū post separationē eius à Sole, hoc enim leuius omnino est eius, & nō publicaberis, nam si fuerit Luna in exitu eius, à combustione egrediēs ad cōiunctionem Martis, publicabitur hoc, & cades in ora hominum, & in ora eorum, quos non uis ut hoc sciāt. Et caue ne sit Luna in circulo signorum absq; latitudine, id est, in Capite uel Cauda, uel in uia combusta, quia hoc horribile est, & dixit Dorothius, Non accipias accōmodatum, nec accōmodes alicui aliquid, dum fuerit Luna in primo gradu Leonis, aut Geminorū, uel Sagittarii, uel fuerint hæc signa ascendētia, quia hoc odibile est accommodationi propriæ. Scito hoc.

Electio in participatione cum aliquo de substantia uel aliquo opere.

Et si uolueris participare cum aliquo in substantia uel opere, melius est ad hoc, ut sit Luna munda à malis, & iuncta fortunis, & sit in signis communibus ut multiplicetur eorum lucrum, aut sit Luna in Leone, uel in Tauro, & horrendum est illis, ut sit Luna in signis inferioribus, & deterior cęteris est Libra, quia est in ea uia combusta, similiter horrēdus est Aquarius, & sit Luna recepta ex trino uel sextili aspectu, ut sit bona eorū separatio, quia in quarto aspectu & oppositiōe erit inter eos locutio, id est, rixa in separatione. Aspectus quoq; dilectionis significat bonitatē seu honestatē separationis eorum, et fidelitatem ac beneuolentiam eorū. Et caue à præsentia malorū in angulis; quia ascēdēs est incipientis participationē ex eis, uel eius qui fuerit maioris ætatis. Septimum uerò est particeps alterius: & decimū significat quod erit inter eos, & multitudinē uel paucitatē lucri: à quarto uero scitur exitus rei eorum. Et caue ne dominus ascendētis nō aspiciat ascendēs, aut dominus domus Lunæ nō aspiciat Lunam, quia cum fuerit ita, deludet unusquisq; eorum socium suum, & deteriorabitur eorum res in separatione.

Electio pro substantia mittenda ut lucretur ex ea.

Et si uolueris mittere substantiam, quærens lucrum eius, apta Lunā & Mercuriū, & dominum domus substantiæ, necnō & dominū gradus domus fiduciæ, & sit Luna iūcta Mercurio, facq; cadere Martē ab utrisq;, prout potueris, apta quoq; Mercurium, & purgā eum à uitiis. Si autem fuerit Mercurius retrogradus, apta Lunam & gradum, dominum domus fiduciæ, ac dominum eorum, & fac cadere Mercurium à lumine Martis, & non facias eum cadere ab aspectu Veneris, & à domino undecimi. Et sit fiducia tua semper in directione substantiæ, & inquisitione lucri super Mercurium & Lunam & gradum domus fiduciæ ac dominos eorum, & fac cadere Martem, & lumen eius ab eis.

Electio pro emendo & uendendo.

Et si uolueris eligere horam emptionis, apta partem fortunæ, & sit in domibus Iouis iuncta fortunis, quia hoc melius erit ementi quàm uendēti. Et Luna cum fuerit in signis directæ ascensionis, augmentata lumine & numero, ac iuncta fortunis, quicquid emerit in eadem hora, amittet in eo dominus eius, & melius est hoc ementi q̄ uendenti. Sitq; Mars cadens à Luna & Mercurio, quia Mars in uenditione & emptione impedit, & ipse est qui significat laborem & contentionē. Similiter & Cauda, fac eam cadere à Luna proprie, & est infra Martem. Et si uolueris uendere, pone Lunam in exaltatione sua uel triplicitate, separatam à fortunis, & aspicientem malos, sed nō sit eis iuncta.

Electio in operibus alchimiæ.

Et si uolueris operari alchimiam, uel opus quod uolueris iterare, fiat hoc, & sit Luna in signis communibus, munda à malis, & sit ascendens similiter, apta ergo eos. Et si fuerit opus tuum in auro, conforta Solem, & apta eum in inceptione eius.

Signum tertium, siue tertia domus, cum suis electionibus.

ET quicquid in signo tertio de electionibus ceciderit, pars eius in nono, & pars altera in domo amicorum, tunc dicemus id, si deus uoluerit.

Signum quartum, siue quarta domus, & quicquid est in eo ex electionibus, & primo pro domo ædificanda.

CVm uolueris eligere ut ædifices domum, apta Lunam & dominum eius, & gradũ ascendentis, & dominum eius, partem quoq; fortunæ, ac Mercurium, & fac Martem cadere ab his significatoribus, quos nominaui tibi, & nunquam des ei partem in aliquo de ædificiis domorum: & si nõ potest fieri, quin habeat partem, pone Venerem fortem in loco suo, & non pones ei fortitudinem super Martem, & iunge eam sibi ex trino uel sextili aspectu, quia Mars non impedit rem Veneris, præ multitudine amicitatis eius erga eum, & fac cadere Saturnum à Venere pro posse tuo, propter inimicitatem eius, cum Marte & cum Luna, cum se aspexerint ex dilectione, et sit Luna augmentata lumine ac numero, & iuncta Ioui ex quarto aspectu, quia melius est quàm de oppositione, et hoc significat pulchritudinem ædificii, & eius perfectionẽ. Et caue ne sit Luna cum Saturno, uel Cauda, aut sit Saturnus in ascendente uel quarto, quia hoc significat tarditatem et duritiam in opere, & quia nõ erigetur, uel quod si erectum fuerit, uel fuerit habitatum, non cessabunt habitatores eius pati in eo timores, & infirmitates, ac labores, & tribulationes à morte, & scindetur ædificium, & forsitan cadet. Et si aspexerit eum Mars, & fuerit ascendens in circulo augis, uel breui timetur super eum combustio & casus, & sit Luna tũc augmentata lumine, quia erit tunc utile domino suo. Sit'que dominus domus Lunæ aspiciens eum. Similiter dominus ascendentis sit aspiciens ascendens, & ipsi mundi à malis, quia si nõ aspexerint, nõ morabitur in eo dominus eius.

Electio pro destruenda domo.

Et cum uolueris destruere domum, sit hoc, cum descendit Luna in circulo suo, fuerit'q; separata à malis, & iuncta fortunis, sit'que ipsa fortuna orientalis, aut ascendens directa, uel iungatur Luna domino domus suæ ex dilectione, id est, ex trino uel ex sextili aspectu, ut sit leuior eius destructio, in quarto uero aspectu, uel oppositione, grauior erit illis destructio.

Electio in emendo terram, aut eam locando, ut accipias redditus ex ea.

Et si uolueris emere terras, & intrare cum aliquo in eis, aut uolueris habere terrã, ut accipias redditus eius ab aliquo, sit Saturnus in exaltatione sua, aut in triplicitate, uel termino suo, sit'q; Iupiter in aspectu eius ex angulo uel trino aspectu, & fac cadere Martẽ ab eis, & sit Luna in initio mensis, aspiciens Saturnum ex dilectione, augmentata numero, in aspectu'q; Iouis, hæc enim significat populationem illius terræ, & eius redditus. Quod si aspectum Iouis cum Saturno habere nequiueris, pone Venerem in loco Iouis, & fortunabis signa aquatica, quia cum fortunabis ea cum fortunis, erunt meliora signis aëreis, & sit Luna in exaltatione sua, uel in medio cœli, & dominus ascendentis aspiciens eam, Luna quoq;, & ascendens sint mundi à malis & à uitiis.

Electio in deducendo fontem, uel puteũ fodendo.

Cum'q; uolueris deducere flumen, uel fodere puteum, uel canales, sit hoc, cum Saturnus fuerit orientalis, & Luna sub terra in tertio uel quinto, liber à malis, fortunata atq; recepta, & caue ne sit aliquis malorum in medio cœli, quia timendum est tunc, ne puteus ruat, uel canalis, aut defluat flumen, sit'q; Saturnus in undecimo ab ascendente, & Luna iungatur fortunæ in signo fixo, ascendẽs in circulo est melior fortunis, & Iupiter. Quod si hoc nequiueris facere, pone fortunas in medio cœli, qa in hoc durabilius est flumen, & stabilius canale, uel puteus.

Electio in plantandis arboribus.

Et si uolueris plantare palmas, & ficulneas, & cæteras arbores, sit hoc, cum Luna fuerit in signo fixo, & dominus domus eius aspexerit eam ex signis aquaticis, sit'q; ascendens signũ fixum aut cõmune, & dñs ascẽdẽtis ascẽdẽs ac orientalis, quia si fuerit ascẽdẽs, & nõ fuerit orientalis, nascent̃ citius. Sed fructificãdi faciẽt dilationẽ: & si fuerit orientalis, descendens,

descendens nascentur tarde, & fructificabuntur cito: & si fuerit occidentalis descendens, tardabit uterq; ortus, scilicet eorum ac fructus, & sit dominus ascendētis, & dominus domus Lunæ aspiciens eos, ipsiq; sint liberi à malis, & à combustione.

Electio in seminando semen.

Et cum uolueris seminare semen, quod ultra uolueris exercere, sit ascendens signum commune, & dominus eius in signo mobili, aspiciens dominum domus suæ, & ipse liber à malis, quia si aspexerit eum malus, inueniet ipsum semen impeditum. Sit ergo Luna augmentata lumine & numero, quia si fuerit Luna sub radiis, & fuerit deficiens lumine & numero, ipsum semen abibit, & non nascetur ex eo aliquid: & si fuerit sicut prædixi tibi, Luna augmentata numero, nascetur illud semen rarum secundum quantitatē li us quod seminatur.

Signum quintum, siue sexta domus cum suis electionibus, & primo in generando filium masculum uel feminam.

CVm uolueris eligere horam coniungendi, id est, cum uolueris iungi uxori tuæ, ut generes filium masculum, sit ascendens & dominus eius ac Luna, & dominus domus filiorum in signis masculinis, aut in quarta parte circuli masculina, hora coniunctionis, & non ponas in ascendente eadem hora, nec in signo filiorum, nisi planetam masculinum. Et si uis ut sit femina, sint isti significatores in signis femininis, & in parte circuli feminina. Quod si hoc nō poteris facere, & fuerint diuersi isti significatores, id est, si quidam eorum fuerint in signis masculinis, quidam uero in femininis participetur dominus horæ, & recepta Lunæ eis qui fuerint, plus testimonium in signis masculinis, si uolueris hoc & in parte masculina, & erit filius secundum hoc.

Electio in educendo partum mortuum de utero.

Et si mortuus fuerit filius in utero, & uolueris educere eum, sit hoc cū Luna fuerit deficiens lumine & numero, descendēs à cingulo signorum ad signūm septimum, id est, à medio cœli ad septimum, aspiciens fortunas à trino uel à quarto aspectu cū aspectu Martis, & eo amplius ac melius ac dignius si fuerit signum Lunæ, & ascendens de signis femininis, quæ sunt directæ ascensionis, & nō sit in signis tortuosis.

Electio, si uolueris filium tradere disciplinæ, uel mittere ad locum, in quo doceatur aliquod magisterium.

Et si uolueris filium tradere disciplinæ, uel uolueris eum mittere ad locum in quo doceatur aliquod magisterium, uel ministerium, sit electio tua ad hoc, & Luna aspiciēs Mercurium, & ipsi sint liberi à malis, & sit ascendēs Gemini uel Virgo: sitq; Mercurius orientalis ascendens, & nō sit descendens, nec retrogradus, nec in statione sua prima, nec in descensione sua, nec sit impeditus, & sit dominus domus Mercurii similiter, & non ponas Lunā descendentem, ac lumine deficientem, quia tardare facit disciplinam, & sint domini domorum eorum aspicientes eos.

Signum sextum, siue sexta domus cum suis electionibus, & primo in expellendo diabolos, & phantasmata de aliquo loco.

CVm fuerit in aliquo loco uel domo aliqua diabolus, uel infestatio malorum habitantium, uel secuta fuerit eam aliqua res terribilis, quæ fuerit timenda, uel aliquod phantasma apparēs, & uolueris remouere eum à loco suo, aut ab aliquo homine per carmen, aut aliqua inquisitione uel ingenio, caue ne sit Luna uel ascendens in aliquo horū signorum, in Leone scilicet, & Cancro, in Scorpione, & Aquario, sed sit Luna in cæteris extra hoc, separata à malis, & iuncta fortunis.

Electio in accipiendo medicinam, uel applicando emplastrum, uel quodcunq; aliud medicamen, & cuicunq; membro.

Et cū uolueris eligere ad capiendā medicinā ad eos qui fuerint mali, id est, q spasmant, uel ad capiendā medicinā ad dolorē uentris, uel emplastrum facere, sit hoc cum ascendēs fuerit Libra, uel Luna in ea iuncta fortunis, & non pones aliquem malorum in angulis *Ventris remedia quādo administranda.*

Lunæ,

Lunæ,quod si non poterit fieri, quin hoc fiat,sit hoc ex trino uel sextili aspectu, absq; oppositione,& absq; proiectione duorum radiorum ex quarto,uel ingressu sub radiis,quia si ita fuerit, faciet dolorem & impedimentum. Si autem uolueris curam capitis,& quicquid descendit ab eo,ueluti gargarismum aut uomitum, sit ascēdens Aries, aut Luna in Ariete uel Tauro,& sit Luna deficiens lumine, & iuncta fortunis, & caue ab aspectu Solis ex quarto aspectu uel oppositione, in Ariete proprie propter calorem Solis. Ad medicinas autem, quæ proiiciuntur in nares, ut suffumigationes & sternutaméta &c. sit hoc cum Luna fuerit in Leone uel Virgine,iuncta fortunis,& nō sit iuncta malis, neq; planenetæ retrogrado, neq; impedito. Et si uolueris curam corporis,manuū scilicet ac pedum, sit ascendens Capricornus, aut Piscis,uel Aquarius,uel Luna in eis iūcta fortunis. Et si uolueris curam alicuius morbi antiqui,sit electio tua ad hoc agendum, cum Luna fuerit in Tauro & eius triplicitate, & melior illa est Taurus, quia est ex morbis terræ,sit que Luna munda à malis,& sint fortunæ in angulis Lunæ ex Tauro, eritq; fortius ac melius,ut recedat intiqua infirmitas, & nō reuertatur ad eum qui eam patitur, & caue ne iungat̄ Luna Saturno proprie,quia significat prolongationem infirmitatis. Et dixit Messahalach. Aspice in omni curatione, quem uolueris ad locum infirmitatis in corpore,quod si fuerit in parte capitis,aut gutturis, ac pectoris,cura eam cum fuerit Luna in Ariete & Tauro, ac Geminis,quæ est pars superiorū: & si fuerit in parte uentris & interius in pectine,cura eam,cum Luna fuerit in Cancro,& Leone,& Virgine. Si uero fuerit morbus in parte inferiori in ano scilicet & in parte inferiori corporis, cura eum cum Luna fuerit in Libra & Scorpione,ac Sagittario,& sit Luna iuncta fortunis,aucta lumine & numero. Et si fuerit morbus à genu et infra usq; ad pedē,cura eum cum fuerit Luna in Capricorno, & Aquario, & Pisce, & dictum est etiam quod omnis dolor qui fuerit à capite usq; ad pecten, debet curari, cum Luna fuerit inter angulum terræ & medium cœlum,ascendēs scilicet ab angulo terræ usq; ad medium cœlum,per hanc partem circuli. Et si fuerit à pectine in inferiorem partem pedum, curabis eum, cum Luna fuerit inter decimum angulum terræ à decimo,scilicet descendens ad angulum terræ, quæ est pars inferioris circuli, & sit ascendens fortunatum,quod si sic fuerit,significat quod sanetur & proficiat. Et si in oculo fuerit aliqua uesica,uel aliqua res,& necesse fuerit,ut contingatur ferro, uel scarificetur,fuerit quoq; super eum coopertorium,aut fuerit in aliquo loco corporis, cui necesse sit,ut contingatur ferro,ut abscisio uenę &c. sit hoc cum Luna fuerit aucta lumine & numero,nisi in minutione cum uentosis,quia tunc pones Lunam deficientē lumine,& numero iunctam fortunis,& sit Iupiter super terram in ascendēte super terram,uel 11,aut in 10,uel 9,& caue à coniunctione eius cum Marte, cum fuerit Luna aucta lumine & numero. Si autē nequiueris ponere Iouem in his locis,sit aspiciens ascendens,& caue ne Luna sit & ascendens in signis fixis & Geminis cōmixta Marti,id est,habēs cum Marte aliquam communionem,& caue tunc in ortu Lunæ, hoc est, quando transit Luna Solem per 12 gradus, similiter in præuentione,aut non sit Mars in ascendente,quando hoc acciderit, & similiter Saturnus,nisi sit in initio mensis,& sit Luna aucta lumine & numero,quia si abscideris aliquid à corpore,aut perforaueris,putrefient,et minutio uel perforatio nō proficiet patienti infirmitatē. Et nō abscidas uenam, nec eradices dentem,Luna in signo mobili uel communi,nisi sit Luna munda à malis,aut fuerit fortuna fortis cum Luna, uel iungatur ei Luna ex trino uel sextili aspectu. Dolores autem qui fuerint in oculis,& quæ contingunt eis ut flegmon & albedo,& cæteræ infirmitates quæ curantur ferro, sit hoc in augmentatione Lunæ & eius numeri,secundum quod dixi tibi ante hoc capitulum, & sit Luna munda à Marte in curatione oculi proprie,quod si aspexerit,abstineas in hoc. Si uero Saturnus aspexerit,tunc si Luna fuerit aucta lumine & numero in initio mensis,non impedit: cum autem remotus fuerit à præuentione,fac Lunam aspicere Martem,ex trino aspectu,& ipsa sit iuncta fortunæ,& nō des Marti fortitudinem in aliqua curatione oculorum,quia sapientes cōuenerunt super impedimentum Martis in capite:& dixerūt etiā, omne

Capitis.

Oculorum.

omne quod curatur cum ferro, aspice potestatē eius ex corpore, & nō ponas Lunam, nec ascendens in hoc signo, nec contingas aliquid cum ferro, cum Luna fuerit in signo communi, nec in signo mobili.

Electio in radendo caput cum medicamine.

Cum uolueris radere caput cum annora, id est, cum quodam medicaminis genere auferre capillos aut cætera, sit hoc cū Luna fuerit in signis femininis, deficiēs lumine. Quod si nequiueris hoc facere, nō ponas eam in signis pilosis, ut est Aries & Leo, & cætera ex signis bestialibus, sitq́ dominus ascendētis descendēs à medio cœli ad angulū terræ.

Electio in emptione seruorum.

Et cum uolueris emptionem seruorum facere, caue ne iungatur Luna malis, aut sit sub terra malus, aut sit in signo mobili, quia significat quod erit seruus ille infidelis domino, & nō erit in uno esse stabilis, aut erit fugitiuus, si fuerit Luna separata à malis, & iungatur fortunis, & ipsa in Libra erit hoc utile præter Libram, quæ est ad hoc utilior. In signis aūt fixis erit patiens ac sustinens, & honoratus à domino suo, præter Scorpioné, quia erit tūc susurro & accusator, ac uerbo debilis. In Leone erit cupidus, & propter ingluuiem uētris accidet ei dolor uentris, & erit latro, & sit Luna in signis communibus, quia hoc erit laudabile, præter Piscē, quia cogitabit in animo suo proditioné & infidelitatem erga dominos suos, & detrahet eis ubi nō fuerint. Et time coniunctionem Lunæ cum malis, quia cum iuncta fuerit malis, significat quod seruus uendatur.

Quæstio de danda ingenuitate.

Et cum uolueris seruum ingenuū, caue à præsentia Lunæ in signo 12, sicut est in libro quinto Dorothei. Et cū uolueris ingenuū liberum reddere seruū, sit hoc cum Luna fuerit munda à uitiis, aucta lumine & numero, & iuncta fortunis, sitq́ ipsa fortuna orientalis aucta, quia si fuerit occidentalis aucta, inueniet bonum, sed accident ei dolores, & nō cessabit deficere, donec moriatur. In augmēto uero luminis Lunæ, erit Saturnus in corpore & in augmento numeri, significabit inuētionem substantię, & sint Sol & signum medii cœli mundi à malis, quia si fuerint impediti, inueniet dominus aliquod impedimentū secundum naturā signi, & sit hora liberationis, cum luminaria se aspexerint ex trino uel sextili aspectu, ut sit cócordia ac dilectio inter seruum & dominum, & inueniet ab eo bonum. Nam quartus aspectus medius est, & aspectus oppositionis, significat quod seruus contendit cum domino suo: & qui fecerit seruum ingenuū, cum Luna fuerit impedita, melior erit ei seruitus quàm ipsa libertas, pone ergo Lunam in signis fixis.

Signum septimum, siue septima domus, cum suis electionibus, & primo de coniugio.

CVm uolueris electioné coniugii, caue ne sit Luna in 12, & caue ne sit in signis, quæ nō sunt utilia ad hoc, quę sunt Aries, Cancer, Libra, Capricornus, Aquarius, & caue à signis, in quibus fuerint mali, & cauda. Cum uolueris firmare mulierem, sit hoc cum Luna fuerit iuncta fortunis, & fuerit in signo mobili, cunctisq́ illis melius est signum Libræ, & caue in firmatione, ne sit Luna in signo fixo, in coniunctione autem, id est, quando ingreditur quis ad uxorem ut utatur cum ea, caue ne sit in signo mobili, neq; in communi: sed sit hoc, cū Luna & ascendens fuerint in signo fixo, & meliora cæteris sunt Leo & Taurus, Scorpio uero & Aquarius mulieri sunt utilia, & medietas Tauri melior est in initio eius quàm in fine: medietas uero Geminorū prima deterior est, & finis est bonus: Aries quoq; & Cancer sunt mali: Leo uero laudabilis, nisi quod unusquisq; eorum non cessabit destruere substātiam socii sui: & Virgo utilis est mulieri, quæ iam fuit nupta, uirgini autem non, Libra quoq; mala est: initium Scorpionis utile est, & finis eius malus, quia significat quod societas illorum non prolongabitur: Sagittarius quoq; malus est, & similiter initium Capricorni, medietas eius ac finis bonus est, Aquarius quoq; malus est, & Piscis similiter, nullaq́; utilitas est in cōiugio, cum Venus aspexerit malos, sitque hoc coniugium, cum Venus fuerit in domibus fortunarum, & terminis earum iuncta domino domus suæ: si autē fuerit malus dominus domus suæ, sit separata ab eo, & sit Iupiter

eleuatus super eam, aut iungatur propterea ei Venus ex trino aspectu, sitque Luna & Iupiter, ac Venus aspicientes se inuicem ex trino uel sextili aspectu, hisque melior est aspectus trinus, & maxime triplicitas aquæ, & sit Luna aucta lumine & numero, libera à malis, & sit Venus semper in exaltatione sua aut triplicitate, uel gaudio suo, aut in coniunctione Iouis uel Mercurii, & Mercurius fortunatus ac fortis. Similiter apta Solem, sicut prædiximus tibi, quia ex Sole & ascendente scitur esse uiri, & ex Venere, & Luna, & signo septimo, scitur esse mulieris: caue ergo ab aspectu malorũ ad eos ex cõiunctione uel quarto aspectu, aut ab oppositione. Et si fuerit mulier nupta, sit Luna in signis cõmunibus, & opus secundum quod prædixi tibi, & sit ascendens hora coniugii ex signis quæ prædixi tibi, aut sit Luna in his, & nõ ponas aliquem malorum in ascendẽte, nec aspiciat eum ex inimicitate, sitq; aliqua fortunarum in medio cœli, & dixit Dorothius, Quia tunc tribuetur eis filius in eodem anno, quo iunguntur: quod si fuerit in gradu medii cœli fortuna, prægnabitur mulier in prima coniunctione.

Electio in exitu ad bellum.

Scientia horarũ exitus ad bellũ, oportet ut ponas ascendens aliquã domorum planetarum altiorum, quarum fortior est domus Martis, cum fuerit in sextili uel trino aspectu ascendentis, & sit dominus ascendentis in ascendente uel in undecimo, & caue à quarto, sexto, septimo, & octauo ac nono, & non sit combustus, uel cadens, aut iungatur planetæ cadenti, qui nõ recipit eum, & fac dominum ascendentis iungi domino septimi, aut pone eum in ascendente, uel in secundo cum Marte. Et si uolueris ut iungantur, fac eos coniungi in angulis, ut sibi obuient, & cadet inter eos bellum, & pone contra Martem fortunam habentem in ascendente partem, ut prohibeat eum ab ascendente. Et non eas ad bellum, nisi sit Mars in aspectu amicitiæ cum domino ascendẽtis, aut si ipse dominus ascendẽtis, & sit fortis in bono loco, & nõ impeditus, neq; combustus, & sit in signis directæ ascensionis, & caue ne ponas eum, nisi in haiz ascendẽtis, ut sit eius auxilium erga eum, quem mittis ad bellum, apta quoq; Lunam, dum milites mittis ad bellum, quia liberabuntur iussu dei, apta etiam secundum, & dominum eius ad milites incipientis, & octauum ac dominũ eius ad milites inimici, & nõ ponas dominum octaui in septimo, nec in octauo, sed pone dominum octaui in secundo uel in undecimo, & pone partem fortunæ, & dominum eius in ascendente, uel in secundo, & nõ ponas eos in octauo & septimo, nõ ponas ascẽdens ac dominum eius impeditos, cum inceperis hanc rem, similiter dignitatẽ duodecimæ Lunæ, quia necesse est in re belli aptare stellas belli, id est, Martẽ ac Mercurium, Lunam quoq;, & dominum eius domus. Aspice ergo in aptatione horũ, & nõ negligas in hoc, nec tradas eos obliuioni. Et scito, quia cum utrosq; exercitus sapienter produxeris ad bellum, sicut prædixi, adipiscetur uictoriam ipse, qui ex eis natus fuerit in nocte, & in cuius natiuitate habuerit Mars partem, quia Mars est dominus bellorũ, & illi commissa sunt bella, & fortassis pacificabuntur, uel dimittent bellum, id est, cum bonus fuerit locus exitus eorum ad bellum.

Electio in emendo, uel mutuo accipiendo aut restituendo instrumenta belli, & in destruendo aliquem locum uel instrumentum aliquod.

Et cum uolueris emere arma & instrumenta belli, sit hoc cum Mars fuerit in domo sua, aut in exaltatione uel triplicitate sua in fine mensis, quia sapientes cauent, ne sit Luna in initio mẽsis cum Marte, & in fine eius est utilius. Et si uolueris diruere castra tua, sit inceptio, cum fuerit Mars infortunatus, nõ habens fortitudinem. Et cum uolueris aliquod instrumentum belli destruere, incipe hoc cum fuerit Mercurius impedius, & absq; fortitudine: & cum uolueris destruere terram, incipe cum fuerit Luna infortunata, nõ habens fortitudinem, & cum uolueris destruere oppositionem belli, sit hoc cum Mars fuerit impeditus, & absq; fortitudine, & cum uolueris destruere locum idolorum, & locũ in quo oratur, sit hoc cum Venus fuerit impedita, & absq; fortitudine.

Signum

Signum octauum, siue octaua domus, cum suis electionibus.

CVm aliquis homo uoluerit disponere, uel aliquid commẽdare, non incipiat hoc, cum ascendens, ac signum Lunæ fuerint mobilia, quia hoc significat, quod ipsa commendatio annulletur, commendetur autem, cum Luna fuerit deficiens numero, & aucta lumine, & nõ iungatur Luna planetæ sub radiis, quia hoc significat celeritatẽ mortis, & eo callidius, cum fuerit Luna cum Marte, uel in eius quarto, uel in eius opposito, aut fuerit Mars in ascendente, aut aspicias eum ex inimicitate, quia hoc significat, quod ipsa commendatio nõ annulletur, & morietur infirmus ex eadem infirmitate, & nõ perficietur ipsa commẽdatio post mortem eius, & cum fuerit Saturnus cum Luna similiter in ascendente, uita ipsius uiri prolongabitur, & perficietur ipsa cõmendatio post eum, et nõ annullabitur in uita eius, neq; post mortem ipsius. Et si fuerint Iupiter et Venus simili modo à Luna & ascendente dominus illius mommendationis, finiet uitam suam, & sequetur commendatio.

Signum nonum, siue nona domus cum suis electionibus, & primo de peregrinationibus.

NOn dimittas dirigere peregrinationes super natiuitatem eorum, super ascensiones scilicet omnis natiuitatis, & eius angulorũ, & sit Luna in ascendẽte eius, uel in medio cœli illius. Et apta dominũ rei quem petis, & apta dominũ anni, scilicet signi profectionis, & dominũ ascendẽtis radicis atq; anni scilicet reuoluti: quod si ignoraueris quod dixi, aspice sibi ei qui uenerit tibi à domino rei, quæ petit̃ ubi sit loc⁹ eius à domino ascendentis, post hoc indica ei horã, eius natiuitati, uel interrogatione cõsimilẽ, hoc est, nõ ponas ascendẽs interrogationis, & dominũ eius cadẽtem ab ascendẽte eius recessionis. Sitq; ascendẽs recessionis 10, ascendẽs interrogationis uel natiuitatis, si petieris regnum. Et si petieris negotiationẽ 11 ab ascendẽte interrogationis. Similiter in omni re, quam quæsieris, pone ipsum signum ei ascendẽs, sitq; Luna in angulis & in succedentibus angulorum: Et si fuerit libera à malis, sit aspiciẽs ad ascendẽs. Si uero impedita fuerit, fac eam cadere ab ascendẽte, & sit dominus ascendẽtis, & dominus domus Lunæ in angulis, & Luna aspiciat dominum domus suæ. Et caue ne ponas Lunam cum malis, aut in aspectu malorũ ex quarto aspectu uel oppositione, quia apsectus malorum ad ascendẽs leuior est aspectu eorum ad Lunam in peregrinatione primæ, quia cõiunctiones cum Marte in initio mensis, significãt latronẽ uel ignẽ, & caue ne ponas Lunã in quarto semper, sed pone eam in quinto, quia si fuerit in hoc loco fortunata, erit minus ad laborem illius peregrinationis, & magnum proficuum rebus eius, & plus ad profectum illius, minus quoq; ad solutionem corporis illius, & leuius ad eius iter, & plus ad saluationem eius, quod cũ ipso fuerit, atq; profectum, horribilis est præsentia etiam Lunæ in ascendente, in introitu, atq; exitu, quia timet̃ peregrinãti infirmitas in suo itinere, uel grauis labor in corpore. Si autẽ fuerit ad regem, pone Lunã iunctã Soli, uel domino medii cœli, ex trino uel sextili aspectu, & sit Sol in bono loco in ascendẽte, uel in 11, uel in 10, quia si fuerit ita, inueniet ex eo bonum. Et si fuerit in 9, aut in 3, & 5, significat laborẽ, & modicũ profectũ. Similiter angulus occidẽtalis & quartus, significat paucitatẽ boni cum labore & tarditate. Et si petieris nobiles, & iudices, uel sectatum auctores, id est, episcopos, & cæteros tales, sit coniunctio Lunę cum Ioue ex angulis, aut in loco bono ab ascendente. Si uero fuerit exitus tuus ad actores præliorum, sit coniunctio Lunæ cum Marte ex trino uel sextili aspectu, & caue ab eius cõiunctiõe, & ab angulis, & sit in haiz in sequẽtibus angulorũ. Et si fuerit exitus tuus ad eos, qui sunt perfectæ ætatis, uel ad ignobiles, sit eius cõiunctio cum Saturno ex amicitia, & sit Saturnus in succedẽtibus angulorum. Si uero fuerit exitus tuus ad mulieres, iunge Lunam Veneri, & sit in signo masculino: & si potueris, ut sit in locis quæ prædixi tibi ad participationem, fac. Et si fuerit exitus tuus ad scriptores, & mercatores, ac sapiẽntes, sit cõiunctio cum Mercurio, & caue nẽ sit Mercurius tunc sub radiis, aut retrogradus, aut aspiciant eum mali, quia quotiẽs fuerit stella, cui iungitur Luna uel planeta, qui fuerit in opposito ascendẽtis, aut dominus 7 tardus uel retrogradus, uel impeditus, significat inuo-

ficat inuo-

ficat inuolutionem aut duritiam in ipsis modis. Si autem fuerit peregrinatio in aqua, sit Luna in signis aquæ, à malis libera, & ascendēs exitus, & nō sit cum Saturno. Et caue in peregrinatione aquæ à coniunctione Lunæ cum Saturno ex angulo, & caue à Saturno, ne sit in signo aquæ, & ne sit fixus in ascendente exitus aut cum Luna, quod si nō potest fieri, quin ita sit Luna iuncta fortunæ, uel in aspectu eius ex trino uel sextili aspectu, aut ex angulo, ut auferat malignitatem Saturni, ex naufragio aut impedimento, uel tempestate graui, in equitatione etiam maris non ponas luminaria impedita, quia si fuerit apta & salua à malis. Et si non fuerit fortunata à fortunis, significat salutem & prosperitatem. Si uero impedita fuerit, erit ipse uir mortuus uel perditus in peregrinatione sua, & non equites mare, cum Luna fuerit interlunio Saturni, quia hoc horribile est. Si autem equitaueris mare propter negociationem, apta Mercurium & Lunam proprie, & sit aspiciēs Iouem ex Cancro uel Pisce. Nam Scorpio horribilis est in equitatione maris propter locum Martis & eius inimicitiam erga equitātes mare. Et time terminos malorum in equitatione maris, quia in equitatione littoris minus impedimenti est, quā in equitatione maris. Et si fuerit peregrinatio in terra, sit Luna nō in signis aquaticis, munda à malis. Et caue ab aspectu Martis in peregrinatione littoris, sicut admonui te cauere à Saturno in equitatione maris. Et caue ne sit peregrinatio, qualicunque modo fuerit Luna in Scorpione. Et scito quia saniora sunt signa terrea ei qui uoluerit equitare in terra, & aquatica ei qui uoluerit equitare mare. Et Saturnus maioris impedimenti est in mari, et eo fortius, si nō aspexerit Iouem. Et caue à peregrinatione in terra & mari, cum Luna fuerit in ultima parte signi Libræ. Scito hoc totum. *Electio pro ingressu itinerantis regionem uel ciuitatem.*

Aptatio regionis ad ingressum peregrinantis, & scito quod oportet te, cum uolueris aptare regionem, ad quam ingrederis, ut aptes secundum ab ascendente, dum ingrederis qualemcunque regionem uel ciuitatem uolueris. Et cum hoc feceris, iam aptasti regionē. Et debes aptare ascendēs & dominum eius, & Lunam, ac dominum secūdi, si potueris. Pone ergo eū fortunā, & sit super terrā in nono aut in decimo, uel undecimo, & nunquā pones eum sub terra in quarto scilicet aut quinto, uel sexto, quia hoc horribile est in peregrinatione, & in omni opere quod petis in ipsa regione. Et sit super terram, siue fortuna fuerit seu malus, & studet ut sit dominus Lunæ cum domino secundi super terrā, & non ponas sub terra, quia hoc nō est laudabile, nisi sit illud quod petis in ipsa regione, res quā uis occultare, ut nō appareat, donec perficiatē. Et sit Luna tūc à Sole infra 12 & 15 gradus, & caue ad hoc, ut sit Luna, donec egrediatur de subradiis usque ad ad tres gradus fortunata, hoc enim melius & laudabilius est omni quo indiges in occultatione. Et si petieris regnū in ipsa regione, apta medium cœli, & dominum eius cum secundo ab ascendente & Lunam. Post hoc aspice in peregrinationibus secundum quod dixit Dorothius, In peregrinatione aquæ locum Lunæ in signis. Quod si fuerit in prima facie Arietis, aspexerint uel nō aspexerint planetæ, significat facultatem eius rei. Et si fuerit in Tauro, minus erit ei impedimentum Martis. Si autē aspexerit Saturnus, impediet eum. & naufragium ei faciet. Et in secunda facie Geminorum, significat tarditatem, post hoc salutem, in Cancro autē salutem ex omni impedimento, in Leone uero dic impedimentum, & eò fortius, si aspexerit malus, & in Virgine dic prosperitatem & tarditatem, atque reuersionem, & in Libra, cum transierit 10 gradus, non peregrinabis in terra, nec in mari, & in Scorpione dic tristitiam, & in Sagittario dic antequam perficiatur iter, reuertatur, & in initio Capricorni aliquantulum boni, & in Aquario dic tarditatem & salutem, & in Pisce dic impedimentum & destructionem, & si aspexerit malus, augebit detrimentum. Si uero fortuna aspexerit, meliorabitur impedimentum, & confortabit bonum. Scito hoc.

Signum decimum, siue decima domus, cum suis electionibus, & primo in eundo cum rege ad regionem, cui præest.

CVm uolueris proficisci cum rege uel principe ad regionem, cui iam præerit, sit hoc cum Iupiter fuerit in ascendēte, uel in 9, quia hoc significat, quod ille qui uadit, inueniet

ueniet in itinere illo bonum & gaudium, & uidebit quod sibi placebit: & caue ne ponas Iouem in quarto, quia hoc horribile est, & testificetur illi Luna ab aliquo angulorum & Venus, & caue ne sit Saturnus & Mars in ascendente, uel in aliquo angulorum, aut Venus, nō ponas Lunam sub radiis, & caue ne sit cum Luna uel cum malis, quia in hoc nihil boni est, si enim peregrinatus fuerit, non redibit, & si infirmatus fuerit, morietur, & si abierit ad bellum, interficietur, aut superabitur.

Electio pro sublimatione ad regnum.

Et cum uolueris sublimari, & moueri ad regnum, sit hoc cum ascensione Leonis, & sit Sol in Tauro in medio cœli, & sit Luna in ascēdēte, iuncta fortunis, aut dño medii cœli.

Electio pro ponendo regem in sede imperij.

Et cum uolueris introducere regem in sedem imperii sui, sit ascendens signum fixum & quartum, similiter & dominus medii cœli liber à malis, & dominus ascendētis in bono loco receptus & dominus 10 non aspiciat 11 ex inimicitia, & sit Luna aspiciens dominum domus suæ ex amicitate, dominus quoq; quarti signi aspiciat fortunas. Si autē nequiueris, super quod prædixi, sit Luna recepta, & dominus quarti in loco forti, aspiciens fortunas, quod si nequiueris, fac eum cadere ab ascendente & aspectu eius, & pone fortunas, aspicientes signum quartum & medium cœlum.

Electio pro faciendo præpositum super redditus.

Et cum uolueris eligere horā, ut sit præpositus super redditus, sit Luna iuncta Saturno in initio mensis ex amicitate, & sit in domo Saturni & fortunæ, aspiciētes eum, quia hoc significat stabilitatē, & quod opus sit stabile, sitq; mediū cœli signū fixū, ut sit opus unū.

Electio in firmando principatum.

Et cum uolueris firmare principatum uel ducatum, sit Luna in domibus Martis fortunata, & sit aspiciens Martem ex dilectione cum fortunis in fine mensis iuncta eis, & eo dignior, erit ipsa confirmatio ducatus, quæ est infra regnum, cum fuerit Luna munda, & nō fuerit in domibus malorū, neq; in Cancro, nisi sit Luna munda in hoc ad dominū belli, & sit hoc in domibus Martis, & melior ac utilior illis est Scorpio, propter fortitudinem Martis, & eius stabilitatem in eo.

Electio pro inimicando regi.

Et si uolueris inimicari regi, fuerisq; tu ipse qui inimicatur, sit hoc cū fuerit Luna aucta lumine, sintq; Luna & ascendens mundi à malis, & dominus ascendentis in loco optimo ab ascendente in aliqua dignitatum suarum directus, & saluus à malis, siue fortuna fuerit, siue malus, & sit dominus septimus in loco malo ab ascendente, non aspiciens fortunam, neque luminaria.

Electio pro mitigando regem iratum tibi.

Si uero tibi iratus fuerit uel inimicatus, non appareas ei, nisi cum fuerit Luna deficiens lumine atq; ascendens, & dominus eius ac Luna impediti, & sit dominus septimi fortunatus, in bono loco ab ascendente, ut sit hoc fortius & ad res tuas.

Signum undecimum, siue domus undecima cum suis electionibus, & primo in faciendo amicitiā.

CVm uolueris amicitiā facere cum aliquo, sit Luna munda ab angulis malorum, & sit dominus 11 aspiciens ascendēs ex amicitia, & ponas Lunam iunctam substantię planetæ, quem petieris ut Venus ad mulieres, & Mercurius ad scriptores & uniuersos circulos, secundum quod ueniet ex hoc.

Electio in petendo ab aliquo uiro aliquam rem.

Et cum uolueris petere ab aliquo uiro aliquam rem, sit dominus ascendentis aspiciens ascendens ex amicitate, sitq; ascendēs signum fixum aut cōmune, & sit dominus ascendentis in eo, uel in eius triplicitate, aut quarto aspectu, & caue ab oppositione, aut ne Luna sit iuncta malis, aut nō aspiciat dominū domus suæ. Si autem nō aspexerit Luna dominum domus suæ, nō perficietur ipsa res, pete ergo semper res, cum fuerit Luna aucta lumine & numero, & dominus ascendentis directus, & Luna iuncta fortunis. Si autem

fuerit directa fortuna, & Luna iuncta fortunis augmentatis, quia augebitur, et caue ne sit Mercurius in malo esse, quia si fuerit impeditus, & ipse fuerit receptus, significat importunitatem uel tristitiã, & duritiam, & reuersionem secundã in petitione, dimitte ergo fœditatem, & pone Lunã iunctam planetæ, ad quem pertinet res tua, ut Sol pro rege, et Mars pro ducibus & bellatoribus, similiter de reliquis dominis circulorum.

Signum duodecimum, siue domus duodecima, cum suis electionibus, & primo de emendis bestijs.

CVm uolueris emere bestiam, sit hoc cum Luna iuncta fuerit fortunis, & ipsa fuerit directa orientalis, ascendens, & caue coniunctionẽ malorum, quia tunc timetur de bestia, & si fuerit domita, & iam equitata, eme illam, cum fuerit ascendẽs signũ cõmune, & Luna in signo fixo, præter Aquarium & Scorpionem, & sit ille cui iungitur, directus ascendens, ut addat bestia in precio & corpore, quia si fuerit retrogradus ascendẽs, erit corpore bestiæ diminutio, sed augebitur preciũ. Et si fuerit directus descendens, erit aucta corpore, & nõ conuenit ei precium. Si uero indomita fuerit bestia, sit ascendens signũ commune, & Luna in signo mobili, iuncta fortunæ. Post hoc fac sicut prædixi tibi in primo capite.

Electio de exitu ad uenationem.

Et si uolueris exire ad uenationem, egredere sub signo communi, & sit dominus 7 deficiens ac descendens, & sit in succedentibus angulorum, quia si fuerit cadens, significat quod euadet uenatio, postq̃ adeptus fueris eam, & sit Luna in uniuerso exitu ad uenationem, separata à Marte, fortunata, in loco optimo ab ascendẽte, et nõ exeas ad uenationẽ, cum Luna fuerit in fine signorum, nec uacua cursu, neq; in signo mobili, & caue ne nõ aspiciat eam dominus domus suæ, quia si aspexerit eam, significabit ei uoluntatẽ & facilitatem in eadem re, & pone Mercurium mundum à malis in uenatione maris. Si autẽ uolueris uenationẽ montis, sit Luna in Ariete, uel eius triplicitate. Si uero fuerit uenatio auium, sit Luna in Geminis & eius triplicitate, iuncta Mercurio, uel separata ab eodẽ Mercurio, & ipse sit descendens, quia hoc melius est. Et si uolueris uenationem maris, sit hoc & ascendens signũ cõmune, & dominus eius in signo aquatico, & caue ne sit ascendens signum igneum, sitq; Luna aspiciens dominum domus suæ, & scito quod impedimentum Lunæ cum Marte in uenatione maris deterius erit, & paucioris profectus. Caue igitũ ab impedimento Martis in uenatione maris, & caue ab impedimento Saturni in uenatione littoris. Et scito quod Venus & Luna cum fuerint boni esse, & Mars nõ impedierit eas in uenatione maris, duplicabitur uenatio domino suo, & multiplicabitur, & lucrabitur dominus eius lucrum maximum, et prosperabitur uenatio domino suo. Sit ergo Luna iuncta Veneri, & Mercurius sit cum eis etiam, sed si impeditus fuerit Mercurius à Saturno, nõ proderit hoc. Et caue ne sit Mars in signo aquatico, & ne iungatur ei Luna, aut separetur Venus à Marte.

Electio in fugiendo, & quicquid uolueris occulte facere.

Si autem uolueris facere fugam, aut operari opus occultum, & omnis qui uoluerit fugere uel abscondi, sit hoc cum Luna fuerit iuncta fortunis, & separata à malis, & sit Luna iuncta Saturno sub radiis, & sit iuncta fortunis tempore egressionis suæ de sub radiis, & luminaria cum orta fuerint super aliquam rem, detegent eam, & apparere eam facient. Caue ergo ab aspectibus eorum in simili modo.

Electio in quærendo fugientem.

Et cum quæsieris fugientem, sit in hoc Luna iuncta malis, aut egrediatur de sub radiis, & occurrat in ipso egressu suo malo ex quarto aspectu, uel oppositione, aut cõiunctione, & non ponas Lunam nec planetam receptorem dispositionis in quarto.

Electio in scribendo epistolam, & est de electionibus, quæ non sunt in 12 signis.

Cum uolueris scribere epistolam, sit hoc cum Luna fuerit iuncta Mercurio, munda à malis, & sit Mercurius fortis, & fortunatus, non retrogradus, nec impeditus, sitque ipse et Luna mundi à malis.

Messahallach

MESSAHALLACH DE RATIONE CIRCVLI ET STELLARVM, ET QVALITER *operantur in hoc seculo.* Cap. I.



Via dominus altissimus fecit terram ad similitudinem sphæræ, & fecit circulum altiorem in circuitu eiusdem uolubilem, & posuit terrã fixam & immobilem in medio circuli, non declinantem ad dextrã, neq; ad sinistram, & posuit quatuor elementa mobilia, et fecit ea moueri per motum septem planetarum. Caput uero draconis, & signa, & uniuersæ stellæ participantur septem planetis in operibus suis atq; naturis. Simile est ergo opus planetarum in hoc mundo lapidi magnetis, & ferro, quia sicut subtrahitur ab hoc lapide ferrum per notam longitudinem, ita omnis creatura & uniuersa quæ sunt super terram efficiuntur à motu planetarũ, & uniuersorum quæ sunt super terram, tam sementum quàm animalium, fortuna seu impedimentum, aptatio quoq; uel destructio fit ex motibus planetarum & operibus eorum, cuius rei maxima significatio est diuersitas hominum in esse suo, & in fortunis atq; infortuniis. Et quia uidemus quosdam rationales priuari bonis, quosdã uero stultos bonis perfrui, nunquid hoc nõ habet aliquã causam significantem: quod fortuna, & infortunia fiant absq; arbitrio & uoluntate eorum, qui patiuntur fortunatorũ scilicet et infortunatorum, & hoc totum nutu dei est opus planetarũ, & eorũ fortuna atq; infortunia.

De diuersitate uestigij operis stellarum in plagis terræ. Cap. II.

SCito quod sit planetis opus diuersum, secundum diuersitatem climatũ, quia in quibusdam climatibus fiunt quidam planetæ fortunæ, & quidam mali in alio climate diuersis ordinibus, & ideo debet omnis rationalis intelligere rationes climatum atque regionum, ut regio Aethiopum, apud quam est calor semper, & terra Sclauorũ, apud quos est frigus semper. Cumq; significauerint planetæ ciuibus Aethiopiæ frigus superfluum, temperatur eorum aër, & cum hoc significauerit Sclauis, corrumpetur eorum aër, & peribit eorum habitatio. Et ob hoc necessaria est sciẽtia rationis climatum & regionum, atq; aërum. Et scito quod scientia astrorum sit grauis ualde, et quod dignius ex ea sciri potuit, est hoc, omne scilicet uniuersale ac plurale, ut sunt reuolutiones annorum, & eclipses, & horum omnium significationes intellige, & hoc nõ fit, nisi per cognitionem naturarũ signorum, & quicquid significat unumquodq;, & ex regionibus & prouinciis, & uniuersis rebus, & iam prædiximus hoc in libris nostris, sed nunc dicamus partẽ harum rerũ breuiter, & modo incipimus cum dei auxilio.

De naturis signorum. Cap. III.

SIgna sunt 12, in unoquoque signo sunt 30 gradus, et in unoquoq; gradu 60 minuta, atq; in unoquoq; minuto 60 secundę, & sic usq; ad quantitatẽ puncti, hoc est, usq; ad infinitũ, & hęc sunt nomina eorũ, Aries, Taurus, & cætera. Et sunt eis significationes super ignem, & aërem, aquam, & terram. Nam tria ex eis sunt ignea, Aries scilicet, Leo, & Sagittarius. Et tria terrea, Taurus, Virgo, & Capricornus. Et tria aërea, Gemini, Libra, Aquarius. Et tria aquatica, Cancer, Scorpio, & Pisces. Signa enim ignea sunt calida. Et aquatica frigida. Terrea quoq; sunt frigida. Et aëria calida. Et scito quod omnia signa calida sunt masculina, & frigida feminina. Et omnia masculina sunt diurna, & feminina nocturna. Sunt quoq; signorum quatuor mobilia, in quibus scilicet mouetur tempus, quæ sunt Aries, Cancer, Libra, & Capricornus. Et quatuor fixa, in quibus figitur tempus, quę sunt Taurus, Leo, Scorpio, & Aquarius. Quatuor quoque sunt bicorporea siue communia, in quibus uidelicet iunguntur duo tempora, quæ sunt Gemini, Virgo, Sagittarius, & Pisces. Hæc sunt naturæ signorum, intellige.

De reuolutione annorum. Cap. IIII.

CVm uolueris scire, quid accidat in mundo de pluuiis, & uentis, &c. Cõstitue ascendens hora introitus Solis in primum punctum Arietis, & cõstitue planetas septem ad eandem horam, & facta figura, considera quis eorum præsit ei. Qui si fuerit fortuna, aptabitur tempus, si uero fuerit malus uel impeditus, erit mundus corruptus. Et similiter fac in quartis anni & mensibus eius. Et scito quod planetæ, cum plures cõiuncti fuerint in signis aquaticis, in reuolutione anni, significabunt multitudinem pluuię, & in signis igneis significabunt superfluitaté caloris, & siccitatis, uel terræ sterilitatis, & in aëreis significabunt multitudinem uentorum, & in terreis significabunt gelu, atq; niues, & similiter in quartis anni, cum fuerint planetæ in locis frigidis, significabunt grauitatem frigoris, et minutionem caloris. Scito quoq;, cum præfuerint ei Mars & Saturnus, & nõ aspexerint eos fortunæ, significabunt multitudinem guerræ, & destructionem mundi, ita etiã cum fuerit Mars dominus quartæ æstiualis, & fuerit in aliqua domorũ Mercurii, significabit multitudinem pluuiarum & pestilentiarum, & scito quod grauitas siccitatis, & terræ sterilitatis, uel penuriæ annonę, nõ fit, nisi ex coniunctione planetarum in signis igneis. Intellige hoc, & proba secundum quod dixit tibi, & inuenies.

De eclipsi Lunæ, & eius significatione. Cap. V.

OPortet te considerare eclipses anni tam lunares quàm solares, & scire ascendẽs mediæ eclipsis, & eum qui præfuerit eidem ascendenti, & eius figuræ, qui si fuerit malus, significabit impedimentum & destructionem, si uero fuerit fortuna, significat aptationem. Et scito quod eclipsis Lunæ cum fuerit in signis frigidis, significat grauitatem frigoris, & in aquaticis nimietatem pluuiarum, si adiuuerit tempus, id est, si fuerit hyems. Si uero fuerit æstas, significat temperamentũ aëris, intellige & proba sic cætera. Intelligas etiam quia cum fortunæ aspexerint Lunam, & receperint eam, erit eius significatio in his quæ significauerit super bonum & proficuum.

De mutatione temporum, per mutationem planetarum. Cap. VI.

CVm uolueris præscire temporis uarietatem super res diuersas mundi corruptibilis, scito signa planetarum ponderosorum, utrum sint scilicet calida uel frigida, quæ si fuerint calida, significabunt calorem in æstate, & temperamentum aëris in hyeme. Et si fuerint in signis frigidis, significabunt frigus in hyeme, & temperamẽtum in æstate. Et similiter cum coniuncti fuerint planetæ in signis aquaticis, significat superfluas pluuias, & aëris corruptionem per easdem pluuias in hyeme, & temperamentum aëris, ac multitudinem roris in æstate, & secũdum hoc proba, quia non errabis. Planetæ autem ponderosi sunt Saturnus, Iupiter, & Mars, debes quoque copulare eis Solem. Scito quod planetæ ponderosi denique cum fuerint in directo alicuius regionum, significabunt siccitatem, necnon terræ sterilitatem, cum uero elongati fuerint ab ea, significant multitudinem pluuiarum. Volo intelligi per propinquitatem, cum sint in signis septentrionalibus, & per longitudinem in meridianis. Scito quoque quod planetæ ponderosi, cum fuerint omnes orientales, significabunt siccitatem, & cum fuerint occidentales, significabunt multitudinem pluuiarum in hyeme, & temperamentũ aëris in æstate. Et similiter in ortu significant aptationem aëris in hyeme, & nimiam siccitatem in æstate.

Planetæ ponderosi.

De eclipsi Solis, & eius significatione. Cap. VII.

SCito quod in eclipsi Solis nõ potest fieri, quin significetur aliquod magnũ accidens secundũ quantitaté eclipsis ipsius, hoc est, ut sit ex 4 corporis Solis, & supra. Scia autẽ eorũ quæ accidunt, de eclipsi Solis, est ut scias ascendẽs mediæ eclipsis, & planetas uicẽtes super figuras eclipsis. Quod si fuerint mali, significabunt malũ, & detrimentũ, & mortẽ regum.

regum atque diuitum. Et si fuerint fortunæ, significabunt fortunam & aptationem esse rerum. Et scias quod eclipsis Solis cum fuerit in Ariete, & significabit interitum regum & diuitum, & siccitatem, siue terræ sterilitatem, atque famem, et ita in reliquis signis igneis. In aquaticis autem significabit multitudinem pluuiarum, & detrimentum ab eis, intellige quoq; quod fortunæ cum aspexerint, minuēt malum, mali uero cum aspexerint, amplificabunt illud, & minuent fortunam. Scito etiam, quod cum Sol uel Luna fuerint hyleg, uel alcochoden alicuius, & obscuratus fuerit, significabunt ei, cuius fuerit hyleg uel alcochoden, periculum magnum, uel infirmitatem grauem, nisi aspexerint fortunæ.

De coniunctione omnium planetarum, & eorum effectu. Cap. VIII.

Coniunctio planetarum, significat accidentia huius mūdi, & eius res, quæ sic considerantur tempore coniunctionis planetarum altiorum & inferiorum, quia fortunæ significant fortunam, et bonum effectum, si uicerint super figuram coniunctionis, si uero mali uicerint, significabunt malum, & effectum malum. Noueris etiam, quia cum coniuncti fuerint in aliquo signorum, significabunt detrimēti multitudinem secūdum substantiam eiusdem signi, hoc est, si fuerit coniunctio in signis aquaticis, significabit detrimentum pluuiarum, & sic in cæteris signis. Si autem coniuncti fuerint in signis femininis, significabunt pestilentiam & mortem feminini sexus animalium, & idem dicitur de masculinis. Et scito quod cōiunctiones et eclipses luminarium, cum fuerint in signis fixis, significabūt durabilitatem mali, & eius detrimentum, & si fuerint in signis mobilibus, significabunt paucitatem durabilitatis mali, & illius detrimenti. Si uero fuerint in signis communibus, significabunt mediocre malum, & hoc idem dic de bono.

De coniunctione planetarum superiorum. Cap. IX.

Scito quod res maximæ atque mirandæ accidant ex coniunctione planetarum superiorum, & hoc fit propter tarditatem motus eorum. Cum'q; cōiuncti fuerint ipsi tres in uno termino uel facie, & aspexerit eos Sol, significabunt destructionem sectarum, & regnorum, & eorum mutationem, & res maximas secundum quantitatem fortioris eorum, & uincentis super signa eorum, & hæc est coniunctio eorum maxima, quæ significat prophetiam & destructionem quorundam climatum & res maximas, & maxime si auxiliatus fuerit eis aliquis planetarum inferiorum. Et scias, quod fortior cæteris erit significator. Qui si fuerit fortuna, significabit fortunam. Et si fuerit malus, significabit malum atq; tribulationem. Intellige etiam, quod hi planetæ, cum coniuncti fuerint in exaltationibus suis, significabunt bonum, & aptationem temporis, & multitudinem commotionis bellorum, & demonstrationē miraculorum. Si uero coniuncti fuerint in casibus suis, significabunt detrimentum, & siccitatem, & sterilitatem terræ, atq; famem, nisi sint fortunati. Et noueris, quia cum iuncti fuerint in signo igneo, significabunt etiam terræ sterilitatem. Et in signo aquatico pluuiæ multitudinem. In aëreo quoq; significabunt fortitudinem uentorum. Et in terreo superfluitatem frigoris, atque detrimenti. Et cum coniuncti fuerint in signis masculinis, significabunt detrimentum animalium masculinorum, & sic de femininis.

De coniunctione maiori. Cap. X

Iam narrauimus, quod res principales accidunt à coniunctione maiori, quæ est coniunctio planetarum superiorum. Sed sunt his planetis superioribus aliæ coniunctiones, significantes etiam accidentia maiora. Coniunctio nanq; Saturni & Iouis est coniunctio maxima, & hæc significat accidentia & sectas. Scientia autem accidentium ex ea habetur, aspiciendo ascendens & planetas hora coniunctionis eorum, & quis eorū dominatur in figura. Qui si fuerit fortuna, significabit bonū & aptationē tēporis. Et si fuerit malus, detrimentū & siccitatē, necnō terræ sterilitatē, atq; guerras. Scito ergo, quod cum Iupiter fuerit fortior Saturno, significabit locum in eadem coniunctione. Si uero Saturnus præerit, significabit detrimentum atq; tribulationē. Et scito quod cōiunctio eorū in signis igneis et aëreis significet siccitatē, & terræ sterilitatē, necnō fori grauitatē, & in terreis destru

ctionem

ctionem feminum & famem. In aquaticis uero significabit nimietatẽ pluuiarum ac pestilentiæ, tali conditione, quod sint impediti. Si demum fuerint fortunati, significabunt augmentationem bonorum in omnibus eorum significatis, & mali diminutionem. Itẽ scias quod coniunctio maior cum fuerit in aliquo angulorũ, & maxime in angulo medii cœli, significabit apparitionem regis uel prophetę ex parte eiusdem signi. Si autem fuerit ipsum signum fortunatum, & dominus eius boni esse, significabit hoc illius triumphum atq; dominationem. Si uero fuerit impeditum & dominus eius, significabit eius interitum atq; deiectionem, & erit coniunctio metuenda post annos eiusdẽ coniunctionis notos, quos alibi cõmemorauimus.

De coniunctione media. Cap. XI.

CONiunctio media, est coniunctio Martis & Saturni, & hoc significat accidentia bellorum, atq; guerrarum contrarietates. Cum'q; uolueris scire eadem accidentia, scito dominantem in figura eorum coniunctionis, qui si fuerit fortuna, significabit bonũ & aptationem esse. Et si fuerit malus, significat malum, & eius impedimentum. Scias etiã, quod cõiunctio eorum in signis hominum, significet multitudinem infirmitatũ eorũ, & coniunctio eorum in aliquo angulorum anni, significet contrarietatem diuitum uel regum, & guerrarum multitudinem, & durabit res, donec iungantur alia uice. Et coniunctio eorum in igneis, significat siccitatem, & terræ sterilitatem, & in aëreis uentos, in aquaticis uero multitudinem pluuiarum, & in terreis gelu & niuem & frigoris multitudinem. Scias etiam, quod fortunæ cum aspexerint, minuent malum, & mali augebunt, proba, quemadmodum narraui tibi, & inuenies, si deus uoluerit.

De coniunctione minori. Cap. XII.

COniunctio minor, est coniunctio Iouis & Martis, & hoc significat accidentia, quæ fiunt ex pluuiis & niuibus, & corruptionem aëris atq; guerram, si autem uincit in eorum coniunctione fortuna, significabit fortunam, & si malus, malum. Et scito quod Iupiter & Mars, cum iuncti fuerint in ascendente anni, uel in aliquo angulorum eius significabit commotionem & diuersitatem regum, nisi aspexerint fortunę. Scito etiã, quia quotienscũq; iuncta fuerit fortuna cum malo, apparebit natura fortioris eorum. Et cum iunctus fuerit malus malo, superabundabit malum, nisi is qui præfuerit coniunctioni, sit fortuna, intellige. Hoc est ultimum eorum quæ protulimus in hoc libro, & est ex secretis scientiæ astrorum.

DE NATIVITATIBVS SECVNDVM OMAR. LIBER PRIMVS.



OMar Belnalfargdiani Tiberiadis dixit. Scito quod diffinitiones natiuitatũ in nutritione sunt quatuor. Vna scilicet eorum, quę non gustant cibũ, nec est uita animabus eorum. Secunda eorũ, qui gustant cibũ, & nõ nutriunt. Tertia eorũ, qui gustant & nutriuntur, sed nõ perueniunt ad longinquam uitam. Quarta uero eorum, qui nutriuntur, & perueniunt ad longinquam uitam, id est, ad senectutem. Sed nunc de prima diffinitione dicendum est, de illis scilicet, qui nõ gustant nec nutriuntur. Vt aspicias gradum ascendẽtis, & angulos, gradus quoq; luminarium, & horum omnium dominos & dominos triplicitatis ascendentis omnes tres, & partem fortunæ, ac dominum eius. Dominum etiam coniunctionis uel præuentionis, quæ fuerit ante natiuitatem nati. Post hæc aspicias almutaz super hæc loca, id est, ipsum planetam, qui habuerit dominium in his locis, siue unus fuerit, seu duo, uel tres. Qui si fuerit unus, & inueneris eum cadentem, & impeditum ex gradibus alicuius mali, hoc est, ut sit cum malo in uno gradu. Aut fuerit gradus signi

dus ſigni aſcendentis impeditus, tunc nihil guſtabit donec moriatur. Et ſi impediti fuerint gradus luminantium quomodocunque fuerint, & gradus aſcendentis non guſtabit aliquid, ſi deus uoluerit. Ptolemæus quoque dixit, quia cum impeditum fuerit luminare cuius fuerit auctoritas, & gradus aſcendẽtis, receſſerít q́ dominus luminantium ab angulis, non guſtabit cibum, donec moriatur. Eadem´que hora huius rei cum peruenerint luminaria ad malum. Vniuerſi autem antiqui dixerunt, quia cum receſſerint domini triplicitatis aſcendentis omnes tres ab angulis, receſſerint q́ luminaria et domini eorũ, & receſſerit coniunctio uel præuentio & eius dominus, tunc natus nõ guſtabit aliquid, ſi deus uoluerit, aut ipſe natus non erit homo, uel erit ex illis qui naſcuntur cum aliquibus ſignis, ut ſimiæ, uel ipſi, qui dicuntur à ruſticis mutati, id eſt, erit natus monſtrum, uel brutum animal. Si aũt fuerit brutum animal, fuerit cum receſſione horum, quæ dixi impeditum à malis, mali q́ præfuerint eis, erit ipſum animal lupus impediens, qui non aſſociabitur hominibus. Si uero præfuerint mali & boni, maxime ſi fuerit Mercurio in his locis aliqua dignitas, erit animal de his, quæ aſſociantur hominibus, & cum quibus ludunt. Secunda diffinitio, ut aſpicias aſcendens, & angulos atq; gradus luminarium, & eorum dominos. Dominos quoq; triplicitatis aſcendentis tres, & partem fortunæ, & eius dominũ, cõiunctionem etiam uel præuentionẽ, necnõ & dominũ cõiunctionis, uel præuẽtionis, quæ fuerit ante natiuitatẽ nati. Si fuerit almutaz, qui habet dominiũ in his locis cadẽs ab angulis, præfuerint q́ eis mali, & fuerit inter almutaz aliqua longitudo ex gradibus, ſignificat q̃d guſtet, & nutriatẽ, donec almutaz peruenerit ad malos per corpus, aut per radios, tũc ſignificat quod peribit, dũ peruenerit ad malos per dies, uel mẽſes, uel annos, ſecundũ quantitatẽ ipſorũ graduũ, ſi deus uoluerit. Et ſimiliter ſi fuerint mali in angulis, & almutaz cadẽs, & gradus aſcendẽtis iunctus malo, aut gradus male Lunę, tũc ad annos, ſeu mẽſes, uel dies ſecundũ quantitatẽ ipſorũ graduũ, qui fuerũt inter eos, peribit natus, ſi deus uoluerit, & ſi oĩa iſta, uel plura eorũ ceciderint ab angulis, guſtabit cibũ, & nõ nutrietẽ. Si aũt uolueris ſcire horã, dirige ex gradu aſcendẽtis in corpora malorum, & quartos aſpectus eorũ, ſiue oppoſitiones ad unumquemq; ſignũ, menſem per gradus æquales, quod ſi tranſierit annus, uerte profectiones, dando omnibus xxx gradibus, annum, & tunc peribit natus, ſi deus uoluerit. Aſpice etiam in hora ad quaſdam fortunas, ſi fuerint in angulis, aut in loco optimo, in dignitatibus ſcilicet ſuis, uel planeta qui fuerit dignior gradu aſcendentis, & anno atq; parte fortunę, qui hic ſignificat ſecundum quantitatem fortitudinis eius, atq; debilitatis, quod perueniet ex uita ad menſes ſecundũ quantitatem donationis eiuſdẽ planetæ ex annis ſuis minoribus atque maioribus, & fortaſſe erunt dies ſecundum quantitatem, eſſe eius in debilitate & fortitudine. Secundum autem quod Dorothius putat, cum ceciderint domini triplicitatis aſcendentis, primus & ſecundus, ſignificat quod natus non nutriatur, maxime ſi fuerit Saturnus in natiuitatibus noctis in angulo, & Mars in natiuitatibus diei, et erit hora mortis eius, quando profectio alterius alicuius anni peruenerit ad angulos, quia malus cum fuerit in angulo, non ueniet annus ad aliquem angulorum, quod non ſit ibi lumen quarti aſpectus mali, aut eius oppoſitionis, aut corpus mali, ſi non fuerit mortuus in primo anno, & putatur in libro ſimilitudinum almutaz, ſi fuerint duo, & unus eorum fuerit impeditus, morietur natus, & non poterit alius ſufficere. Similiter domini ſi fuerint tres, & unus eorum impeditus fuerit, & duo fortes, infans durabit, ſed nõ prolongabitur eius uita. Si uero tres fuerint impediti, & unus fuerit utilis, nõ remanebit natus, ſi deus uoluerit: ſimiliter quatuor, & unus eorum fuerit impeditus, uel duo, & cæteri fuerint uitales, remanebit puer, ſed nõ prolõgabitur eius uita, ſi deus uoluerit. Tertia diffinitio eſt, ut nõ ſit nato hylech, neq; alcochoden, ſed fuerint luminaria & domini eorum, dominus quoq; aſcendentis liberi à malis, & à retrogradatione uel combuſtione, uel cadentes liberi à gradibus malorum, & eorum oppoſitione uel coniunctione à dominio quoque malorum in eis. Cum enim fuerint natiuitates huiuſmodi, nutrietur natus, ſed non perueniet ad longin

quam uitã,

quam uitam, si deus uoluerit, & fortassis destruetur uita eius infra 12 annos: Nam cum fuerint natiuitates secundum quod diximus, differimus loqui de eis natiuitatibus propter casum significatorum, donec percurrat ascendēs unum orbem, hoc est, duodecim annos ad unumquodq; scilicet signum annū unū. Nā quotiens peruenerit orbis ab ascendente ad corpora malorum, uel ad quartos aspectus, seu oppositiones eorum, timebitur de eo, donec percurrat unum orbem ascendens. Cum'q; transierit unus orbis, dirigimus ei ab ascendēte ad unumquemq; gradum annum unum per ascensiones eiusdem climatis, in quo natus est, quousq; perueniat ad malos, si deus uoluerit. Quarta autem diffinitio est eorū, quibus fuerit hylech & alcochoden, & liberi fuerint domini nutritionis, quos diximus in principio capitulo, si deus uoluerit. Scientia hylech aspicies in natiuitatibus diei ad Solem. Si fuerit in ascendēte, aut in 11, uel medio cœli, erit hylech in quocūq; signo fuerit tam feminino quàm masculino. Si uero in 8 uel 9 fuerit, & fuerit signū masculinū, hylech erit. Et scito quod Sol uel cætera loca, quæ per hylech exercentur, non poterit esse hylech, nisi aspiciat eum dominus domus eorū, uel dominus termini aut exaltationis, aut triplicitatis, quia si fuerit hylech & unus prædictorum, qui sunt domini dignitatum eorum, in quibus sunt non aspexerit ea, annulabitur eorum hylech. Similiter Luna in nocte ac die, & pars fortunæ, & gradus coniunctionis seu præuentionis, necnō & gradus ascendentis: si autem nō fuerit Sol hylech, aspice Lunam, quæ si fuerit in angulo uel in succedente angulo in signo feminino, aspexerit'q; eam aliquis prædictorum 4, erit hylech. Si uero nō cōuenit Lunæ, ut sit hylech, fuerit'q; natiuitas præuentionalis: incipe à parte fortunæ, & quære hylech ab ea, quemadmodum ostensum est tibi. Si uerò fuerit natiuitas cōiunctionalis, incipe ab ascendēte, quærēs ab eodem hylech, & præpone eū parti fortunæ. Et scito, sicut prædiximus, quia nō poterit esse hylech, nisi aspiciat eum aliquis prædictorum 4. Qui si nō aspexerit eum unus ex quatuor, destruetur eius hylegia: et si præmiseris ascendēs, & nō cōuenerit ei, ut sit hylech, quære post ipsum hylech ex parte fortunæ. Qui si isti nō poterint esse hylech, quære hylech à gradu cōiunctionis, qui fuerit ante natiuitatem. In cōiunctione scilicet à gradu cōiunctionis, & in præuentione à gradu Lunæ hora præuētionis. Sed si hunc nō aspexerit unus 4, sicut prædiximus, frustrabitur, si deus uoluerit: & si aspexerint hylech omnes 4, ille qui fuerit gradui hylech propior per numerum graduum ante uel retro, & fuerit loco fortior, erit alcochoden, cum fuerit unicuiq; eorum una auctoritas. Si uero aliquis eorū habuerit duas auctoritates uel tres, ipse præerit, siue propior fuerit eius aspectus, uel longior, tantum ut aspiciat signum, si deus uoluerit. Cum'que scieris hylech & alcochoden, scito quod alcochoden significat annos uitę nati, & eius pericula: hylech uero significat uitam nati, si deus uoluerit. Cum aūt peruenerit hylech secundum annos constitutos per gradus ascensionū, scilicet ad unumquemq; gradum annum ad corpora malorum et eorum radios, & ad caudā, ad 4 quoq; aspectus Lunæ, & ad gradum eius aut oppositionem sui gradus, & fuerint ipsi anni annis alcochoden æquales uel prope eos, et nō proiecerit fortuna radios ad ipsum terminū, in quo peruenerit hylech ad malum, peribit tunc natus. Et si peruenerit ad malum, et nō fuerint anni consimiles annis alcochoden, periclitabitur periculo simili morti, et euadet, si deus uoluerit: hæc est dispositio ordinis hylech. Et scito q̄d hylech sonat nomen, quod latine uxor potest dici & alcochoden, similiter uir sonat ab hac significatione, quia sicut mulier sine adiutorio uiri bene domū suā regere nō potest, ita te hylech sine auctoritate alcochoden annos uitæ significare nō sufficit: licet quidā astronomi solo hylech utant̃, & alcochoden nō curāt. Aliter locus dicit̃ uitæ hylech, eo quod ab eo quæratur status uitæ, & alcochoden dator uel significator annorū dicitur, sed redeamus ad librum. Vniuersitas eorum hylech putauit Dorothius, quod Sol nō sit hylech in 8 uel 7, nisi sit in signo masculino: qui si fuerit in his locis in signis femininis, is effeminabitur, & debilitat̃ eius fortitudo, & erit inæqualis, id est, tēperatus. Ptolemæus uero putauit, quod Sol nō sit hylech in 8, quia hic locus turbidus est & tenebrosus, & nullum lumen ascendētis est in eo, & laudauit

Alcochoden. *Hylech.*

& laudauit nonum, quia est in triplicitate ascendentis sibi cõsimile, & eiusdem generis. Est quoq; locus gaudii solis, quod est fundamentum eius, quum'q; temperatus fuerit in eo sol, bona in eo efficietur uita, & durabit, si deus uoluerit. Putauit idem Ptolemæus, quod cum autoritas fuerit solis in nocte in inquisitione hylech, & fuerit in oppositione horum locorum sub terra erit hylech. Dixit autem & Dorothius, quia cum fuerit in nocte, in oppositione horum locorum sub terra erit hylech. Dixit autem etiam Dorothius, quia cum fuerit in nocte in oppositione horum locorum in quibus diximus eum posse fieri hylech, in die erit hylech, nisi sit in signis masculinis. Si autem nõ fuerit sol in die, in his locis, non poterit esse hylech, quære tunc hylegiam à luna: quæ si fuerit in angulo uel succedẽti angulorum, erit hylech absq; scrutatione signorũ masculorum seu fœmininorum. Sed utilius est, ut sit in natiuitatibus fœminarum in signis fœmininis, & in natiuitatibus masculorum in signis masculinis. Omnes uero putauerũt, quod luna sit hylech in tertio, quia est locus gaudii & fundamẽti eius. Sed de nouo putauit Dorothius, quod luna cum fuerit in hoc loco, erit impedita. Ptolemæus autem non denegauit lunã posse fieri hylech in nono, sed tribuit ei regulam solis: quod si luna non fuerit in his locis, & ceciderit, quæretur hylech. Si fuerit natiuitas coniunctionalis ex gradu ascẽdentis scilicet nati. Si uero fuerit natiuitas præuentionalis, incipies à parte fortunæ, quod est ascendens lunæ, & post posuerunt gradum ascendentis, & ideo præposuerũt partem fortunæ in præuentione, quia luna est tunc plena, habens potestatem noctis cum perfectione sua, & cœperunt ab ascendente in natiuitatibus coniunctionalibus, quia luna fit in coniunctione absq; lumine, & tunc erit lumen totum solis scilicet ascendentis. Si autem inceperis à parte fortunæ, & fuerit in angulis, uel in succedentibus angulorum aptabitur hylech, & nõ quæretur utrum sint masculina signa uel fœminina. Et si inceperis ab ascendente, erit hylech omnino, nisi sit ibi pars fortunæ, uel fuerit impeditum, & nõ consideratur utrum sit cadens ab angulis, quia est in eo, & non est aliquid quærendũ, quia quod timetur de esse aliorum locorum hylech ex profectu uel in profectu. Possibile est enim, ut sint prædicta loca in locis profectis. Ascendens autem non desinit esse in profectu. Si uero sol & luna & pars fortunæ uel ascendens non conuenit hylech, aspice coniunctionem uel præuentionem, quæ fuerit ante natiuitatem, & quam harum aspexerit si sit in angulo uel in succedenti angulo erit hylech, & non est cõsideranda natura signi & sexus utrum sit masculinum uel fœmininum. Cum'q; sciueris hylech, & uolueris scire diuisorem Alcochoden secundum dicta Dorothii. Aspice dominum domus, & dominum termini, ac dominum exaltationis seu triplicitatis, & incipies ex eis à domino termini, qui si proiecerit suos radios, ad ipsum terminum aspiciens eum, ipse erit alcochoden. Si uero non proiecerit radios suos ad ipsum terminum, & proiecerit dominus domus uel exaltationis aut triplicitatis, qui proiecerit radios ex ipsis, ipse erit alcochoden, si fuerit eorũ dignitas una, id est, si fuerit unius dignitatis. Si autem unus eorum habuerit dignitates, proiecerit'q; radios suos ad ipsum terminum, erit hic alcochoden. Similiter dominus trium dignitatũ dignior, qui loco fuerit fortior. Si uero fuerit idẽ locus, uel cõsimilis, ipse qui fuerit in angulo, uel soli si fuerit in ortu cuspide propior, erit fortior, & hæc est expositio esse eorum, id est, alcochoden in cuspide. Si fuerint utiq; planetæ in angulis, uel in succedẽtibus angulorum, ille qui fuerit propior gradui angulorum, uel succedentibus angulorum fortior erit: & si fuerit unus eorum peregrinus, & alter in domo sua erit fortior. Si uero fuerint orientales, ille qui fuerit soli propior, erit fortior. Et commisce hylech planetã, qui fuerit in ascendente uel in medio cœli. Et commixtio eius est, ut aspicias planetam qui fuerit in ascendente uel in medio cœli, si habuerit aliquam dignitatem in hylech ex domo uel exaltatione, aut triplicitate seu termino, uocabitur particeps, id est, erit consimilis ei, & dignior habebitur illo, qui habuerit unam partem, id est, unam dignitatem. Quod dixit Dorothius, quod Saturnus & Iupiter, & Mars cum fuerint orientales, uel cũ sole in uno gradu, aut in aliqua stationum, uel ante hæc loca, uel post ipsam per septem dies, dum

inde habuerint aliquod testimonium in hylech, temperat uel fortasse præerit hylech uel alcochoden. Melior auté & dignior est dominus termini hylech, si proiecerit radios suos ad terminum hylech. Cum uero fuerint multi fortes, fuerintq́; eorum partes æquales, & aspexerint omnes hylech, ipse qui præ cæteris aspectu propior fuerit hylech, præerit hylech. Ptolemæus autem nominauit ita aspectum quasi unã ex cæteris dignis partibus. Dixit, quũq́; aspexerit dominos dignitatũ hylech ex domo & exaltatione, seu triplici, & termino, qui plus dignitatis fuerit cũ aspectu, ipse erit alcochoden qui præerit. Si aũt fuerit planeta habens in hylech unã dignitatem, & aspexerit, fueritq́; alter habens tres dignitates, & nõ aspexerit dominus triũ dignitatũ, præerit. Dixitq́; etiã, quod ille planeta est dignior ut præsit, qui plus dignitatis habuerit in ascendente & luminaribus, & in parte fortunæ, seu in gradu coniunctionis uel præuentionis quæ fuerit ante natiuitatem.

QVod si fuerit planeta habens dignitatem in tribus uel quatuor locis, seu in duobus ex his locis, scilicet supradictis, constituemus eum almutaz super natiuitatem qui præerit, id est, qui habet dominium. Post hæc aspiciemus ad sciendos annos locum ipsius planetæ almutaz, qui si fuerit orientalis & in angulo, & cũ hoc fuerit in suo hayz, id est, planeta masculinus in die in signo masculino super terrã, &c. Et fuerit in sua dignitate, ut in domo & exaltatione, in triplicitate & termino, eueneritq́; ut sit in hayz & in angulis, qui sunt ascendens, & mediũ cœli, dabit annos suos maiores. Si uero fuerit in dignitate sua orientalis, & in sequentibus angulorũ, & maxime in hayz, cũ non fuerit in gradibus anguli, liber significabit annos suos medios: & si fuerit liber eodé modo quo diximus, sed fuerit cadens ab angulo, significat annos suos minores. Si auté acciderit ei cum casu retrogradatio & peregrinatio, uel descensio, significabit iuxta numerũ annorũ suorum minorũ horas. Cum uero scieris ipsum autorem, & uolueris scire quid augebunt ei planetæ uel minuent ex annis ita aspice. Si aspexerit eũm fortuna, augebit ei annos suos minores, nisi sit retrograda uel combusta, quia tunc addet ei secundum numerum annorũ suorum minorum menses. Si uero aspexerit eum malus quarto aspectu uel oppositione, aut fuerit coniunctus, id est, cũ eo in uno gradu uel signo, minuet ei secundum annos minores. Et Mercurius cum fuerit cũ fortunis & dantibus, dabit annos suos minores. Cum uero fuerit cũ malis & minuentibus, minuet similiter annos suos minores. Cumq́; scieris annos nati ex annis significationũ alcochoden, diriges ei hylech ad radios malorum ex quarto aspectu, uel oppositione & coniunctione unius signi, à tertio quoq́; uel sextili aspectu per gradus ascensionis regionis suæ ad unumquenq́; gradũ annum. Cumq́; peruenerit ad malum, absq́; proiectione radiorũ fortunæ ad ipsum gradũ & similes fuerint ipsi anni annis alcochoden, ipse erit annus in quo peribit natus: & maxime, si fuerit annus nati & dominus ascensionis eiusdem anni, necnõ & dominus profectionis eius impediti ab ipso malo. Et scito quotiescunq́; peruenerit profectio hylech ad radios uel corpus mali, id est, ad gradus ubi erant mali, & radii eorũ in radice natiuitatis ad corpus mali, siue proiecerit radios suos ad ipsum gradũ, uel non, erit annus periculi & abscisionis, ex malis abscisores sunt mali, & eò deterius, si fuerit malus in cursu gradus hylech ex altitudine & declinatione: quia Dorothius putauit, quod hylech coniunctus fuerit malo ex quarto aspectu uel oppositione, fueritq́; malus, id est, accipiens uersus septentrionem & meridiem in latitudine remotus ab itinere hylech, non inficiet dominum natiuitatis, sed faciet ei periculũ: & nõ facias directioné absq́; notitia latitudinis planetæ, id est, non dirigas hylech, uel aliquod tale, nisi facias latitudinem planetarũ atq́; stellarũ fixarum. Post hæc scias in circulo indirecto, cuius gradus uadit planeta malus per latitudinem ab itinere circulo signorũ. Et cũ scieris, proiicies radios eius ex eodem gradu tunc, cum peruenerit hylech ad radios eius trini uel sextili, seu quarti, aut oppositionis aspectus, uel ad eius corpus, interficiet, si deus uoluerit.

INterfectores uero sunt Saturnus & Mars, & Sol, ex oppositione & quarto aspectu & coniunctione. Luna quoq́; cum fuerit ex quarto aspectu solis qualiscunq́; hylech iunctus

ctus fuerit, ei interficit. Similiter & cũ fuerit in omni oppositione eadem etiã luna, quando iungitur per corpus suum ei gradus signi ascendentis, cum fuerit hylech interficit, nec non & si ipsa iungitur gradui ascendentis cum fuerit ipsa hylech interficit: quia luna inimica est ascendentis. Similiter etiã ascendens inimicatur ei propter diuersitatem substantiarum suarum, quia ascendens est ex substantia ex die, id est, substantiæ à caloris & solis. Luna uero ex calore noctis & frigoris, & sunt inimica adinuicem & cõtrarii. Loca etiam nubilosa & tenebrosa ex circulo coniungitur eis hylech, interficiunt. Nam cor Scorpionis & cor Tauri præ nimio eorum calore & superfluo, si ei iungitur hylech, interficiunt. Mercurius quoq; cum fuerit cum malis, in quarto scilicet aspectu eorum uel oppositione aut in sextili uel trino aspectu inuasu uidelicet à malis absq; aspectu eorũ, & iunctus fuerit gradui corporis hylech, uel eius sextili, aut trino uel quarto aspectu aut eius oppositione interficit. Sed si fuerit econtrario quæ dixi, non interficit. Gradui etiam occiduo, id est, septimo, si iũgitur hylech uel luna, aut quicquid ad eum direxeris interficit. Et cum perfecta fuerit directio in fine signi cum dimidio annorum alcochoden minorũ uel mediorum aut maiorum interficit: & cum mutatur dispositio ab hylech, ex termino mali in terminum mali ab ipso introitu alicuius mali, & si nõ interficit, timebitur de eo quod iam diu durauerit de ipso termino.

ET scito, quod Ptolemęo uidebat̃ ut luna semper dirigatur ad radios malorũ & fortunarũ ad sciendũ esse corporis in sanitate uel infirmitate, & esse matris & patrũ fortunæ ad sciendũ acquisitiones uiri diuitias scilicet & eius paupertates, & solis ad sciendũ esse patris & regni & magistri. Videbatur quoque sibi, quod directio gradus medii cœli per ascensiones circuli directi. Rursum ipsi & uniuersis aliis uisum est, ut dirigat̃ ad sciendum esse eius ex gradu ascendentis, quod diuisiones terminorum ad radios malorũ atq; fortunarum. Eodem si euenerit, ut sit diuisor malus, & diuisio fuerit in radiis malorum, prænunciat in hoc angustias & malam, & continentiã, infirmitatem quoq; corporis & corruptionem complexionis secundũ quantitatem naturarum mali. Si uero diuisor fuerit malus, & radii fuerint fortunæ, erit esse eius commune, id est, infirmitates cum salute, & paupertas cum abundantia. Si uero diuisor fuerit fortuna, & radii similiter fuerint fortunæ. Si quis natorum fuerit ex filiis pauperum, & mediorum in esse continentia, erit similiter mediocris diuisione, erit mediocris suo esse, & in sua cõtinentia, si deus uoluerit.

SCientia proiectionis radiorum, scito quod hylech siue sol, uel luna fuerit, uel aliud quodlibet. Cum uolueris uitam scire nati, & eius esse, diuisione eiusdem uitę, necesse est tibi incipere opus proiectionis radiorum planetarũ ab eis. Et de duobus modis ex dictis antiquorum, quorum unus est per quam accipiunt, & operatur, ferè uniuersi qui diuidimus radium, quod est opus Dorothii. Cuius hoc est opus incipiens, aspice locum planetæ, & ipse eum per gradus æquales atq; minuta. Post hoc scito aspectum eius sextilem uel quadratũ siue oppositũ, quia proiecit ad eos radios suos per similes gradus æquales atq; minuta, & uerte eos in gradus ascensionũ eiusdem signi, & hi erunt radii planetæ, & in signo suo aspicies gradus eiusdẽ, & uerte eos in ascensiones, & scribes eos, & hoc est gradus corporis eius, & similiter facies ascendens, & loca duodecim per gradus ascensionũ, hoc est opus quod operati sunt antiqui, & hoc uerbi gradus. Si esset hylech in decimo gradu Arietis, & malus ad quẽ uoluimus dirige in uigesimo gradu Scorpionis, dirigimus à loco hylech in gradu Tauri ad radios & mali. Dirigemus autẽ ut supra minuendo ascensiones, quæ sunt in directo hylech de ascensionibus quæ sunt in directo uiginti graduum Tauri: & qui remanserint, ipsi erunt gradus directionis scilicet, quorũ numerum debemus dare annos, &c. Ptolemæus autem utebatur alio modo, & dicebat quod uniuersi radii cõgregent̃ in cuspide, id est, in puncto terræ, & fuerit una res, & dixit quod necesse est nobis scire radiorum diuersitatem secundum situm loci. Incipiens enim operari radios per longitudinem planetarum ex angulis, & per ascensiones ciuitatis in qua fueris, sicut operaberis in hoc capitulo, & cum ordinaueris locum planetarum, diriges

hylech,& gradum ascendentis secundum has longitudines, quemadmodum dixi tibi. Et cum peruenerit ad malos,malum secundum esse & fortitudines,si deus uoluerit. Scito quod hylech sol & luna, aut quodlibet aliud cũ fuerint in his locis qui sunt inter medium cœlum & gradũ occidentem dirigetur retrorsum,id est, uersus septimũ contra successionem signorum & gradu cadente, qui præ ascendentis accipiens retrorsum à capite gradu ascendentis per ascensiones climatis, & secundum lumen graduum, qui fuerunt inter eos per ascensiones ad unumquenq; gradũ annũ,& interficit. Et hæc directio bene exposita est in libro introductionũ Alcabitii & Halbumasar. Si uero ad caudã fuerit directio,dirige à gradu caudæ per gradus ascensionis, & secũdum numerum graduum, qui fuerit inter eos,erit anni.Si autem in hylech hic inter medium cœlum & occidentẽ,& di xeris ad ea:Dirige retrorsum contra successionem signorum uersus occidentem, sicut prę dixi tibi.Et scito, quod mali non possunt esse plus q̃ sex. duo mali, Saturnus scilicet & Mars,& Mercurius cũ fuerit cum eis,uel in natura eorũ in aspectu.Et quartus sol cũ fuerit cũ Marte proprie, aut in quarto aspectu eius, aut eius coniunctione seu oppositione, aut in eius sextili uel trino aspectu fortunæ ad eos,tunc enim fit malus similis cum Saturno. Quintũ uero malorum est caput,& sextum est cauda.Et scito,quod mali necessario sunt sex.Nam duo sunt mali naturaliter, Saturnus & Mars, & duo accidentaliter, Mercurius & Sol:duo uero localiter,Caput & Cauda.Scito quod hęc omnia esse cũ fuerint,sicut prę dixi tibi.Et cũ cõgregati fuerint hi sex super Venerem, absq; aspectu fortunę,erit natus spadus, quod si dominus triplicitatis Veneris primus fuerit fortis proficiet ei hic. Sin autem erit cũ hoc quod passus fuerit laboriosus, indigens cibo uentris sui omnibus diebus uitę suæ.Cum'q; uoluerit scire uitam nati, & esse eius in diuisione uitæ suæ, necesse est tibi ut incipias operari proiectiones radiorum planetarum. Post hæc diriges hylech eius, id est, gradus secũdum opus harum longitudine,iuxta quod dictum est in opere eius. Cum'q; uolueris dirigere hylech ad aliquem gradũ malorũ, uel ad radios eorũ,accipe quod fuerit inter hylech & gradũ mali per ascensiones in ciuitate in qua natus est puer ex gradibus atq; minutis,& quod eiecerit pone ad unumquenq; gradũ annum.Cuius opus est,ut accipias à primo minuto signi Arietis usq; ad gradũ & minutũ in quo fuerit hylech per ascẽ siones ipsius ciuitatis.Iterum accipies à primo minuto Arietis usq; in gradũ & minutum in quo fuit malus, & eius radii,& accipies superfluum quod fuerit inter eos,hoc est,minues minorem de maiori,& quod remanserit ex ipsa,est longitudo quæ fuerit inter eos, pones'q; unicuiq; gradui annũ, & hoc est opus hylech. Et iam multotiens reiteraui tibi in hoc libro ad sciendum esse nati,ut dirigas semper in natiuitatibus gradum ascendentis,quia ipse diuisor est qui uocatur Algerbuthar.Post hoc aspicias,quod remãserit ei donec perficiat terminũ suũ ex gradibus atq; minutis, & pones eos per ascensiones ad unũquenq; gradum annũ. Deinde aspice cũ perfectus fuerit terminus ex domino secundi termini quot gradus habet pones, quia eos etiam per ascensiones: quia ipse dimittet secundum numerum ipsorum graduũ annos, cum'q; fuerit in radiis fortunæ diuisio & diuisor fuerit, fortuna erit in ipsis annis in tranquillitate & abundantia,seu largitate uitæ, & pertinet ad finem eorum,quæ significauit ex bono, cũ peruenerit gradus ad gradũ fortunæ,si deus uoluerit.Similiter donec facies perficiatur opus uita. De diuersitate autem Alcochoden dixit Dorothius,quia si essent uni planetæ tres dignitates & alteri una,& aspexerit dominus unius,dominus uero triũ nõ aspexerit,esset ille qui aspexerit dignior.Ptolemęus uero dixit cui fuerit plus dignitatis, erit dignior & attẽtior, siue aspexerit,siue nõ.

LIBRI PRIMI FINIS.

DE NATIVITATIBVS LIBER SECVNDVS.



SVPER directionem gradus hylech, & gradus ascendentis scilicet natiuitatum.In reuolutione eorum annorum,&c. quæ necessaria sunt eis ex directione.Directio ad sciendum esse regis,& ad sciendum quantum præerit regno, & ad reuolutionem anni mundi siue anni nati. Nam uel directione regis

regis, uel diuitum diriges eis à gradu medii cœli per ascensiones cœli directi ad omne lix. minutum, ad octo secun. donec perueniat ad malos, uel ad fortunas unum diem, & diriges similiter ad sciendum esse corporis regis in sanitate & infirmitate corporis eius à gradu ascendentis ad malos ad fortunas, & diriges in reuolutione annorum mūdi, uulgi & rusticorum à gradu ascendentis ad malos & fortunas, ad omne lix. & viii. secunda diem unum. Et ad sciendū esse regis à gradu medii cœli ad fortunas, & malos ad omne lix. minuta viii. secunda. & in reuolutione annorum natiuitatum diriges ad sciendum esse annorum nati à gradu ascendentis ad fortunas, & malos ad omne lix. minuta, & viii. secunda unum diem. Cum'q; peruenerit perfectio ad fortunas signi incolumitatem & prosperitatem atq; profectum. Cum'q; peruenerit ad malos, significat infirmitatem & amissionem atq; commixtionem esse illius, si deus noluerit. Ex profectione in reuolutione annorum nati, ut aspicias à gradu ad quem peruenerit profectio ab ascendente ad omnes xxx. gradus annum unū. Post hæc pones ex gradu ad quem peruenit annus usq; ad perfectionem xxx. graduum, & uniuerso anno, id est, dabis uniuerso anno xxx. gradus. Deinde aspicies quot gradus sicut inter gradum ad quem peruenit annus, & gradū fortunæ uel mali, & accipies superfluum quod fuerit inter eos, & multiplicabis eos in ip. & sept. unius integri, & secundum quantitatem ipsorum graduum accipies ex diebus, & cum fuerit coniunctio gradus cum malo, erit duritia & malum esse ex uita, & cū peruenerit ad fortunas secundum quantitatem eiusdem numeri duodecies multiplicati, signi largitatem & dilationem eius esse, & æqualitatem complexionis ac sanitatem eius secundum quantitatem naturæ illius fortunæ in circulo, id est, si fuerit dominus substātię significat substātiā, & si fuerit dominus domus reginę, significat regnū uel domū à rege.

Dixit Messahallach, cum se mouerit rex uel princeps, & fuerit in secūdo ab ascendente Mars, indicat ei quod habebit damnum in his quæ ad deū pertinent in propinquis scilicet eius & filiis, uel regno atq; substantia. Intrabit enim super eum hoc detrimentum ex contentione bellorum uel combustione. Si autem fuerit Saturnus, erit quod dixi ex latronibus aut naufragio, uel infirmitate. Sed si fuerit malus receptus, non impediet hic, & erit de eo aliqua mentio, sed non perficietur, & meliorabitur. Si uero non fuerit receptus, aut fuerit in descensione sua, patebit & magnificabitur, donec audietur ab omnibus, & eò fortius, si fuerit planeta retrogradus, quia significat solutionem & destructionē. Similiter fortunæ significat aptationem & bonam laudem.

Item dixit Messahallach: In electionem & constitutionem principum, cum fuerit dominus domus lunæ retrogradus, significat odium militum & ciuium regionis erga eum qui eligitur, cum ingreditur princeps opus suum. Porrò anni uitę ex Alcochoden sunt, secundum quod tibi narrabo. Aspicias planetam qui præfuit hylech, qui si fuerit in domo sua uel exaltatione aut triplicitate sua in medio cœli, aut in ascendente uel in xi. cū fuerit diurnus, & in nocte, id est, in tali fortitudine in figura diei in quarto & in quinto, significat annos suos minores. Et si fuerit peregrinus & occidentalis in his locis, significat annos suos minores. Et scito, quod peregrinatio & occasus, & retrogradatio uel combustio non tantum nocet planetis altioribus, quàm tum planetis inferioribus. Cum autem fuerint planetæ altiores impediti graui impedimento, significat secundum numerū annorum suorum minorum menses uel dies. Cum autem fuerit Alcochoden extra, id est, domum, & cætera hæc loca in angulis uel succedentibus angulorum, significat annos suos siue peregrinus fuerit, uel qualitercunq; fuerit esse eius, nisi sit combustus: quia combustio significat paucitatem uitæ. Et si fuerit Alcochoden in cadentibus ab angulis, significat annos suos minores. Et qualicunq; modo significauerit annos secūdum quantitatem ipsorum annorum, erunt dies uel menses. Si autem combustus fuerit, significat numero annorum suorum minorum dies uel horas, & quidam ex eis moriūtur, & nō gustabunt uitam. Et maxime, cum fuerit ipse Alcochoden & ascendens impediti aliquo impedimēto, id est, si fuerint impediti à malis, & luna fuerit impedita in angulis à malis

uel extra angulos. Scito quod cum aſpexerit Alcochoden fortunæ, & ipſe non fuerit ſub radiis ſolis augent ei, & dant ei annos ſuos minores. Et ſcito, quod cum fuerit Alcochoden combuſtus, & nihil ſignificauerit, & fuerit Venus & Iupiter in natiuitate in aſcendente, aut in medio cœli, aut aliquis eorum, ſperatur nato ex uita ſecũdum annos Veneris uel Iouis minores. Quod ſi dederint fortunæ per aſpectum Alcochoden aliquod, augebit ei ſecundum numerũ annorum ſuorum minorum meſes uel dies cum fuerit impeditus uel occupatus. Scito & quod fortunę cum aſpexerint ex quarto aſpectu uel oppoſitione, aut fuerint cum Alcochoden, non abſcidunt ei aliquid, id eſt, non aufert ei, ſed augent annos minores, cum non fuerint retrogradi aut combuſti, uel impediti à malis. Alcochoden cum fuerit in angulis, orientalis uel non orientalis, ſi tamen non retrogradus nec combuſtus, dabit annos ſuos maiores iuſſu dei. Cum non fuerit in ſimili huic eſſe, & fuerit cadens, dabit annos ſuos minores. Et ſi aſpexerit Alcochoden, fortuna augebit ei annos ſuos minores. Si uero fuerit retrogradus nec combuſtus. Si uero retrogradus fuerit aut combuſtus, dabit numerum annorum ſuorum minorũ menſes. Et ſi aſpexerint mali Alcochoden ex oppoſitione uel quarto aſpectu, uel nõ fuerit cum eo in uno ſigno, minuent ei ſecundum annos ſuos minores, ſiue receperim eum uel non. Cum autẽ aſpexerit malus Alcochoden trino uel ſextili aſpectu, eum'que occuparunt abſque aſpectu fortunarum, tunc ipſe malus qui ita fuerit minuet ſecundum annos ſuos minores. Alcochoden cum fuerit cum Cauda, & ipſe fuerit malus, fuerit'que inter ipſum & Caudam duodecim gradus, & infra, minuet quartam partem annorũ, qui poſiti ſunt Alcochoden. Cũ uero fuerit caput cum Alcochoden, fuerit'que Alcochoden fortuna, & fuerit inter ipſum & Alcochoden duodecim gradus, & iſta augebit ſuper annos Alcochoden quartam partem annorum. Accidens autem quod ingreditur in donatione annorum minorum uel maiorum ſeu mediocrium, debes conſiderare rationem tuam quæ planetæ habent impedimenta extra caſum & retrogradatione & combuſtione, ſed ex oppoſitione malorũ & quarto eorum atque coniunctione. Etiam indicaui tibi qualiter impediunt eum, & qualiter retrogradatio minuet ei unum gradum ex ordine, & cõbuſtio ſimiliter alium. Porrò ſi coniuncti fuerint ſuper eum, retrogradatio uel combuſtio abſque caſus, non guſtabit aliquid donec moriatur.

SOl cum fuerit cum Alcochoden coniunctione uel oppoſitione, atque quarto aſpectu abſcidit ſimiliter annorum ſuorum minorum. Ex trino uel ſextili ſi aſpexerit Alcochoden, addit ei annos ſuos minores. Et ſi eſſet ei coniunctus aut oppoſitus, uel eſſet in eius quarto aſpectu, eſſet'que ibidem receptio, minuerit ſimilem annorum ſuorum minorum menſes uel dies, ſi deus uoluerit.

CVm fuerit diſpoſitio in Alcochoden ſub radiis, erit quaſi cæcus non poterit recipere ex fortunis augmentationem, quia non aſpicit eas nec aſpiciunt eam, niſi ſit cũ ſole in uno gradu, quia ibidem eſt fortuna fortior quàm eſſe poterit, id eſt, ſub ſole in uno gradu, ſiue malus fuerit Alcochoden ſiue fortunæ. Planeta quoque cũ fuerit operatus, non augebit Alcochoden, niſi rem modicam. Luna autem recipitur à ſole, quia recipit lumen ab eo ex omni domo, ſed cum recipitur ab oppoſitione, amittit dimidium receptionis. Si uero receperit in domo ſua uel exaltatione, erũt duæ receptiones. Sol eo magis minuit annos Alcochoden, ſiue orientalis fuerit uel occidentalis. Si fuerit in angulis aut in ſuccedẽtibus inde malus exaltatione ſua aut termino uel triplicitate ſua, ſignificat annos ſuos maiores, quia eſt ex ſubſtantia orientalis uel occidentalis, fortuna cum aſpexerit Alcochoden ex oppoſitione, & fuerit retrograda & debilis, ex impedimento malorum non poterit addere nutu dei, niſi menſes ſecundum numerum annorum ſuorum minorum, ſi deus uoluerit,

PArs patris & matris diriguntur ad ſciendum uitam eorum per aſcenſiones ad corpora malorum, & eorum radios ex numero graduum ad unumquenque ſcilicet gradum annum, ſiue aſpexerit eas aliquis quatuor, id eſt, dominus uel termini, uel exaltationis

tionis atque triplicitatis actorum.

Dirigés nato gradum ascendentis, siue hylech fuerit, uel ad unumquenq; gradū per ascensiones annum usq; ad radios malorum uel fortunarum in radice natiuitatis, & dirige in reuolutione anni gradus ascendētis ad sciendum esse illius per gradus æquales ad radios fortunarum & malorum domos locorum, & pones unumquenq; lix.m.& viii. sed diem integrum, si deus uoluerit. Et diriges ad sciendum esse maiorá nati ex signo proue ctionis. Et scito, quod signū proue ctionis sit semper simile gradui ascendentis, eò quod omnes xxx. gradus sunt annus. Est enim simile ascendētis radicis cuius exemplum est hoc. Si fuerit ascensus radicis x. gradus signi Arietis, erit signum proue ctionis, ideo gradus Tauri in secundo anno. Similiter ad unumquenq; annū semper signū unum, si deus uoluerit. Similiter cum uoluerit scire maiora esse illius, multiplica gradus signi proue ctionis, & radios malorum atq; fortunarum, id est, gradus qui sunt inter gradum signi proue ctionis & radios per septem gradus multiplica & sextam partem unius, & ad numerum ipsorum dierum, mutabitur esse nati à bono in malum, uel à malo in bonum secundum naturam domini radiorum, siue fortuna fuerit, uel malus. Et diriges ad sciendum esse patris omni die à gradu patrum, id est, à gradu quartæ domus ad corpora fortunarum malorum, eorum'q; radios, pones'q; omne lix. minutū, & viii. secunda diem unum. Narrabitur'q; in accidente secundum quantitatem malorum ac fortunarum, & loca in quibus fuerint, & pertinentia locorum per dominationem ex xii. signis, quia planeta quodcunq;, id est, ex suis propriis signorum aspexerit, affert eius signi naturam. Qui uero non aspexerit signum similitudinem naturæ eius, & uisione & desiderio atq; cogitatione, si deus uoluerit. Et diriges ad sciendum maiora esse patris ex signo profe ctionis, id est, ex domo patris, ex parte patris ex numero omnium xxx. graduum. Diriges enim quod fuerit inter prędicta & radios malorū & fortunarū, multiplicabis'q; ipsos gradus, qui fuerint inter prædicta, & radios malorū atq; fortunarū in xii. gradibus ex x. minutis, & quod peruenerit ipse erit numerus dierum qui significabit accidentia malorū, uel malorum secundum naturam domini radiorū, & pertinentia locorū ad eū, & diriges ex parte matris in radice natiuitatis ad radios fortunarū uel malorū, erit'q; omnis gradus per ascensiones annus, ad sciendā uitā hoc erit in uita. In maiori autē esse eiusdē matris diriges eum radice natiuitatis ad omnes xxx. æquales annuū, quemadmodū facis patris in maiori esse, diriges matri gradū lunæ ad omne xxx. minutū, & viii. diem integrū. Nunc ponā tibi exemplar, per quod diriges & semper, quod gradieris aspexi directiones huius natiuitatis, erat'q; ascendens v. gradus Tauri, & nullus planetarū erit in eo, nec radii eorum qui essent plus v. gradibus præter lunā. Erat autē in sextili aspectu ascendentis in Cancro scilicet in xxiiii. gradus minui v. gradus ascendentis ex xxiiii. gradibus radiorū lunæ in ascendente, & reman serunt xix. gradus. Diximus'q; quod disponeret ascendens xix. dies usquequo perueniret ad dispositionem lunæ per radios sui aspectus sextilis. Post hæc disponet luna expletione triginta graduum ex ascendente, & ex secundo duos expletos nouem gradus usquequo peruenerit ad lumen radiorum sextilis aspectus Saturni. Deinde recipiet dispositionem Saturnus per lumen sextilis aspectus Veneris, eò quod propior planetis ad radios Saturni post Saturnū erat Venus. Minuimus itaq; gradus Saturni ex Venere, & reman serūt quatuor gradus. Diximus'q; quod disponet Saturnus quatuor dies, post hoc minimus'ue non est à Mercurio, reman serunt'q; octo dies. Deinde minuimus Mercurium à Ioue, & reman serunt tredecim, diximus'q; quod disponeret Mercurius tredecim dies. Post hoc minuimus uigintiseptem gradus Iouis ex triginta & reman serunt tres dies ex geminis. Similiter fiat usq; ad expletionem duodecim domorum. Et si aliquis planeta aspiceret gradum ascendentis, ex simili gradu nulla dispositio esset ascendenti, sed esset dispositio planetæ, quia occuparet minutum planeta, ascendens hoc modo operare eum reuolueris annum ab ascendente, usquequo reuertatur etiam ascendens, si deus uoluerit, & ita facies ad sciendum esse, & hoc modo diriges ex

gradu secũdum domus patrum, patri & matri à gradu lunæ ad sciendum minora esse.

ET ait Messahallah, dirigens ex radio domini exaltationis ascendentis, uel domini triplicitatis, aut termini eiusdem ascendẽtis, à radiis scilicet illius cuius aspectus propior esset gradui ascendentis: & licet sententia non est autentica, quia potest fieri, ut non aspiciat aliquis istorum quatuor ascendens uel patrem patris, uel matris & domum patrum, aut gradus horum locorum, & necesse nobis dirigere ex eis, si deus uoluerit, facies ex signo profectionis ad sciendum maiora esse usq; ad expletionem anni. Et ad maiora esse partis patris & matris ex profectione patris, si deus uoluerit.

ITem aliam figuram aspexi, & erat ascendens natiuitatis in radice signorum geminorum xx. gradus, peruenitq; signum profectionis anno v. ad libram xx. gradus. Voluimus deo auxiliante, scire esse eius in eodem anno ex eo numero quod dantur xxx. gradus uni anno per radios. Minimus minorem de maiori, postea multiplicauimus per xii. fuitq; omne lix. minutum, & viii. secunda dies unus. Nam minimus signi profectionis qui sunt uiginti gradus signi Libræ ex Ioue, & remanserunt quatuor, multiplicauimus quatuor qui remanserũt in duodecim, & exierũt quatuor gradus. Diximusq;, disponet minimum horum dierum per lumen cõiunctionis Iouis, & per lumen sextilis aspectus lunæ quatuor gradus. Deinde minimus Iouem ex luna, & exierunt quinq; gradus inter eos quos multiplicauimus in duodecim, peruenit ad hoc lx gradus, et diximus quod disponet Iuppiter per lumen sextilis aspectus lunæ lx. dies. Post hoc minimus gradus lunæ qui sunt xxviii. de signo profectionis, remãsitq; unus. Deinde aspeximus alterum signũ, & ecce Mars proiiciebat lumen in eum secũdum gradum. Accepimusq; gradum, qui remanserat in signo profectionis, & duos gradus signi & multiplicauimus per xii. & exierunt xxxvi. dies, fuitq; dispositio lunæ. Post hoc minimus Martẽ, qui est in gradibus à sole, & remanserunt iii. gradus quos multiplicauimus in xii. & exierunt à xxxi. dies. Diximus quod disponeret Mars per lumen oppositionis solis hos dies. Iterum multiplicauimus xv. gradus, qui remanserunt ex signo profectionis ex profectione xxx. in xii. & exierunt clxxx. Diximus ergo, quod disponet sol per naturam expletionum clxxx. dierum. & si sol esset in xv. gradu, & minueremus Martem ex eo remaneret xviii. Et si annus finiret in xv. proiiceremus tres, & multiplicaremus xv. in xii. essetq; dispositio Martis per lumen oppositionis solis, donec finiretur annus, si deus uoluerit. Aspice igitur hic, quia sic facies per radicem natiuitatis, donec finiatur uita ad unumquenq; gradum annum per ascensiones, secundum hoc modo etiam facies patri & matri.

DIreximus autem ascendens ad sciendum esse nati hoc modo per ascensiones. Facies cum uolueris esse nati uniuersali scientia nutu dei, diriges semper gradus ascẽdens & non ab alio. Aspeximus igitur, & erat ascendens xv. gradus Capricorni, & Iuppiter eo gradu per gradum, id est, in eodem gradu ascendente, direximusq; gradum Iouis, quia non erat opus ascendenti. Similiter cum uideris in omni loco huic simile. Aspeximusq; quis planetarum esset propior Ioui de illis qui erant illi priores, & qui erant plus gradibus. Eratq; Mars xviii. graduum. Minuimus ergo Iouem ex Marte, & exierunt tres gradus. Diximusq; quod disponeret Iuppiter per lumen oppositionis Martis tres annos. Deinde minuimus Martem ex Venere, quæ erat in xx. gradu, & exierunt duo. Diximus quod disponeret Mars per lumen coniunctionis Veneris, id est, annos. Post hoc minuimus Venerem ab ascendente signo, remanserunt x. gradus ex signo ascendente, & peruenit in secundo ad solem signo in x. gradu. Diximusq; disponet Venus x. annos per naturam suam, & x. annos per naturam solis. Deinde minuimus solem à Ioue, & remanserunt v. gradus, diximusq; disponeret sol per naturam Iouis v. annos. hoc modo facies donec semper finiatur, id est, dicit in esse eius ad unumquenq; gradum annum per ascensiones, si deus uoluerit.

ITem aspice in domino termini ascendentis, quia ipse est Algebuhar, id est, diuisor, id est, aspice quod remãsit ex termino suo de gradibus & minutis, donec perficiat eum, & pone

& pone eum ascensiones, & uerte gradus termini æquales in gradus ascensionum, & pones unumquemque gradum annum, eique in diuisione eiusdem planetæ. Post hoc aspice dominum secundi termini, & quot sint gradus eius, & pones etiam eas ascẽsiones ut supra, quia erit quo in diuisione eiusdem planetæ ad unumquenque gradũ annus. Quod si fuerit ipse planeta, fortuna diuidet in radiis fortunarũ, & erant in tranquillitate & dilatione, & prosperitate. Si uero alter fuerit, dic econtrario. Si uero fuerint fortunæ & mali, erit esse illius medium. Similiter fac in tertio termino & quarto, & quinto, donec finiatur uita eius, si deus uoluerit. Et scito, quod planeta qui significat detrimentum membri, & angustias uitæ motum quoque & periculum corporis ueniet cum significatione sua cum diuiserit nutu dei. Similiter planeta qui significat regem, id est, honorem, &c.

ITem directio gradus hylech ad sciendum tres uitæ nutu dei. Diriges enim à gradu hylech ad corpora fortunarum malorum, & eorum radios, & pones ad unumquenque gradum qui fuerit inter ipsum hylech & radios, seu corpora malorum annũ per gradum ascensionum. Cuius exemplar est hic. Fuit Sol hylech, & erat in medio cœli in Capricorno in decimoquinto gradu, & radii quarti aspectus Saturni in duodecimo gradu. Posuimus gradus Solis ascendentes, & fuerunt quatuordecim gradus. Posuimus quoque & gradus Saturni ascensiones, & fuerunt uiginti gradus, decem & nouem minuta. Post hoc minuimus gradus Solis ex radiis Saturni, & remanserunt septem gradus & triginta minuta per ascensiones. Dicimus quod Sol uiget quarti aspectus Saturni per quatuor annos & dimidium, ac decimam anni, & tunc patiatur natus in pedibus ex frigore & siccitate, & dolorem genuum, & podagra. Quod sic adhuc nato fuerit spatium uitæ, transibit ipsum terminum nutu dei. Si proiecerit fortuna radios suos ad ipsum terminum, similiter fac omne opus tuum nutu dei. Porrò gradum ascendentis per ascensiones diriges semper ad radios malorum ac fortunarum, siue hylech fuerit ascendens aut non ad sciendum esse nati, si deus uoluerit.

SVnt quoque tres modi directioni quos oportet te scire, quatenus iudicia apta sint in eis siue bonũ fuerit, siue malũ. Primus est diuisor, qui uocatur Algerbuthar, qui est dominus termini ascendẽtis, siue aspexerit ascendens, uel nõ, ipse erit diuisor, qui non desinet disponere donec finiatur gradus sui termini ex signo. Post hoc diuisor termini secũdi, qui eum succedit, qui nõ cessabit esse diuisor, donec finiatur gradus sui termini per ascensiones ad unũquẽque gradum annũ, facies similiter usque in finem uitæ nati, si deus uoluerit.

SCientia trium radiorũ. Secundus est dominus radiorum, qui sciens ex priori planetarũ à gradu diuisoris, siue fuerit ipse planeta uelocior cursu diuisoris uel tardior, necesse est enim diuisori, ut eat per radios eius, & iungatur eis. Cumque peruenerit ad radios eius, si fuerit fortuna, significat dilationem uitæ & acquisitionem, atque profectu in substantia eiusdem planetæ, & in his quæ ad eum pertinent ex domibus circuli cum salute, qui corporis & æqualitate suæ complexionis. Si uero malus fuerit, significat occupationem & infirmitatem, atque morbum ex substantia planetæ, & in eis quæ ad eum pertinent ex domibus circuli, id est, si fuerũt dominus domus substantiæ, patietur in sua substantia. Et si fuerit dominus domus filiorum, morietur filius eius. Si uero fuerit domus regiæ, rex impediet eum. Scito hoc in omnibus domibus.

TErtius uero est receptor, id est, ille qui recipit diuisorem, & etiam mutatio à planeta in planetam. Qui diuisor cum fuerit malus, & ipse qui recipit ab eo dispositionem cum perficitur eius dominatio, si fuerit malus, significat malum, quia à malo mutatur in malum, & diuisor diuiserit in radiis mali, & ad radios alterius, etiam post expletionem radiorum ipsius mali mutatus fuerit, & si nondum fuerit uita eius, fortassis interficiet hoc modo. Nam antiqui iudicauerunt eum esse moriturum, si fuerint omnes quatuor mali. Si uero omnes quatuor, significat dilationem uitæ & continentiæ ultra modum, & opes maximas, si deus uoluerit. Si autem fuerint tres mali, & unus fortuna plus erit malum. Si uero fuerint tres fortunæ, unus malus erit plus bonum. Et si æquales

fuerint

fuerint fortunæ,& mali bona, & mala esse æqualia. Scito hic & nunc facimus mentionem de expositione istorũ quatuor. Primus est cuius fuit diuisio ante diuisorem secundum,& hoc fit in mediis signorum,id est, infra signũ, sed initio erit dispositionis. Quia primus diuisor ex gradibus ascendentis ipse est dominus termini. Non ergo primo primus,quia idem est. In mediis autem signorum erit dispositio diuisoris,secundo post diuisorem primum & ipse est qui pulsauit, id est,qui cõmisit dispositionem ei. Secundus, qui recipit dispositionem à diuisore. Tertius uero est dominus radiorum,& ipse qui commisit dispositionem diuisori. Porrò quatuor in quibus est fiducia sunt ii, diuisor scilicet, & dominus anni,& dominus radiorum,& receptor qui recipit à diuisore, & commiscetur istis signum profectionis, quia non fuerit in signis in quibus fuerunt corpora malorum, aut quarti aspectus,aut oppositiones eorum auget malũ, & accelerat proditionem ac mortem. Et si fuerit in radice in signis in quibus erant corpora fortunarum,aut eorum radii,& non aspexerint eum mali,erit annus salubris,& proficuus nutu dei. Et in dispositione dierum multi horrent ponere dispositionem signo, & ponent eam planetis in reuolutione anni natiuitatis,& interrogationum atq; initiorum. Et ad sciendũ esse patentum sit,pones diuisorem primum, & dispositionem dominum termini, sicut prædiximus tibi in perfectione natiuitatum,si deus uoluerit. Nam & duæ directiones sunt ex reuolutione anni, una scilicet ad sciendum minora esse quotidie usq; ad expletionem anni. Et alia ad maiora esse,& fuerit fortassis unum esse uel duo aut plus, & hoc scitur ex signo profectionis,& ego exponam tibi hos modos,si deus uoluerit.

IN directione ascendentis ad sciendũ esse,diriges semper ad sciendũ esse ex gradu ascendentis ad radios malorũ & fortunarũ usq; ad expletionẽ ccclx. graduũ, donec reuertat̃ ad gradũ ascendentis ad omne lix. minut. & viii. à secunda die per gradus æquales, cũq; peruenerit ad fortunas & planetas donatores, & receptores à malis, dicemus quod inueniet substantiã & acquiret,& sanus erit in eadem dispositione,& erit profectus & acquisitio substantiæ ex substantia planetæ & substantia signi,id est,domus in qua est pertinentis ad planetã ex circulo cũ disposuerit,si deus uoluerit. Et planeta qui fuerit proiiciens radios suos ad gradũ ac minutũ ascendentis,erit dispositio in initio rei. Si uero nõ proiecerit radios suos ad gradum ascendentis,tribuemus dispositionem gradui ascendentis, donec applicetur planetæ aut radiis planetæ, & dicemus quod iudiciũ in hoc erit in domino ascendentis,siue aspexerit ascendens, uel non aspexerit, præsens fuerit uel absens. Post hoc dabis dispositionẽ domini radiorũ,cui applicata fuerit dispositio, sicut tibi prædiximus. Messahallah cũ dirigebat ad sciendũ esse nati ab ascendente ab ipso gradu ad quem proiicit radios dominus ascendentis,& dabat dispositionẽ eiusdẽ esse domino ascendentis,sicut dirigitur in anno. Othmen filii Affen, qui fuit imperator Sarracenorũ ex radiis lunæ à medio cœli infra mediũ cœlũ. Cõtra quẽ diximus, quia opus horũ annorũ in reuolutione anni mundi ad diuersitatẽ uulgi, necesse est ut sit directio ascẽdẽtis, & ad nati magistrũ ex medio cœli. Et possibile est, ut nõ aspiciat dominus ascendentis ascẽdens, nec dominus medii cœli mediũ cœlũ. Quòd si dixerit, quod dirigetur ex gradu domini ascendentis in ascendente per gradus radiorũ eius in ascendente. Quod si defuerit ex domino triplicitatis,& eius gradibus in ascendente,dicemus quod possibile erit,ut nõ aspiciãt isti quatuor ascẽdẽtes. Et necesse est omnino dirigere ab ascendẽte, atq; per hoc frangit̃ eorũ sententia,hoc est, expositio eorũ quæ diximus tibi in initio operis: quia qui facit directionẽ,necesse est illi,ut dirigat à gradu ascendẽtis. In anno aũt profectionis perueniet annus nati secũdũ numerũ, quod dat̃ unicuiq; anno xxx. gradus ad signũ profectionis ad similẽ gradũ,atq; neuter ascẽdẽtis. Cũ igitur uoluerimus scire maiora esse, accipiemus ex istis gradib. usq; ad expletionẽ xxx. ex signo secundo per gradus æquales,id est,accipiemus usq; ad ipsum gradũ per quẽ proiiciunt̃ radii fortunarũ, seu malorũ, & multiplicabimus eos in 12. & 6. in quo cum multiplicati fuerint 30. gradus, fuerũt 365. qui sunt dies anni. Ponesq́ue dispositionem per radios ipsius planetæ, si fuerit planeta fortuna, erunt ipsi dies

ipsi dies fortunati in dispositione eius planetæ. Si uero fuerit malus, significat secundum quod dixi tibi primum, id est, seu malus fuerit, siue fortuna signi secundum substãtiam suam, si deus uoluerit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DE NATVRALIBVS SECVNDVM QVANTITATEM earum suarumq́; fortunarum, Liber Tertius.



VM sapienter iubente deo ordinaueris rem nati in nutritione & uita, atq; esse in directione gradus ascendentis ex parte diuisoris, & conuersione graduũ termini diuisoris in ascensiones, & eorũ directione ad radios malorũ, & fortunarũ ad unũquenq; gradũ annũ, & uolueris scire nutu dei eius accidentia & dignitates, incipe, & scito natus cuius generis & dignitatis sit, cuius sciẽtia est, ut aspicias nutu dei dicta Ptolemæi ex doctoria planetarũ diuinorũ à sole, & doctoria planetarũ nocturnarũ à luna, & expositio doctoriæ est securitas uel dexteratio. Fit aũt hæc cũ planetæ fuerint orientales à sole in die, & occidẽtales in nocte à luna. Cũ ergo fuerint planetæ superiores orientales à sole in domibus suis uel exaltationibus suis, & sole in domo uel exaltatione sua, & locus fuerit angulus, aspexerintq́; se inuicem, erit natus rex aut princeps regi similis, & si fuerint in domibus uel exaltationibus suis, & nõ fuerint omnes in angulis, uel aliquis eorũ, erit natus dux uel princeps magnus, si deus uoluerit. Et si fuerint cadentes & peregrini, erit natus ex domibus mediocribus hominibus bonæ continentiæ, & honorabilis inter socios suos. Si uero nõ fuerit luminari doctoria ex planetis superiorib. qui fuerint in suo hayz, erit natus ex uilibus, nullius memoriæ, & ignotus in ordine suo. Secundũ uero Dorothiũ aspiciẽ natiuitatib. diurnis ex domino triplicitatis solis, id est, signũ quo & sol primo in die & ex domino triplicitatis lunæ primo in nocte. Post aspicies esse planetæ ex locis xii. & accipies gradus qui sunt inter gradum planetæ & gradũ anguli, & quò peruenerit ex gradibus, si fuerit planeta in primis xv. gradibus, erit natus princeps, aut regi similis. Et si fuerit in aliis xv. gradibus, erit princeps nobilis, altæ memoriæ. Si uero fuerit in tertiis xv. gradibus, erit natus ex mediocribus hominibus: & si addidit super hoc, erit laboriosus, miser, & uilis. Doctoria.

TErtius autem modus est in scientia huius rei, surgẽs in extimatione rationabilium ex libro allegoriarum. Dixit enim Philosophus, quod quatuor sunt species natiuitatum. Quidam nascuntur, qui erunt reges, & perseuerãt in regno: & quidam nascuntur, qui erunt laboriosi, & perseuerant in labore & ærumna, & quidam natorum fuerũt primum pauperes & laboriosi, post hoc efficiuntur reges uel diuites, postea efficiuntur laboriosi. Alii uero primo fuerunt reges uel diuites, postea efficiuntur laboriosi & pauperes. Quidam nascuntur reges, & durabũt in regno, sunt hi, in quorum natiuitate dominus ascendentis, & luna fuerit in angulis, & utriq; iunguntur plures in angulis uel dominis angulorum, aut iungũtur domino ascendentis luminaria & domini angulorũ, & fuerit ipse receptus in angulis, hoc significat quia nasciturus erit rex uel diues, & perseuerabit in regno & in diuitiis. Et si fuerunt luna & dominus ascendentis cadẽtes, & iuncti fuerunt planetis cadentibus, & fuerunt ipsi domini locorum, qui dicuntur cadentes, aut iungunẽ ei domini cadentiũ, erit natus miser & laboriosus ex filiis deiectorũ, & perseuerabit in labore suo. Et si fuerit dominus ascendentis, & luna ac sol & domini angulorum in angulis, & fuerint iuncti planetis cadentib. & recedẽtibus, & planetis malis, capiti mali fuerũt domini domorũ cadentiũ, erit natus rex magnæ potẽtiæ, & cadet à sua fortuna, & auferet regnũ eius, & perueniet ad laborem & paupertatẽ, & quidã eorũ capiuntur, seruituti subiiciunẽ. Si uero dominus ascendẽtis, & luna atq; sol fuerint cadentes, aut in descensionib. suis, & iuncti fuerint fortunis in angulis aut malis, qui eos recipiẽt in angulis, & ipsi fuerunt domini angulorum, nascenẽ in domibus laboriosorũ, & horũ qui fuerũt in angustia atq; afflictione uitæ, & erunt primũ principes, post hæc sublimantur, & honora-

& honorabiles erunt secundum quod diximus uobis. Dorothius quoq; & Hermes putauerunt ut aspiceret post natiuitatem nati, primum planeta qui proficiscitur ad gradum lunæ, uel gradũ ascendentis extra gradus lunæ, quia ipse planeta significat dignitatẽ nati & eius fortunam: qui si fuerit fortuna, & locus fuerit ei conueniens, erit rex bene fortunatus uel diues, dei nutu. Si non fuerit malus impeditus in eisdem locis, quæ sunt locus gradus lunæ, & gradus ascendentis, erit natus cadens & laboriosus, si deus uoluerit.

PVtauit Hermes, quod planeta qui primus mutauerit figuram suam in reuolutione anni mundi per mutationem suam scilicet à signo in signum alterum, aut ex gradu orientali ad occidentem, aut per eius aduentum ad gradum lunæ uel gradũ signi ascendentis extra lunam, ipse erit dominus anni, & significator rei anni. Et putauerũt uniuersi, quod luna cum proficiscitur à suo cursu medio ad cursum suum maiorem, erit natus nobilis & diues. Et cum proficiscitur ex cursu suo maiori ad cursum suum medium, erit natus esse mediocris infra nobiles. Et cũ mutatur ex cursu medio ad cursum minorem, erit natus infortunatus, & mali esse dixerunt. Quod si luna nulli planetarum iuncta fuerit, nec ab aliquo separata in natiuitatibus, erit natus feralis sectatorum deserti, maxime si fuerit in natura malorum, & in loco malo augebit malum.

SCienti esse in natiuitatibus, & hoc fit multis modis ex dictis antiquorum. Aspice dominos triplicitatis luminaris, cuius est autoritas uel potestas. Aspicis enim primã ætatem ex domino triplicitatis solis primo, & ætatis secundæ ex domino triplicitatis solis secundæ & tertiæ ex domino triplicitatis solis tertio in die. Qualiscunque eorum fuerit mediocris loci, & sanior, eadem ætas erit melior & dignior. Similiter aspice in nocte ex dominis triplicitatis lunæ, quemadmodum aspicis in sole. Secundus modus esse est secundum Ptolemæum & uniuersos, ut aspicias primæ uitæ dimidio ex ascendente & initio eius duodecim, finis uero primæ uitæ ex secundo. Et aspicias dimidio uitæ mediæ ex medio cœlo. Ex initio uitæ mediæ ex nono, termini uero eiusdem uitæ mediæ ex undecim. Et dimidio finis uitæ ex septimo, initio uero ultimæ uitæ ex sexto. Et fine eiusdem ultimæ uitæ ex octauo, dimidio quoq; esse mortis aspicies ex angulo terræ, & initio esse mortis ex tertio, fini uero esse mortis ex quinto. Quæcunq; harum fuerunt fortunæ, prænuncia in eis bonum. Et fuerunt impeditæ, dicit impedimentum & malum, & omne horribile & auxiliare per dominos horum locorum, & almutaz super ea accidentia locorum horum, si deus uoluerit.

TErtius modus esse est, ut aspicias lunam in natiuitatibus quot planetis iunguntur signo in quo est, diuites, quia esse & numerum quantitatem eorundem planetarũ. Quod si nulli planetarum iuncta fuerit luna, erit ex esse ex parte lunæ duobus modis. Primo ex signo lunæ & loco eius, dic ergo in eo secundum quantitatem debilitatis suæ fortitudinis loco lunæ. Secundo ex domino lunæ, & loco eius, ac fortitudine ac debilitate eius, & coniunctione eius cum planetis uel planetarum cum eo, dic'q; secundum quod uideris ex bono uel malo, iam'q; exposui tibi rem nutritionis ab ascendente & eius domino, & ex dominis triplicitatum ascendentis & lunæ ac domini eius, & nunc exponã quod significant loca duodecim, si deus uoluerit.

CVm uolueris aspicere in re substantiæ, aspice secundum ab ascendente, & quicquid est in eo ex planetis, & dominum secundi & partem substantiæ & dominum partis, Iouem quoq; & partem fortunæ ac dominum eius. Deinde aspice Almutaz super hęc loca, siue fuerit unus uel duo, & iam prædixi tibi, quia Almutaz qui cæteris dignior & autentior fuerit per multitudinem dignitatum, id est, qui habuit plures partes in locis in domo & exaltatione, &c. Post hæc aspice sanitatem eiusdem, & Almutaz & eius commixtionem & affinitatem cum domino ascendentis ex quatuordecim modis, qui significant effectum & cognitionem & destructionem, & dic secundum quod uideris quod utrum ei substantia uel non, & cum uideris sit substãtia, scito ex esse almutaz in quo tempore ætatis acquiret substantiam. Nam si fuerit orientalis hanc in iuuentute sua; si uero

fuerit

fuerit occidentalis, lucrabitur in magna ætate. Post hæc aspice naturá secundi signi, quia si fuerit aptum & fortunatum, congruet ei hic, id est, quod significat Almutaz genus substantiæ: & si fuerit impedimentum, impediet eum hoc genus. Similiter aspice naturam Almutaz super hæc loca, quia si significauerit effectū, erit eius acquisitio ex natura planetæ. Deinde aspice dominos triplicitatum Almutaz omnes tres, primum scilicet & secundum & tertium, quia ipsi significant in qua trium ætatum suarum erit plus acquirens, & in qua erit plus boni. Ex quali quoq; substantia lucrabitur bonum secundum naturam ipsorum planetarum. Quod si primus fuerit fortior, lucrabitur in initio uitæ. Similiter de secundo & tertio, nutu dei.

CVm uolueris aspicere in re fratrum, aspice tertium & dominū eius, & quicquid fuerit in tertio ex planetis, & aspicies tertium, partem quoq; fratrum, & dominum eius & Martem, quia significat fratres ac dominos triplicitatis Martis. Aspicies quoq; planetam Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo. Post hæc aspicies dominum ascendentis & Almutaz, si fuerit inter eos aliquis ex xiiii. modis qui significāt effectū & destructionem. Aut fuerit signum fratrum ex signis multorum filiorum, aut fuerit Almutaz in eo, habebit filius natus fratres & sorores. Aspice etiam si fuerint significationes in signis masculinis, & in locis masculinis maxima pars fratrum erūt masculi. Si uero fuerit in signis fœmininis, erunt plures eorum fœminæ. Deinde aspice ex concordia Almutaz super domum fratrum cum Almutaz super ascendens, si fuerit inter eos concordia, dic quod erit inter eos dilectio & pax: & si non fuerit inter eos concordia & pax, significat odiū & inimicitias. Post hoc utrum natus sit maioris dignitatis, aut fratres ex fortitudine Almutaz super ascendens, aut Almutaz super domum fratrum, quia fortior eorum præerit. Deinde aspice dominos triplicitatis Martis, primum scilicet & secūdum & tertiū, & uide quis eorum sit fortior & mediocris esse, quia significat rem fratrū. Nam primus significat maiores eorum, & secundus medios, tertius uero minores nutu dei. Post hoc ad sciendum quis eorum durabit, & quem eorum consumet mors, &c. quæ accidūt eis. Aspice quod fuerit inter medium cœlum & ascendens. Si fuerunt ibidem planetæ fortunæ, iam nati sunt ante eum filii patri eius, & adhuc durant: & si fuerint ibidem mali, significat quod defuncti sunt. Si uero fuerint fortunæ, & mali in signis communibus, fratres qui remanserunt uel mortui sunt, fuerunt duo. Deinde aspice eis qui nascuntur, postea quod est inter ascendens & angulum terræ. Si fuerunt in eo planetæ, nascūtur post eum fratres & sorores secundum quantitatem stellarum quas inueneris. Quod si aliquē planetarum inueneris in signis omnibus, hic duplicat eorū numerum. Si autem fuerint in eo mali, significat mortem: & si fuerint boni, durabilitatē. Sol quoq; & Saturnus significant patrē, Venus ac Luna significant matrem nutu dei. Item separatio lunæ à planetis significat eos qui nati sunt ante eum, & coniunctio Lunæ significat eos, qui post ipsum nascuntur. Aspice ergo dominos triplicitatis matris primum, secundum, ac tertiū addas, accipiesq; fortiorem eorum qui fuerit pluris testimonii: qui si fuerint in ascendente, significat quod natus sit primus filiorum matris uel quartus. Quod si fuerit in medio cœli, significat quod sit primus aut quartus, uel plus. Et si fuerit in septimo, significat quod sit septimus uel quartus, uel primus. Si uero fuerit in quarto, significat quod sit primus uel quartus. Et similiter omnia loca significant secundum quantitatem loci.

CVm uolueris aspicere patri, aspicies ei ex signo quarto & eius domino, & aspicies Almutaz super hæc loca. Aspicies etiam planetas qui fuerunt in quarto, ponesq; eos significatores patris. Post hoc aspicies significatorem, & scias ex eo quod ingreditur super eum ex longitudine uel breuitate uitæ, secundum quod exposui tibi, si deus uoluerit. Postea diriges uitæ patris ex parte patris & sole, & gradu domus patrum, ex eo scilicet qui dignior fuerit hylech ad loca fortunarum & malorum. Et dices suæ uitæ secūdum numerum annorum suorum quem significauerit Almutaz. Diriges enim ad sciendū esse patrum omni anno profectionis ex parte patrum ad loca fortunarum & malorū. Et ex bo-

nitate domini anni dices incolumitatem patris, sublimitatē uero, & ad quem ordinem deueniet ex doſtoria ſolis à planetis diurnis. Et doſtoria ſignificat planetas orientales, qui oriūtur in mane & in nocte ex doſtoria Saturni à ſole proprie. Si enim fuerit ei doſtoria, erit patris magnæ quantitatis, & inueniet honorem. Dices & eſſe patris primo & ſecūdo ex dominis triplicitatis ſolis in die, & ex dominis triplicitatis Saturni ſecundum hanc ſimilitatem in nocte. Dices in grauitate mortis patris ex impedimento Almutaz ſuper res patrum, qui ſi fuerit impeditus à morte in die & in nocte à Saturno à quarto aſpectu uel oppoſitione ſiue aſpectu fortunarum, & abſq; receptione, ſignificat hic eius mortis grauitatem: & ſi fuerit malus impediens dominus aſcendentis, uel Almutaz ſuper aſcendentis fortaſſe interficiet natus patrem ſuum. Dices & in concordia patris & nati ex concordia Almutaz ſuper domum patrum, & Almutaz ſuper aſcendens, & in diſcordia eorum. Si fuerint enim diſcordes, ſignificat odium & inimicitias, & dices, quod natus non ſit legitimus, & quòd pater ſuſpicatᷓ, ſi impeditus fuerit ſol in die à Marte quarto aſpectu uel oppoſitione & in nocte à Saturno. Et dices quod mater odio habet filium, & non credit ſe nato cum impedita fuerit luna in die à Marte, & in nocte à Saturno. Quidam autem ſapientum dixerunt, quod dominus domus patrum, cum non aſpexerit domum filiorū, nec ſol dominum domus ſuæ, nec dominus partis patris, non erit natus filius eius patris. Si uero unus eorum aſpexerit, erit legitimus.

CVm uolueris aſpicere in re matris nutu dei, aſpice ſignum x. & eius dominū, & partem matris ſecundū eius dominum & Venerem, necnon & planetam Almutaz ſuper hæc loca, quia ipſe erit ſignificator matris. Poſt hoc aſpice, quod ſignificet ex annis, & quis auget ei uel minuit ſecūdum quod indicaui tibi ex annis. Deinde aſpice eſſe matris & quantitatem eius dignitatis ex doſtoria trium planetarum à luna, & ex doſtoria Veneris à Luna in nocte, & in die, dei nutu. At aſpice ex parte matris & luna ab ea ſcilicet ex eis quæ fuit hylech matris uitam matris. Et diriges hylech ad loca fortunatum & malorum, & quò peruenerit ad malam ibidē erit periculum. Qui ſi uero fuerit luna & pars matris in loco hylech, & uolueris ſcire locum quē diriges matri, dirige ex gelu lunæ quoties peruenerit ad malos ſignificabit periculū uel mortem matris, ſi deus uoluerit.

POſt hæc aſpice concordiam & dilectionem eius erga filium, uel eius odiū ex Almutaz ſuper aſcendēs, & ſuper loca quæ prædixi matribus: quod ſi fuerint utriq; ſignificatores & concordes, & ſeinuicem diligentes, id eſt, ſi concordauerit Almutaz matris & Almutaz nati, dic ſecundum quod uideris. De hoc ſimiliter aſpice in concordia & dilectione matris erga patrem, & dic ſecundum quantitatem concordiæ utrorum ſignificatorum, qui ſunt Almutaz matris, & Almutaz patris, & dic in celeritate mortis eorum & celeritate introitus utriuſq; Almutaz ſub terra ſecundum quod dixit Dorothius. Poſt hęc aſpice in ſcientia eſſe patris ex dominis triplicitatum lunæ in nocte & die, quia primus ſignificat initium rei eius, & ſecundus medium, tertius uero tertium, ſi deus uoluerit. Deinde dicit in grauitate mortis matris, & in eius leuitate ex impedimento lunæ & domini eius, & partis matris ac domini eius: quia ſi impediti fuerint à malis, ſignificat malā mortem. Et dic in uelocitate mortis parentum, id eſt, quis eorū prius morietur ex celeritate introitus alicuius ſignificatoris eorum ſub terra.

OPortet te aſpicere in coniugio poſtquàm ceſſaſti aſpicere in filiis. Cum ergo uolueris aſpicere in cōiugio nati, aſpice ex vii. ex domino eius, & aſpice quid ſit in vii. ex planetis, Lunam quoq; ac Venerem, & partem coniugii & dominum eius, aſpiciesq; nutu dei Almutaz ſuper hæc loca, ſiue unus fuerit uel duo. Poſt hoc aſpicies in complexionibus xiiii. & in concordia quæ fuerit inter eum, id eſt, Almutaz cōiugii, & Almutaz ſuper aſcendens, ſi fuerit inter eos complexio aliqua ex concordia nubet natus nutu dei. Si autem fuerit ſignum multorum filiorum, aut fuerit commixtio, id eſt, aſpectus ſignificatorum ex ſignis multorum filiorū, dices quod natus habuerit plures mulieres nutu dei, & ſi fuerit aliter econtrario, Dixit quoq; Ptolemæus, aſpice Lunam, ſi fuerit inter medium

cœlum,

coelum, & ascendens, nubet natus in iuuentute sua. Similiter cum fuerit in vii. & angulū terræ in quartis orientalibus. Si uero fuerit in quartis occidētalibus, postponetur eius coniugium, & nubet in senectute nutu dei. Et dixit Dorothius: Aspice dominos triplicitatis Veneris primum, secundum, ac tertium. Si fuerint omnes uel plures eorū orientales boni loci absq; impedimento, & non fuerit sub radiis, nec impediti, erit natus fortunatus in mulieribus, & nubet in iuuentute sua: & si aliter fuerit, non erit fortunatus in mulieribus, & maxime si fuerint domini triplicitatum Veneris defectus sub radiis solis, & fuerit impedita à radiis solis, non aspicientes Venerem. Et dixit, quod cum fuerint occidentales, postponet coniugium, & non nubet nisi in magna ætate, nutu dei. Saturnus cū exaltatus fuerit super Venerem ex xp̄o, aut fuerit cum Venere, uel in quarto aspectu eius, uel oppositione, erit nutu dei, frigidis à mulieribus, nullaq; necessitas erit in eis. Venus si exaltata fuerit super Saturnum, in xp̄o erit coniugium in media ætate, in tempore scilicet suo conuenienti, & erit coniugium medium, & filii similiter. Venus cū fuerit orientalis exaltata, & fuerit in quibusdam dignitatibus suis, erunt mulieres nati eleuatæ super eum. Si uero fuerit Venus & Sol, & pars coniugii, ac plures significatorum nati, & dominus domus cōiugii fide cōiunctionis, erit natus superfluus in coitu, superfluitate turpissima. Venus cum fuerit in quarto aspectu Martis, aut in oppositione sua, uel cū eo in uno signo, & euenerit ut sit Mars in domo uel in exaltatione sua, id est, Martis, erit natus turpissimus in coitu. Si fuerit in signo fœminino, & natus fuerit masculus, deludet. Cū autem fuerit in signo masculino, erit Sodomita. Et similiter in natiuitatibus mulierum, cum fuerit in signis fœmininis, erit meretrix: & si fuerit in signis masculinis, utetur mulieribus. Mercurius autem cum fuerit Almutaz super Venerem & Lunam, ac domum mulierum, & partem earundem mulierum, uel super eorum plures, erit uoluptas natum, & deludet eum Venus cum fuerit in domibus Saturni, & aspexerit eam Saturnus, erit natus frigidus in coitu. Et similiter cum uicerit Saturnus, & fuerit Almutaz super domum coniugii dum non aspexerit dominus vii. septimum, & de lunæ lunā, dominus quoq; partis coniugii eandem partem, & dominus Veneris Venere, tunc natus nō gustabit gustum mulierum, & non nubet. Cum fuerit Almutaz uictor super ascendens, & lunā ac solem & partem fortunæ coniunctionem quoq; ac præuentionem, quæ fuerit ante natiuitatem nati secundum esse quod dixit, & plures planetarum fuerint fœminæ, erit natus effœminatus aut mollis. Et si uicerint in his locis in natiuitatibus mulierum planetæ masculi, puella quæ nata fuerit, erit uirilis quasi masculus. Si enim, ut diximus, fuerint plures planetarum in natiuitatibus masculorum fœminini natus laxatus, mollis, quasi nō habet os, & in natiuitatibus mulierum si fuerint planetæ masculini, erit nata uirilis quasi masculus, exiens de definitione mulierum. Et uniuersi qui ita fuerint, uidimus uitam eorum abbreuiari, & nutriuntur præ multitudine humiditatis in uiris, & multitudine siccitatis in fœminis, nutu dei.

CVm uolueris aspicere in re filiorum, utrum tribuētur sibi filii uel nō, & utrum plures sint filii eius aut pauci. Aspice signum quintum & eius domū, Venerem quoq; ac Iouem & partem eorum filiorum, & eius dominos, & aspice Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo. Deinde aspice utrum sint inter ipsum & Almutaz super ascēdens, uel Almutaz super lunam aliqua copulatio ex quatuor modis, aut aliqua conuentio, id est, concordia: quia si sic fuerit, habebit natus filium & auxiliare cum eo per xii. & dominum eius. Post hoc aspice signum filiorū & signum Almutaz super res nati & ascendens, quæ signa si fuerint multorum filiorum, abundabit natus filiis, si deus uoluerit. Si uero inter Almutaz super domum filiorum, & Almutaz super ascendens nulla fuerit complexio, & combustus fuerit Iupiter, fueritq; Venus impedita, erit natus sterilis, carens filiis. Similiter etiam si fuerit ascendens signum mobile, maxima quoq; pars significatorum filiorum fuerit in signis sterilibus, erit natus sterilis absq; filio omni uita sua, si deus uolet. Signa autem sterilia sunt, Leo, Taurus, Capricornus, Libra, & Aquarius. Et si fuerit Almu-

rit Almutaz, aut Iupiter, aut domus domini Almutaz super domum filiorum orientalis, dabitur nato filius in iuuentute sua. Si non fuerit orientalis, erit natus ei in senectute. Similiter dicit de dominis triplicitatis Iouis primo, secundo, ac tertio, nutu dei. Dic quoq; in multitudine filiorum, si Iupiter uel Venus aspexerit Almutaz, aut fuerit Almutaz ex Ioue, & Venere, & in paucitate eorum ex Saturno & Marte, in mediocritate uero illorū ex sole & luna. Mercurius autem fuerit cum his qui significant paucitatem, significabit paucitatem: & cum fuerit cum his qui significant multitudinem, nutu dei multitudinem significant. Et putauit Ptolemæus, quod aspicitē filiis ex xi. & domino eius, & planetis qui fuerunt in eo, & aspicitē patri ex medio cœli in die & nocte ex angulo terræ. Aspicitē quoq; patribus in die ex Sole & Saturno ex medio cœli. In nocte ex Saturno & Ioue, & angulo terræ, & aspice planetas qui fuerint Almutaz super domum filiorum, siue unus fuerit uel duo. Quod si aliquis eorum uel plures aguntur domino ascendentis, & Almutaz super ascendentis, erunt filii boni & iusti filii, diligentes patrem. Si uero econtrario fuerit huic quod diximus, erunt impedientes eum. Si uero fuerit significator filiorum malus impediens ascendens ac dominum eius, erit filius immittens patri diuersa impedimenta. Et si impedierit lunam, ingeret matri diuersa. Si uero salui fuerint significatores filiorum, saluabuntur filii, & non peribunt. Et si impediti significatores filiorum fuerint, erunt filii raro concordantes, si deus uoluerit.

ITem capitulum nouum in infirmitatibus & morbis, & accidentis inseparabilibus, aspice hic ex sexta domo & domino eius, & à planetis qui in ea sunt, & à Mercurio. A parte quoq; infirmitatum & accidentium inseparabilium & domino eius, Almutaz super hæc loca. Quid si fuerit Almutaz super hæc loca malus, & fuerit commixtus domino ascendentis, aut fuerit in angulis impeditum ascendens ab eis, erit natus infirmus multarum infirmitatum. Si autem fuerit infirmus super hæc loca Saturnus, erunt infirmitates eius ex frigore & frugi, & erunt prolixe, ut epilepsis, & causetur hydropisis & podagra. Et si uicerit in his locis Mars, fuerit'que in angulis, & aspexerit ascendentis dominum, & impedierit eum, significat quod infirmitates eius erunt ex clausula tubea, & fluxu sanguinis. Si uero uicerit in his locis fortuna, & aspexerit fortuna Almutaz super ascēdens, significabit prosperitatem nati & eius sanitatem, atq; saluationem in infirmationibus & prædictis accidentiis, paucę'q; erunt eius infirmitates, & erit fortunatus in animalibus & seruis atq; uernaculis, si fuerunt, ut dixit, Almutaz super prędictam fortunam, aut cognouerit domino ascendentis. Cum fuerit pars & azamena, id est, accidens inseparabile, cū luna in nono, aut Mars in octauo, & fuerit in signis membrorum abscisorum in natiuitate nati, abscidetur aliquod membrum eius ferro. Similiter si fuerit pars cū luna in aliqua quarta, & ascendens fuerit impeditum ab aliquo malo, inuenient natum accidentia in membro signi in quo fuerit luna uel in cœlo sinistro in natiuitatibus diei, & in natiuitatibus noctis in oculo dextro. Luminaria cum fuerint in coniunctione uel præuentione, & fuerunt mali in quarto aspectu coniunctionis uel præuentionis, & ascēdit postea malus, amittet natus à sole oculum dextrum, & à luna sinistrum. Item cum fuerint luminaria impedita ex quarto aspectu malorum, aut eorum oppositione, aut fuerit cū eo in uno signo, aut non ascenderit dum non aspexerit fortunæ ab idem eius oculi. Luna cum impedita fuerit in aliquo signo à malis, absq; proiectione radiorum fortunarū ad ipsum terminum, destruetur ipsum membrum, quod pertinet ad signū in quo fuerit luna, & luna cum fuerit in signis quæ significant impedimentum in oculis, ut Cancer, Leo, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, & Aquarius, significant impedimēta oculorum. Similiter ascendens, luna cum fuerit in Sagittario, siue impedita à malis, uel non impedita, accidit ei impedimentum in oculis, & timetur super eum cæcitas. Si autē impedita fuerit in Geminis & eius triplicitate à Marte, significat putredinem à lepra, si nō aspexerit eum aliqua fortuna. Luna cum impedita fuerit in Cancro, & eius triplicitate ex Saturno absq; aspectu fortunarum, significat lepram albam, & canceres, & podagram, & morbi qui uocantur

acila,

acila, id est, malum gutturis. Luna cum fuerit in quarto aspectu solis, aut cum eo in uno signo, aut in quarto aspectu solis, uel oppositione eius, comburetur natus igne. Venus cũ impedita fuerit à Saturno & à Marte, & Mercurio, & sole absq; aspectu fortunarum, abscindentur testiculi nati. Qui si tunc domini triplicitatis fuerint fortes & apti, acquiret super hoc dignitatem & honorem. Et si ipsi dicti fuerint domini triplicitatis Veneris, cum hoc quod passus fuerit natus perueniet ad laborem & afflictionem, & ad hoc quod non poterit euadere ex seruitute. Et si fuerit fœmina, abscindentur eius mammæ, & separabit̃ à uiris, & non erit in ea amor, nec aliquod solacium Veneris, si deus uoluerit. Luna cum fuerit in primo gradu signorũ, aut in fine eorũ, proiecerint́q; mali radios suos ad ipsum terminũ, & maxime Saturnus diliget dilectione maxima, & publicabit̃, si deus uoluerit.

De peregrinatione & mutatione, atq; itinere, aspice ex signo ix. & eius domino, & à planeta qui fuerit nono. A Marte quoq; & à parte peregrinationis & eius domino. Aspice Almutaz super hæc loca siue unus fuerit, uel duo, & uide utrum inter unum istorum & Almutaz super ascendens sit aliqua complexio uel commixtio, siue conuentio ex xiiii. modis quos prædixi. Et si ita fuerit natus, erit exercens peregrinationẽ. Et si nihil fuerit inter eos ex his quæ dixi tibi, erit natus & ex his exercet studi ũ suum, & quærit uictum suum in domo sua, si deus uoluerit. Et Mars in angulis significat peregrinationem. Luna cum nõ asperit dominum domus suæ, significat quod exercitium nati & eius uictus sit in alienis peregrinationibus. Post hæc aspice dominos triplicitatis Martis, & quis eorũ fuerit melioris loci & melioris complexionis uitæ suæ, erit natus melioris esse peregrinationibus suis. Cum fuerit dominus domus suæ impeditus, erit natus male fidei, multæ simulationis, uidens res commixtas in fide, & nõ proderunt sibi peregrinationes suæ, & peribit in eis, & abibit eius substantia. Et similiter si fuerint in ix. mali, dominus noni, & Almutaz super eum, si fuerit Mercurius, & cõgruerit domino ascendentis, erit natus contendens in fide, & disputator habens disciplinam in uerbis. Si autem fuerit tunc Mercurius fortunatus & orientalis, erit ei prudẽtia in hoc, & acquiret ex hoc substãtiã, & bonus ac laudabilis erit finis eius. Si uero ipeditus & oriẽtalis, occurret ei malũ, si deus uoluerit.

IN hoc capitulo est mẽtio operis & regni, atq; magisterii, cum uolueris aspicere ex hoc, aspice medium cœlum & dominũ eius, solem quoq; & partem operis nati & dominum eius, aspice Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo, & aspice complexionem eius atq; commixtionem cum Almutaz super ascendens ex xiiii. modis cõgruentibus. Qui si fuerit aliquam de his quæ dixi, erit natus multorum operum, erit́q; princeps uel rex, & non cessabit præesse, & erit rationalis. Aspice quoq; solem, qui si fuerit in quartis orientalibus, inueniet natus honorem & sublimitatem ac regnum in iuuentute sua, & in fine uitæ suæ. Esse autem in regno & opere suo, & quo tempore erit maioris dignitatis atq; honoris, aspice ex dominis triplicitatis solis, qui si omnes tres fortes fuerint, non cessabit præesse ab initio iuuentutis suæ. Similiter dic inæquali esse suo patietur detrimentum, & debilitatem ex dominis triplicitatum trium: quia si ipse primus impeditus fuerit, erit in initio uitæ eius fragilis memoriæ. Et si impeditus fuerit secundus, erit in dimidio uitæ suæ fragilis memoriæ. Si uero fuerit tertius impeditus, dic similiter quod in fine uitæ suæ erit fragilis memoriæ. Mali Saturnus causa fuerit in angulo in nocte, & Mars in die, & maxime in ascendente cum medio cœli, non erit memoria nato, nec cõgregatio, nec opus, nec regnum usq; in expletione annorum planetæ minorum, quod si transierit terminum, erit secundum ascensionem signi in quo fuerit planeta. Mars cũ fuerit in angulis, & maxime in ascẽdente, in medio autem cœli in die periclitabitur natus causa operis sui, & flagellabitur corpus eius, & uincietur Saturnus cũ fuerit similiter in angulis in nocte, cõstringetur natus fortiter, & uincitur ac retinebitur, & cruciabit̃, si deus uoluerit. Saturnus in ascendẽte erit natus singularis, id est, solus. Et si fuerint fratres uel sorores, præmittet eos in mortem ante se, & constringetur, & transibit per eum angustia, & erit gulosus, & maxime in nocte. Et si fuerit sol in oppositione lunæ, odio habebunt parentes sui

natum, & erit in opere uel in regno suo cõmixtio, & non dirigetur ei regnum nec principatus. Et eius contrarii & contemptores diuites, & præcedet pater eius matrem in morte. Exemplaríq; nostrum cum significatũ fuerit nato opus, & regnũ, & principatus atq; magistratui. Aspice Almutaz super medium cœlum, & solem & partem corporis. Post hæc aspiciemus substantiam eiusdem Almutaz super hæc loca, qui si fuerit Mercurius, erit natus scriba & astrologus atq; arithmeticus: & si fuerit sol, erit natus princeps uel rex, & erit sapiens ualde in disputatione regni, & bonæ discretionis. Similiter dices ex natura huius Almutaz & aspicientium eum, siue unus fuerit, uel plures: & aspice etiam Almutaz, & ui de quis aspicit eum ex planetis, & misce opus eorũ omni opere Almutaz, & secundũ hoc dicit. Ptolemæus etiã dicit, quod natus tunc habebit magisterium cũ fuerit planeta orientalis, mane in medio cœli, cui luna uel fuerit Almutaz super mediũ cœlũ orientalis, & si hoc non aspexit, ita uniuersitati eorũ natorũ non erit magisterium. Ego autẽ dico, quod Almutaz super mediũ cœlum cũ cõmixtus fuerit Almutaz propter ascendens, aut à Mercurio eos nõ carebunt hi magisterio, & eo melius si fuerit hic planeta orientalis à sole, uel ab ascendente aut ex utriusq;. Nam cũ substantia magisterii aspexerint uniuerso ex quantitate Martis, Veneris, atq; Mercurii adinuicem, & in cõmixtione eorũ atq; aspectu, si deus uoluerit. Quantitates uero sunt, ut sit planeta in quarto aspectu alterius, aut in suo termino uel sextili aspectu, uel cũ eo in uno signo. Quidã uero sapientũ uolunt, ut cadat angulus medii cœli in xi. & errent ut cadat in ix. Casus enim eius in ix. minuit quantitatem dignitatis diuisoris, & casus eius in xi. auget ei honorẽ et esse suũ, dei nutu. Similiter omnia loca cũ remota ad loca recedentia & maligna, ut sextus, secundus, & octauus, & duodecimus, erit malum. Nam xi. & xii. malum est, & in mediũ cœli bonum, si deus uoluerit.

ASpicias ad hoc xii. ad dominũ eius, Venerem quoq; & partẽ amicorũ, & planetas qui fuerunt in domo amicorũ, & aspice Almutaz super hæc loca, siue unus fuerit uel duo, & Almutaz super ascendẽs, scilicet utrũ sit inter eos aliqua ex xiiii. complexionibus quas prædixi tibi, aut aliqua cõuẽtio. Si fuerit inter eos aliquid de his, habebit natos multos amicos, & eo melius, si fuerit signũ & eius dominus ex signis multorũ filiorum. Post hæc Almutaz super domũ aspice amicorũ, qui si fuerit Venus, aut fuerit Venus iuncta Almutaz super ascendens, erit maxima pars amicorũ nati ex mulieribus, & proderũt illi. Similiter si fuerit xi. domus solis erit planetæ, amicorũ nati uiri diuites ac nobiles, & similiter omnes planetæ significãt secundũ suas substantias. Qui si omnes significatores uel plures eorum fuerint in signis mobilibus, non diu perseuerabunt amici nati in amicitate eius, & cito odio habebunt eum. Similiter si fuerit Almutaz super ascẽdens malus, & non erit ei Almutaz super domũ amicorũ occurret amicis ex nato malũ. Et si econuerso dic ecõtrario. Si uero formati fuerint significatores, abinuicem habebũt bonũ, & reuerentiã, & profectũ, si deus uoluerit. Si autẽ non aspexerit dominus xi. undecimũ, nec Venus dominus domus suæ, nec dominus partis amicorũ partem amicorũ, erit natus de illis, qui nullã cõmixtionẽ habent cũ amicis, nec erit associabilis, sed solitarius. Et si fuerint in domo amicorũ fortunæ, erunt amici eius diuites, & bonæ continentiæ. Si uero mali fuerint in ea, erunt amici eius pauperes & mali esse. Ptolemæus autem dicit, quod amicitiæ & inimicitiæ fiunt tribus modis, uel propter concordiam spirituum qui habet, necesse est ut homo diligat socium suũ, uel propter profectũ, uel quia coniunget eos gaudium uel tristitia. Qui propter concordiã spirituũ se diligũt, hi sunt, in quorũ natiuitatibus euenit sol, ut sit, id est, in illis sint in natiuitate unius id quibus erant in natiuitate alterius eodem modo, uel sint transmutati, hoc est, ut sit sol in illo signo in uno erat luna, & luna in eo in quo erat sol à luna in uno signo, uel in sextili aspectu uel trino. Isti enim naturaliter se diligunt, & maxime si aspexerint fortunæ ipsę luminaria in utrisq; natiuitatibus, & nõ aspexerint eũ mali. Illi uero quorũ dilectio fuerit propter gaudium uel tristitiã, ipsi sunt quibus euenit sic, ut eorũ signum ascendẽtis unum, uel aspexerint se signa utrorũq; natiuitatũ ex trino uel sextili aspectu. Eueneritq́;, ut significat utriusq; natiuitatis aspiciat

fortunæ

fortunæ,& ab aſpectu malorum fuerit libera. Quorũ autem dilectio concordauerit propter profectum,hi ſunt,in quorũ natiuitatibus euenerit,ut eis pars fortunæ in uno ſigno aut triplicitate eiuſdem ſigni,uel in ſextili eius aſpectu:quia tunc nati cõcordabunt, eritq́ profectus ex una re & ſtudio eorũ in eodem, & prouocabit amicitatẽ eorũ, aut erit impedimentũ eorum ex una re, concordabuntq́ ob hoc propter triſtitiã, & propter hoc diligent ſe. Et fit hoc enim ſi utraq; natiuitate aſpexerint loca hæc fortunę, & ceciderint ab eis mali. Dixit etiam Ptolemæus, quod ex aſpectibus planetarum adinuicem natiuitatibus fuerint etiã cauſæ dilectionis & inimicitię,qui ſi fuerit Saturnus in utraq; natiuitate æqualis domo exaltata triplicitate. Aſpexeritq́ Saturnus ex trino uel ſextili aſpectu,cõiungẽtur utriq; natum dilectione per terras & aquas, uel propter ſenectutem & rem antiquam, & paternitatem,& domeſticos,& ſimiliter cadentes, id eſt, in quarto aſpectu uel oppoſitione, aut in uno ſigno coniuncti cadet inimicitia inter eos natos, &c. ſecundũ quod dixi.Similiter dicit in Ioue & Marte, Venere,Mercurio,Luna quoq; & Sole, in aſpectu ſcilicet eorum,& dilectione ac concordia, & in fortitudine eorum,ſi deus uolet.

ASpice inimicis ex xii.& domino eius,& ex parte inimicorũ,& eius Saturno quoq; & planetis,qui fuerint ex xii. Aſpicies Almutaz ſuper hæc loca ſiue unus fuerit uel duo,id eſt, aſpice cõplexiones xiiii. & cõuentiones prædictas. Si aliquis ex his xiiii. fuerit inter Almutaz ſuper aſcendens,& Almutaz ſuper domũ inimicorũ, habebit natos multos inimicorũ.Si aũt Almutaz aſpexerit ſuper domũ inimicorũ,Almutaz ſuper cadẽs, & impedierit eũ, inueniet natus diſtinctiones ab inimicis, & interitũ. Et ſi fuerit domino aſcendẽtis aliqua poteſtas,& impedierit eũ dominus xii.morietͬ natus per manus inimicorũ ſuorũ, & maxime ſi fuerit ipſe planeta Mars,tũc erit mors eius in bello inimicorum per manus inimicorũ eorũ.Et ſi nõ aſpexerit Almutaz ſuper domũ inimicorũ, Almutaz ſuper aſcẽdẽs, erit natus paucorũ inimicorũ. Et ſi fuerit Almutaz nati malus,& impedierit Almutaz ſuper domũ inimicorũ, erit natus multorũ inimicorũ, ſed uiuet & periclitabuntur inimici per manus illius, & peribũt,& aſpice locũ in quo ceciderit pars inimicorũ, quia natus odio habebit ipſum ſignũ, & ipſam imaginẽ circuli. Et ſi fuerit Saturnus in domo inimicorũ, deſtruet domũ inimicorũ, uel ſi impedierit Almutaz ſuper domũ inimicorũ nõ ceſſabit natus gaudere de inimicis ſuis,& pręmittet eos ante ſe in mortẽ,ui debitq́ interitũ eorũ.Similiter experire,& dicit ſuper præſentia Martis xii. etiã ſecundũ q̃d dixi tibi,nutu dei.

IN fide nati,aſpice ex nono & eius domino,& à termino,& eius domino,& à planetis,qui fuerint in termino,& in ix. Ex parte quo fidei & eius domino. Aſpicies quoq; Almutaz ſuper hæc loca. Qui ſi fuerit Saturnus, et ſaluus fuerit à malis & à cõbuſtione & retrogradatione:aut ſi fuerit Iupiter uel Mars,aut ſol,uel aliquis planetarum ſuperiorũ,& fuerit liber à malis,erit natus unius dei cultorũ abſq; diuerſitate intentionis.Similiter,ſi fuerit liber planeta Almutaz ſuper domũ fidei,ſaluabitur natus, id eſt, ſaluabit fidem ſuã,& non mutabitur ad aliã.Et ſi fuerint mali in nono uel in tertio,erũt ei diſputationes & contentiones in fide & cauſis diſciplinarum à deſcriptione.

DIxit Ptolemęus,aſpice planetã Almutaz ſuper hęc loca, & luna cũ impedita in ęquali loco fuerit,impedietur.Si enim impeditus fuerit Almutaz,et luna in locis Alhaure,qui detinet ſerpentem, & dicitur latine Serpentarius, aut à loco Serpentis qui dicitur Alſuta, cuius interpretatio eſt audax, aut ſerpentis qui eſt apud caput Draconis. In Scorpione morietur natus,cauſa morſus ſerpentis,uel ex percuſſione uenenatorum, aut per ingenium alicuius ueneni.Et ſi impediti fuerint in loco uulturum,uel corui & aſturis,erit mors eius abſque ſepultura, & comedent eum aues. Et ſi impediti fuerint in loco Arietis uel Tauri,& Capricorni,& in loco Equi, interficietur ab equis & animalibus uel Tauro. Et ſi impediti fuerint in loco capitis Algon, quæ eſt imago quæ tenet caput, & in loco Perſei, quod eſt corpus ſine capite, ſignificat quod caput nati abſcidetur. Et ſi participati fuerint in loco mortis nati Solis, uel Lunæ, uel Ioui, poſt hoc impediti fuerint à malis, ſignificat mortem peſſimam. Qui ſi oppoſiti fuerint iſti, erit per manus di-

nitum & regis. Item cum impediti fuerint significatores mortis, & fuerint super terrã, erit uniuersitas mortis eorum apparens excelsa ut crucifixio, & cætera similia. Si impediti fuerint hi significatores sub terra, erit mors eorum à casu alicuius rei supercandentis aut naufragio, & corpora multorum ex eis non poterũt inueniri, maxime si fuerint significator mortis cum impedimento sub terra in uia combusta, uel sub radiis, si deus uoluerit. Luna cum fuerit iuncta soli in uno signo ad iiii. aspectu mortis, uel cum eodem in uno signo, combureтur natus igni. Et cum fuerit significator mortis impeditus, & Almutaz super eum in signis terris, significat quod mors nati sit ex casu alicuius rei quæ cadit super eum, aut in terra, aut mõtes. Et si impeditus fuerit in signis igneis, significat quod eius mors sit per ignẽ & lupos. Et si impeditus fuerit in signis aëris, significat quod eius mors sit ex patibulis, aut per manus hominum, aut super densa animalium. Si enim in signis aquaticis impediti fuerint, significat quod eius mors sit ex submersione, & aut asperitate reptilium terræ, & erit cibus piscium.

ITem ex fide etiam, ut aspicias secretum uiri in qua ætate sit melior, ut aspicies dominos triplicitatis partis fidei quicunq; eorum fuerit fortuna, & melioris esse in eadem ætate, erit natus melioris fidei atq; religionis.

ASpice ad prægnationem ascendens, & dominum eius, & lunam, & dominũ eius domus, quintum quoq; & dominum eius, & Almutaz super hæc loca ex planetis & Iouem. Aspicitur etiam Almutaz super hæc loca, & introducitur in hac significatione undecimum & eius dominus, & quicquid fuerit in undecimo ex planetis & locus Veneris. Cum ergo interrogatus fueris de prægnatione utrum sit uel non, aspice Almutaz super ascendens, & Almutaz super hæc loca, si fuerit inter eos coniunctio, aut translatio, aut collectio in aliquibus ex quatuor complexionibus congruentibus, fuerit'q; cum sanitate receptoris & recepti, significat hoc quod erit hic prægnatio. Et si pulsans impeditus fuerit à receptore, & receptor fuerit impeditus, significat quod filius destruetur & non perficiet. Et nihil fuerit inter eos ex his complexionibus, significat quod prægnatio non erit. Si interrogatus autem fueris de prægnatione utrum iam fuerit, uel non, aspice Almutaz super prædicta loca, & Almutaz super ascendens à luna, si fuerit inter eos separatio ex quatuordecim modis & cõuentione, significat hic quod peregrinatio iam fuerit: si uero fuerit cõiunctio, significat quod nondum fuit, sed erit. Deinde aspice utrum saluabitur filius uel non ex sanitate Almutaz & domus filiorum, qui si tunc fuerint salui, saluabitur filius: & si fuerint impediti, destruetur filius. Aspice etiã quod dicit Ptolemæus, & uniuersi in muliere, utrum sit prægnans, uel non, ascendens & dominum eius quintum, ac Iouem xii. ac dominum eius, Venerem quoq;, ac Solem. Si fuerit iuncta horũ, uel planeta eorum in signis communibus, & aspectu multorum planetarum in signis multorum ascensionum, significet quod prægnatio sit uera. Et si impeditus fuerit significatorum, id est, Almutaz, ac quintum & dominum eius, destruetur filius. Si autem impeditus fuerit ex Saturno, erit hic ex fulgore Martis. Et si fuerit ex Marte, erit ex superfluitate caloris & siccitatis, aut ex fluxu sanguinis, uel ex delatione rei ponderosæ, uel casu. Et si ex Mercurio ex curatione uel opere manuũ. Et si fuerit ex sole, ex calore & superfluitate ciborum, & ex corruptione complexionis stomachi, aut ex neruorum uel ex causa domini atq; mariti, erit ipsum impedimentum.

QValiter aspicitur utrũ sit prægnatio longior uel propior, aspice significatorẽ, si fuerit in quartis orientalibus, & fuerint planetæ orientales à sole, fuerit prægnata mulier nouiter. Et si fuerit in quartis occidentalibus, & fuerunt planetæ occidentales à sole & à locis recedentibus ab angulis, tam perfecta est prægnatio. Post hoc aspice horam illis decimam modis ex occursu, scilicet utrorunq; significatorum, id est, ex coniunctione eorum, & introitu alicuius eorum in angulum, & coniunctione duarum fortunarum in angulo, aut mutatione figurarum, id est, à retrogradatione in directione significatorum, aut ex introitu significatoris in domum filiorum aut xii. uel ascendens, aut ex introitu significa

significatoris ascendentis & lunæ ad loca prædicta, aut ex gradibus qui fuerunt ex utrisq; significatores per radios, & per numerum signorum & planetarum, qui fuerũt in signis quæ fuerunt inter eos, aut de terminatione planetarũ, & sub terra ad superiora terræ. Hic sunt iuncta natiuitatem nati significantia.

VTrum sint filii gemini uel non, aspice hos significatores, si inueneris eos in signis cõmunibus; & in aspectu multorum planetarum, eueneritq; ut sit luna proprie in signo communi, significat quod nati sint gemini, si deus uoluerit.

CVm ceciderit semen in uuluam in primo mense, fit in dispositione Saturni, disponitq; eum per frigus. Et in secundo die mense disponit eum Iupiter, proiicitq; dominus in eum spiritum, & disponit eum quodam temperamento. In trino mense disponitur à Marte, fitq; sanguis. In quarto uero mense disponit eum Sol, inspiratq; deus in eũ spiraculum uitæ, id est, animatum, & ideo tunc tribuit ei in hylech partem. Nõnne uides quia cum sol interuenit signum, mouet tempus, & affert similitudinẽ naturæ eius signi ad terram. Cum uero mutatus fuerit à signo, recedit opus eiusdem signi, quod fit, quia corpus sine anima. Quinto disponitur à Venere, componitq; deus in eum sexũ masculinum uel fœmininum. Sexto à Mercurio operatur in eo lingua. Septimo Luna, & perficitur in eo eius imago. Qui si tunc in dispositione lunæ fuerit natus, euadet. Si uero fuerit natus in octauo, reuertitur in eo dispositio ad Saturnũ, & morietur. Et si natus fuerit in nono mense reuertetur dispositio ad Iouem, & uiuet, si deus uoluerit.

CVm ergo uolueris scire gradus ascendentis ignoti, pone figuram eiusdem ascensionis, & planetæ in locis suis in signis. Post hoc scito, utrũ sit coniunctionalis uel præuentionalis, & uerificabis eam, id est, coniunctionem uel præuentionem per gradũ suũ atq; minutum. Qui si fuerit coniunctionalis, aspice planetam qui præerit gradui coniunctionis. Si fuerit præuentionalis, aspicies gradum illius luminaris, qui fuerit super terra. Post hoc aspicias planetam, qui præ cæteris fuerit plus dignitatibus in gradu coniunctionis à præuentionis ex domo uel exaltatione triplicitate uel termino, pones aspectum partem fortitudinis. Verbi gratia. Si fuerit planeta dominus domus, & aspexerit gradũ coniũctionis uel præuentionis, fueritq; alter dominus exalta. inde aspexerit aspiciẽs digniorq; erit. Et horum fortitudines cognosces ex locis suis. Si autem duo planetæ uel plures conuenerint, aspicies propiores cæteris ex fundamento, ipsum constitues autores. Et propior cæteris ex fũdamẽto est, ut aspicias planetas, si fuerint in angulo qui fuerit propior gradui anguli. Et si fuerint orientales, qui fuerit propior soli. Et si fuerit in terminis, qui fuerit propior termino. Si uero dignitas utrorumq; planetarum, & aspectus fuerint ęquales, constitues authorem qui fuerit aspectu propior. Post hoc aspicies ipsum authorem utrũ sit gradui ascendentis propior uel gradui medii cœli & eius nadir. Qui si fuerit propior gradui ascendentis & eius nadir, proiice gradum ascendentis, id est, dimitte eum, & pone ascendens simile gradui planetæ & eius minut. Si uero fuerit propior gradui medii cœli & nadir, pone gradum medii cœli sicut gradum planetæ & eius minutum. Deinde scito quot horæ ascendent, in qua hora ascendẽt ipsæ gradus per opus extractionis ascendentis ex medio cœli, & quod exierit tibi ex horis constitue super eos planetas, & hoc erit tempus in hora nati, si deus uoluerit.

SCientia ascendentis ex medio cœli, aspice ex primo minuto Capricorni usq; in minutum medii cœli per ascensiones circuli directi. Post hoc proiice hoc ex primo minut. Arietis per ascensiones quas exposui tibi, & quò peruenerit, uerte eum in gradus æquales, & ipsum erit ascendens.

DE NATIVITATIBVS FINIS.

DOMINIVM PLANETARVM IN PROVINCIIS.

NOta prædominiũ planetarum in prouinciis & sectis. ☿ cum ♃ Babylonis, ♏ cũ ♀ Arabis, ♎ cum ♄ * ♌ cum ☿ Indis, ♋ cum ♂ Teucris, ☉ cum ♒ Romanis.

Quomodo

Quomodo iudicantur magni effectus in inferioribus.

SEx ſunt principia per quæ iudicantur magni effectus in inferioribus. Primum
per figuram reuolutionis coniunctionis, maxime cum figura reuolutionis illius
anni. Secundum principium, per figuram reuolutionis cõiunctionis ♄ & ♂ mutata
de triplicitate cum locis planetarum cum reuolutione anni in quo fit talis coniunctio.
Tertium principium, per figuram reuolutionis coniunctionis ♄ & ♂ in principio ☿
cum figura reuolutionis anni in quo fit talis coniunctio. Quartum principium, per fi
guram reuolutionis coniunctionis ♄ & ♂ quæ fit omnibus xx. annis. Quintum prin
cipium per figuram coniunctionis uel appoſitionis ☉ & ☽ præcedentis introitum ☉ in
capita ſignorũ mobiliũ. Sextum principiũ per figurã cõiunctionis uel oppoſitionis ☉
& ☽ ante introitũ ☉ in caput cuiuslibet 12. ſignorũ, & figurã itroitus ☉ in q̊dlibet ſignũ.

Ad inueniendum aſcendens natiuitatis.

PRimo habeatur tempus nati æſtimatiuum, uidelicet horis poſt meridiem, & ab eis
ſubtrahatur ęquatio dierum, & remanebit tempus æſtimatum non ęquatum, & ad
hoc tempus quæratur uerus locus ſolis, & uerus locus lunæ, & cũ tempore primo ęqua-
to quære aſcendens. Deinde uideatur diſtantia lunæ ab angulo occidentis, ſi fuerit ſupra
terram, aut ab aſcendente, ſi fuerit ſub terra, & eam diſtantiam duplica, & quot erunt in
gradu tot erũt horæ, quas horas reductas in dies, ſi fuerint plures. 24. adde ſupra 258. dies,
ſi luna fuerit ſupra terram, aut adde ſuper 275. dies, ſi fuerit ſub terra, & proueniet mora
nati æſtimata in utero matris, quam aufer ex tempore natiuitatis propter cauendo biſſe-
xtum, ut habeas tempus conceptionis æſtimatę, diebus non æquatis. Ad hoc tempus in-
uenias locum ſolis, cuius aſcenſiones rectas aufer ab aſcenſionibus lunæ obliquis in ho
ra natiuitatis æſtimatę, & quod manet reducas in horas, & has horas & minuta pone cũ
diebus conceptionis æſtimatę loco horarum, quæ prius ibi erant, & habebis tempus cõ-
ceptionis primo examinatum diebus æquatis, & quære æquationem dierum per gradus
ſolis in conceptione, & ſubtrahe eam ab hoc tempore, & habebis tempus conceptionis
primo examinatum diebus non æquatis. Ad hoc tempus inuenias uerum locum ſolis
& lunæ, & ſi tunc uerus locus lunę concordat cum aſcendente natiuitatis factũ eſt opus,
quia tunc natiuitas æſtimata fuit uera. Si uero non concordat, inuenias aſcenſiones obli
quas loci lunæ in conceptione primæ æquationi, & ab ipſis aufer aſcenſiones rectas loci
ſolis in natiuitate, & à reſiduo dempta æquatione dierum inuenta in uero loco ſolis in
natiuitate, quod manet, reduc in horas & minuta, & iſtas horas et minuta pone loco ho
rarum & minutorum cum diebus in natiuitate æſtimata, & proueniet tempore natiuita
tis primo examinatum diebus non æquatis. Ad hoc inueniatur uerus locus ſolis, & ue-
rus locus lunæ, & aſcenſiones loci ſolis rectę, & aſcenſiones loci lunæ obliquæ, tunc ſub
trahe aſcenſiones loci ſolis rectas tempore conceptionis primo examinatę ab aſcenſioni-
bus lunæ obliquis tempore natiuitatis æſtimatę, & quod manet ultimo iam inuentum,
reduc in horas & minutas, & eas pone loco horarum & minut. quæ erant cum diebus
in conceptione primo examinata, & habebis tempus conceptionis ſecundo examinatũ
diebus æquatis à quo ſubtrahe æquationem dierum grad. ſolis in conceptione, & habe-
bis ipſum tempus diebus non æquatis, ad quod quæras locum lunæ, & ipſum poteris
ſine timore ponere aſcendens in conceptione, ſit aſcendens in natiuitate & econuerſo.

Ad inueniendum hylech per Ioannem de Saxonia.

AD inueniendũ hylech ſignificatorẽ uitę in natiuitatib. incipiẽdũ eſt à ſole, ſi natiui
tas fuerit diurna: & ſi fuerit ante grad. aſcẽdẽtẽ per v. grad. infra, ſcilicet ſupra oriẽtẽ:
aut ſi fuerit in x. domo uel xi. accipimus eũ pro hylech, ſiue fuerit in ſignis maſ. uel fœ. Si
uero nõ fuerit in his locis, debemus iſpicere ſi fuerit in vii. uel viii. uel iiii. domo in ſignis
maſ. adhuc põt eſſe hylech. Nã ſi in prędictis locis fuerit in ſignis fœ. nõ erit aptus hylech.
Si igitur ſol nõ fuerit aptus hylech, aſpiciatur ad lunam, ſi fuerit in iiii. uel in ii. uel in iii.
domo, aut in ſeptima uel octaua domo ipſa erit hylech, ſiue fuerit in ſigno maſculino,
uel fœ-

uel fœminino. Si non fuerit in his locis, & fuerint ante grad. signi ascendẽtis per v. grad. uel infra, aut in decima domo, aut in quarta, aut in quinta in signo fe. adhuc ipsa erit hylech. Et si fuerit in his locis in signis masculinis, non potest esse hylech. Si natiuitas uero fuerit nocturna, debemus incipere à luna, & si fuerit ante grad. occidentis per v. grad. uel infra scilicet in illis v. grad. quæ sunt sub terra ex parte occidẽtis, aut in aliorum locorum prædictorum secundum modum dictum, ipsa erit hylech. Et si ipsa non fuerit apta, aspiciemus ad solem, qui si fuerit ante grad. septimæ domus per v. grad. uel infra scilicet sub terra, aut in quarta uel in quinta domo erit aptus hylech, siue signa sint masc. uel fœm. Et si fuerit in ascendente uel in secunda domo in signo masc. erit aptus hylech, in fœm. uero non. Si uero luminaria non fuerint apta ut sint hylech, aspiciemus utrum coniunctio præcessit natiuitatem uel oppositio, quæ si præcessit coniunctio, aspiciemus grad. cõiunctionis, & si inuenerimus ipsum gradum in aliquo quatuor angulorum uel succedentium, accipimus eum pro hylech. Et si non inuenerimus ipsum in aliquo angulorũ nec succedentium, debemus aspicere ad gradus partis fortunæ: qui si fuerit in aliquo angulorum uel succedentium, debemus ipsum capere pro hylech. Si uero non fuerit in aliquo horum locorum, debemus ultimo accipere grad. ascendentem natiuitatis. Si autem oppositio præcessit natiuitatem, debemus aspicere gradus oppositionis, sicut dictum est de gradu cõiunctionis, & postea ad partẽ fortunę, & ultimo ad grad. ascend. natiuitatis, nec oportet in gradu coniunctionis uel præuentionis, uel partis fortunæ aspicere utrũ signa sint masc. uel fœm. & sic patet quod sol potest esse hylech in die & in nocte supra terram, uel sub terra in xi. locis, & luna similiter. Si autem luna in aliquo prædictorum locorum fuerit cõbusta sub radiis solis non erit apta hylech, & prędicta loca uel planetæ non possunt esse hylech quin aliquis habens dignitatem in prædictis locis, aspiciat dictũ locum quocunque aspectu, & habeat aliquam dignitatem de v. dignitatibus, sententia breuis dicti capituli. v. sunt loca à quibus accipitur hylech, id est, significator uitæ uel locus uitæ, quæ sunt hæc, sol, luna, grad. coniunctionis uel præuentionis, pars fortunæ, & gradus ascendentis natiuitatis, si natiuitas sit in die, incipiendum est à sole: & si non fuerit in locis aptis, recipiẽda est luna: & si nõ fuerit apta, recipiendus est gradus cõiunctionis uel præuentionis, si nõ fuerit aptus, recipienda est pars fortunæ, quæ si non fuerit apta, recipiendus est gradus ascendentis natiuitatis.

FINIS.

MARCI

MARCI MANILII ASTRONOMICῶN AD CAESAREM AVGVSTVM, LIBER PRIMVS.


CARMINE diuinas artis, & conscia fati
Sidera, diuersos hominum uariantia casus,
Cœlestis rationis opus, deducere mundo
Aggredior, primúsq; nouis helicona mouere
Cantibus, & uiridi nutantis uertice syluas,
Hospita sacra ferens nulli memorata priorũ.
Nũc mihi tu Cæsar patriæ princépsq; paterq;,
Qui regis Augustis parentem legibus orbem,
Concessum'q; patri mundum, deus ipse mereris,
Das animum, uires'q;, facis ad tanta canendum.
Iam propius'q; fauet mundus scrutantibus ipsum,
Et rapit æthereos per carmina pandere sensus.
Hoc sub pace uacat tantum, iuuat ire per ipsum
Aëra, & immenso spaciantem uiuere cœlo.
Signa'q;, & aduersos stellarum noscere cursus.
Quod solum nouisse parum est, impensius ipsa
Scire iuuat magni penitus præcordia mundi.
Quæ'q; regat, generet'q; suis animalia signis
Cernere, & in numerum Phœbo modulante referre.
Bina mihi positis lucent altaria flammis,
Ad duo templa precor duplici circundatus æstu,
Carminis & rerum, certa tum lege canentem
Mundus, & immenso uatem circumstrepit orbe.
Vix'q; soluta suis immittit uerba figuris.
Quem primum infernis licuit cognoscere terris
Munera cœlestum? quis enim condentibus illis
Clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
Quis foret humano conatus pectore tantum,
Inuitis ut diis cuperet deus ipse uideri?
Tu princeps author'q; sacri Cyllenie tanti.
Per te iam cœlum in terris, iam sidera nota,
Sublimeis aperire uias, unum'q; sub orbem
Et per inane suis parentia finibus astra,
Nomina'q;, & cursus, signorum pandere uires,
Maior uti facies mundi foret, & ueneranda
Non species tantum, sed & ipsa potentia rerum.
Sentirent'q; deum gentes, quàm maximus esset.
Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent
Omnibus, & mundi facies, cœlum'q; supernum.
Naturæ'q; dedit uires, se'q; ipsa reclusit
Regalis animos primum dignata mouere
Proxima tangentes rerum fastigia cœlo.
Quæ domuere feras gentis oriente sub ipso.
Quas ferat Euphrates, in quas & Nilus inundat,
Quà mundus redit, nigras super euolat urbis.
Tum qui templa sacris coluerunt omne per æuum,

Delectiq; sacerdotes in publica uota
Officio iunxere deum, quibus ipsa potentis
Numinis accendit castam præsentia mentem
Inq; deum deus ipse tulit, patuitq; ministris.
Hi tantum nouere decus, primiq; per artem
Syderibus uidere uagis pendentia fata.
Singula nam proprio signarunt tempora casu,
Longa per assiduas complexi secula curas.
Nascendi quæ cuiq; dies, quæ uita fuisset.
In quas fortunæ leges, quæq; hora ualeret,
Quantaq; quàm parui facerent discrimina motus.
Postquàm omnis cœli species redeuntibus astris
Percepta in proprias sedes, & reddita certis
Fatorum ordinibus sua cuiq; potentia formæ
Per uarios usus, artem experientia fecit
Exemplo monstrante uiam, speculataq; longe
Deprendit tacitis dominantia legibus astra,
Et totum alterna mundum ratione moueri,
Fatorumq; uices certis discernere signis.
Nam rudis ante illos nullo discrimine uita
In speciem conuersa operum ratione carebat.
Et stupefacta nouo pendebat lumine mundi.
Tum uelut amissis mœrens, tum læta renatis
Syderibus, uariosq; dies, incertaq; noctis
Tempora, nec similis umbras nec sole regresso,
Iam propiore suis poterant discernere causis.
Nec dum etiam doctas solertia fecerat artis.
Terraq; sub rudibus cessabat uasta colonis.
Tuncq; in desertis habitabat montibus aurum.
Ignotusq; nouos pontus subduxerat orbis.
Nec uitam pelago, nec uentis credere uota
Audebant, sed quisq; satis se nosse putabat.
Sed cum longa dies acuit mortalia corda,
Et labor ingenium miseris dedit, & sua quenq;
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo,
Seducta in uarias certarunt pectora curas,
Et quæcunq; sagax tentando repperit usus,
In commune bonum commentum læta dedere.
Tunc & lingua suas accepit barbara leges.
Et fera diuersis exercita frugibus arua.
Et uagus in certum penetrauit nauita pontum.
Fecit & ignotis itiner commercia terris
Tum belli pacisq; artes commenta uetustas.
Semper enim ex aliis alios proseminat usus.
Nec uulgata canam, uolucrum prædicare linguas,
Consultare fibras, & rumpere uocibus anguis.
Sollicitare umbras, imumq; Acheronta mouere.
In noctemq; dies, in lucem uertere noctes,
Omnia conando docilis solertia uicit.
Nec prius imposuit rebus finemq; modumq;,

Quàm cœlum ascendit ratio, cœpitq́ꝫ profundis
Naturam rerum causis, uiditq́ꝫ quod usquam est,
Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore.
Hiberna æstiua nix grandine mollior esset.
Arderent terræ, solidusq́ꝫ tremisceret orbis.
Cur imbres ruerent, uentos quæ causa moueret,
Peruidit, soluitq́ꝫ animis miracula rerum.
Eripuitq́ꝫ Ioui fulmen, uiresq́ꝫ tonantis.
Et sonitum uentis, concessit nubibus ignem.
Quæ postquàm in proprias deduxit singula causas,
Vicinam exalto mundi cognoscere molem
Intendit, totumq́ꝫ animo comprendere cœlum.
Attribuitq́ꝫ suas formas, sua nomina signis.
Quasq́ꝫ uices agerent certa sub lege notauit.
Omniaq́ꝫ ad numen mundi, faciemq́ꝫ moueri,
Sideribus uariis, mutantibus ordine facta.
Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacratum
Carminibus, faueat magno fortuna labori.
Annosa & molli contingat uita senecta.
Vt possim rerum tantas emergere moles,
Magnaq́ꝫ cum paruis simili percurrere cura.

De origine mundi, & terræ forma.

Cap. I

ET quoniam cœlo carmen descendit ab alto,
Et uenit in terras fatorum conditus ordo,
Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est,
Ponendusq́ꝫ sua totus sub imagine mundus.
Quem siue ex nullis repetentem semina rebus
Natali quoqꝫ egere placet, semperq́ꝫ fuisse,
Et fore principio pariter, fatoq́ꝫ carentem.
Seu permixta chaos rerum primordia quondam
Discreuit partu, mundumq́ꝫ enixa nitentem
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras.
Siue indiuiduis in idem reditura soluta
Principiis natura manet post secula mille,
Et penè ex nihilo summum, nihilumq́ꝫ futurum,
Cæcaq́ꝫ materies cœlum perfecit, & orbem.
Siue ignis fabricauit opus, flammæq́ꝫ micantes,
Quæ mundi fecere oculos habitantq́ꝫ per omne
Corpus, & in cœlo uibrantia fulmina fingunt.
Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum
Materies, ipsumq́ꝫ uocat quo soluitur ignem.
Aut neqꝫ terra patrem nouit, nec flamma, nec aër
Aut humor, faciuntq́ꝫ deum per quatuor artus.
Et mundi struxere globum, prohibentq́ꝫ requiri
Vltra se quicquam, tum per se cuncta creantur.
Frigida ne calidis desint, aut humida siccis,
Spiritus aut solidis, sitq́ꝫ hæc discordia concors.
Quam nexus habilisq́ꝫ & opus generabile fingit.
Atqꝫ omnis partus elementa rapacia reddunt.

Semper erit genus in pugna, dubiumq́ manebit,
Quod latet & tantum superest hominumq́, deumq́.
Sed facies quæcunq; tamen sub origine rerum
Conuenit & certo digestum est ordine corpus.
Ignis in æthereas uolucer se sustulit auras.
Summaq́ complexus stellantis culmina cœli
Flammarum uallo naturæ mœnia fecit.
Proximus in tenuis descendit spiritus auras.
Aeraq́ extendit medium per inania mundi.
Ignem flatus alit uicinis subditus astris.
Tertia sors undas strauit flatusq́ natantis
Aequora perfudit toto nascentia ponto.
Vt liquor exhalet tenuis, atq; euomat auras,
Aeraq́ ex ipso ducentem semina pascat.
Vltima subsedit glomerato pondere tellus.
Conuenitq́ uagis limus permixtus harenis
Pauiatim ad summum tenui fugiente liquore.
Quoq; magis puras humor secessit in undas,
Et siccata magis strinxerunt æquora terras,
Adiacuitq́ cauis fluuium conuallibus æquor
Emersere fretis montes, orbisq́ per undas
Exiliit, uasto clausus tamen undiq; ponto,
Imaq́ de cunctis mediam tenet undiq; sedem.
Idcircoq́ manet stabilis, quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus, fecitq́ cadendo
Vndiq; ne caderet, medium totius & imum est.
Ictaq́, contractis consistunt corpora plagis,
Et concurrendo prohibent in longius ire.
Quod nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris
Phœbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortus,
Lunáue submersos regeret per inania cursus.
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Hesperus immerso dederat qui lumen olympo.
Nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
Sed medio suspensa manet, sunt peruia cuncta.
Quà caderet, subeat cœlum, rursusq́ resurgat.
Nam neq; fortuitos ortus surgentibus astris,
Nec totiens possum nascentem credere mundum,
Solisúe assiduos partus, & facta diurna,
Cum facies eadem signis per secula constet.
Idem Phœbus eat cœli de partibus iisdem.
Inde suos sinuat flexus per crura pedesq́
Centauri alterius rursus ascendere cœlum
Incipit, Argiuamq́ ratem per aplustria summa.
Lunaq́ per totidem luces mutetur, & orbes,
Et natura uias seruet, quas fecerat ipsa.
Nec tirocinio peccet, circumq́ feratur,
Aeterna cum luce dies, quod tempora monstrat.
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis

Semper, & ulterius uadentibus ortus ad ortus,
Occasum'ue ortus cœlum & cum sole perennet.

De mundi forma & terræ rotunditate.

Cap. II

NEc uero tibi natura admiranda uideri
Pendentis terræ debet, cum pendeat ipse
Mundus, & in nullo ponat uestigia fundo.
Quod patet ex ipso motu, cursu'q; uolantis,
Cum suspensus eat Phœbus, cursum'q; reflectat
Huc illuc, agiles & seruet in æthere metas.
Cum luna & stellæ uolitent per inania mundi.
Terra quoq; aërias leges imitata pependit.
Est igitur tellus mediam sortita cauernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo,
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
Vndiq; surgentem pariter, pariter'q; cadentem.
Hæc est naturæ facies, sic mundus & ipse
In conuexa uolans teretes facit esse figuras.
Stellarum, solis'q; orbem, lunæ'q; rotundum
Aspicimus tumido quærentis corpore lumen,
Quod globus obliquos totus non accipit ignes.
Hæc æterna manet, diuis'q; simillima forma,
Cui neq; principium est usquam, nec finis in ipso,
Sed similis toto remanet, per'q; omnia par est.
Sic stellis glomerata manent, mundum'q; figurant.
Idcirco terris non omnibus omnia signa
Conspicimus, nusquam inuenies fulgere Canopum,
Donec Niliacas per Pontum ueneris oras.
Sed quærent Helicen, quibus ille superuenit ignis,
Qui laterum tractus habitant, medii'q; tumores
Eripiunt terræ cœlum, uisus'q; coercent.
Te testem dat luna sui glomerabilis orbis,
Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris
Non omnis pariter confundis sidere gentes,
Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes.
Post medio subiecta polo quæcunq; coluntur,
Vltima ad Hesperios infectis uolueris alis.
Sera'q; in extremis quatiuntur gentibus æra.
Quod si plana foret tellus, simul icta per omnes
Deficeret pariter toto miserabilis orbe.
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris,
Exoriens simul atq; cadens, quia fertur in orbem
Ventris & accliuis pariter decliuia iungit,
Atq; alios superat gyros, alios'q; relinquit.
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.
Hanc circum uariæ gentes hominum atq; ferarum,
Aëriæ'q; colunt uolucres. pars eius ad Arctos
Eminet, Austrinis pars est habitabilis oris.
Sub pedibus'q; iacet nostris supra'q; uidetur

Ipsa sibi fallente solo decliuia longa,
Et pariter surgente uia, pariterq́ cadente.
Hinc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
Illic orta dies sopitas excitat urbeis.
Et cum luce refert operum uadimonia terris,
Nos in nocte sumus somnosq́ in membra locamus.
Pontus utroq́ suis distinguit & alligat undis.
Hoc opus immensi constructum corpore mundi,
Membraq́ naturæ diuersa condita forma
Aëris, atq́ ignis, terræ, pelagiq́ iacentis.
Vis animæ diuina regit sacroq́ meatu
Conspirat deus, & tacita ratione gubernat.
Et multa in cunctas dispensat fœdera partis,
Alter ut alterius uires faciatq́, feratq́,
Summaq́ per uarias maneat cognata figuras.

De duodecim signis zodiaci.

Cap. III

NVnc tibi signorum lucentis undiq́ flammas
Ordinibus certis referam, primumq́ canentur,
Quæ media obliquum præcingunt ordine mundum
Solemq́ alternis uicibus per tempora portant,
Atq́ alia aduerso luctantia sydera mundo,
Omnia quæ possis cœlo uariare sereno.
E quibus & ratio fatorum ducitur omnis,
Vt sit idem mundi primum quod continet arcem.

De Ariete & cæteris signis sequentibus.

Cap. IIII

AVrato princeps Aries in uellere fulgens
Respicit admirans aduersum surgere Taurum
Summisso uultu Geminos & fronte uocantem,
Quos sequitur Cancer, cancrum Leo, Virgo Leonem.
Aequato tum Libra die cum tempore noctis
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
In cuius caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo uolucrem missurus iamq́ sagittam.
Tum uenit angusto Capricornus sydere flexus.
Post hunc inflexam diffundit Aquarius urnam
Piscibus assuetas auide subeuntibus undas,
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.
Atqui fulgentis cœlo consurgit ad Arctos
Omnia quæ summo despectant sidera cœlo.
Nec norunt obitus, unoq́ in uertice tantum
In diuersa situ cœlumq́ & sydera torquent
Aëra per gelidum tenuis deducitur Axis.
Libratumq́ regit diuerso cardine mundum.
Sidereus circa medium quem uoluitur orbis,
Aethereosq́ rotat cursus immotus, at ille
In binas arctos magni per inania mundi
Perq́ ipsum terræ directus conspicit orbem.
Nec uero è solido stat robore corporis eius,

Nec graue pondus habet, quod onus ferat ætheris alti,
Sed cum aër omnis semper uoluatur in orbem,
Quoque semel cœpit, totus uolet undiq; in ipsum.
Quodcunq; in medio est, circa quod cuncta mouentur
Vsqueadeo tenue, ut uerti non possit in ipsum,
Nec iam inclinari, nec se conuertere in orbem.
Hoc dixere axem, quia motum non habet ullum.
Ipse uidet circa uolitantia cuncta moueri.
Summa tenent eius miseris notissima nautis
Signa per immensum cupidos ducentia pontum.
Maioremq; Helice, maior decircinat arctum.
Septem illam stellæ certantes lumine signant,
Qua duce per fluctus Graiæ dant uela carinæ.
Angusto Cynosura breuis torquetur in orbe
Tam spacio quàm luce minor, sed iudice uincit
Maiorem Tyrio Pœnis hæc certior author
Non apparentem pelago quærentibus orbem
Nec paribus positæ sunt frontibus utraq; caudam
Vergit in alterius rostro, sequiturq; sequentem.
Has interfusus, circumq; amplexus utrunq;
Diuidit, & cingit stellis ardentibus anguis
Ne coëant, abeantue suis à sedibus unquam.
Hunc inter mediumq; orbem, quo sidera septem
Per bisena uolant contrà nitentia signa
Mixta ex diuersis consurgunt uiribus astra
Hinc uicina poli, cœliq; hinc proxima flammis.
Quæ quia dissimilis, qua pugnant, temperat aër
Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.
Proxima frigentis Arctos, boreamq; rigentem
Nixa uenit species genibus sibi conscia causæ.
A tergo nitet Arctophylax, idemq; Bootes,
Qui similis iunctis instat de more iuuencis,
Arcturumq; rapit medio sub pectore secum.
At parte ex alia claro uolat orbe Corona
Luce micans uaria, nam stella uincitur una
Circulus in medio radians, quæ proxima fronte
Candidaq; ardenti distinguit lumina flamma
Gnosia desertæ fulgent monumenta puellæ.
Et Lyra deductis per cœlum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam cœperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesq; per ipsos
Fecit iter, domuitq; infernas carmine leges.
Huic cœlestis honos, similisq; potentia causæ,
Tunc syluas & saxa trahens, nunc sidera ducit.
Et rapit immensum mundi reuolubilis orbem.
Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis
Diuidit, & toto mergentem corpore corpus
Explicat, ut nodos sinuataq; terga per orbes
Respicit, ille tamen molli ceruice reflexus,
Et dedit effusis per laxa uolumina palmis]

Semper

Semper erit paribus bellum, quia uiribus æquant.
Proxima sors Cygni, quem cœlo Iupiter ipse
Imposuit, formæ prætium, qua cepit amantem,
Cum deus in niueum descendit uersus olorem,
Tergaq́ fidenti subiecit plumea Lædæ.
Nunc quoq; deductas uolitat stellatus in alas.
Hinc imitata nitent, cursumq́, habitumq́ sagittæ
Sidera, tum magni Iouis ales fertur in altum
Assueto uolitans, gestet seu fulmina mundi
Digna Ioue & cœlo, quod sacris instruit armis.
Tum quoq; de ponto surgit Delphinus ad astra
Occeani, cœliq́ decus, per utrunq; sacratus,
Quem rapido conatus equus comprendere cursu
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus.
Et finitur in Andromeda, quàm Perseus armis
Eripit, & sociat sibi. cui succedit iniquo
Diuisus spacio, quod terna lampade dispar
Conspicitur paribus Deltoton nomine sidus
Ex simili dictum Cepheusq́ & Casiopea
Nec uacuum solis fulgentem deserit orbem.
Sic in utrunq; mouet mundum, & contraria reddit.
Hanc qui surgentem primo cum redditur ortu,
Montis ab excelso speculantur uertice Tauri,
Euentus frugum uarios & tempora dicunt
Quæq́ ualetudo ueniat concordia quanta
Bella facit, pacemq́ refert, uarieq́ reuertens.
Sic mouet ut uidit mundum uultuq́ gubernat.
Magna fides hoc posse color, cursusq́ micanteis
In radios uix sole minor, nisi quod procul hærens
Frigida ceruleo contorquet lumina uultu.
Cætera uincuntur specie, nec clarius astrum
Tingitur oceano, cœlumue reuisit ab undis.
Tum Procyon, ueloxq́ Lepus, tum nobilis Argo
In cœlum subducta, mari quod prima cucurrit
Emeritum magnis mundum tenet acta procellis
Seruando dea facta deos, cui proximus Anguis
Squammea dispositis imitatur lumina flammis.
Et Phœbo sacer Ales, & magno gratus Hiacho
Crater, & duplici Centaurus imagine fulget
Pars hominis tergo pectus commissus equino
Ipsius hinc mundo templum est, uictrixq́ solutis
Ara nitet sacris, uastos cum terra gyganteis
In cœlum furibunda tulit, tumidi quoq; magnos
Quæsiuere deos, dubitauit Iupiter ipse
Quod poterat non posse timens, cum surgere terram
Cerneret, & uerti naturam crederet omnem,
Montibus, atq; alios aggestos crescere monteis,
Et tam uicinos fugientia sidera collis
Arma importantes, & rupta matre creatos,
Discordes uultu, permixtaq́ corpora partus.

Hostiferum nec dum sibi quenquam numina norant.
Si qua forent maiora suis, tunc Iuppiter aræ
Sidera constituit, quæ nunc quoq; maxima fulgent.
Quapropter Cetus conuoluens squammea terga
Orbibus insurgit tortis, & fluctuat aluo,
Intentans morsu similis iam iam'q; tenenti,
Qualis ad expositæ fatum Cepheidos undis
Expulit adueniens ultra sua littora pontum.
Tum Notius piscis uenti de nomine dictus
Exurgit de parte Noti, cui cuncta feruntur
Flexa per ingenteis stellarum flumina gyros.
Alterius capiti coniungit Aquarius undas
Amnis, & in medium coëunt, & sidera miscent
In pœnas signata suas, iuxta'q; relictam.
Andromedam uastos metuentem piscis hiatus
Expositam ponto deflet, scopulis'q; reuinctam,
Ne ueterem Perseus cœlo quoq; seruet amorem,
Auxilio'q; iuuet, fugienda'q; Gorgonis ora
Substineat, spolium'q; sibi, testem'q; uidenti.
Tum uicina ferens flexo uestigia Tauro
Eniochus studio mundum'q; & nomen adeptus
Quem primum curru uolitantem Iuppiter alto
Quadriugis conspexit equis, cœlo'q; sacrauit.
Tum subeunt Hœdi claudentes sidere pontum
Nubibus & mundi nutrito rege Capella,
Cuius ab uberibus magnum ille ascendit olympum
Lacte fero crescens ad fulmina, uim'q; tonandi.
Hanc ergo æternis merito sacrauit in astris
Iuppiter, & cœli cœlum mercede rependit.
Pleiades Hyades'q; feri, pars utraq; Tauri
In Boream scandunt, hæc sunt Aquilonia signa.
Aspice nunc infra solis surgentia cursus,
Quæ super exustas labuntur sydera terras,
Quæ'q; intra gelidum Capricorni sidus & axem
Imo subnixum uertuntur lumina mundo.
Altera pars orbis sub aquis iacet inuia nobis,
Ignotæ'q; hominum gentes, nec transita regna
Commune ex uno lumen ducentia sole,
Diuersas'q; umbras, læua'q; cadentia signa,
Et dextros ortus cœlo spectantia uerso.
Nec minor est illis mundus, nec lumine peior,
Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbe
Cætera non cedunt, uno uincuntur in astro
Augusto, sidus nostro quod contigit orbi
Cæsar nunc terris, post cœlo maximus author.
Cernere uicinum Geminis licet Oriona
In magnam cœli tendentem brachia partem.
Nec minus extento surgentem ad sidera passu,
Singula fulgentis humeros cui lumina signant,
Et tribus obliquis demissus ducitur ensis.

At caput Orion excelso immensus olympo
Per tria subducto signatur lumina uultu.
Non quod clara minus, sed quod magis alta recedant.
Nec dure per totum decurrunt sidera mundum.
Subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
Qua nullum terris uiolentius aduenit astrum,
Nec grauius cedit, nec horrens frigore surgit.
Has inter solis'q; uias, arctos'q; latentis,
Axem quem mundi stridentem pondere torquet
Orbe peregrino cœlum depingitur astris,
Quæ Notia antiqui dixerunt sidera uates,
Vltima quæ mundo semper uoluuntur in imo.
Quis innexa manent cœli fulgentia templa
Nusquam conspectu redeuntia cardine uerso,
Sublimem speciem mundi, similis'q; figuras
Astrorum referunt, & uersas frontibus arctos
Vno distingui medias, claudi'q; Dracone.
Credimus exemplo, quamuis fulgentia uisus
Nunc orbem cœli uertentis sidera cursu
Cardine tam simili fultum, quæ uertice pingit.
Hæc igitur magno diuisas æthere sedes
Signa tenent mundi totum deducta per orbem.
Tu modo corporeis similes ne quære figuras,
Omnia'q; æquali fulgentia membra colore.
Deficiat nihil, ut uacuum qua lumine cesset
Non poterit mundus sufferre incendia tanta,
Omnia si plenis ardebunt sidera membris.
Quicquid subduxit flammis natura, pepercit
Succubitura oneri, formas disiungere tantum
Contenta, ut stellis ostendere sidera certis
Linea designat species, atq; ignibus ignes
Respondent, media extremis, atq; ultima summis,
Creduntur, satis est, si se non omnia celant.
Præcipue medio cum luna implebitur orbe,
Certa nitent mundo, cum luna conditur, omne
Stellarum uulgus, fugiunt sine nomine signa.
Plura licet uacuo tum cernere sidera cœlo.
Nec fallunt numero, nec paruis mixta feruntur.
Et quod clara magis possis cognoscere signa.
Non uarios obitus norunt, uarios'q; recursus,
Certa sed impropias oriuntur sidera luces,
Natales'q; suos, occasum'q; ordine seruant.
Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent.
Nusquam turba nocet, nihil illis partibus errat.
Latius & leuius murato'ue ordine fertur.
Quid tam confusum specie, quid tam uice certum est.

De æternitate mundi. Cap. V

AC mihi tam præsens ratio non ulla uidetur
Qua pateat mundum diuino numine uerti,

Atq; ipsum esse deum, nec forte coisse magistra,
Vt uoluit credi, qui primus mœnia mundi
Seminibus struxit minimis, in'q; illa resoluit
Aequis, & maria, & terras & sydera cœli,
Aethera'q; immensos fabricantem finibus orbes.
Soluentem'q; alios constare, & cuncta reuerti
In sua principia, & rerum mutare figuras.
Quis credat tantas operum sine numine moles
Ex minimis, cæco'q; creatum fœdere mundum?
Si sors ista dedit nobis, sors ipsa gubernet.
At cur dispositis uicibus consurgere signa,
Et uelut imperio præscriptos reddere cursus
Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui.
Cur eadem æstiuas exornant sydera noctes,
Semper, & hybernas eadem certam'q; figuram
Quisq; dies reddit mundo, certam'q; relinquit.
Iam tum cum Gratiæ uerterunt Pergama gentes,
Arctos & Orion aduersis frontibus ibant.
Hæc contenta suos in uertice flectere gyros,
Ille ex diuerso uertentem surgere contrà
Obuius, & toto semper decurrere mundo.
Tempora quæq; obscuræ noctis deprendere signis
Iam poterant, cœlum'q; suas distinxerat horas.
Quot post excidium Troiæ sunt eruta regna?
Quot capti populi? quoties fortuna per orbem
Seruitium, imperium'q; tulit? uarie'q; reuertit?
Troianos cineres quantum'q; oblita refouit,
Imperium fatis Asiæ iam Græcia pressa est.
Secula dinumerare piget, quoties q; recurrens
Lustrarit mundum uario sol igneus orbe.
Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec se cognoscunt terræ uertentibus annis
Exutas uariam faciem per secula gentes.
At manet incolumis mundus sua'q; omnia seruat,
Quæ nec longa dies auget, minuit'q; senectus.
Nec motus puncto currit, cursus'q; fatigat.
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium uidere patres, alium'ue nepotes
Aspicient. deus est, qui non mutatur in æuo.
Nunquam transuersas solem decurrere ad Arctos,
Nec mutare uias, & in ortum uertere cursus.
Auroram'q; nouis nascentem ostendere terris.
Nec lunam certos excedere luminis orbes.
Sed seruare modum, quo crescat, quo'ue recedat.
Nec cadere in terram pendentia sydera cœlo.

De Parallelis circulis. Cap. VI

CIrculus ad boream fulgentem sustinet arcton,
Sex'q; fugit solidas à cœli uertice partis.
Alter ad extremi decurrens sydera Cancri,
In quo consumit Phœbus lucem'q;, moram'q;,

Tarda'q;

Tardáq; per longos circumfert lumina flexus.
Aestiuum medio nomen sibi sumit ab æstu,
Temporis & titulo potitur, metáq; uolantis
Solis, & extremos designat feruidus actus.
Et quinq; in partes Aquilonis distat ab orbe.
Tertius in media mundi regione locatus
Ingenti sphæra totum percingit olympum
Parte ab utraq; uidens axem, quo lumine Phœbus
Componit paribus numeris noctem'q; diem'q;
Veris & Autumni currens per tempora mixta,
Cum medium æquali distinguit limite cœlum,
Quatuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.
Proximus hunc ultra brumalis nomine cingens
Vltima designat fulgentis lumina solis.
Inuiáq; obliqua radiorum munera flamma
Dat pariter minimum nobis, sed finibus illis,
Quos super incubuit longa stant tempora luce
Vix'q; dies transit candentem extenta per æstum.
Bis'q; iacet binis summotus partibus orbis.
Vnus ab his superest extremo proximus axi
Circulus, Austrinas qui stringit & obsidet Arctos.
Hic quoq; brumalem per partis quinq; relinquit,
Et quantum à nostro sublimis cardine Gyrus
Distat ab aduerso, tantundem proximus illi.
Sic tibi per binas uertex à uertice partis
Diuisus duplici summa circundat olympum.
Et per quinq; notat signantis tempora fines.
His eadem est uia, quæ mundo, pariter'q; rotantur
Indiues, socios'q; ortus occasibus æquant.
Quandoquidem sexto, quo totus uoluitur orbis
Fila trahunt alti circum comitantia cœli
Interualla pari seruantes limite semper,
Diuisos'q; semel finis, sortem'q; dicatam.
Sunt duo quos recipit ductos à uertice uertex
Inter se aduersi, qui cunctos ante relatos.
Se'q; secant gemino coëuntes cardine mundi.
Transuersos'q; polo rectum ducuntur in axem
Tempora signantes anni, cœlum'q; per astra
Quatuor in partes diuisum mensibus æquis.
Alter ab excelso decurrens limes olympo
Serpentis caudam siccas & diuidit Arctos,
Et iuga chelarum medio uolitantia Gyro.
Sed dimensa suis consumere tempora signis
Non opus est magni casus, sed numinis ordo.
Hæc igitur texunt æquali sidera tractu
Ignibus in uarias cœlum laqueantia formas.
Altius hic nihil est, hæc sunt fastigia mundi
Publica, naturæ domus his contenta tenetur
Finibus, amplectens pontum, terras'q; iacenteis.
Omnia concordi tractu ueniunt'q; cadunt'q;,

Qua semel incubuit cœlum uersumq́; resurgit.

De magnitudine & latitudine mundi, & signorum distantia. Cap. VII

Ipse autem quantum conuexo mundus olympo
Obtineat spatium, quantis bis sena ferantur
Finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt
Claustra, nec immensæ moles, ceduntq́; recessus.
Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile cœlum.
Nam quantum à terris, atq; æquore signa recedunt,
Tantum bina patent, quantumq́; inciditur orbis
Per medium, pars efficitur tum tertia Gyri
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.
Summum igitur cœlum bis bina resurgit ab imo,
Altera bissenis ut sit pars tertia signis.
Sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
Binis à summo signis discedit & imo.
Hinc igitur, quodcunq; supra te suspicis ipse,
Qua per inane meant oculi, quaq; ire recusant
Bis bis æquandum est signis, sextante rotundæ
Efficiunt orbem zonæ, qua signa feruntur
Bis sex æquali spatio texentia cœlum.
Nec mirere uagos partus eadem esse per astra.
Et mixtum ingenti generis discrimine fatum,
Singula cum tantum teneant, tantoq́; ferantur
Tempore sex tota surgentia sidera luce.
Restat ut æthereos finis tibi reddere coner,
Filaq́; dispositis uicibus comitantia cœlum,
Per quæ dirigitur signorum flammeus ordo.
Circulus à summo nascentem uertice mundum
Permeat, Arctophylaca petens per terga Draconis,
Extremamq́; secans Hydram, mediumq́; sub astris
Centaurum, aduersus concurrit rursus in axe,
Et redit in Cetum, squamosaq́; tergora Ceti.
Lanigeriq́; notat fines, clarumq́; trigonum,
Andromedaeq́; sinus imos, fastigia matris.
Principiumq́; suum repetito cardine claudit.
Alter in hunc medium, summumq́; incumbit in axem,
Perq́; pedes primos ceruicem transit & Vrsæ,
Quam septem stellæ primam iam sole remoto
Producunt nigræ præbentem lumina nocti.
Et Geminis Cancrum dirimit, stringitq́; flagrantem
Ore Canem, clauumq́; ratis, quæ uicerat æquor.
Inde axem occultum per Gyri signa prioris
Transuersa, atq; alio rursus de limite tangit
Te Capricorne, tuisq́; Aquilam designat ab astris.
Perq́; lyram inuersam currens, spirasq́; Draconis
Posteriora pedum Cinosuræ proterit astra,
Transuersamq́; secat uicino cardine caudam.
Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus.

De Meridiano & Horizonte. *Cap.* VIII

ATque hæc æternam fixerunt tempora sedem
Immotis per signa modis statione perenni.
Hos uolucres fecere duos, nanq; alter ab ipsa
Consurgens Helice, medium præcidit olympum,
Discernitq; diem, sextamq; examinat horam,
Et paribus spatiis occasus cernit & ortus.
Hic mutans per signa uices, seu si quis Eoos,
Seu petit Hesperios supra se circinat orbem
Verticibus super astantem, mediumq; secantem
Cœlum & diuiso signantem lumine mundum,
Quando aliis aliud medium est, uolat hora per orbem.
Cumq; loco terræ cœlumq; & tempora mutat
Atq; ubi se primis extollit Phœbus ab undis
Illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
Rursus ad Hesperios sexta est, ubi cedit in umbras
Nos primam & summam sextam numeramus utranq;.
Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne.
Alterius finis si uis cognoscere gyros.
Circunfer faciles oculos uultumq; per orbem.
Quicquid erit cœli primum, terræq; supremum,
Qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus,
Redditq;, aut recipit fulgentia sidera ponto
Præcingit tenui transuersum limite mundum.
Hæc quoq; per totum uolitabit linea cœlum.
Hunc tantum ad medium uergens mediumq; repente
Orbem, nunc septem ad stellas, nunc mota sub astra,
Sed quocunq; uagæ tulerint uestigia plantæ,
Has modo terrarum, nunc has gradientis in oras.
Semper erit nouus, & terris mutabitur arcus.
Quippe aliud cœlum ostendens, aliudq; relinquens
Dimidium regit, atq; refert, uarioq; notauit
Fine, & cum uisu pariter sua fila mouentem.
Hic terrestris erit, quia terram amplectitur orbis,
Et mundum plano præcinxit limite gyrus.
Atq; trahens à se titulum memoratur Orizon.

De Zodiaco & Lacteo circulo, & Cometis. *Cap.* IX

HIs addunt aliquos diuersa fila trahentes
Inter se gyros, quorum fulgentia signa
Alter habet per quæ Phœbus moderatur habenas.
Subsequiturq; suo solem uaga Delia curru,
Et quinq; aduerso luctantia sidera mundo
Exercent uarias naturæ lege choreas.
Hunc tenet & summo Cancer Capricornus ab imo.
Bis recipit, lucem qui circulus æquat & umbras
Lanigeri & Libræ signo sua fila secantem.
Sic per tres gyros inflexus ducitur orbis.
Rectaq; deuexo fallit uestigia cliuo.
Nec uisus aciemq; fugit, tantoq; notari
Mente potest sicut cernuntur mente priores

Sed nitet ingenti stellatus Baltheus orbe.
Insignem'q; facit cælato lumine mundum.
Et ter uicenas partis patet, atq; trecentas
In longum. bis sex latescit fascia partis,
Quæ cohibet uario labentia sydera cursu.
Alter in aduersum positas succedit ad Arctos.
Et paulum à Boreæ gyro sua fila reducit.
Transit'q; inuersæ per sydera Casiopeæ.
Inde per obliquum descendens tangit Olorem.
Aestiuos'q; secat fineis, Aquilam'q; supinam.
Tempora'q; æquantem gyrum, zonam'q; ferentem
Solis equos, intra caudam qua Scorpius ardet,
Extremam'q; Sagittarii leuam atq; sagittam.
Inde suos sinuat flexus per crura pedes'q;
Centauri alterius, rursus'q; ascendere cœlum
Incipit, Argiuam'q; ratem per aplustria summa,
Et medium mundi gyrum, Geminos'q; per imum
Signa secat. subit Heniochum, te'q; unde profectus
Casiopea petens super ipsum Persea transit.
Orbem'q; ex illa cœptum concludit in illa.
Tris'q; secat medios gyros, & signa ferentem
Partibus è binis, quotiens præciditur ipse.
Nec quærendus erit uisus incurrit in ipsos
Sponte sua, se'q; ipse docet, cogit'q; notari.
Namq; in ceruleo candens nitet orbita mundo
Ceu missura diem subito, cœlum'q; recludens
Ac ueluti uiridis discernit semita campos,
Quam terit assiduo renouans iter orbita tractu
Inter diuisas æqualibus est uia partis.
Vt freta canescunt sulcum ducente carina,
Accipiunt'q; uiam fluctus spumantibus undis,
Quam tortus uerso mouit de gurgite uortex,
Candidus in nigro lucet sic limes olympo
Ceruleum findens ingenti lumine mundum.
Vt'q; suos arcus per nubila circinat Iris,
Sic super incumbit signato culmine limes
Candidus, & resupina facit mortalibus ora,
Dum noua per cæcam uibrantur lumina noctem,
Inquirunt'q; sacras humano pectore causas,
Num se deductis conetur soluere moles
Seminibus, rara'q; labent compage carinæ,
Admittant'q; nouum laxato pectore lumen.
Quid? quasi non timeant, magni cum uulnera cœli
Conspiciant, feriat oculos iniuria mundi.
An coëat mundus, duplicis'q; extrema cauernæ
Conueniant, cœli'q; oras & sidera tangant.
Per'q; ipsos iungat nexus manifesta cicatrix,
Fissuram faciens mundi, stipatus & orbis
Aëriam in nebulam clara compagine uersus
In cuneos alti cogat fundamina cœli.

An melius

An melius manet illa fides per secula prisca,
Illàc solis equos diuersis curribus isse,
Atq; aliam triuisse uiam, longum´q; per æuum
Exustas sedes incocta´q; sidera flammis
Ceruleam uerso speciem mutasse colore
Infusum´q; loco cinerem mundum´q; sepultum.
Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis
Phaethontem patrio curru per signa uolantem,
Dum noua miratur propius spectacula mundi,
Et puer in cœlo ludit, curru´q; superbus
Luxuriat, mundo cupit & maiora parente
Monstratas liquisse uias, orbem´q; regentem
Imposuisse polo, nec signa insueta tulisse,
Errantis nutu flammas currum´q; solutum
Deflexum solito cursu curuis´q; quadrigis
Quod querimur, flammas totum sæuisse per orbem,
Terrarum´q; rogum cunctas arsisse per urbeis.
Cum uaga dispersi fluitarunt lumina currus,
Et cœlum exustum est, luit ipse incendia mundus
Et noua uicinis flagrarunt sidera flammis.
Nunc quoq; præteriti faciem seruantia casus.
Nec mihi celanda est famæ uulgata uetustas
Mollior è niueo lactis fluxisse liquorem
Pectore Reginæ diuûm, cœlum´q; colore
Infecisse suo, quapropter Lacteus orbis
Dicitur, & nomen causa descendit ab ipsa.
An maior densa stellarum turba Corona
Contexit flammas, & crasso lumine candet.
Et fulgore nitet collato clarior orbis.
An fortes animæ dignata´q; nomina cœlo
Corporibus resoluta suis, terræ´q; remissa
Huc migrant ex orbe, suum´q; habitantia cœlum
Aethereos uiuunt annos, mundo´q; fruuntur.
Atq; hic Aeacidas, hic & ueneramur Atridas.
Tydidem´q; ferum, terræ´q; maris´q; triumphis
Naturæ uictorem Ithacum, Pylium´q; senecta
Insignem triplici, Danaum´q; ad Pergama reges
Castra ducum & cœli uictam´q; sub Hectore Troiam,
Auroræ´q; nigrum partum, stirpem´q; tonantis
Rectorem Lyciæ. nec te Mauortia uirgo
Prætereeam, reges´q; alios, quos Græcia misit.
Atq; Asiæ gentes, & magno maxima bello.
Qui´q; animi uires, & strictas pondere mentis
Prudentes habuere uiri, quibus omnis in ipsis
Census erat, iustus´q; Solon, fortis´q; Lycurgus,
Aethereus´q; Platon, & qui fabricauerat illum,
Damnatus´q; suas melius damnauit Athenas.
Persidis & uictor strarat qui classibus æquor.
Romani´q; uiri, quorum iam maxima turba est.
Tarquinios´q; minis reges, & Horatia proles,

Tota acies pontis, necnon & Scæuola trunco
Nobilior, maior'que uiris & Chlœlia uirgo,
Et Romana ferens quæ texit mœnia Cocles
Et cum militia uolucris Coruinus adeptus
Et spolia, & nomen, qui gestat in alite Phœbum,
Et Ioue qui meruit cœlum, Romam'que Camillus
Seruando posuit, Brutus'que à rege receptæ
Conditor, ut Pyrrhi per bella Papyrius ultor.
Fabricius, Curius'que pares, & tertia palma
Marcellus, Cossus'que prior de rege necato.
Certantes Decii, uotis similes'que triumphis.
Inuictus'que mora Fabius, uictor'que necati
Liuius Hasdrubalis socio per bella Nerone.
Scipiadæ'que duces, fatum Carthaginis unum.
Pompeius'que orbis domitor per treis'que triumphos
Ante deum princeps, & censu Tullius oris
Emeritus cœlum, & Claudia magna propago.
Emiliæ'que domus proceres, clari'que Metelli.
Et Cato fortunæ uictor, matris'que sub armis
Miles Agryppa suæ, Veneris'que ab origine proles
Iulia descendit cœlo, cœlum'que repleuit.
Quod regit augustos socio per signa tonante
Cernit, & in cœtu diuum, magnum'que Quirinum.
Altius ætherei qua candet circulus orbis,
Illa deum sedes, hæc illis proxima diuum,
Qui uirtute sua similes uestigia tangunt.
Sunt alia aduerso pugnantia sidera mundo,
Quæ cœlum, terram'que inter uolitantia pendent,
Saturni, Iouis, & Martis, Solis'que, sub illis
Mercurius Venerem inter agit Lunam'que locatus.
Hic prius incipiam, stellis quàm reddere uires,
Signorum'que canam fatalia carmina iura.
Implenda est mundi facies, corpus'que per omne
Quicquid ubique nitet, uigeat quandoque notandum est.
Sunt etiam raræ sortis natalis euntes
Protinus, & raptim subitas candescere flammas
Aëra per liquidum, tractos'que perire cometas
Rara per ingenteis uiderunt secula motus,
Siue quod ingenitum terra spirante uaporem
Humidior sicca superatur spiritus aura,
Nubila cum longo cessant depulsa sereno,
Et solis radiis arescit torridus aër,
Acta alimenta sibi dimissus corripit ignis,
Materiam'que sui deprendit flamma capacem.
Et quia non solidum est corpus, sed rara uagantur
Principia aurarum, uolucri'que simillima fumo
In breue uiuit opus, cœpta'que incendia fine
Subsistunt, pariter'que cadunt fulgente cometa.
Quod nisi uicinos agerent occasibus ortus,
Et tam parua forent accensis tempora flammis

Alter

Alter nocte dies esset, cœlum'q; rediret
Immensum, & somno totum deprenderet orbem.
Tum quia non una specie dispergitur omnis
Arridior, terræ'q; uapor comprenditur igni,
Diuersas quoq; per facies accensa feruntur
Lumina, quæ subitis existunt nata tenebris.
Nam modo ceu longi fluitent de uertice crines
Flamma comas imitata uolat, tenuis'q; capillos,
Diffusos radiis ardentibus explicat ignes.
Nunc prior hæc facies dispersis crinibus exit.
Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ.
Interdum æquali laterum compagine ductus
Quadratam'ue trabem fingit, teretem'ue columnam.
Quinetiam tumidis exæquat dolia flammis
Procero distenta utero, paruos'q; capillos
Mentitur, paruis signis glomeratur in orbis
Hirta figurantis tremulo sub lumine messes,
Lampadas & fissas ramosos fundit in igneis.
Præcipites stellæ, passim'q; uolare uidentur,
Cum uaga per liquidum scintillant lumina mundum,
Et tenues longis iactantur crinibus ignes.
Exurunt'q; procul uolucres imitata sagittas,
Arrida cum gracili tenuatur semita filo
Sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
Qui grauidas habitant fabricantes fulmina nubes.
Et penetrant terras, Aetnam'q; imitantur Olympo.
Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas.
Ac silice in dura, uiridi'q; in cortice sedem
Inueniunt, cum sylua sibi collisa crematur.
Ignibus usq; adeo natura est omnis abundans.
Ne mirere faces subitas erumpere cœlo,
Aera'q; accensum flammis lucere coruscis
Arrida complexum spirantis semina terræ.
Quæ uolucer pascens ignis sequitur'q;, fugit'q;,
Fulgura cum uideas tremulum uibrantia lumen
Imbribus in mediis, & cœlum fulmine ruptum.
Siue igitur ratio præbentis semina terræ
In uolucreis ignes possunt generare Cometas,
Siue illas natura faces sub cuncta creauit
Sidera, per tenueis cœlo lucentia flammas.
Sed trahit ad semet rapido Titanius æstu,
Inuoluit'q; suos flammantis igne Cometas,
Ac modo dimittit sicut Cyllenius orbis,
Et Venus accenso cum ducit uespere noctem
Serpentem, fallunt'q; oculos, rursus'q; reuisunt.
Seu deus instantis fati miseratus in orbem
Signa per affectus, cœli'q; incendia mittit.
Nunquam futilibus excanduit ignibus æther.
Squallida'q; elusi deplorant arua coloni.
Et steriles inter sulcos defessus arator

Ad iuga mœrenteis cogit frustrata iuuencos.
Aut grauibus morbis, & lenta corpora tabe
Corripit, exustis lætalis flamma medullis.
Labentisq́ue rapit populos, totasq́ue per urbeis
Publica succensis peraguntur fata sepulchris.
Qualis Erichthonios pestis populata colonos,
Extulit antiquas per funera pacis Athenas,
Alter in alterius labens cum fata ruebant.
Nec locus artis erat medicæ, nec uota ualebant.
Cesserat officium morbis, & funera deerant
Mortibus & lachrymæ, fessus defecerat ignis.
Et coaceruatis ardebant corpora membris.
Ac tanto quondam populo uix contigit hæres.
Talia significant lucentes sæpe Cometæ,
Funera cum facibus ueniunt, terrisq́ue minantur
Ardentis sine fine rogos, cum mundus, & ipsa
Egrotet natura nouum sortita sepulchrum.
Quin & bella canunt ignes, subitosq́ue tumultus,
Et clandestinis surgentia fraudibus arma.
Extremas modo pergentis ut fœdere rupto,
Cum fera ductorem rapuit Germania Varrum.
Infecitq́ue trium legionum sanguine campos.
Arserunt toto passim minitantia mundo
Lumina, & ipsa tulit bellum natura per igneis,
Opposuitq́ue suas uires, finemq́ue minata est.
Nec mirere graueis rerumq́ue hominumq́ue ruinas.
Sæpe domi culpa est, nescimus credere cœlo.
Ciuilis etiam motus, cognataq́ue bella
Significant, nec plura alias incendia mundus
Sustinuit, quàm cum ducibus iurata cruentis
Arma Philippeos implerunt agmine campos.
Vixq́ue etiam sicca miles Romanus harena
Ossa uirûm, lacerosq́ue prius superastitit artus,
Imperiumq́ue suis conflixit uiribus ipsum,
Perq́ue patris pater Augustus uestigia uicit.
Necdum finis erat, restabant Actia bella
Dotali commissa acie, repetitaq́ue rerum
Prælia & in ponto quæsitus rector Olympi,
Fœmineum sortita iugum, cum pompa rependit.
Atq́ue ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.
Restabant profugo seruilia milite bella,
Cum patrios armis imitatus filius hostis
Aequora Pompeius cepit defensa parenti.
Sed satis hoc fatis fuerit, iam bella quiescunt.
Atq́ue adamanteis discordia uicta cathenis
Aeternos habeat frenos in carcere clausa.
Sit pater inuictus patriæ, sit Roma sub illo.
Cumq́ue deum cœlo dederit non quærat in orbe.

LIBRI PRIMI FINIS

De rationũ omnium causa, & de signorum sexu & effigie. Cap. I


AXIMVS Iliacæ gentis certamina uates,
Et quinquaginta regum, regem'q;, patrem'q;,
Hectoream'q; facem tutam'q; sub Hectore Troiam,
Errorem'q;, ducis totidem quem fecerat annis
Instantem & bello gemminata per æquora ponto,
Vltima'q; in patria captis'q; penatibus arma
Ore sacro cecinit, patriam qui & iura petenti
Dum dabat eripuit, cuius'q; ex ore profuso
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnem'q; in tenueis ausa est deducere riuos
Vnius fœcunda bonis, sed proximus illi
Hesiodus memorat diuos, diuum'q; parenteis.
Et chaos enixum terras, orbem'q; sub illo
Infantem, & primum titubantia sidera corpus.
Titanas iuuisse senis cunabula magni.
Et sub fratre uiri nomen, sine fratre parentis.
Atq; iterum patrio nascentem corpore Bacchum.
Omnia'q; immenso uolitantia numina mundo.
Quinetiam ruris cultus leges'q; rogauit,
Militiam'q; soli, quod colles Bacchus amaret.
Quod fœcunda Ceres campos, quod Bacchus utrunq;.
Atq; arbusta uagis essent quod adultera pomis.
Syluarum'q; deos, sacrata'q; numina nymphas.
Pacis opus magnos naturæ condit in usus.
Astrorum quidam uarias dixere figuras.
Signa'q; diffuso passim labentia cœlo
Improprium cuiusq; genus causas'q; tulere
Persei & Andromedæ pœnas, matrem'q; dolentem
Soluentem'q; patrem, raptam'q; Lycaone natam
Officio'q; Iouis Cynosuram lacte capellam
Et furto Cygnum, pietate ad sidera ductam
Erigonem, ictu'q; Nepam, spolio'q; Leonem,
Et morsu Cancrum, Pisces Cythereide uersa.
Lanigerum uicto ducentem sidera ponto,
Cætera'q; ex uariis pendentia casibus astra
Aethera per summum uoluerunt fixa reuolui.
Quorum carminibus nihil est nisi fabula cœlum.
Terra'q; composuit cœlum, quæ pendet ab illo.
Quinetiam pecorum ritus, & Pana sonantem
In calamos Sicula memorat tellure creatus.
Nec syluis syluestre canit, per'q; horrida motus
Rura ferit, dulcis musam'q; inducit in auras.
Ecce alius pictas uolucreis & bella ferarum.
Ille uenenatos angueis, hic nata per herbas
Fata refert, uitam'q; sua radice ferentis.
Quinetiam tenebris immensum tartara natum
In lucem de nocte uocant, orbem'q; reuoluunt
Interius uersum naturæ fœdere rupto.
Omne genus rerum doctæ cecinere sorores.

Omnis ad accessus Helyconis semita trita est.
Et iam confusi manant de fontibus amnes.
Nec capiunt haustum, turbam'q; ad sacra ruentem.
Integra quæramus roranteis prata per herbas,
Vndam'q; occultis meditantem murmur in antris
Quam neq; durato gustarint ore uolucres,
Ipse nec æthereo Phœbus libauerit igni.
Nostra loquar, nulli uatum debebimus orsa.
Nec furtum, sed opus ueniet, solo'q; uolamus
In cœlum curru, propria rate pellimus undas.
Nanq; canam tacita naturæ mente potentem,
Infusum'q; deum cœlo, terris'q;, freto'q;,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem.
Totum'q; alterno consensu uiuere mundum.
Et rationis agi motu, cum spiritus unus
Per cunctas habitet parteis, atq; irriget orbem
Omnia peruolitans, corpus'q; animale figuret.
Quod nisi cognatis membris contexa maneret
Machina, & imposito pareret tota magistro,
Ac tantum mundi regeret prudentia sensum,
Non esset statio terris, non ambitus astris.
Hæreret'q; uagus mundus, stando'q; rigeret.
Nec sua dispositos seruarent sidera cursus.
Nox'q; alterna diem fugeret, rursum'q; fugaret.
Non imbres alerent terras, non æthera uenti.
Non pontus grauidas nubes, nec flumina pontum.
Nec pelagus fonteis, nec staret summa per omnis
Par semper partes æquo digesta parente,
Vt neq; deficerent undæ, nec sidera nobis.
Nec cœlum iusto maius'ue minus'ue uolaret.
Motus alit, non mutat opus, sic omnia toto
Dispensata manent mundo, dominum'q; sequuntur.
Hic igitur deus, & ratio, quæ cuncta gubernat.
Ducit ab æthereis terrena animalia signis.
Quæ quanquam longo cogit summota recessu,
Sentiri tamen ut uitam'q; ac fata ministrent
Gentibus ac proprios per singula corpora mores.
Nec minus est quærenda fides, sic temperat arua
Cœlum, sic uarias fruges reddit'q;, rapit'q;.
Sic pontum mouet, & terris immittit, & aufert.
Atq; hæc seditio pelagi, nunc sidera Lunæ
Mota tenent, nunc diuerso stimulata recessu,
Nunc anni spatio Phœbum comitata uolantem.
Sic submersa fretis concharum & carcere clausa
Ad lunæ motum uariant animalia corpus.
Et cum damna tuas imitantur Delia uires,
Tu quoq; fraternis sic reddis cornibus ora,
Atq; iterum ex iisdem repetis, quantum'q; relinquit,
Aut dedit ille refert, & sidus sidere constat.
Dentq; sic pecudes & muta animalia terris

Cum

Cum maneant ignara, sui legisq́; per æuum,
Natura tamen ad mundum reuocante parentem
Attollunt animos, cœlumq́; ac sidera seruant.
Corporaq́; ad lunæ nascentis cornua lustrant.
Venturasq́; uident hyemes, reditura serena.
Quis dubitet post hæc hominem coniungere cœlo?
Eximiam natura dedit linguamq́;, capaxq́;
Ingenium, uolucremq́; animum, quem deniq; in unum
Descendit deus atq; habitat, ipsumq́; requirit.
Mitto alias arteis, quarum est permissa uoluntas.
In fidos adeo nec nostri munera census.
Mitto quod æquali nihil est sub lege tributum.
Quod patet authores humani corporis esse.
Mitto quod certum est, & ineuitabile fatum.
Materiæq́; datum est cogi, sed cogere mundo,
Quis cœlum possit nisi cœli munera nosset?
Et reperire deum, nisi quis pars ipsa deorum est?
Atq; hanc connexi molem sine fine parentis,
Signorumq́; choros, ac mundi flammea tecta.
Aeternum & stellis aduersus sidera bellum.
Ac terras cœloq́; fretum, subiectaq́; utrisq;
Cernere, & angusto sub pectore claudere possit,
Ni tantos animis oculos natura dedisset.
Cognatamq́; sibi mentem uertisset ad ipsum.
Et tantum ditasset opus, cœloq́; ueniret,
Quod uocat in cœlum sacra ad commercia rerum.
Et primas quas dant leges nascentibus astra
Quis neget esse nefas inuitum prendere mundum,
Et uelut in semet captum deducere in orbem?
Sed ne circuitu longo manifesta probentur.
Ipsa fides operi faciet pondusq́; fidemq́;.
Nam neq; decipitur ratio, nec decipit unquam.
Rite secanda uia est, ac ueris credita causis.
Euentusq́; datus, qualis prædicitur ante.
Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
Audeat? & tantæ suffragia uincere sortis?
Hæc ego diuino cupiam cum ad sidera flatu
Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam.
Sed solus uacuo ueluti uectatus in orbe
Verbera tam currus non occursantibus ullis,
Nec pariter socios commune gerentibus actus,
Sed cœlo noscenda canam mirantibus astris
Et gaudente sui mundo per carmina uatis.
Vel quibus illa sacros non inuidere meatus,
Notitiamq́; sui, minima est quæ turba per orbem
Illa fuit quæ diuitias, quæ diligit aurum,
Imperia & fasces, mollemq́; per ocia luxum
Et blandis aduersa sonis dulcemq́; per aures
Affectum, ut modico noscenda ad fata labore
Hoc quoq; fatorum est legem perdiscere fati.

At pri-

At primum astrorum uaria est natura notanda
Carminibus per utrunqꝫ genus, nam mascula sex sunt,
Diuersi totidem generis, sub principe Tauro
Cernis ut aduersus redeundo surgat in arcum.
Alternant genus, & uicibus uariantur in orbem.
Humanas etiam species in parte uidebis.
Nec moris distant pecudum pars atqꝫ ferarum.
Ingenium facient quæ iam signanda sagaci
Singula sunt animo, propria quæ forte feruntur.

De signis communibus, & biformibus.

Cap. II

NVnc binis insiste, dabunt geminata potentis
Per socium effectus, multum comes addit & aufert
Ambiguisqꝫ ualent, quæ sint collegia fatis.
Ad meritum noxamqꝫ duos per sidera Pisces,
Et totidem Geminos nudatis aspice membris.
His coniuncta manent alterno brachia nexu.
Dissimile est illis iter in contraria uersis.
Par numerus sed enim dispar natura notanda est.
Atqꝫ hæc ex paribus toto gaudentia cœlo
Signa manent, nihil exterius mirantur in ipsis,
Amissumue dolent, quædam quod parte recisa,
Atqꝫ ex diuerso commissis corpore membris.
Vtqꝫ Capricornus, qui tentum dirigit arcum.
Iunctus equo pars huic hominis, sed nulla prioris.
Hoc quoqꝫ seruandum est alta discrimen in arte.
Distat enim, gemina duo sint dupláue figura.
Quinetiam Erigone binis numeratur in astris.
Nec faciet ratio duplex, nam desinit æstas.
Incipit Autumnus media sub Virgine, utrinqꝫ.
Idcirco Tropicis præcedunt omnibus astra
Bina ut Lanigero Chelys, Cancroqꝫ Caproqꝫ
Quod duplices retinent connexo tempore uires.
Vt quod subsequitur Cancer sub sidera Fratres.
Ex Geminis alter florentia tempora ueris
Sufficit, æstatem sitientem prouehit alter.
Nudus uterqꝫ tamen, sentit quia uterqꝫ calorem
Ille senescentis Veris subeuntis, & ille
Aestatis pars est primæ, sors ultima parti.
Nec non Arcitenens, qui te Capricorne sub ipso
Promittit, duplici formatus imagine fertur.
Mitior Autumnus mollis sibi uendicat artus.
Materiamqꝫ oris fert tergo membra rigentem.
Excipiunt hyemem mittunt in tempora signum.
Quosqꝫ Aries præ se mittit duo tempora Pisces.
Bina ferunt, Hyemem claudit, Ver inchoat alter,
Cum sol æquoreis reuolans decurrit ab astris
Hyberni coëunt, cum uer tunc roboris imbres,
Vltima quod sursum oris habet fluitantia signa.

De signis aduersis in ascensu. Cap. III

QVod tria signa nouem signis coniuncta repugnant
Et quasi seditio cœlum tenet, aspice Taurum
Clunibus, & Geminos pedibus, testudine Cancrum
Surgere cum rectis oriantur cætera membris.
Ne mirere moras, cum sol aduersa per astra
Aestiuum tardis attollit mensibus annum.

De signis diurnis & nocturnis. Cap. IIII

NEc te prætereant nocturna diurna'que signa
Quæ sunt perspicere, & propria deducere lege
Non tenebris aut luce suam peragentia noctem.
Nam commune foret nullo discrimine nomen.
Omnia quæ certis uicibus per tempora fulgent.
Et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur.
Sed quibus illa parens mundi natura sacrata est,
Temporis attribuit partis statione perenni.
Nanque Sagittarii signum rapidi'que Leonis
Et sua respiciens aurato uellere terga
Nunc Pisces Cancer, & Cancri Scorpion ictu
Aut uicina loco diuisa aut partibus æquis
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna,
Cætera nec numero consortia, nec uice sedis
Interiecta locis totidem nec signa feruntur.
Quinetiam sex continuis dixere diurnas
Castoris esse uices, quæ sunt à principe signo
Lanigeri, sex à libra nocturna uideri.
Sunt quibus esse diurna placet quæ mascula surgunt.
Fœminea in noctem tutis gaudere tenebris,
Quod nonnulla sibi nullo monstrante loquuntur.
Neptuno debere genus scopulosus in undis
Cancer, & effuso gaudentes in æquore pisces.
Vt quæ terrena censentur sidera sorte,
Princeps armenti Taurus regno'que superbus
Lanigeri gregis est aries, positus'que duorum
Prædator'que Leo, dumosis Scorpius aruis.
Sunt etiam mediæ legis communia signa.
Ambiguis terræ Capricornus, Aquarius undis.
Pars'que marina nitens fundentis semper Aquarii
Humida terrenis atque illi degere mixta.

De signis fœcundis. Cap. V

NOn licet à minimis animum deflectere causis
Nec quicquam rationis eget, frustra'ue creatum.
Fœcundum est proprie Cancri genus, acer & ictu
Scorpius & partu complentes æquora Pisces.
Sed sterilis Virgo est simili coniuncta Leoni.
Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortus.
Inter utrunque manet Capricornus corpore mixto,
Et qui contento fulget Centaurus in arcu.
Communis'que Aries, æquantem tempore Libram,
Et Geminos, Taurum'que, pari sub sorte recenset.

De signis currentibus & rectis, & aspectu planetarum. Cap. VI

NEc tu nulla putes in eo commenta uocasse
Naturam rerum, quod sunt currentia quædam,
Vt Leo, & Arcitenens, Ariesq́ in cornua tortus
Aut quæ recta suis librantur stantia membris,
Vt Virgo, & Gemini, fundens & Aquarius undas.
Vel quæ fessa sedent pigras referentia menteis.
Taurus depositis collo sopitus aratris.
Libra sub emerito conscendens orbe laborum.
Tuq́ tuo Capricorne gelu contractus in astris.
Contra iacet Cancer patulam distentus in aluum.
Scorpius incumbens plano sub corpore terræ.
In latus obliquis Pisces semperq́ iacenteis.
Quod si solerti circumspicis omnia cura,
Fraudata inuenies amissis sidera membris
Scorpius in Libra consumit brachia, Taurus
Succidit in curuo claudus pede, lumina Cancri
Desunt, Centauro superest, & quæritur unum.
Sic nostros casus solatur mundus in astris.
Exemploq́ docet patienter damna subire,
Omnis cum cœlo fortunæ pendeat ordo.
Ipsaq́ debilibus formentur sidera membris
Temporibus quoq́ sunt propriis pollentia signa,
Aestas à Geminis, Autumnus Virgine surgit.
Bruma sagittifero, Ver Piscibus incipit esse.
Quatuor in partes scribuntur sidera terræ.
Hiberna æstiuis, autumnis uerna repugnant.
Nec satis est proprias signorum noscere formas,
Consensu quoq́ fata mouent, & fœdere gaudent.
Atq́ aliis aliæ succedunt sorte locoq́.
Circulus ut dextro signorum clauditur orbe,
In tres æquales discurrit linea ductus.
Inq́ uicem extremis iungit se finibus ipsa.
Et quæcunq́ tamen dicuntur signa trigona,
In tria partitur, quod ter cadit angulus astra.
Quæ diuisa manent terris distantia signa
Laniger, & paribus spatiis duo signa Leonis,
Atq́ Sagittari, diuerso conspicit ortu.
Virginis & Tauri Capricorno consonat astrum.
Cætera sunt simili ratione triangula signa.
Per totidem toti desunt, quæ condita mundo.
Sed discrimen erit dextris, seu causa sinistra.
Quæ subeunt, quæ præcedunt, dextra esse feruntur.
Dexter erit Tauro Capricornus, uirgo sinistra.
Hoc satis exemplo est ad quæ diuersa quaternis
Partibus æquali laterum sunt condita ductu.
Quorum designat normalis uirgula sedes
Dextra ferunt Libram Capricornus spectat & illam.
Conspicit hunc Aries, atq́ illum partibus æquis
Cancer, & hunc leuæ subeuntis sidera Libræ.

Semper

Semper enim dextris censentur signa priora.
Scilicet in totidem parteis deducere cuncta,
Ternaq́ue bissenis quadrate fingere signis,
Quorum proposito redduntur in ordine uires.

De signis triangularibus, & quadrangularibus. Cap. VII

SEd si quis contentus erit numerasse quadrata,
Diuisum signis mundum putet esse quaternis
Aut tria sub quinis signis ornare trigonum.
Vt socias uires & amicos exigat ortus,
Fœderaq́ue inueniat mundi cognata per astra
Falsus erit, nam quina licet sint undiq; signa,
Qui tamen ex signis, quæ quinto quoq; feruntur
Astra loco, fuerint nati sentire trigoni.
Non poterunt uires, licet illud nomine seruent.
Amisere loco dotes, numerisq́ue repugnant.
Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ
Et ter uicenæ, quas Phœbi circuit ardor
Tertia pars eius numeri latus efficit unum
In tres perducti partes per signa trigoni.
Hanc autem numeri non reddit linea summam,
Si signum à signo, non pars à parte notetur
Quod quamuis duo sint hæc à dirimentibus astra,
Si tamen extremum leui, primamúe prioris
Inter se conferre uoles, numerumq́ue notare,
Ter quinquagenas implebunt ordine parteis.
Transibit numerus formam, finesq́ue sequenteis
Consumet ductus, licet ergo signa trigona
Dicantur, parteis non seruant illa trigonas.
Hæc eadem species fallit per signa quadrata,
Quod cum totius numeri, qui constituit orbem
Ter triginta quadrum partes per sidera reddant,
Euenit ut prima signi de parte prioris
Si partem ad summam ducatur uirga sequentis,
Bis sexagenas faciet sua summa prioris.
Et pars confertur subiunctis prima duorum
Signorum in medio numerum transitq́ue, refertq́ue
Triginta duplicat parteis, pars tertia deerit,
Et quamuis quartum à quarto quis computet astrum,
Naufragium facient partes unius in ipsis.
Non igitur satis est signis numerasse trigonas,
Quadratiúe fidem cœli per signa quaterna.
Quadrati si forte uoles effingere formam,
Aut trinis paribus facies cum membra trigonis,
Hic poscit quartam partem centesima summa.
Illic amittit decimam, sic conuenit ordo.
Et quiscunq; quater cunctis fauet angulus usq;,
Quæq; loca in triplici signarit linea ductu,
Cum signata uiæ linquet dispendia rectæ,
His natura dedit communi fœdere legem.
Inq; uicem affectus, & mutua iura fauoris.

Quocirca non omnis habet genitura trigonos,
Consumet ductus licet ergo signa trigona
Dicantur parteis, non seruant illa trigonis
Consensum signis, nec cum sint forte quadrata
Continuo inter se seruant commercia rerum.
Distat enim an parteis consumat linea iustas,
Detractet´q; modum numeri, quem circulus ambit
Nunc tres efficiet, nunc quatuor undiq; ductus,
Quos in plura iuuet ratio procedere signa,
Interdum quàm sint numeris memorata per orbem.
Sed longe maior uis est per signa trigoni,
Quam quibus est titulus sub quarto quoq; quadratus
Altior est horum summoto linea templo.
Illa magis uicina meat, cœlo´q; recedit.
Et propius terras accedit uisus eorum.
Aera´q; infectum nostras dimittit ad auras.

De signis hexagonis. Cap. VIII

DEuia´q; alternis data sunt commercia signis.
Mutua nec magno consensu fœdera seruant,
Inuita angusto quod linea flectitur orbe.
Nam cum per calles formantur singula limos
Sidera, & alterno diuertitur angulus astro,
Sex´q; per anfractus curuatur uirgula in orbem
A Tauro uenit in Cancrum, tum Virgine tacta
Scorpion ingreditur, qua te Capricorne rigentem,
Et Geminos à te Piscis, aduersa´q; Tauro
Sidera contingens finit, qua cœperat orbem.
Alterius ductus locus, & per transita signa.
Vt´q; ea prætéream, quæ sunt mihi singula dicta.
Flexibus & totidem similis fit circulus illis.
Transuersos igitur fugiunt subeuntia uisus,
Quod nimis inclinant, ac ne limis´q; uidentur,
Vicino´q; latent, ex recto certior ictus.
Tertia conuerso conduntur signa recessu.
Et quæ succedit connexa est linea cœlo
Singula circuitu, quæ tantum transeat astra.
Vis eius procul est, alto´q; uagatur olympo,
Et tenuis uires ex longo mittit in orbem.
Sed tamen est illis Phœbus sub lege propinquus,
Quod non diuersum genus est, quod euntibus astris
Mascula sed maribus respondent, cætera sexus
Fœminei se coniungunt commercia mundi,
Sic quicquam alterius patet natura figuris.
Et cognata iacent certis sub legibus astra.

De signis coniunctis. Cap. IX

IAm uero nulla est hærentibus addita signis
Gratia, nam consensus habet, quia uisus ademptus
In se cuncta ferunt, animos quæ cernere possunt.
Sunt etiam aduersi generis connexa per orbem
Mascula fœmineis semper obsessa uicissim.

Dispatibus

Disparibus non ulla datur concordia signis.
Sexta quoq; in nullas numerantur commoda uires.
Virgula per totum quod par non ducitur orbem,
Sed duo signa facit mediis submota quaternis,
Tertius assumpto ductus non sufficit orbe.

De signis oppositis atq; inimicis. Cap. X

ATq; ita diuersis ex partibus astra refulgent
Per medium aduerso mundum pendentia uultu.
Et toto diuisa manent contraria cœlo.
Septima quoq; loco quamuis submota ferantur,
Ex longo tamen illa manent, uires'q; ministrant
Vel bello uel pace suas, ut tempora poscunt,
Nunc Phœbo stellis, nunc & dictantibus iras.
Quod si forte libet, quæ sunt contraria signa
Per titulos celebrare suos sedes'q; memento
Solstitium brumæ Capricornum opponere Cancro.
Lanigerum Libræ, par nox in utroq; dies est.
Piscibus Erigonen, Iuueni'q;, Vrnæ'q; Leonem.
Scorpius è summo cum fulget, Taurus in imo est.
Et cadit Arcitenens Geminis orientibus orbe.
Obseruant inter sese contraria cursus.
Sed quanquam aduersis fulgent contraria signis,
Natura tamen interdum sociata feruntur.
Et genere exemplis concordia mutua surgit,
Mascula si paribus, uel si diuersa suorum est
Respondent generi, Pisces & Virginis astrum
Aduersi uolitant, sed amant communia iura
Et uincit natura locum, sed uincitur ipsa
Temporibus, Cancer'q; tibi Capricorne repugnat.
Fœmina fœmineo, quia brumæ dissidet æstas,
Hinc rigor & glacies niuibus'q; albentia rura.
Hinc sitis & sudor nudus'q; in collibus orbis.
Aestiuos'q; dies æquat nox frigida brumæ.
Sic bellum natura gerit, discordat in annum,
Ne mirere in ea pugnantia sidera parte.
At non Lanigeri signum Libræ'q; repugnat
In totum, quia Ver Autumni tempore differt.
Fructibus hic implet maturis, floribus illud.
Sed ratione pari est æqualis nocte diebus.
Tempora'q; efficiunt simili concordia textu,
Permixtos'q; dies mediis hyemem inter & æstum
Articulis uno seruantia tempore utrunq;.
Quo minus infesto decertent sidera cœlo.
Talis erit ratio diuersis addita signis.

De numinibus singulis signis præsidentibus. Cap. XI

HIs animaduersis rebus, quæ proxima cura
Noscere tutelas adiecta'q; numina signis,
Et quæ cuiq; deo rerum natura dicauit.
Cum diuina dedit magnis uirtutibus ora,
Condidit & uarios sacro sub numine mores.

Pondus ut in rebus persona imponere possit.
Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur.
Formosos Phœbus Geminos, Cyllenius Cancrum.
Iupiter & cum Matre deûm regit ipse Leonem.
Spiciferæ est Virgo Cereris, fabricatáq; Libra
Vulcano, pugnax Mauorti Scorpius hæret.
Venantem Diana uirum, sed partis equinæ
Atq; angusta fouet Capricorni sidera Vesta.
Et Iouis aduersum, Iunonis Aquarius astrum est.
Agnoscitq; suos Neptunnus in æquore Pisces.
Hinc quoq; magna tibi uenient momenta futura.
Cum ratio tua fert stellas & sidera curet,
Argumenta petes omni de parte, uiasq;
Artis, ut ingenio diuisa potentia surgat.
Exæquentq; fidem cœli mortalia corda.

De signis membris hominum attributis. Cap. XIII

Accipe diuisas hominis per sidera parteis,
Singulaq; in propriis parentia signa figuris,
In queis præcipuas toto de corpore uires
Exercent, Aries caput est ante omnia princeps
Sortitur, censusq; sui pulcherrima colla
Taurus, & in Geminis æquali brachia sorte
Scribuntur connexa humeris, pectusq; locatum
Sub Cancro est, laterum regnum, scapulæq; Leonis.
Virginis in propriam descendunt ilia sortem.
Libra regit cluneis, & Scorpius inguine gaudet.
Centauro femora accedunt, Capricornus utrisq;
Imperat in genibus, crurum fundentis Aquari
Arbitrium est, Piscesq; pedum sibi iura reposcunt

De signorum amicitia, aut odio, & de duodecatemorijs.
Cap. XIII

Qvin etiam propriis inter se legibus astra
Conueniunt, & certa gerunt commercia rerum.
Inq; uicem præstant uisus, atq; auribus hærent.
Aut odium fœdusue gerunt, conuersaq; quædam
In semet proprio ducuntur plena furore.
Idcirco aduersis nonnunquam gratia signis.
Et bellum sociata gerunt, alienaq; sede
Inter se generant coniunctos omne per æuum
Vtriq; & sorti, pugnant, fugiuntq; uicissim.
Sed deus in leges mundum cum conderet omnem,
Affectus quoq; diuisit uariantibus astris.
Atq; aliorum oculos, aliorum contulit aures.
Iunxit amicitias horum sub fœdere certo,
Cernere ut inter se possint, audireq; quædam.
Diligerent alia, & noxas, bellumq; mouerent.
His etiam propriæ foret indulgentia sortis,
Vt se diligerent semper, sibiq; ipsa placerent.
Sicut naturas hominum plerasq; uidemus,
Qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.

Consilium ipse suum est, Aries ut principe dignum est
Taurus, lanigero qui fraudem nectit, & ultra
Fulgentes uidet, autq; audit per sidera Piscis.
Virgine mens capitur, sic quondam gesserat ante
Europam dorso retinentem cornua leua.
Indutusq; Ioue Geminorum ducit & aures
Ad iuuenem æternas fundentem Piscibus undas.
Inq; ipsos animum Piscis, oculosq; Leonem
Cancer, & aduerso Capricornus conditur astro.
Vertitur in semet oculis, immutaq; tendit
Auribus, & Cancri captatur Aquarius astro.
At Leo cum Geminis aciem coniungit, & aurem
Centaurus, Geminos Capricorni diligit astrum,
Erigone Taurum spectat, sed Scorpion audit.
Atq; Sagittifero conatur nectere fraudem.
Libra suos sequitur sensus, solumq; uidendo
Lanigerum, atq; animo complexa est Scorpion infra.
Ille uidet Pisces, auditq; per omnia Libram.
Necnon Arcitenens magno parere Leoni.
Auribus atq; oculis signum fundentis Aquari
Conspicere assueuit, solamq; ex omnibus astris
Diligit Erigonen, contrà Capricornus in ipsam
Conuertit uisus, quid enim mirabitur ille
Maius, in augusti fœlix cum fulserit ortum.
Auribus, & summi captat fastigia Cancri.
Et nudus Geminis intendit Aquarius aurem,
Sublimemq; colit Cancrum, spectatq; reducta
Tela Sagittiferi, Pisces ad Scorpion acrem
Direxere aciem, cupiuntq; attendere Taurum.
Has natura uices tribuit, cum sidera fixit.
His orti similes referunt per mutua sensus,
Cum cupiant audire alios, aliosq; uidere.
Horum odio, nunc horum iidem ducuntur amore.
Illis insidias tendunt, captantur ab illis.
Quin aduersa queant etiamq; trigona trigonis.
Alteraq; in bellum diuerso limite ducit
Linea, sic ueri per totum consonat ordo.
Namq; Aries Leo, & Arcitenens sociata trigono,
Signa negant Chelis fœdus totiq; trigono,
Quod Gemini excipiunt, fundens & Aquarius undas.
Idq; duplex ratio cogit uerum esse fateri,
Quod tria signa, tribus signis contraria fulgent,
Quodq; æterna manent hominum bella, atq; ferarum.
Humana est facies Libræ, diuersa Leonis.
Idcirco cedunt pecudes, quis uiribus amplis
Consilium est maius, uictus Leo fulget in astris.
Aurea lanigero concessit sidera pellis.
Ipse suæ partis Centaurus tergore cedit.
Vsqueadeo est hominis uictus, quod miret ab illis
Nascentis Libræ superari posse trigonum.

 Quin

Quin etiam breuior ratio est per signa sequenda.
Nam quæcunq; nitent humana condita forma
Astra, manent illis inimica & uicta ferarum.
Sed tamen in proprias secedunt singula mentis,
Et priuata gerunt secretis hostibus arma.
Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis.
Et Libra Gemini Pisces, quos protulit unda,
In partis Tauri sub Cancro nata feruntur
Pectora, & in Chelis, & quæ dat Scorpius acer.
Et Pisces atq; hos Geminorum sidera formant.
His cum Lanigero bellum est, eius'q; trigono.
In Cancro genitos Capricorni semina lædunt,
Et Libræ partus, & quos dat Virginis astrum.
Quiq; sub aduersi numerantur sidere Tauri,
Lanigeri communis erit, rabidi'q; Leonis
Hostis, sed totidem bellum subscribitur astris.
Erigone Taurum'q; timet, Gemini'q; sub Arcu
Centaurum & Pisces, & te Capricorne rigentem
Maxima turba petit, Libram Capricornus, & illi
Aduersus Cancer chelis, quod utrunq; quadratum est.
Qui'q; in lanigeri numerantur signa trigoni,
Scorpius in totidem fœcundus creditur hostis.
Aequoreum iuuenem, Geminos, Taurum, atq; Leonem.
Erigonem Libram'q; fugit metuendus & ipse.
Qui'q; Sagittiferi ueniunt de sidere partus,
Hos Geminis nati Libra'q; & Virgine & Vrna
Depressisse uolunt, legem & natura iubentem
Hæc eadem Capricorne tuis inimica feruntur.
Et quos æternis perfundit Aquarius undis
Ad pugnam ueniens agit, totum'q; trigonum
Turba sub unius iuuenis uirtute ferarum.
Pisces exortus uicinus Aquarius urget,
Et Gemini fratres, & quos dat Virginis astrum
Qui'q; sagittiferi decedunt sidere nati.
Nec sola est ratio, quæ dat nascentibus arma,
In'q; odium generat partus & mutua uelle.
Sed plerunq; manent inimica tertia quæq;
Lege, in transuersum uultu defixa maligno.
Quoq; manent quæcunq; loco contraria signa,
Aduersos'q; gerunt inter se septima uisus,
Tertia quæ'q; illis utriusq; trigona feruntur.
Ne sit mirandum, si Phœbus non datur astris,
Quæ sunt aduersis signis cognata trigoni.
Per tot signorum species contraria surgunt
Corpora, tot'q; modis quotiens inimica creantur.
Idcirco nihil ex semet natura creauit
Pectore amicitiæ maius, nec rarius unquam.
Vnus erit Pylades, unus qui mallet Horestes
Ipse mori, leuis una fuit per secula mortis,
Alter quod raperet fatum, non cederet alter.

Et duo

Et duo qui potuere sequi uix noxia pœnis,
Optauitq́ reum sponso non posse reuerti.
Sponsoremq́ reum timuitq́ ne solueret ipsum.
Perq́ tot ætates hominum, tot tempora, & annos,
Tot bella, & uarios etiam sub pace labores,
Et fortuna fidem quærat, uix inuenit usquam.
At quanta est scelerum moles per secula cuncta,
Quamq́ onus inuidiæ non excusabile terris.
Venales ad fata patres, matrumq́ sepulchra.
Imposuit Phœbus noctem, terrasq́ reliquit.
Quid loquar euersas urbeis, & prodita templa?
Et uarias pacis clades, & mixta uenena?
Insidiasq́ fori cædes in mœnibus ipsis,
Et sub amicitiæ grassantem nomine turbam?
In populo scelus est, & abundant cuncta furore.
Et fas atq́ nefas mixtum, legesq́ per ipsas
Sæuit nequities, pœnas iam noxia uincit.
Scilicet in multis, quoniam discordia uincit.
Corpora nascuntur, pars & sublata per orbem
Et fidei rarum fœdus, pacisq́ tributum,
Vtq́ sibi cœlum sic tellus diffidet ipsa.
Atq́ hominum gentes inimica sorte feruntur.
Si tamen & cognata cupis cognoscere signa,
Quæ iungant animos, & amica sorte ferantur.
Lanigeri partus cum toto iunge trigono.
Simplicior tamen est Aries, meliorq́ Leone
Prosequitur genitos, & te Centaure creatos
Qua colitur, nanq́ est natura mitius astrum.
Expositumq́ suæ noxæ, nec fraudibus ullis
Nec minus ingenio molli quàm corpore constat.
Illis est feritas signis, prædæq́ cupido,
Venalisq́ animus, non unquam excedere cogit
Commoditate fidem, nec longa est gratia facti.
At cum lanigeri partus sub utroq́ trigono,
Non partit, sed rara gerit pro tempore bella,
Quod feritas utriusq́ magis pro tempore cogit
Plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
Quoi commixtus homo est, quàm te Nemee sub uno.
Idcirco pax est signis, & mixta querela.
Quinetiam Tauri Capricorno iungitur astrum.
Nec magis illorum coëunt ad fœdera mentes.
Virgineos etiam partus quicunq́ creantur,
Tauro complecti cupiunt, sed sæpe queruntur.
Quosq́ dabunt Chelæ, & quos dat Aquarius ortus
Vnum pectus habent, fideiq́ immobile uinclum.
Magnus erit Geminis amor & concordia duplex.
Magnus & in multos ueniet successus amicos.
Scorpius & Cancer fraterna in nomina ducunt
Ex semet genitos, necnon & Piscibus orti
Concordant, illis nam sæpe est subdolus actus.

Scorpius aspergit noxas sub nomine amici.
At quibus in lucem Pisces uenientibus adsunt,
His non una manet semper sententia cordi.
Commutant animos, interdum & fœdera rumpunt.
Ac repetunt tectæq; lues sub fronte uagantur.
Sic erit ex signis odium tibi, paxq; notanda.
In terris geniti taleis sub lege creantur.
Nec satis est tantum solis insistere signis.
Contemplate locum cœli, sedemq; uagantum.
Parte genus uariant, & uires linea mutat.
Nam sua quadratis, ueniunt sua iura trigonis,
Et quæ per senos decurrit uirgula tractus,
Quæq; secant medium transuerso limite cœlum.
Hinc modo dat mundus uires, modo detrahit idem.
Quæq; illic sumunt uires, huc acta reponunt.
Distat enim surgant ne eadem, subeantne, cadantq;.
Efficiunt uires utcunq; aliena capessunt
Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.
Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.
Crebius aduersis odium est, cognata quadratis
Corpora censentur signis, & amica trigonis.
Nec ratio obscura, nam quartum quodq; locauit
Eiusdem generis signum natura per orbem.
Quatuor æquali cœlum discrimine signant,
In quibus articulos anni deus ipse creauit.
Ver Aries, Cererem Cancer, Bacchumq; ministrans
Libra, Caper brumam, genitosq; ad frigora Piscis.
Nec non & duplici quæ sunt connexa figura
Quartum quæq; locum retinent, duo cernere Pisces
Et Geminos iuueneis, duplicemq; in Virgine formam,
Et duo Centauri, licet uno corpore texti.
Sic & simplicibus signis stat forma quadrata.
Nam neq; Taurus habet comitem, nec pingitur ulli
Horrendus Leo, nec metuit sine corpore quenquam
Scorpius, atq; uno censetur Aquarius astro.
Sic quæcunq; manent quadrato condita templo
Signa, parem referunt numeris, aut tempore sortem.
Ac ueluti cognata manent sub fœdere tali.
Idcirco affines signant, grauibusq; propinquis
Accedunt, unaq; tenent sub imagine natos.
Longior in spacium correcta est linea maius,
Quæ tribus è mensis signis facit astra trigona.
Hæc ad amicitias imitantes iura, gradumq;
Sanguinis, atq; animis hærentia pectora ducunt.
Vtq; ipsa in longo coëunt summota recessu,
Sic nos coniungunt maioribus interuallis.
Hæc meliora putant, mentis quæ iungere possunt,
Quam quæ nonnunquam fœdus sub sanguine fallunt,
Proxima uicinis subscribunt tertia quæq;
Hospitibus sic astrorum seruabitur ordo,

Quotquot

Quotquot cardinibus proprio uariante mouentur.
Quæ quanquam in partes diuisit quattuor orbis
Sidera quadrata efficiunt non lege quadrata
Censentur, minus est numeri quàm cardinis usus.
Nam nihil in totum seruit sibi, mixta feruntur,
Ipsis dant fines astris, capiuntq; uicissim,
Quæ mihi mox certo digesta sub ordine surgent.
Adde suas partes signis, sua partibus astra.
Omnibus ex istis ratio est repetenda per artem
Partitam, in sectis signa ut perdiscere possis.
Perspice nunc tenui uisu rem pondere magnam,
Quæ tantum Graio signari nomine possit
Duodecatemoria in titulos signantia causas.
Nam cum tricenas per parteis sidera constent,
Rursus bissenis numerus deducitur omnis.
Ipsa igitur ratio binas in partibus esse,
Dimidiasq; docet partes his finibus esse
Duodecatemorium constat, bissenaq; cuncta.
Omnibus in signis quæ mundi conditor ille
Attribuit totidem numeris fulgentibus astris,
Vt sociata forent alterna sidera sorte.
Et similis sibi mundus, & omnia in omnibus astra,
Quorum mixturis regeret concordia corpus,
Et tutela foret communi mutua causa.
Idcirco quanquam signis nascuntur eisdem,
Diuersos referunt mores, inimicaq; uota.
Et sæpe in pecudes errat natura, maremq;
Fœmina subsequitur, miscentur sidere partus,
Singula diuersis uariant quot partibus astra
Duodecatemoriis, proprias mutantia uires.
Nunc, quid sit, cuiusue canam, quoue ordine constent,
Ne uagus ignotis signorum partibus erres.
Ipsa sua, retinent primas in corpore partis.
Sidera uicinis subeuntes attribuuntur.
Cætera pro numero ducunt ex ordine partes.
Vltima & extremis ratio conceditur astris,
Singula sic retinent binas in sidera quæq;,
Dimidiasq; sui partis, & summa repletur
Sortibus exactis triginta sidere in omni.
Nec genus est unum, ratio nec prodita simplex.
Pluribus inq; modis rerum natura locauit.
Deduxitq; uias, uoluitq; per omnia quæri.
Hæc quoq; comperta est ratio sub nomine eodem
Quocunq; in partu nascentum tempore luna
Constiterit numeris, hanc ter dispone quaternis,
Sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
Inde suas illi signo, quo Luna refulsit.
Quæ de hinc defuerint partes numerare memento.
Proxima tricenas pariter sententia ducit
Hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta

In binas sortis adiecta parte locetur,
Dimidium reliquis tribuatur ut ordine signis.
In qua destituent, te iustum Luna uidebit.
Duodecatemoriis signis post cætera ducent,
Ordine quæcq; suo, sic constant astra locata.
Hæc quocq; te ratio ne fallat perspice paucis.
Maior in effectu, minor est, quod partibus ipsis
Duodecatemorii, quid sit, quod dicitur esse
Duodecatemorium, nanq; id per quinq; notatur
Partes, nam totidem præfulgent sidera cœlo,
Quæ uaga dicuntur, ducunt & singula sortes
Dimidias uires, quæ in eis & cura capessunt.
In quocunq; igitur stellæ sunt quinq; locatæ
Duodecatemorion fuerit spectare decebit,
Cuius enim stellæ in finem sint, sidere quocq;
Inciderint, dabit effectus in mentibus eius,
Vndiq; miscenda est ratio, per quam omnia constant.
Verum hoc posterius proprio cuncta ordine reddam.
Nunc satis est docuisse suos ignota per usus,
Vt cum perceptis steterit fiducia membris,
Sic totum corpus facili ratione notetur,
Et bene de summa ueniat post singula carmen.
Vt rudibus pueris monstratur litera primum
Per faciem nomen'q; suum, componitur usus
Tunc coniuncta suis, formatur syllaba nodis,
Hinc uerbis structura uenit per uerba legendi.
Tunc rerum uires, atq; artis truditur usus
Per'q; pedes proprios nascentia carmina surgunt.
Singula'q; in summa prodest didicisse priora.
Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis,
Versu quæ propere dederint præcepta magistri
Effluat in uanum rerum præposterus ordo.
Sic mihi per totum uolitanti carmine mundum.
Eruta'q; obstrusa penitus caligine fata
Pieridum numeris etiam modulata canenti
Quocq; deus regnat reuocanti numen in artes
Per partis ducenda fides, & singula rerum
Sunt gradibus tradenda suis, & cum omnia certa
Notitia steterint, proprios reuocentur ad usus.
Ac uelut in nudis consurgunt montibus urbes,
Conditor, & uacuos muris circundare collis
Destinet ante manus, quàm tentet scindere fossas.
Vertit opus, ruit ecce nemus, saltus'q; uetusti
Procumbunt, solem'q; nouum, noua sidera cernunt.
Pellitur omne loco uolucrum genus atq; ferarum.
Antiquas'q; domos, & nota cubilia linquunt.
Ast illi silicem in muros, & marmora templi
Rimantur, ferri'q; rigor per tempora nota
Quæritur, hinc artes, hinc omnis conuenit usus.
Tunc demum consurgit opus, cum cuncta supersunt,

Ne me-

Ne medios rumpat cursus præpostera cura.
Sic mihi tractanti tantæ succedere moli
Materies primum rerum ratione remota
Tradenda est, ratio sit ne post irrita, néue
Argumenta nouis stupeant nascentia rebus.

De cardinibus mundi. Cap. XIIII

Ergo age noscendis animum compone sagacem
Cardinibus, qui per mundum sunt quatuor omnes
Dispositi semper, mutant'q; uolantia signa.
Vnus ab exortu cœli nascentis in orbem,
Qua primum terras æquali limite creuit.
Alter ab aduersa respondens ætheris ora,
Vnde fugit mundus, præceps'q; in tartara tendit.
Tertius excelsi signat uestigia cœli,
Quo defessus equis Phœbus subsistit habenis,
Declinat'q; diem, medias'q; examinat undas.
Ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
In quo principium est reditus, finis'q; cadenti
Sideribus, pariter'q; occasus cernit & ortus,
Hæc loca præcipuas uires, summos'q; per artem
Fatorum effectus referunt, quod totus in illis
Nititur æthereis ueluti compagibus orbis.
Quæ nisi perpetuis alterna sorte uolantem
Cursibus excipiant, nectant'q; in uincula bina
Per latera, atq; imum templi, summum'q; cacumen
Dissociata fluat resoluto machina mundo.
Sed diuersa tamen uis est in cardine quoq;,
Et pro sorte loci uariant, atq; ordine distant.
Primus erit, summi qui regnat culmine cœli,
Et medium tenui partitur limite mundum.
Quem capit excelsa sublimem gloria sede
Scilicet hæc tutela decet fastigia summa.
Quicquid ut emineat sibi uendicet, & deus omnis
Afferat, & uarios tribuendo regnet honores.
Hinc fauor & species, atq; omnis gloria uulgi.
Reddere iura, foro componere legibis orbem.
Fœderibus'q; suis externas iungere genteis.
Et pro sorte sua cuiusq; extollere nomen.
Proximus est ima quanquam statione locatus.
Sustinet alterius mixtum radicibus orbem.
Effectu minor in species, sed maior in usu.
Fundamenta tenet rerum, census'q; gubernat.
Quam rata sint fossis scrutantur uota metallis,
Atq; ex occulto quantum contingere possis.
Tertius atq; illi tollens in parte nitentem
Qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt.
Vna dies dedit & tempus describit in horas.
Hinc inter Graias horoscopus editur urbis.
Nec capit extremum proprio, quia nomine gaudet.
Hic tenet arbitrium uitæ, atq; hic regula morum est.

Fortunam'q;

Fortunam'q; dabit rebus, ducet'q; per arteis.
Qualia'q; excipiant nascentes tempora prima,
Quos capiant cultus, quali sint sede creati
Vtrunq; admixtis subscribent uiribus astra.
Vltimus emenso qui condit sidera mundo,
Occasum'q; tenens submersum despicit orbem,
Pertinet ad rerum summas, finem'q; laborum,
Coniungit'q; epulas, extrema'q; tempora uitæ,
Ocia'q; & cœtus hominum, cultus'q; deorum.

De diuisionibus ætatum in partes cœli, & duodecim domorum significationibus. Cap. XV

NEc contentus eris percepto cardine quoquam.
Interualla etiam memori sunt mente notanda
Per maius dimensa suas reddentia uires.
Quicquid ab exortu summum curuatur in orbem,
Aetatis primæ nascentis'q; asserit annos.
Quod summo premitur deuexum culmine mundi,
Donec ad occasus ueniet, puerilibus annis
Succedit, teneram'q; regit sub sede iuuentam.
Quæ pars occasus inter'q;, imum'q; sub orbem
Descendit, regit hæc maturæ tempora uitæ,
Et propria serie, uario'q; exercita cursu.
At quæ perficitur cursu redeunte sub imo,
Tarda supinatum lassatis uiribus arcum
Ascendens, seros demum complectitur annos,
Labenteis'q; dies uitæ, tremulam'q; senectam.
Omne quidem signum sub qualicunq; figura
Partibus inficitur, mundi locus imperat astris.
Et dotes, noxam'q; facit, uertuntur in orbem
Singula, & accipiunt uires, cœlo'q; remittunt.
Vincit enim natura genus, leges'q; ministrat
Finibus in propriis, & prætereuntia cogit
Esse sui moris, uario nunc diues honore.
Nunc sterilis, pœnam'q; ferentia sidera sedis.
Quæ super exortum est à summo sidere cœli,
Infelix regio, rebus'q; inimica futuris,
Et uitio fœcunda nimis nec sola, sed illi
Par erit, aduerso quæ fulget sidere sedes
Iuncta sub occasu neu præstet cardine mundi,
Vtraq; prætérita fertur deiecta ruina
Orta laboris erit, scandendum est, atq; cadendum.
Nec melior super occasu, contra'q; sub ortu.
Sors agitur mundi præceps, hæc illa superna
Pendens aut metuit uicino cardine finem,
Aut fraudata cadet, merito Typhonis habentur
Horrendæ sedes, quem tellus sæua profudit,
Cum bellum cœlo peperit, nec matre minores
Extiterint partus, sed fulmine rursus in altum
Compulsi montes'q; super rediere cadentes.
Cessit & in tumultum belli, uitæ'q; Tiphœus.

Ipsa

Ipsa tremit mater flagrantes monte sub Aetna.
Atq; refulgenti sequitur fastigia cœlo.
Proxima ne'ue ipsi cedat qui fungitur astro,
Spe melior palmam'q; petens uictrix'q; priorum
Altius insurgit summæ comes addita finis.
In peius'q; manent cursus, nec uota supersunt.
Quocirca minime est mirum, si proxima summo
Atq; eadem inferior ueneranda sorte dicatur,
Quod titulus felix, censum si proxima Graiæ
Nostra subit linguæ uirtutis nomine nomen.
Iuppiter hoc habitat fortunæ credere genti
Hinc imperuersum similis deiecta sub orbe
Ima'q; summersi contingent fulmina mundi.
Aduersa'q; nitet parte defessa per acta
Militia, rursus'q; nouo deuota labori
Cardinis, & subitura iugum sortem'q; potentem.
Nondum sentit opus mundi, iam sperat honorem
Dæmonium memorant Graii Romana per ora
Quæritur inuerso titulus sub corde sagaci.
Conde locum numen'q; dei totum'q; potentis,
Quæ tibi posterius magnos reuocantur ad usus.
Hinc momenta manent nostræ plerunq; salutis,
Bella'q; morborum tetris pugnantia telis.
Viribus ambiguum Geminis causa'q; diei
Nunc huc nunc illuc sortem mutantis utranq;.
Sed medium post astra diem curuata'q; primum
Culmina nutantis summo de uertice mundi
Aethera Phœbus amat, sub quo quoq; corpora nostra
Decernunt uitia, & fortunam ex uiribus eius
Concipiunt, deus ille locus sub nomine Graio
Dicitur, huc aduersa nitens quæ prima resurgit
Sedibus ex imis iterum'q; reducit Olympum
Pars mundi, fuluum'q; nitet, noctem'q; gubernat.
Et dominam agnoscit Phœben fraterna uidentem
Regna per aduersas cœli fulgentia parteis,
Fata'q; damnosis imitantem finibus orbis.
Huic parti dea nomen erit Romana per ora,
Græcia uoce sua titulum designat eundem.
Arce sed in cœli qua summa accliuia finem
Inueniunt, qua principium decliuia sumunt,
Culmine'q; insurgunt occasus inter & ortus,
Suspendunt'q; suo libratum ex ordine mundum,
Asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem.
Et ueluti faciem mundi sua collocat ora.
Per quæ humana suæ propria est hæc addita parti
Vis, & connubia & thalamos tedas'q; gubernat.
Hæc tutela decet Venerem, sua tela mouere
Nomen erit fortuna loco, quo percipe mentem,
Vt breuia in longo compendia carmine præstet,
Et qua subsidit conuerso cardine mundus,

Fundamenta tenens aduersum & suspicit orbem.
Ac media sub nocte iacens Saturnus in illa
Parte suas agitat uires, deiectus & ipse
Imperio quondam mundi solio'que deorum.
Et pater in proprios exercet numina casus,
Fortunam'que senum, prima est fortuna duorum
Nascentum atque patrum quæ cœli condita pars est.
Asperum erat tempus, titulum cui Græcia fecit,
Dæmonium, signat'que suas pro nomine uires.
Nunc age surgentem primo de cardine mundum
Respice, qua solido nascentia signa recursu
Incipiunt, udus gelidis & Phœbus ab undis
Enatat, & fuluo paulatim accenditur igne.
Nec tua templa ferunt Maia Cyllenie nate.
O facies signata nota, quod nomen & ipsi
Authores tibi dant artes qua ducit Olympum,
In qua fortuna natorum condidit omnem
Natura, ex illo suspendit uota parentum.
Vnus in occasu locus est super, ille ruentem
Præcipitat mundi terris, & sidera mersat.
Terra'que prospectat Phœbi quæ uiderat ora.
Ne mirere, nigri si Ditis ianua fertur,
Et finem uitæ retinet, morti'que locatur
Hinc etiam ipse dies moritur, terras'que per orbem
Subripit, & noctis captum sub carcere claudit.
Necnon & fidei tutelam uindicat ipsam,
Pectoris & pondus, tanta est in sede potestas,
Quæ uocat, & condit Phœbum, recipit'que refert'que
Consumit'que diem, tali sub lege notandæ
Templorum tibi sunt uires, quas peruolat omnis
Astrorum series, ducit'que & commodat illis
Ipse suas leges. stellæ'que ex ordine certo,
Vt natura sinit lustrant, uarias'que locorum
Efficiunt uires, utcunque aliena capessunt
Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.
Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.
Nunc satis est cœli partis titulos'que notasse,
Effectus'que loci per se cuiusque, deos'que,
Qui parti nomen posuit, qui condidit arcem.
Octotropos, per quos stellæ diuersa uolantes,
Quos reddant motus proprio uenit ordine rerum.

LIBRI SECVNDI FINIS

M. MANILII

LIBER TERTIUS

De natura omnium gubernatrice, & de partibus duodecim domorum, à quibus hominum fata dependent, & de gradu cardinum, ac de dierum & noctium uarietate, horarumq; inæqualitate. Cap. I



IN noua surgentem maioraq́ uiribus ausum,
Nec per inaccessos metuentem uadere saltus
Ducite Pierides, uestros extendere fineis
En conor & dignos in carmina ducere cantus.
Non ego in excidium cœli nascentia bella,
Fulminis & flammas, partusq́ in matre sepultos,
Hectora uenalem cineri Priamumq́ ferentem,
Colchida, nec referam uendentem regna parentis,
Et lacerum fratrem stupro, segetesq́ uirorum,
Taurorumq́ truces flammas, uigilemq́ draconem.
Et reduces annos auroq́ incendia facta,
Et male conceptos partus, peiusq́ necatos.
Non annosa canam Messanæ bella nocentis.
Septenosq́ duces, ereptaq́ fulmine flammis
Mœnia Thebarum, & uictam quæ uicerat orbem.
Germanosq́ patris referam, matrisq́ nepotes,
Natorumq́ epulas, conuersaq́ sidera retro,
Ereptumq́ diem, nec Persica bella profundo
Indicta, & magna pontum sub classe latentem,
Immissumq́ fretum terris, iter æquoris undis.
Non reges magnos, spatio maiore canenda
Quam si tacta loquar, Romanæ gentis origo,
Totq; duces orbis, tot bella, tot ocia, & omnis
In populi unius leges ut cesserit orbis
Differtur, facile est uentis dare uela secundis.
Fœcundumq́ solum, uarias agitare per arteis.
Auroq; atq; ebori decus addere, cum rudis ipsa
Materies niteat, speciosis condere rebus
Carmina, uulgatum est opus, & componere simplex.
At mihi per numeros, ignotaq́ nomina rerum
Temporaq́ & uarios casus, momentaq́ mundi,
Quorum quæq; uices partesq́ in partibus ipsis.
Luctandum est, quod nosse nimis, quod dicere quantum est,
Carmine quod proprio, pedibus quod iungere certis.
Huc ades ò quicunq; meis aduertere cœptis
Aurem oculosq́ potes, ueras & percipe uoces.
Non ad iuratos reges, Troiamq́ cadentem
Impendas animum, nec dulcia carmina quæras.
Ornari res ipsa negat, contenta doceri.
Et si qua externa referentur nomina lingua,
Hoc operis non uatis erit, non omnia flecti
Possunt, & propria melius sub uoce notantur.
Nunc age subtili rem summam perspice cura.
Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministret,
Et certas det in arte uias ad fata uidenda,

Si bene constiterit uigilanti condita sensu.
Principium rerum & custos natura latentum
Cum tantas strueret moles per mœnia mundi,
Et circunfusis orbem concluderet astris
Vndiq; pendentem in medium, diuersáq; membra
Ordinibus certis sociaret corpus in unum,
Aëráq; & terras flammamq; undamq; natantem
Mutua in alterutrum præbere alimenta iuberet,
Vt tot pugnantis regeret concordia causas,
Staretq; alterno religatus fœdere mundus,
Exceptum à summa ne quid ratione maneret,
Et quod erat mundi mundo regeretur ab ipso.
Fata quoq; & uitas hominum suspendit ab astris.
Quæ summas operum parteis, quæ lucis honorem,
Quæ famam assererent, quæ nunquam fessa uolarent.
Quæ quasi per mediam mundi præcordia partem
Disposita obtineant Phœbum Lunamq; uagasq;
Euincunt stellas, nec non uincuntur & ipsa,
His regnum natura dedit, propriasq; sacrauit
Vnicuiq; uices, sanxitq; quod omnia summa
Vndiq;, qua fati ratio traheretur in unum.
Nam quodcunq; genus rerum, quodcunq; laborum,
Quæq; opera, atq; artes, quicunq; per omnia casus
Humana in uita poterant contingere sortem
Complexa est in tot parteis, quot & astra uocarant.
Res posuit, certasq; uices, sua nomina cuiq;
Attribuit, totumq;, hominis per sidera censum
Ordine sub certo duxit, pars semper ut idem
Confinis parti uicinis staret in astris.
Horum operum partes ad singula signa locauit,
Non ut in æterna cœli statione manerent,
Et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
Ex iisdem repetita locis, sed tempore sedes
Nascentum acciperent proprias, signisq; migrarent.
Atq; aliis alio sors quæq; accederet astro.
Vt caperet genitura nouam per sidera formam.
Nec tamen incerto confunderet omnia motu.
Sed cum pars operum, quæ prima condita parte est
Accepit propriam nascentis tempore sedem,
Cætera succedunt, signisq; sequentibus hærent.
Ordo ducem sequitur, donec uenit orbis in orbem.
Has autem facies rerum per signa locatas,
In quibus omnis erit natura & condita summa,
Vt cum iam stellæ septem læduntue, iuuantue,
Cardinibusue mouet diuina potentia mundi,
Sic felix aut triste uenit per singula fatum.
Talis & illius sors est speranda negocii.
Hæc mihi solenni sunt ordine cuncta canenda,
Et titulis signanda suis, rerumq; figuris.
Vt pateat positura operum, nomenq;, genusq;,

Fortunæ

Fortunæ sors prima data est, hoc illa per artem
Censetur titulo, quia proxima continet in se
Fundamenta domus, domui'q; hærentia cuncta.
Qui modus in seruis, qui sit consensus in aruis,
Quaq; datum magnas operum componere moles,
Vt uaga fulgentis concordant sidera cœli,
Post hanc militiæ locus est, qua quicquid in aruis,
Quaq; peregrinas interuersantibus urbeis
Accipere assueuit, titulo comprenditur uno.
Tertia ad urbanos statio est numeranda labores.
Hoc quoq; militiæ genus est ciuilibus actis,
Compositum, fidei'q; tenet parentia uincla.
Format amicitias, & sæpe cadentia frustra
Officia, & cultus, contingant præmia quanta
Edocet, appositis cum mundus consonet astris,
Iudiciorum opus in quarto natura locauit.
Fortunam'q; fori, fundentem uerba patronum,
Pendentem'q; reum lingua, rostris'q; loquentem
Impositum, & populo nudantem condita iura.
Atq; expensa sua soluentem iurgia fronte.
Cum iudex uero nihil amplius aduocat ipso.
Quicquid propositas inter facundia leges
Efficit, hoc totum partem concessit in unam.
Atq; utcunq; gerunt, dominantia sidera manant.
Quintus coniugio gradus est per signa dicatus,
Et socios tenet & comites, atq; hospitium unà
Iungitur, & simileis coniungens fœdus amicos.
In sexta diues numeratur copia sede,
Atq; adiuncta salus rerum, quarum altera quanti
Contingant usus monet, altera quam diuturni,
Sidera ut inclinant uires, & templa gubernant.
Septima censetur sæuis horrenda periclis,
Si male subscribunt stellæ per signa locatæ.
Nobilitas tenet octauam, qua constat honoris
Conditio, & famæ modus, & genus, & specioso
Gratia prætextu. nonus locus occupat omnem
Fatorum sortem dubiam, patrios'q; timores.
Omnia'q; intrantum mixta nutritia turba.
Huic uicinus erit uitæ, qui continet actum,
In quo seruorum mores, & qualibet omnis
Formetur domus exemplis, quoq; ordine certo
Ad sua compositi discedant munera serui.
Præcipua undecima pars est in sorte locata,
Quæ summam nostri semper, uires'q; gubernat.
Quaq; ualitudo constat, nunc libera morbis
Nunc oppressa mouent, & mundum sidera cum'q;
Non alias sedes tempus'ue genus'ue medendi.
Quæ sibi deposcat, uel cuius tempore præstet
Auxilium, & uitæ succos miscere salubreis.
Vltimus & totam concludens ordine summam

Rebus apiſcendis labor eſt, qui continet omneis
Votorum effectus, & quæ ſibi quiſq;, ſuiſq;
Proponit ſtudia, atq; artis, hæc irrita ne ſint.
Seu ferat officium nutus blanditur in omneis.
Aſpera ſiue foro per litem iurgia tentet.
Fortunamue petat pelago, uentiſq; ſequatur.
Seu Cererem plenam, uincentemq; horrea meſſem
Aut reputat Bacchum per pinguia muſta fluentem.
Hac in parte dies, atq; hæc momenta dabuntur,
Si bene conuenient ſtellæ per ſigna ſequentes,
Quarum ego poſterius uires in utrunq; ualenteis
Ordine ſub certo reddam, cum pandere rerum
Incipiam effectus, nunc ne permixta legentem
Confundant, nudis ſatis eſt inſiſtere membris.
Et quoniam toto digeſtos orbe labores
Nominaq; in numerum, uireſq; exegimus omnis,
Atla uocant Graii, quæ cuncta negocia rerum
In genera & parteis bis ſex diuiſa cohærent.
Nunc quibus aſcendant ſignis quandoq; canendum eſt.
Perpetuas neq; enim ſedes, eademq; per omnis
Sidera naſcentis retinent, ſed tempora mutant,
Nunc huc nunc illuc ſignorum mota per orbem,
Incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo eſt.
Ergo age, ne falſa uaria genitura figura,
Si ſua quenq; uoles reuocare ad ſigna laborem,
Fortunæ perquire locum per ſidera cuncta,
Quæ primo pars eſt numeroſis dicta ſub atlis.
Qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
Cætera prædicto ſubeuntibus ordine ſignis
Coniunges, teneant proprias ut ſingula ſedes.
Et ne forte uagus naturæ quærere ſedem
Incipias, duplicem certa ratione capeſſe.
Cum tibi naſcentis percepto tempore forma
Conſtiterit, cœli ſtellis ad ſigna locatis,
Tranſuerſo Phœbus ſi cardine celſior ibit,
Qui tenet exortum, uel qui demergit in undas
Per tempus licet affirmes natum eſſe diei.
At ſi ſubiectis ſenis fulgebit in aſtris
Inferior dextra, leuaq; tenentibus orbem
Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
Hæc tibi cum fuerint certo diſcrimine nota,
Tunc ſi forte dies naſcentem exceperit alma
A Sole ad Lunam numerabis in ordine partes
Signorum, ortiuo totidem de cardine duces
Quem bene partitis memorant horoſcopon aſtris.
In quodcunq; igitur numerus peruenerit aſtrum,
Hoc da fortunæ, iunges tum cætera ſignis
Atla ſuis, certo ſubeuntibus ordine cunctis
At cum obducta nigris nox orbem texerit alis
Siquis erit, qui tum materna exceſſerit aluo,

Verte uias, ficuti naturæ uertitur ordo,
Confule tunc Phœben imitantem lumina fratris
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis,
Quot'q; ab ea Phœbus partes & figna recedit,
Tot numerare iubet fulgens horofcopus à fe.
Hunc fortuna locum teneat fubeuntibus aftris
Ordine naturæ, ficut funt cuncta locata
Forfitan & quæras agili rem corde notandam,
Qua ratione queas natalis tempore nati
Exprimere immenfo furgentem horofcopon orbe.
Quod nifi fub ftellis uifus ratione tenetur,
Fundamenta ruunt artis, nec confonat ordo,
Cardinibus quoniam falfis quæ cuncta gubernant
Mentitur faciem mundus, nec conftat origo,
Flexa'q; momento uariantur fidera templi.
Sed quanta effectu res eft tam plena laboris
Curfibus æternis mundum per figna uolantem,
Vt totum luftret curuatis arcubus orbem
Exprimere, & uultus eius componere certos.
Ac tantæ molis minimum deprendere punctum,
Quæ pars exortum, uel quæ faftigia mundi
Afferat occafus, aut imo federit orbe.
Nec me uulgatæ rationis præterit ordo,
Quæ binas tribuit fignis furgentibus horas,
Et paribus fpatiis æqualia digerit aftra.
Vt parte ex illa, qua Phœbi cœperit orbis
Difcedat numerus, fummam'q; accommodet aftris,
Donec perueniat nafcentis tempus ad ipfum.
Atq; ubi fubftiterit fignum dicatur oriri.
Sed iacet obliquo fignorum circulus orbe,
Atq; alia inflexis oriuntur fidera membris.
Aft illis magis eft rectus furgentibus ordo,
Vt propius nobis aliquod, uel longius aftrum eft.
Vix finit luces Cancer, uix bruma reducit.
Quam breuis illa iacet, tam longus circulus hic eft
Libra Aries'q; parem reddunt noctem'q; diem'q;.
Sic media extremis pugnant, extrema'q; fummis.
Nec nocturna minus uariant, quàm tempora lucis
Sed tamen aduerfis idem ftat menfibus ordo.
In tam diffimili fpatio, uariis'q; dierum,
Vmbrarum'q; modis, quis poffit credere in auras
Omnia figna pari mundi fub lege manere?
Adde quod incerta eft horæ menfura, neq; ullam
Altera pars fequitur, fed ficut fumma dierum
Vertitur, & partes furgunt, rurfus'q; recedunt.
Cum tamen in quocunq; dies deducitur aftro
Sex habeat fupra terras, fex figna fub illis,
Quo fit, ut in binas non poffint omnia nafci,
Cum fpatium non fit tantum pugnantibus horis,
Si modo biffenæ feruantur luce fub omni

Quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

De mensura temporum & signorum. Cap. II

Nec tibi constabunt aliter uestigia ueri,
Ni lucem noctem'que pares dimensus in horas,
In quantum uario pateant sub tempore noris,
Regula'que exactas primum formetur in horas,
Quæ segnem'que diem sedes perpendat, & umbras.
Hæc erit in libra, cum lucem uincere noctes
Incipiunt uel cum medio concedere uere.
Tunc & enim solum bissenas tempora in horas
Aequa patent, medio cum currit Phœbus Olympo.
Hic cum per gelidas hyemis summotus in astro.
Fulget in octaua Capricorni parte biformis,
Tunc angusta dies uernalis uertit in horas
Dimidiam atque nouem, sed nox oblita diei
Bis septem, apposita numerus'ne claudicet hora
Dimidia, sic in duodenas exit utrunque.
Et reddit in solidum naturæ condita summa.
Inde cadunt noctes, surgunt'que in tempora luces,
Donec ad ardentis pugnarint sidera Cancri.
Atque ubi conuersis uicibus mutantur in horas
Brumales, noctem'que dies, lucem'que tenebræ
Hybernam referunt, alterna'que tempora uincunt.
Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
Impulsæ, quarum ratio manifesta per artem
Collecta est, ueniet'que suo per carmina textu.
Atque hæc est illas demum mensura per horas,
Qua rigat æstiuus gradibus torrentibus amnis
Nilus & erumpens imitatur sidera mundi
Per septem fauces atque ora fugantia pontum.

De stadijs quæ duodecim signa in ortu & occasu occupant. Cap. III

Nunc age quot stadiis & quanto tempore surgant
Sidera, quoque cadant animo cognosce sagaci,
Ne magna in breuibus careant compendia dictis.
Nobile lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur
Dena quater stadia exoriens duplicata'que ducit
Cum cadit, atque horam surgens eius'que trientem
Occupat, occiduus geminat, cum cætera signa
Octonis crescunt stadiis orientia in orbem,
Et totidem admittunt, gelidas'que rigentia in umbras.
Hora nouo crescit per singula signa quadrante.
Tertia'que in quarta parte si ducitur eius.
Hæc sunt ad Libræ sidus surgentibus astris
Incrementa, pari momento damna trahuntur,
Cum subeunt orbem, rursus'que ad sidera Libræ
Ordine mutato paribus per tempora uersa
Momentis redeunt, nam per quot creuerat astrum
Lanigeri stadia, aut horas tot Libra recedit.
Occiduus'que Aries spatium tempus'que oriendi
Quod tenet, in tantum Chelæ cum surgere perstat

Eius in exemplum se signa sequentia uertunt.
Hæc ubi constiterint uigilanti condita mente,
Iam facile est si quod quandoq; horoscopet astrum
Noscere, cum liceat certis surgentia signis
Ducere temporibus, propriasq; ascribere in horas
Partibus, ut ratio signis ducatur ab illis,
In quæ Phœbus erit, quorum mihi reddita summa est.

De inclinationibus mundi, & quot horis unumquodq; signum in quauis regione ascendat & descendat. Cap. IIII

SEd neq; per terras omneis mensura dierum
Vmbrarumq; eadem est, simili nec tempora cursu
Mutantur, modus est uarius ratione sub una.
Nunquam phryxei ducuntur uellera signi.
Chelarumq; fides, iustæq; examina libræ.
Omnia consurgunt binas sibi signa per horas.
Quod medius recto præcingitur ordine mundus,
Aequalisq; super transuersum uertitur axem.
Illis perpetua iunguntur pace diebus
Obscuræ noctes, æquo stat fœdere tempus.
Nec manifesta patet falsi fallacia mundi.
Nec similis simili toto nox uertitur orbe.
Omnibus Autumnus signis, Ver omnibus unum.
Vna coæquali lustratur linea Phœbo.
Nec refert tunc, quo Phœbus decurrat in astro.
Littoreumne coquat Cancrum, contráne feratur
Sideribus mediis, an quæ sint quatuor inter.
Quod quanquam per tris signorum circulus arcus
Obliquos iaceat, recto tamen ordine zonæ
Consurgunt, supraq; caput terrasq; feruntur.
Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt.
Ac bene diuiso mundus latet orbe, patetq;.
Et simul ex illa terrarum parte recedas,
Quicquid ab extremo te met præuerteris axe
Per conuexa gradus gressum uestigia terræ,
Quam tereti natura soli decircinat orbem
In tumidum, & mediam mundo suspendit ab omni.
Ergo ubi conscendes orbem, stridensq; rotundum
Digrediere, simul fugiet pars altera terræ,
Altera reddetur, sed quantum inflexerit orbe,
Tantum inclinabit cœli positura uolantis.
Et modo quæ fuerant surgentia limite recto
Sidera, curuato ducuntur in æthera tractu.
Atq; erit obliquus signorum baltheus orbe,
Qui transuersus erat spatio, quando illius una est,
Nostræ mutantur sedes ergo ipsa moueri
Tempora iam ratio cogit, uariosq; referre
Sub tali regione dies, cum sidera flexo
Ordine conficiant cursus obliqua malignos.
Longius atq; aliis aliud propiusue recumbat.
Pro spatio mora magna datur, quæ proxima nobis

Consurgunt, longos cœli uisuntur in orbes.
Vltima quæ effulgent, cæcis merguntur in umbris.
Et quando ad gelidas propius quis uenerit arctos,
Tam magis officiunt oculis brumalia signa.
Vix'q; ortus occasus erit, si longius inde
Procedat, totis condentur singula membris,
Tricenas'q; trahent connexo tempore noctes.
Et totidem luces adiment, sic parua dierum
Efficitur mora, & attritis consumitur horis.
Paulatim'q; petit spatio fulgentibus astris,
Pluraq; per partes sub rupto tempore signa
Tempore quærentur medio cœlata tumore,
Adducent'q; simul Phœbum, texent'q; tenebras
Mensibus eruptis, donec sit debilis annus.
Si uero natura sinat sub uertice cœli
Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis
Aeternas superare niueis, orbem'q; rigentem
Prona Lycaoniæ spectantem membra puellæ
Stantis erit cœli species, laterum'q; meatus
Turbinis in morem recta uertigine currit,
Inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt,
Circuitu nullos unquam fugientia uisus,
Sed teretem accliui mundum comitantia semper,
Hic erit una dies per senos undiq; menseis.
Dimidium'q; trahens contextis lucibus annum.
Nunquam erit occiduus quod tanto tempore Phœbus.
Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra,
Sed circum uolitans recto uersatur ab orbe.
At simul è medio præceps descenderit orbe,
Inferiora petens deiecto sidera cursu,
Et dabit in pronum laxas effusus habenas,
Per totidem menses iunget nox una tenebras.
Vertice sub cœli, nam quisquis spectat, ab omni
Dimidium & toto mundum uidet orbe rotundo.
Pars latet inferior, neq; enim circumuenit illum
Recta acies, medio'q; tenus distinguitur aluo.
Effugit ergo oculos summo spectantis ab orbe,
Dum sex submersis uectatur Phœbus in astris.
Adducit'q; simul luces, tenebras'q; relinquit,
Sideribus donec totidem quod mensibus actis
Cesserat unde redit, geminas'q; ascendit ad arctos.
Hic locus in binas annum noctes'q; dies'q;
Per duo partitæ dirimit diuortia terræ.
Et quoniam quanto uariantur tempora motu,
Et quibus è causis dictum est, nunc accipe signa.
Quot surgant in quoq; loco, cedant'q; per horas,
Partibus ut prendi possint orientia certis,
Ne falsus dubia ratione horoscopus erret.
Atq; hoc in totum certa sub lege sequendum est.
Singula quod nequeunt per tot distantia motus

Temporibus numeris´q; suis exacta referri,
A me sumat iter, positum sibi quisq; sequatur,
Per´q; suos tendat gressus, mihi debeat artem
Quoq; modo hoc parat, & terrarum quisq; requirat.
Deducat proprias noctem´q; diem´q; per horas.
Maxima sub Cancro, minimis quæ cingitur umbris.
Et sextam summæ fuerit quæ forte diurnæ
Vicino tribuat post Cancri templa Leoni.
At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris,
In totidem parteis simili ratione secanda est.
Vt quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
Temporis aduerso nascentia sidera Tauro.
Has inter quasq; accipiet Nemeæus in horas.
Quod discrimen erit per tres id diuide parteis,
Tertia ut accedat Geminis, quæ tempora Tauro
Vinciat, atq; eadem Cancro similis´q; Leoni.
Sic erit ad summam ratio deducta priorem.
Quomodo diuisis Nemeæus duxerit horis.
Inde pari Virgo procedat temporis actu,
Sed certa sub lege prioris semper ut astris
Incolumen seruet summam crescens´q; nouando.
His usq; ad denas, horarum partibus auctis
Per totidem Libræ decrescent sidera parteis.
Et quantis in utranq; modis tolluntur ad ortus
Diuersam in sortem, tantis mergentur ad umbras.
Hæc erit horarum ratio ducenda per orbem,
Sidera quæ ostendit, quæ oriantur, quæq; cadant´q;.
Quæ cum tercentum numeris uicena´q; constent,
Detrahitur summæ tota pars, quota demit utrunq;
Omnibus ex horis, æstiuæ nomine noctis
Solstitium summo peragat cum Phœbus Olympo.
Quod´q; his exuperat demptis, id ducit in æquas
Sex partes, sextam´q; ardenti trade Leoni.
Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis
Eius erit signo Tauri pars illa dicenda.
Quod´q; hanc exuperat partem, superatur ab illa.
Distinguit´q; duas medio discrimine summas.
Tertia pars eius numero superaddita Tauri,
Traditur & Geminis, simili tunc cætera lucro
Procedunt numeros semper tutata prioreis.
Augebunt´q; nouem numeratas nomine summas,
Donec peruenient ad iustæ tempora Libræ.
Ex illa totidem per parteis sic breuiantur,
Lanigeri ad fines conuersa´q; nomina lege
Accipiunt, perdunt´q; pares cedentia sorteis.
Hæc uia monstrauit stadiorum ponere summas,
Et numerare suos ortus per sidera cuncta,
Quod breue cum propriis simul acceptaueris horis,
In nulla fallet regione horoscopus unquam,
Cum poterunt certis numerari singula signa

Temporibus parte ex illa, quam Phœbus habebit.

De uarietate temporum, uidelicet anni, mensis, diei, horarum, iuxta signorum ascensiones. Cap. V

NVnc quibus hyberni momentis surgere menses
Incipiant, neq; enim paribus per sidera cuncta
Procedunt gradibus, niuei dum uellera signi
Contingunt, æquum luces cogentia & umbras
Ferre iugum, magna est ratio, breuiter'q; docenda.
Principio capienda tibi est mensura diei,
Quam minimam Capricornus agit, noctis'q; per horam
Quam summam quoq; si iusta superauerit hora.
Et crepitent luces eius, pars tertia signo
Tradenda est medio semper, qua sorte retenta
Dimidio uincat primum, uincatur & ipsum
Extremo, totum in parteis ita dirige tempus
His opibus tria signa etiam, sed summa prioris
Accedit numeri coniuncta sequentibus astris
Cesserit ut ternis fuerit si longior horis
Brumali nox sorte die, Capricornus ut hora
Dimidia attollat luces, & Aquarius horam
Ipse suam proprie dicat, summæ'q; priori
Adiungat, Pisces tantum sibi temporis ipsi
Constituant, quantum accipiant de sorte prioris.
Et tribus expletis horis, noctem'q; diem'q;
Lanigero tradant æquandum tempore ueris.
Incipit à sexta tempus procedere parte.
Diuiduum triplicant uires arentia signa.
Vltima'q; acceptas duplicant, ita summa diebus
Cedere diuersa labentia tempora lege.
Nanq; Aries totidem deducit noctibus horas,
Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces.
Hora datur Tauro, cumulet'q; ut damna priora
Dimidiam adiungunt Geminis, sic ultima primis
Redditur, æquatæ soluuntur fœnore noctes.
Rursus & incipiunt propria de sorte diebus.
Respondent pariter'q; illis, quæ proxima fulgent
Et media æquatis censentur uiribus astra
Præcipuos'q; gerunt uarianda ad tempora motus.
Hac uice discedunt noctes ad sidera brumæ.
Tolluntur'q; dies, anni'q; inuertitur orbis.
Solstitium tardi cum fit sub sidere Cancri,
Tunc'q; diem brumæ nox æquat, tempora noctis
Longa dies, similis'q; redit quàm creuerat actu,
Illa etiam poterit nascens uia ducere ad Austrum.
Quod quandoq; uadis emissum redditur orbi.
Nam quota sit lucis, sic luce requiritur hora
Aspicies, atq; hunc numerum reuocabis in ipsum
Multiplicans decies'q; adiectis insuper iisdem.
Quinq; tamen summis, quia qualicunq; sub hora
Ter quinas mundi sex tollunt sidera partes

Hic ubi

Hic ubi constiterit numerus coniungis & illas,
Quæ superent Phœbo partes per signa memento
Ex hac tricenas summas per sidera partes
Distribues, primamq́ uicem quo Phœbus in astro
Fulserit, hinc aliis solem quæcunq; sequentur.
Cum quo consistet numerus consumptus in astro,
Quaúe in parte suam summam, numeriq́ relinquit,
Hæc erit exoriens, & pars & forma per igneis.
Contineat partes, ubi summam fecerit unam
Tricenas dabis ex illa per singula signa,
Donec deficiat numerus, quaq; illa sub astris
Parte cadat, credas illam cum corpore natam
Esse hominis pariterq́ orbem uidisse per ignis.
Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in astris
Natalis mundi, certoq́ horoscopus ortu.
Vt cum ex hac sedes steterit sub cardine primo,
Fallere non possit summi fastigia cœli.
Non feret oblitus, stent fundamenta sub imo.
Stent ueri stellarum ortus, ueriq́ sub ortus,
Dena quod in proprias uires sortesq́ recedant.

De temporibus uitæ, quæ dantur Soli & Lunæ, & gradui ascendentis per singulos nati annos. Cap. VI

NVnc sua reddentur generatim tempora signis,
Quæ diuisa etiam proprios ducuntur in annos,
Et menses, lucesq́ suas, horasq́ dierum,
Per quos præcipuas ostendunt singula uires.
Primus erit signi, quo Sol effulserit, annus,
Annum quod lustrans consumit tempora mundi
Proximus, atq; illi subeuntia signa sequuntur.
Luna dabit menses, peragunt quod menstrua cursum,
Tutelæq́ suæ primas horoscopus horas
Asserit, atq; dies, tradiq́ sequentibus astris
Sic annum, mensisq́ tuos natura diesq́,
Atq; ipsas uoluit numerari signa per horas
Omnia, ut omne foret diuisum tempus in astra.
Per quæ alterna suos uariaret sidera motus,
Vt cuiusq; uices ageret redeuntis in orbem.
Idcirco tanta est rerum discordia in æuo
Et sub texta malis bona sunt, lachrymæq́ sequuntur
Vota, nec in cunctis seruat fortuna tenorem.
Vsq; adeo permixta fluit, nec permanet usquam,
Amisitq́ fidem uariando cuncta per omnes.
Non annis anni, non menses mensibus usq;
Conueniunt, seq́ ipse dies, aliumq́ relinquit.
Horaq́ nonnulli similis producitur horæ.
Tempora consistunt propriisq́ catentia signis
Per numeros omnis æui diuisa uolantis.
Taleisq́ efficiunt menses, causasq́ minantur.
Qualia sunt quorum uicibus dum uertimur astra,
Sunt quibus ut cœli pateant nascentibus horæ,

Sidere quod memorant horoscopon inuenturos.
Parte quoq; ex illa describitur hora diebus.
Omne genus rationis agit per tempora & astra.
Et capit ex uno menses annos'q; dies'q;,
Incipit atq; horas, tradit'q; sequentibus astris.
Et quæ qua socia nascuntur origine cuncta.
Diuersas tamen esse uices, quod tardius illa,
Hæc citius peragunt orbem, uenit omnis ad astrum
Hora dies bis mense dies, semel unus in anno
Mensis, & exactis bis sex iam solibus annum
Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
Vnius & signi pariter sit mensis & annus
Asperiorem agat mensem, si mensis in astrum
Lætius inciderit, signum si triste diei,
Si fortuna diem foueat, si durior hora.
Idcirco nihil in totum sibi credere fas est.
Non annos signum, menses uertentibus annis.
Mensibus aut luces, aut omnis lucibus horas.
Quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur.
Et modo deest alius modo adest uicibus'q; recedit.
Aut redit, atq; alio mutatur tempore tempus
Interpellatum uariantum sorte dierum.

De annis quos unumquodq; signum dat. Cap. VII

ET quoniam duci per singula tempora uitæ,
Quod quandoq; genus uenit, cuiusq; sit astri
Quisq; annus, cuius mensis simul hora, dies'q;.
Altera nunc ratio, quæ summam continet æui
Reddenda est, quot quæq; annos dare signa ferantur.
Quæ tibi cum finem uitæ per sidera quæris,
Respicienda manet ratio, numeris'q; notanda.
Bis quinos annos Aries, unum'q; trientem
Fraudatum dabit appositis, tu Taure duobus
Vincis, sed totidem Geminorum uinceris astro.
Tu'q; bis octonos Cancer, binos'q; trientis.
Bis'q; nouem Nemeæ dabis, bis sex'q; sub illis
Erigone geminat'q; decem, geminat'q; trientem.
Nec plures fuerint Libræ, quàm Virginis anni.
Scorpius æquabit tribuentem dona Leonem.
Centauri fuerint, eadem quoq; munera Cancri.
Ter quinos Capricorne dares, si quattuor essent
Appositi menses, triplicabit Aquarius annos.
Quattuor & menses uitam producit in octo.
Piscibus ac Aries, & sorte, & finibus hærens
Lustra decem tribuet, solis cum mensibus octo.

De annis quos Luna nato tribuit. Cap. VIII

NEc satis est annos signorum noscere certos.
Ne lateat ratio finem quærentibus æui
Templa quoq; & partes cœli sua munera norunt.
Et proprias tribuunt certo discrimine summas,
Cum bene constiterit stellarum conditus ordo.

Sed mihi templorum tantum nunc iura canentur,
Mox ueniet mixtura suis cum uiribus omnis.
Cum bene materies steterit per cognita rerum,
Non interpositis turbabitur undiq; membris.
Si bene constiterit primo sub cardine Luna,
Quod redit in terras mundus, nascens'q; tenebat,
Exortum octo nos decies ducetur in annos,
Si duo decedant, at cum sub culmine summo
Consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
Bis quadragenis occasus diues in actus
Solis erat numero, nisi deesset olympias una.
Prima'q; tricenos bis fundamenta per annos
Censentur bis sex adiectis mensibus æuo,
Quod'q; prius natum fuerit dextrum'q; trigonum,
Hoc sexagenos tribuit, duplicat'q; quaternos.
Quod fuerit læuum, prælata'q; signa sequetur,
Tricenos annos duplicat, tres insuper addit.
Quæ'q; super signum nascens hoc ordine primum
Tertia forma est, & summo iam proxima cœlo.
Hæc ter uicenos geminat, tres abstrahit annos.
Quæ'q; infra ueniens spatio diuisa sub æquo,
Ter quinquagenas complet sua munera brumas.
Qui'q; locum superat nascens horoscopus, ille
Dena quater reuocat uertentis tempora solis,
Accumulat'q; duos cursus, iuuenem'q; relinquit.
At qui præcidit surgentis cardinis horam,
Vicenos ternos'q; dabit nascentibus annos
Vix degustatam rapiens sub flore iuuentam.
Quod super occasus tentatum est, dena remittit
Annorum spacia, & decimam tribus applicat auctis.
Inferius puerum interimet, bis sex'q; peractis
Immatura trahet natalis corpora morti.

De signis tropicis, & quatuor anni temporibus. Cap. IX

SEd tamen in primis memori sunt mente notanda,
Partibus aduersis quæ surgunt condita signa,
Diuisum'q; tenent æquo discrimine cœlum,
Quæ tropica appellant, quod in illis quatuor anni
Tempora uertuntur signis, nodos'q; resoluunt,
Totum'q; emittunt conuerso cardine mundum,
nducunt nouas operum, rerum'q; figuras.
Cancer ad æstiuæ fulget fastigia zonæ,
Extendit'q; diem summum, paruo'q; recessu
Destruit, & quanto fraudauit tempore noctes,
n tantum luces auget, stat summa per omnes,
Cum Cererem fragili properat distringere culmo
Campus, & in uarias distringunt membra palæstras,
Et tepidum pelagus iactatis languet in undis.
Tunc & bella fero tractantur Marte cruenta.
Nec Scythiam defendit hyems, Germania sicca
Iam tellure fugit, Nilus'q; tumescit in auras,

Hic iterum situs est Cancri, cum sidere Phœbus
Solstitium facit, & summo uersatur olympo.
Parte ex aduersa brumam Capricornus inertem
Per minimas cogit noctes, & maxima lucis
Tempora, producitq; diem, tenebrasq; resoluit.
Inq; uicem nunc damna facit, nunc tempora supplet.
Tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra.
Nec tolerant medias hyemis horrentia saxa.
Statq; uno natura loco, paulumq; quiescit.
Proxima in effectu simili referentia motus.
Esse ferunt luces æquantia signa diebus.
Nanq; Aries Phœbum repetentem sidera Cancri
Inter principium reditus, finemq; coheceet
Tempora diuiso iungens concordia mundo.
Conuertitq; uices, uictumq; ad sidera brumæ
Exuperare diem iubet, & succumbere noctes,
Aestiui donec ueniant ad sidera Cancri.
Tum primum, muta pelagus consternitur unda.
Et uarios audet flores emittere tellus.
Tunc pecudum uolucrumq; genus per pabula læta
In uenerem partumq; ruit, totumq; canora
Voce nemus loquitur, frondemq; uirescit in omnem.
Viribus in tantum signis natura mouetur.
Huic ex aduerso simili cum sorte refulget
Libra diem, noctemq; pari cum fœdere ducit,
Tantum quod uictas usq; ad se uincere noctes
Ex ipsa iubet, ac brumæ cum tempora uincunt.
Tum Liber grauida descendit plenus ab ulmo,
Pinguiaq; impressis despumant musta racemis.
Mandant & sulcis Cererem, dum terra tepore
Autumni resoluta patet, dum semina ducit.
Quatuor hæc & in arte ualent, & tempora uertunt
Sic hos & illos rerum flectentia casus,
Nec quicquam in prima patientia sede manere.
Sed non per totas æqua est mensura figuras,
Omnia nec plenis flectuntur sidera signis,
Vna dies sub utroq; æquat sibi tempore noctem.
Nam Libra, atq; Aries Autumnum, Verq; figurant,
Vna dies toto Cancri longissima signo.
Cui nox æqualis Capricorni sidere fertur.
Cætera nunc urgent uicibus, nunc tempore cedunt.
Vna ergo in tropicis pars est cernenda figuris,
Quæ moueat mundum, quæ rerum tempora mutet,
Fata mouet consulta, alios declinat in usus.
Omnia in aduersum flectant, rursusq; reuoluant.
Has quidam uires octaua in parte reponunt.
Sunt quibus esse placet decimas, nec defuit author,
Qui primæ momenta daret frenosq; dierum.

LIBRI TERTII FINIS.

LIBER QVARTVS

De fato, quo omnia reguntur, & quas artes duodecim signa natis polliceantur. Cap. I


QVID tam sollicitis uitam consumimus annis?
Torquemurq́ metu, cæcaq́ cupidine rerum,
Aeternisq́ senes curis dum quærimus æuum,
Perdimus, & nullo uotorum fine beati.
Victuros agimus semper, nec uiuimus unquam.
Pauperiorq́ bonis quisq; est, qui plura requirit,
Nec quod habet, numerat, tantum quod non habet, optat.
Cumq́ sui paruos usus natura reposcat,
Materiam struimus magnæ per uota ruinæ.
Luxuriamq́ lucris emimus, luxuq́ rapinas.
Et summum census pretium est effundere censum.
Soluite mortales animos, curasq́ leuate,
Totq́ superuacuis uitam deflere querelis.
Fata regunt orbem, certa stant omnia lege.
Longaq́ per certos signantur tempora cursus.
Nascentes morimur, finisq́ ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt, & sæpius orta
Paupertas, artesq́ datæ, moresq́ creati,
Et uitia & clades, damna & compendia uitæ.
Nemo caret damno, poterit nec habere negatum
Fortunamúe suis inuitam pendere uotis,
At fugere instantem, sors est sua culpa ferenda.
Aut nisi fata darent leges uitæq́ necisq́,
Fugissent ignes Aeneam, Troiaq́ sub uno
Non euersa uiro fatis uicisset in ipsis.
Aut lupa proiectos nutrisset martia fratres,
Romaq́ sic enata foret, pecudumq́ magistri
In Capitolinos auxissent fulmina montis.
Includiúe sua potuisset Iuppiter arce
Captus, uel caput his orbis foret, igne sepulto
Vulneribus uictor repetisset Mutius urbem.
Solus & appositis clausisset Horatius armis
Pontem urbemq́ simul, rupisset fœdera Virgo.
Tresq́ sub unius fratres uirtute iacerent.
Nulla acies tunc euicit, pendebat ab uno
Roma uiro, regnumq́ orbis sortita iacebat.
Quid referam Cannas admotaq́ mœnibus arma?
Varronemq́ pigrum, magnum quod uiuere posset.
Postq́ tuos Trasimene locos, Fabiumq́ morantem
Accepisse iugum uictas Carthaginis arces.
Spectatum Hannibalem nostris cecidisse cathenis,
Exiliumq́ rogi furtiua morte luisse.
Adde etiam Italicas uires, Romamq́ suismet
Pugnantem membris, adiice & ciuilia bella.
Et Cimbrum in Mario, Mariumq́ in carcere uictum.
Quod consul totiens exulq́ ex exule consul.

Et iacuit Libycis compar iactura ruinis.
Atq; crepidinibus cœpit Carthaginis orbem
Hoc nisi fata darent, nunquam fortuna tulisset.
Quis te Niliaco periturum littore Magne
Post uictas Mitridatis opes pelagus'q; receptum,
Et tres emenso meritos ex orbe triumphos,
Cum'q; etiam posses alium cognoscere Magnum,
Crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,
Et collecta rogum facerent fragmenta carinæ.
Quis tantum mutare potest sine numine fati?
Ille etiam cœlo genitus, cœlo'q; receptus,
Cum bene compositis uictor ciuilibus armis
Iura togæ regeret, totiens prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante senatu
Indicium dextra retinens, nomen'q; cruore
Deleuit proprio, possent ut uincere fata.
Quid numerem euersas urbeis regum'q; ruinas?
In'q; rogo Crœsum, Priamum'q; in littore truncum,
Cui nec Troia rogus? quid Xerxem maius & ipso
Naufragium Pelago? quid captos agmine reges
Romanis positos, raptos'q; ex ignibus ignes,
Cedentem'q; uiro flammam, qui templa ferebat?
Quot subitæ ueniunt ualidorum in corpora mortes?
Se'q; ipsæ rursus fugiunt errant'q; per igneis.
Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris.
Atq; his uita duplex, illis uix contigit una.
Ecce leuis perimit morbus, grauior'q; remittit.
Succumbunt artes, rationis uincitur usus.
Cura nocet, cessare iuuat, mora sæpe malorum
Dat causas, lædunt'q; cibi, parcunt'q; uenena.
Degenerant nati patribus, uincunt'q; parentes,
Ingenium'q; suum retinent, transit'q; per illum.
Ex illo fortuna uenit, furit alter amore.
Et pontum tranare potest, & uertere Troiam,
Alterius sors est scribendis legibus apta.
Ecce patrem nati perimunt, natos'q; parentes.
Mutua'q; armati coëunt in uulnera fratres.
Non nostrum hoc bellum est, coguntur tanta mouere,
In'q; suas ferri pœnas, laceranda'q; membra.
Et Decios non omne tulit, non omne Camillos
Tempus, & inuictum deuicta morte Catonem.
Materies in rem superat, sed lege repugnat.
Et neq; paupertas breuiores excipit annos,
Nec sunt immensis opibus uenalia fata.
Sed rapit exceptos funus fortuna superbos.
Indicit'q; rogum summis, statuit'q; sepulchrum.
Quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis?
Quin etiam infelix uirtus, & noxia felix.
Et male consultis pretium est, prudentia fallit.
Nec fortuna probat causas, sequitur'q; merenteis,

Sed

Sed uaga per cunctos nullo discrimine fertur.
Scilicet est aliud, quod nos cogat'que, regat'que
Maius, & in proprias ducat mortalia leges,
Attribuat'que suos ex se nascentibus annos,
Fortunæ'que uices, permiscet sæpe ferarum
Corpora cum membris hominum, non seminis ille
Partus erit, quid enim nobis commune, feris'que?
Quis'ue in portenti noxam peccarit adulter?
Astra nouant formas, cœlum'que interserit ora.
Deniq; si non est fati, cur traditur ordo?
Cuncta'que temporibus certis uentura canuntur?
Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit.
Virtutem'ue suis fraudare in præmia donis.
Nam neq; mortiferas quisquam minus oderit herbas,
Quod non arbitrio ueniunt, sed semine certo.
Gratia nec leuior tribuetur dulcibus escis,
Quod natura dedit fruges, non ulla uoluntas.
Sic hominum menti tanto sit gloria maior,
Quod cœlo gaudente uenit, rursus'que nocenteis
Oderimus magis in culpam, pœnas'que creatos.
Nec refert scelus unde cadat, scelus esse fatendum.
Hoc quoq; fatale est, sic ipsum expendere fatum.
Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo
Cœlesteis fabricare gradus, qui ducere flexo
Tramite prudentem ualeant ad sidera uatem.
Nunc tibi signorum mores, summum'que colorem,
Et studii uarias arteis, ex ordine reddam.
Diues fœcundis Aries in uellera lanis
Exutus'que nouis rursus, spem semper habebit.
Naufragium'que inter'que subitum, census'que beatos
Crescendo cadet, & uotis in damna feretur.
In uulgum'que dabit fructus, & mille per arteis
Vellera diuersos ex se parientia quæstus.
Nunc glomerare rudis, nunc rursus soluere lanas,
Nunc tenuare leui filo, nunc ducere telas.
Nunc gemere, & uarias in quæstum uendere uesteis,
Quis sine non poterant ullæ subsistere gentes.
Vel sine luxuria, tantum est opus, ipsa suismet
Asseruit Pallas manibus, dignum'que putauit,
Se'que in Arachnæa magnum putat esse triumphum.
Hæc studia & simileis dicet nascentibus arteis.
Et dubia in trepido præcordia pectore figet,
Se'que sua semper cupientia uendere laude.
Taurus simplicibus donauit rura colonis.
Pacatis'que labor ueniet, patientia laudis,
Sed terræ tribuet partus summittit aratris
Colla, iugum'que suis poscit ceruicibus ipse.
Ille suis Phœbi portat cum cornibus orbem,
Militiam indicit terris & segnia rura,
In ueteres reuocat cultus dux ipse laboris,

Nec iacet in sulcis soluitq́ in puluere pectus
Seranos Curiosq́ tulit facilesq́ per arua
Tradidit, æque suo Dictator uenit aratro.
Laudis amor, tacitæ mentes, & corpora tarda
Mole ualent, habitatq́ puer sub fronte cupido.
Mollius è Geminis studium est, & mitior ætas
Per uarios cantus modulataq́ uocibus ora,
Et gracilis calamos, & neruis insita uerba,
Ingentemq́ sonum, labor est etiam ipsa uoluptas.
Arma procul, lituosq́ uolunt, tristemq́ senectam.
Ocia, & æternam peragunt in morte iuuentam.
Inueniunt & in astra uias numerisq́ modisq́
Consumant orbem, postquàm ipsos sidera linquunt.
Natura ingenio minor est, perq́ omnia seruit.
In tot fœcundi Gemini commenta feruntur.
Cancer & ardenti fulgens in cardine uictum
Quem Phœbus summis reuocatus curribus ambit,
Articulum mundi retinet, lucesq́ reflectit.
Ille tenax animi, nullosq́ infusus in usus
Attribuit uarios quæstus, artemq́ lucrorum.
Merce peregrina fortunam ferre per urbeis,
Et grauida annosæ speculantem incendia mentis.
Credere opes, orbisq́ orbi bona uendere posse.
Totq́ per ignotas commercia iungere terras.
Atq́ alio sub sole nouas exquirere prædas.
Et rerum pretio subitos componere census.
Nauigat, & sterileis optando sortibus annos
Dulcibus usuris æquo quoq́ tempora uendit,
Ingenium solers, suaq́ in compendia pugnax.
Quis dubitet uasti quæ sit natura Leonis,
Quasq́ suo dictet signo nascentibus arteis?
Ille nouas semper pugnas, noua bella ferarum
Apparat & pecorum spolio, uiuitq́ rapinis.
Hoc habet, hoc studium postis ornare superbos
Pellibus, & captas domibus configere prædas.
Et parare metum syluas, & uiuere rapto.
Sunt quorum similis animos nec mœnia frenent.
Sed pecorum membris media grassentur in urbe.
Et laceros artus suspendant fronte tabernæ,
Luxuriæq́ parent, cedem mortesq́ lucrentur.
Ingenium ad subitas, iras facilesq́ recessus
Aequale & puero, sententia pectore simplex.
At quibus Erigone, duxit nascentibus æuum
Ore magisterio, nudosq́ cohercita Virgo
Ad studium ducit mores, & pectora doctis
Artibus instituit, nec tam compendia census,
Quam causas, uiresq́ dabit perquirere rerum.
Ille decus linguæ faciet, regnumq́ loquendi,
Atq́ oculos mentis, qua possit cernere cuncta,
Quamuis occultis naturæ condita causis.

Hic &

Hic & scriptor erit felix, cui littera uerbum est.
Qui'que notis linguam superet, cursum'que loquentis,
Excipiet longas noua per compendia uoces.
In uitio bonus & teneros pudor impedit annos
Magna'que naturæ cohibendo munera frenat.
Hinc fœcundus erit, quod mirum in Virgine partus
Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis
Per noua maturi post addunt munera Bacchi,
Mensuræ & tribuent usus & pondera rerum.
Et Palamedeis certantem uiribus ortum.
Qui primus numeros rebus, qui munera summis
Imposuit, certum'que modum, proprias'que figuras.
Hinc etiam legum tabulas & condita iura
Nouerit, atque notis leuibus pendentia uerba.
Et licitum sciet, & uetitum quæ pœna sequatur,
Perpetuus populi priuato in limine Prætor.
Non alio potius genitus sit Seruius astro,
Qui leges potius posuit, quàm iura retexit.
Denique in ambiguo fuerit quodcunque locatum,
Et rectoris egens, diriment examina Libræ.
Scorpius armata uiolenta cuspide cauda,
Qua sua cum Phœbi currum per sidera ducit
Rimatur terras, & sulcis semina miscet.
In bellum ardenteis animos, & martia castra
Efficit, & multo gaudentem sanguine ciuem
Nec præda quàm cæde magis, cum'que ipsa sub armis
Pax agitur, capiunt saltus, syluas'que peterrant.
Nunc hominum, nunc bella gerunt uiolenta ferarum,
Nunc caput in mortem uendunt & fumus arenæ.
Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
Sunt quibus & simulachra placent, & ludus in armis,
Tantus amor pugnæ est, discunt'que per ocia bellum,
Et quodcunque pari studium producitur arte.
At quibus in bifero Centauri corpore sors est
Nascendi concessa, libet coniungere currus,
Ardenteis & equos ad mollia ducere frena,
Et totis armenta sequi pascentia campis.
Quadrupedum omne genus positis domitare magistris.
Exorare tigris, rabiem'que auferre leoni.
Cum'que elephante loqui, tantam'que aptare loquendo
Artibus humanis uaria ad spectacula molem.
Quippe feræ mixtum est hominis per sidera corpus,
Impositum'que manet, quo circa regnat in illos,
Quod'que intenta gerit curuato spicula cornu.
Et neruos tribuit membris, & acumina cordi.
Et celeres motus, nec delassabile pectus.
Festinos Capricorne foues penetralibus ignes.
Hinc artis studium'que trahis: nam quicquid in usus
Ignis agit, poscit'que nouas ad munera flammas,
Sub te censendum est, scrutari cæca metalla,

Depositas

Depositas & opes, terræq́ exurere uenas.
Materiamq́ manu certa duplicarier arte.
Quicquid & argento fabricetur, quicquid & auro,
Quod ferrum calidi soluant, atq; æra camini.
Consumentq́ foci Cererem, tua munera surgent.
Addis & in uestis studium, mercemq́ fugacem
Frigore brumalem seruans per sidera sortem,
Qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes,
Nascentemq́ facis reuocatis lucibus annum.
Hic & mobilitas rerum, mutataq́ sæpe
Mens natat, & melior iuncto sub Pisce senecta est.
Pars prior & Veneri mixto cum crimine seruit.
Ille quoq; inflexa fontem qui proiicit urna,
Cognatas tribuit iuuenilis Aquarius artes
Cernere sub terris, undas inducere terris,
Ipsaq́ conuersis aspergere fluctibus astra.
Littoribusq́ nouis per luxum ludere ponto.
Et uarios fabricare lacus & flumina ficta.
Et peregrinantis domibus suspendere riuos.
Mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda
Quippe etiam mundi faciem, sedesq́ mouebit
Sidereas, cœlumq́ nouum uersabit in orbem.
Quæ per aquas ueniunt operum portisq́ sequentur.
Mite genus, dulcesq́ fluunt ad sidera partus.
Pectora nec sordent, faciles in damna feruntur.
Nec deest, nec superest census, sic profluit urna.
Vltima quos Gemini producunt sidera Pisces,
His erit in pontum studium, uitamq́ profundo
Credent, & puppis, aut puppibus arma parabunt,
Quicquid & in proprios pelagus desiderat usus.
Innumeræ ueniunt artes, uix nomina rebus
Sufficiunt, tot sunt paruæ quoq; membra carinæ.
Adde gubernandi studium, peruenit in astra.
Et pontum cœlo coniunxit, nouerit orbem
Fluminaq́ & portus mundi uentosq́ necesse est.
Iamq́ huc atq; illuc caligine uertere clauum,
Et frenare ratem, fluctusq́ effindere rectos.
Aut remis agere & lentas inflectere tonsas.
Et placidum ductis euertere retibus æquor.
Littoribusq́ suis populos exponere captos.
Aut uncos cœlare cibis, aut carcere fraudem.
Naualeis etiam pugnas, prudentia bella
Attribuunt, pelagiq́ infectos sanguine fluctus.
Fœcundum genus est nautis, & amica uoluptas.
Et celeres motus, mutataq́ cuncta per æuum.
Hos tribuunt mores, atq; has nascentibus arteis
Bis sex materia propria pollentia signa.
Sed nihil in semet totum ualet, omnia uires
Cum certis sociant signis sub partibus æquis,
Et uelut hospitio mundi commercia iungunt,

Conce-

Conceduntq́ suas parteis retinentibus astris.
Quam partem decimæ dixere decania gentes,
A numero nomen positum est, quod partibus astra
Condita tricenis propria sub sorte feruntur.
Et tribuunt denas in se coëuntibus astris.
Inq́ uicem ternis habitantur sidera signis,
Sic altis natura manet consepta tenebris.
Et uerum in cœlo est multaq́ ambagine rerum.
Nec breuis est usus, nec amat compendia cœlum.
Verum aliis alia opposita est, & fallit imago.
Mentiturq́ suas uires, & nomina cælat.
Quæ tibi non oculis alta, sed mente fuganda est
Caligo, penitusq́ deus non fronte notandus.
Nunc quæ sint coniuncta, quibus, quoúe ordine reddam.
Ne lateant aliæ uires aliena per astra.
Altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
Sic inter densas diuisum ducitur astrum.
Tot ducit uires, dominos quotquotq́ recepit.
Diuersa in Tauro ratio est, nec parte sub illa
Censetur, Cancro primam, mediamq́ Leoni,
Extremam Erigonæ tribuit natura per astrum.
Stat tamen, & proprias miscet per singula uires.
Libra decem partes Geminorum prima capessit.
Scorpius adiuncta Centauri tertia parte.
Nec quisquam numero discernitur, ordine cedi.
Cancer in aduersum Capricorni dirigit astrum.
Bis quinas primum parteis dignatur in illo
Temporis articulo, sub quo censetur & ipse,
Quod facit æqualeis luces brumalibus umbris,
Cognatamq́ gerit diuerso in cardine legem.
Alterius partis perfundit Aquarius ignes,
Quem subeunt Pisces extremo sidere Cancri.
At Leo consortis meminit sub lege trigoni,
Lanigerumq́ ducem recipit, Taurumq́ quadrato
Coniunctum sibi sub Geminis pars tertia fertur.
Hos quoq́ coniungit per senos linea flexus.
Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem.
Cum tribuit primam partem, uicina relicta est.
Vicino Nemeæ tibi pars ipsius una est,
Quæ fastidito concessa est iure potiri.
Sed Libra exemplo gaudet, paritérq́ regentem
Noctes atq́ dies diuerso in tempore secum
Lanigerum sequitur, ueris iuga temperet illa.
Hic autumnalis componit lucidus horas.
Nulli concedit primam, traditq́ sequenti
Vicinam partem, Centauri tertia summa est.
Scorpius in prima Capricornum parte locauit
Alterius dominum, cui nomen fecit ab undis
Extremas uoluit parteis sub Piscibus esse.
At qui contento minitatur spicula neruo

Lanigero primas tradit sub iure trigoni.
Et medias Tauro parteis, Geminisq́ supremas.
Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi,
Sed munus reddit Cancro, recipitq́ receptus.
Principiumq́ sui donat, coniuncta Leoni
Regna ferunt summas partes & Virginis esse
Fontibus æternis gaudens Vrnaq́ fluent,
Iura sui Libræ permittit prima regenda.
Hærentisq́ decem partis nota uindicat ipsa.
Summas Centaurus retinet iuuenile per astrum:
Iam superant Gemini, Pisces, qui sidera claudunt.
Lanigero primos tradunt in finibus usus.
Perq́ decem medias parteis tu Taure receptus,
Quod super est ipsi sumunt, atq; orbe feruntur
Extremo, sic & sortis pars ultima cedit.
Hæc ratio retegit latitantis robora mundi.
In plurisq; modos repetitaq́ nomina cœlum
Diuidit, & melius sociat quoq; sæpius orbem.
Ne tua sub titulis fallantur pectora notis,
Dissimulant, non ostendunt mortalibus astra.
Altius est acies animi mittenda sagacis,
Inq́ alio quærenda manet, iunctisq́ sequendum
Viribus, & cuius signi quis parte creatur,
Eius habet mores, atq; illo nascitur astro.
Talis per denas sortis natura feretur.
Testis erit uarius sub eodem sidere fœtus.
Quodq́ in tam multis animantum milibus, uno
Quæ ueniunt signo, tot sunt quot corpora mores.
Et genus externum referunt, aliena per astra.
Confusiq́ fluunt partus hominum, atq; ferarum.
Scilicet in partis iunguntur condita pluris,
Diuersasq́ ferunt proprio sub nomine leges.
Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra,
Nec Gemini Musas, nec merces Cancer amabit,
Nec Leo uenator, ueniet nec Virgo magistra,
Mensuris aut Libra potens, aut Scorpius armis,
Centaurusq́ feris, igni Capricornus, & undis
Ipse suis iuuenis, geminiq́ per æquora Pisces.
Mixta, sed in pluteis sociantur sidera uires.
Multum, inquis, tenuemq́ iubes me ferre laborem,
Cernere cum facili lucem ratione uiderer.
Quod quæris, deus est, conaris scandere cœlum,
Fataq́ fatali genitus cognoscere lege,
Et transire tuum pectus mundoq́ potiri.
Pro prætio labor est, nec sunt immunia tanta.
Nec mirere uiæ flexus, rerumq́ cathenas.
Admitti potuisse sat est, sint cætera nostra.
At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
Rursus & in magna mergis caligine mentem.
Obstabitq́ suis opibus super addita tellus.

Vt ue-

Vt fieniant geminæ, totus transibitur orbis.
Nec lapidum precio pelagus cœpisse pigebit.
Annua soliciti consumant uota coloni.
Et quantæ mercedis erunt fallacia tuta.
Quæremus lucrum nauis, mortem'q; sequemur
In prædas, pudeat tanto bona uelle caduca.
Luxuriæ quoq; est hoc, uigilat'q; ruinis
Venter, & ut pereant suspirant sæpe nepotes.
Quid cœlo dabimus? quantum est, quod ueniat omne?
Impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso.
Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.
Nec satis est signis dominantia discere signa
Per denos numeros, & quæ sint insita cuiq;.
Sed proprias parteis ipsas spectare memento.
Vel glacie rigidas, uel quas exu ssetat ignis,
Et steriles utroq; tamen, quas largior humor,
Quaq; minor iam succus obit, nanq; omnia mixtis
Viribus, & uario consurgunt sidera textu.
Est æquale nihil, terrenos aspice tractus,
Et maris, & notis fugientia flumina ripis.
Crimen ubiq; frequens, & laudi noxia iuncta est.
Sic sterilis terris lætis interuenit annus.
Ac subitos rumpit paruo discrimine fœtus,
Et modo portus erat pelagi, iam facta Charybdis.
Laudari'q; cadit post paulum gratia ponti.
Et nunc per scopulos, nunc campos labitur amnis
Aut faciens iter, aut quærens uenit'ue redit'ue.
Sic etiam cœli partes uariantur in astris.
Vt signum à signo, sic à se discrepat ipso.
Momento'q; negat uires utroq; salubreis.
Quod'q; per has geritur partes, sine fruge creatur,
Aut cadit, aut multis sentit bona mixta quærelis.
Hæ mihi signandæ proprio sunt carmine partes.
Sed quis tot numeros toties sub lege referre,
Tot parteis iterare queat, tot discere summas?
Per uarias causas faciem mutare loquendi?
Incidimus sic uerba, piget, sed gratia deerit.
In uanum'q; labor cedit, quem despicit auris.
Sed mihi per carmen fatalia iura ferenti,
Et sacros cœli motus ad iussa loquendum est.
Nec fingenda datur, tantum monstranda figura.
Ostendisse deum nimis est, dedit ipse sibimet
Pondera, nec fas est uerbis suspendere mundum.
Rebus enim maior, nec parua est gratia nostri
Oris, si tamen hæc poterit signare canenda.
Accipe, damnandæ quæ sint per sidera partes.
Lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris.
Septima pars illi ac decuma decumæ'q; secunda,
Quæ'q; duas duplicat summas septem'q; nouem'q;.
Vna'q; uiginti numeris pars addita laudet.

Et quintam & duram consumat septima partem:
Tauri nona mala est, similis quoq; tertia pars est
Post decumam, necnon decumæ pars septima iuncta est,
Bis undena nocens, & bis duodena nocentes.
Quæq; decem tres'q; ingeminat fraudata duobus
Triginta numeris, & tu trigesima summa es.
Pestifera in Geminis pars prima, & tertia signis.
Septima non melior, ter quina & noxia per se.
Vna'q; bis denis breuior nocet, una'q; maior.
Et similis noxæ ueniet uicesima quinta.
Cum'q; duæ subeunt, uel cum se quattuor addunt.
Nec Cancri prima immunis, nec tertia pars est.
Nec sexta octauæ similis, decumæ'q; peracta.
Prima rapit, nec ter quintæ clementior usus.
Septima post decimam luctum, & uicesima portat.
Et quinta accedens, & septima, nona'q; summa.
Tu quoq; contactu primo Nemeæe timendus
Et prima sub parte premis, & quinta salubris.
Ter'q; caret cœlo uicesima, & altera lædit
Et tribus appositis iunctum est totidem'q; secutis.
Vltima nec prima melior tricesima pars est.
Erigones nec pars prima est, nec sexta, nec una
Ad decumam, nec quarta, nec octaua utilis unquam;
Proxima uiginti numeris, & quarta timendæ.
Et quæ ter decimam claudit sors ultima partem.
Et quinta in Chelis, & septima inutilis æstu.
Septima & undecima est, decimæ'q; & tertia iuncta est.
Quarta'q; bis denis actis, & septima, & ambæ,
Quæ numerum claudunt, necnon tricesima partes.
Scorpius in prima reus, cui tertia pars est,
Et sexta, & decima, & quæ ter quinta notatur
Vndecimam geminans, & quæ uicesima quinta est,
Octauo'q; manet numero, uotum'q; capessit,
Si te fata sinant, quartam ne dilige partem.
Centauri fuge, & octauam bis sex'q; peractis,
Octo bis aut denis metuendus dicitur aër.
Cum'q; iterum duodena refert, aut terna, decem'q;,
Aut septena quater, uel cum ter dena figurat.
Nec pars optanda est Capricorni, septima nonæ
Consentit, decimam'q; sequens, quam tertia signat.
Et tribus aut una, quæ te uicesima fraudat.
Quæ'ue auget quinto numero, uel septima fertur.
Damnanda est decimæ succedens prima peractæ.
Tertia'q; & quinta est numero, quæ condita non est
Et post uiginti prima, & uicesima quinta.
Cum'q; illa quartam accumulat, uicesima nona.
Tertia per Geminos, & quinta & septima Pisces
Vndecima. & decimæ metuenda est septima iuncta.
Et quinta in quinos numeros reuocata'q;, duas'q;
Accipiens ultra summas, metuenda feretur.

Hæ partes sterilem ducunt & frigore & igni
Aëra uel siccum, uel quod superauerit humor.
Si rapidus Mauors igneis iaculatur in illum,
Saturnus fumet glaciem, Phœbusq́ calores.

De effectu duodecim signorum. Cap. II

NEc te perceptis signorum, cura relinquat
Partibus, in tempus quædam mutantur, & ortu
Accipiunt proprias uires, ultroq́ remittunt.
Namq́ ubi se summis Aries extollit ab undis,
Et ceruice prior, flexis quoq; cornibus ibit,
Non contenta suo generabit pectora censu.
Et dabit in prædas animos, soluetq́ pudorem.
Tantum audire iuuat, sic ipse in cornua fertur.
Et ruit, & mutat non ullis sedibus idem.
Mollia per placidas delectant ocia curas.
Sed iuuat ignotum semper transire per orbem,
Scrutariq́ nouum Pelagus, totius & esse
Orbis in hospitio, testis tibi laniger ipse,
Cum uitreum findens aurato uellere pontum
Orbatumq́ sua Phryxum per fata sorore
Phasidos ad ripas, & Colchida terga reuexit.
At quos prima creant nascentis sidera Tauri,
Fœminei iaceant, nec longe causa petenda est.
Si modo per causas naturam quærere fas est.
Auersus uenit in cœlum, diuesq́ puellis
Pleiadum paruo referens glomerabile sidus.
Accedent quoq; rursus opes, propriaq́ iuuencum
Dote per inuersos exornat uomere campos.
Sed Geminos æqua profert cum uincula cogit
Parte, dabit studia, & doctas producet ad arteis.
Nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore
Corda creat, & uoce bonos, citharaq́ sonanti
Instruit, & dotes alto cum pectore iungit.
At niger obscura Cancer cum nube feretur,
Quæ uelut extinctis Phœbeis ignibus ignes
Deficit, & multa fuscat caligine sidus,
Lumina deficient artus, geminamq́ creatis
Mortem fata dabunt, sed quisq; & uiuit & effert
Si quis per summas auidus produxerit undas.
Ora Leo, & scandat malis hiscentibus orbem,
Ille patri, natisq́ reus, quas cœperit ipse
Non legabit opes, censuq́ immergit in ipso.
Tanta fames, animumq́ sibi, tam dira cupido
Corripit, ut capiat semet, neq; compleat unquam,
Inq́ epulas funus reuocet, pretiumq́ sepulchri.
Erigone surgens, quæ rexit secula prisca
Iustitia, rursusq́ eadem labentia fugit,
Alta per imperium tribuit fastigia summum,
Rectoremq́ dabit legum, iurisq́ sacrati
Sancta pudicitiam diuorum templa colentem.

Sed cum autumnales cœperunt surgere Chelæ,
Felix æquato genitus sub pondere Libræ
Iudex extremæ sistet, uitæ´q; necis´q;.
Imponet´q; iugum terris, leges´q; rogabit.
Illum urbes & regna trement, nutu´q; regentur
Vnius & cœli post terras iura manebunt.
Scorpius extremæ cum tollit lumina caudæ,
Siquis erit stellis tum suffragantibus ortus
Vrbibus augebit terras, iunctis´q; iuuencis
Mœnia subcinctus curuo describet aratro,
Aut sternet positas urbeis, in´q; arua reducet
Oppida, & in domibus maturas reddet aristas.
Tanta erit & uirtus, & cum uirtute potestas.
Necnon Arcitenens prima cum ueste resurgit,
Pectora clara dabit bello, magnis´q; triumphis
Conspicuum patrias uictorem ducet ad arces.
Alta´q; nunc statuet, nunc condita mœnia uertet.
Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis
Inuidet in facie, sæuit´q; asperrima fronti.
Horrendus bello Trebiam, Cannas´q;, Lacum´q;
Ante fugam talis pensabat in agmine uictor.
Vltimus in caudæ Capricornus acumine summo
Militiam in ponto dictat, Puppis´q; colendas,
Dura ministeria & uitæ discrimen inertis.
Quod si quem sanctum uelis castum´q; probum´q;,
Hic tibi nascetur cum primus Aquarius exit.
Ne ue sit ut primos animus procedere Pisces,
Garrulitas odiosa datur, linguæ´q; uenenum
Verba maligna nouas mussanteis semper ad aureis,
Crimina per populum populi fert ore bilingui.
Nulla fides inerit natis, sed summa libido.
Ardentem medios animum libet ire per igneis.
Scilicet in Piscem sese Cytherea notauit,
Cum Babyloniacas summersa profugit in undas
Anguipedem alatos unguis Typhona ferentem.
Inseruit´q; suos squammosis Piscibus ignes.
Nec solis fuerat Geminis sub Piscibus ortus,
Frater erat dulcis´ue soror, mater´ue duorum.

De diuisione orbis in quatuor partes & totidem uentos, & de descriptione eiusdem, & gentium diuersitate, de terræ etiam regionibus unicuiq; signo subiectis. Cap. III

NVnc age diuersis dominantia sidera terris
Percipe, sed summa est rerum referenda figura.
Quattuor in partes cœli describitur orbis.
Nascentem´q;, ipsum´q; diem, medios´q; calores,
Te´q; Helice, totidem uenti de partibus iisdem
Erumpunt, secum´q; gerunt per inania bellum.
Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu.
Auster amat medium solem, Zephyrus´q; profundum.
Hos inter binæ mediis è partibus auræ

Expirant

Expirant similes mutato nomine flatus.
Ipsa notat tellus Pelagi lustrata corona
Cingentis medium liquidis amplexibus orbem.
In´q; sinus pontum recipit, qui uespere ab atro
Admissus dextra, Numidas, Libyam´q; calentem
Abluit, & magnæ quondam Carthaginis arces,
Littora´q; in Syrteis reuocans sinuata uadosas.
Rursus´q; ad Nilum directis fluctibus exit.
Leua freti cedunt Hispanas æquore gentes,
Te´q; in uicinis hærentem Gallia terris,
Italiæ´q; urbes dextram sinuantis in undam
Vsq; canes ad Scylla tuos, auidam´q; Charybdim.
Ac ubi se primum porta mare fudit ab illa,
Et natat Ionio, laxas´q; uagatur in undas.
Et prius in leuas effundens circuit omnem
Italiam, atq; Adriam comitatus nomine pontum,
Eridani´q; bibit fluctus, secat æquore uelum
Illyricum, Epirum´q; lauat, claram´q; Corinthum,
Et Peloponnesi patulas circumuolat oras.
Rursus & in leuum refluit, uasto´q; recessu
Thessaliæ fineis, & Achaia præterit arua.
Hic pontus iuuenis´q; fretum, mersæ´q; puellæ.
Traditur inuitum fauces´q; Propontidos apto
Euxino iungi ponto, Meotis & undis,
Quæ tergo coniuncta manet, pontum´q; ministrat.
Inde ubi in angustas iterum se nauita parteis
Hellespontiacis reuocatus fluctibus effert,
Icareum, Egæum´q; secat, leua´q; nitenteis
Miratur populus Asiæ, totidem´q; trophæa,
Quot loca, & innumeras gentes, arcum´q; minantem
Fluctibus, & Cilicum populos, Syriam´q; perustam,
Ingenti´q; sinu fulgentes æquore terras,
Donec in Aegyptum redeunt curuata per undas
Littora Niliacis uerum morientia ripis.
Hæc medium terris circundat linea pontum.
Atq; his undarum tractum constringit arenis.
Mille iacent mediæ diffusa per æquora terræ.
Sardiniam in Libyco signant uestigia plantæ.
Trinacria Italia tantum præcisa recessit.
Aduersa Euboicos miratur Græcia monteis.
Et genitrix Cretæ ciuem sortita tonantem.
Pulsatur Cypros, Aegyptia fluctibus omnis.
Tot´q; minora solo tamen emergentia ponto
Littora, & æqualis Cyclades, Delon´q;, Rodon´q;.
Aulida´q; & Tenedon, uicina´q; Corsica terris.
Littora Sardiniæ, prima´q; intrantis in orbem
Oceani uictricem Ebusum, & Balearica regna.
Innumeri surgunt scopuli, montes´q; per altum.
Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusus
Faucibus abreptis orbem, nam littora plura

Impulit oceano potius, sed montibus altis
Est uetitus totam ne uinceret æquore terram.
Nanque inter Boream, pontumque æstate nitentem
In longo angusto penetrabilis æquore fluctus
Peruenit, & patulis tum demum funditur aruis.
Caspiaque exigui similis facit æquora ponti.
Altera sub medium solem duo bella per undas
Intulit oceanus terris, nam Persica fluctus
Arua tenent, titulum pelagi prædatus ab iisdem,
Quæ regit ipse locis, latoque infunditur orbi.
Nec procul in molis Arabas, terramque ferentem.
Delitias, uariæque nouos radicis odores
Leniter adfundit geminantia littora pontus
Et terræ mare nomen habet, media illa duobus
Quondam Carthago regnum sortita sub armis
Ignibus, Albanas cum contudit Hannibal arces,
Fecit & æternis Trebiam, Cannasque sepulchris
Obruit, & Libyam Italicas infudit in urbeis.
Hic uarias pesteis, diuersaque monstra ferarum.
Concessit bellis natura infesta futuris
Horrendos angueis, habitataque membra ueneno
Et mortis partus uiuentia crimina terræ.
Et uastos elephantes habet, sæuosque leones
In pœnas fœcunda suas parit horrida bella.
Et portentosos Cyclopum ludit in ortus.
Ac sterili peior siccas infestat arenas,
Donec ad Aegypti ponet sua iura colonos.
Inde Asiæ populi, diuesque per omnia tellus,
Auratique fluunt amnes, gemmisque relucet
Pontus, odoratæ spirant medicamina syluæ.
India notitia maior, Parthique uel orbis
Alter, & in cœlum surgentis mœnia Tauri.
Totque illum circa diuisæ nomine gentes,
Ac tantum Scythicas dirimentes fluctibus urbes.
Meotisque lacus, Euxinique aspera ponti
Aequora, & extremum Propontidos Hellespontum,
Hic Asiæ metam posuit natura potentis.
Quod superest Europa tenet, quæ prima natantem
Fluctibus excepitque Iouem, Taurumque resoluit
Pondere passa suo, signique, onerique iuuauit.
Ille puellari donauit nomine fluctus.
Et monumenta sub hoc titulo sacrauit amoris.
Maxima terra uiris, & fœcundissima doctis
Vrbibus, in regnum florentes oris Athenæ,
Sparta manu, Thebas diuisit rege uel uno.
Princeps illa domus Troiani Græcia belli.
Thessalia, Epirusque potens, uicinaque ripis
Illyris, & Thrace Martem sortita colonum.
Est stupefacta suos inter Germania partus,
Gallia Prætensis, Italia maxima bellis.

Italia

Italia in summam, quam rerum maxima Roma
Imposuit terris, cœloq; adiungitur ipsa.
Hic erit in fines orbis, pontusq; uocandus,
Quem deus in parteis, & singula diuidit astra.
Ac sua cuiq; dedit tutelæ regna per orbem,
Et proprias genteis, atq; urbis addidit altas,
In quibus efferrent præstantis sidera uires.
Ac uelut humana est signis descripta figura.
Et quanquam communis eat tutella per omne
Corpus, & in proprium diuisis artubus exter.
Nanq; Aries capiti, Taurus ceruicibus hæret,
Brachia sub Geminis, censentur pectora Cancro.
Te scapulæ Nemeæ uocant, teq; Ilia uirgo.
Libra colit clunes, & Scorpius inguine regnat.
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amauit.
Cruraq; defendit iuuenis, uestigia Pisces.
Sic alias aliud terras sibi uendicat astrum.
Idcirco in uarias leges, uariasq; figuras
Dispositum genus est hominum, proprioq; colore
Formantur gentes, sociataq; iura per artus
Materiamq; parem priuato fœdere signant.
Flaua per ingenteis surgit Germania partus.
Gallia uicino nimis est infecta rubore.
Asperior solidos Hispania contrahit artus.
Martia Romanis orbis pater induit ora.
Gradiuumq; suum miscens bene temperat artus.
Perq; coloratas subtilis Græcia gentes
Gymnasium præfert uultu, fortesq; palæstras.
Et Syriam produnt torti per tempora crines.
Aethiopes maculant orbem, terrasq; figurant.
Perfusas hominum gentes minus India tostas
Progenerat, mediumq; facit moderata tenorem.
Iam propior tellusq; natans Aegyptia Nilo
Lenius irriguis infuscat corpora campis.
Pœnus arenosis Aphrorum puluere terris
Exiccat populos, & Mauritania nomen
Oris habet, titulumq; suo fert ipsa colore.
Adde sonos totidem uocum, totidem insere linguas.
Et mores, pro sorte pares, ritusq; locorum.
Adde genus proprium simili sub semine frugum,
Et Cererem uaria redeuntem messe per orbem,
Nec paribus siliquas referentem uiribus omneis.
Nec te Bacche pari donantem munere terras,
Atq; alias aliis fundentem collibus uuas.
Cinnama nec totis passim nascentia campis.
Diuersas pecudum facies, propriasq; ferarum.
Et duplici clausos elephantes carcere terræ.
Quot partes orbis, totidem sub partibus orbes.
Et certis descripta nitent rationibus astra.
Perfunduntq; suo subiectas æquore genteis.

Laniger in medio sortitur sidera mundo.
Cancrum inter gelidum per tempora uertitur axis.
Adserit in uires, positum'que euicerat ipse
Virgine delapsa cum fratrem ad littora uexit.
Et minui defluit onus, dorsum'que leuari
Illum etiam uenerata colit uicina Propontis,
Et Syriæ gentis, & laxo Persis amictu
Vestibus ipsa suis hærens, Nilus'que tumescens
In Cancrum & tellus Aegypti iussa natare.
Taurus habet Scythicos pontus sinuatus in arcus.
Taurus habet Scythiæ monteis, Asiam'que potentem,
Et molles Arabes, syluarum ditia regna.
Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus
Sub Geminis te Phœbe colit, post brachia fratris
Vltimus, & solitus Ganges, colit India Cancrum.
Ardent Aethiopes Cancro, cui plurimus ignis.
Hoc color ipse docet, Phrygia Nemeæe potiris
Idææ matris famulus regni'que ferocis
Cappadocum Armeniæ'que iugis, Bithynnia diues
Te colit, & Macedum tellus, quæ uicerat orbem.
Virgine sub casta felix terra'que, mari'que
Est Rhodos, hospitium recturi principis orbem.
Tu'que domus uere Solis, cui tota sacrata es,
Cum caperes lumen magni sub Cæsare mundi,
Ioniæ quæ sunt urbes, & Dorica rura,
Arcades antiqui, celebrata'que Caria fama.
Quod potius regat Italiam si se legis astrum,
Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera nouit
Designat summas, & iniquum separat æquo.
Tempora quo pendent, cedunt quo nox'que, dies'que,
Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma
Orbis & imperium retinet discrimina rerum
Lancibus & positas gentes, tollit'que, premit'que.
Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.
Et propriis frenat pendentem nutibus orbem.
Inferius uictæ sidus Carthaginis arces,
Et Libyam, Aegypti'que latus, donata'que regna
Tyrrhenas lachrymis radiatus Scorpius arces
Eruit, Italiæ'que tamen respectat ad undas.
Sardiniam'que tenet, fusas'que per æquora terras.
Gnosia Centauro tellus circundata ponto
Paret, & ingenuum Minois filius astrum
Ipse uenit, geminus celeris, hinc Creta sagittas
Asserit, intentos'que imitatur sideris arcus.
Insula Trinacriæ fluitantem adiuta sororem
Subsequitur Creten, sub eodem condita signo,
Proxima'que Italiæ, & tenui diuisa profundo
Ora, patris sequitur leges, nec sidere rapta est.
Tu Capricorne regis, quicquid sub Sole cadente
Expositum, gelidam'que Helicen quod tangit, ab illo

Hispanas genteis, seu quod fert Gallia diues,
Teq́ feris dignam tantum Germania matrem
Asserit ambiguum sidus, terræq́, marisq́
Aestibus assiduis terram, pontumq́ tenentem.
Sed iuuenis nudo formatus mollior arcu
Aegypto Adleptimq́ arces Tyriasq́ recedit.
Et Cilicum genteis uicina & Aquarius arua.
Piscibus Euphrates datus est ubi Piscis arator
Cum fugeret Typhona Venus subsedit in undis.
Magna iacet tellus magnis circundata ripis.
Parthi, sed Parthis domitæ per secula gentes.
Bactraq́, & Herios Babylon, & Susa, Panosq́.
Nominaq́ innumeris uix amplectenda figuris.
Et Tigris & rubri radiantia littora ponti.
Sic diuisa manet tellus per secula cuncta,
E quibus in proprias parteis sunt iura trahenda.
Nanq́ eadem quæ sunt signis, commercia seruant,
Vtq́ illa inter se coëunt, odioq́ repugnant,
Nunc aduersa polo, nunc & coniuncta trigono,
Quæq́ alia in uarios effectus causa gubernat.
Sic terræ terris respondent, orbibus orbes,
Littora littoribus, regnis contraria regna.
Sic erit & sedes fugienda, petenda cuiq́.
Sic speranda fides, sic & metuenda pericla,
Vt genus in terram cœlo descendit ab alto.

De signis Eclipticis. Cap. IIII

PErcipe nunc etiam, quæ sint ecliptica Graio
Nomine, quæ certos quasi delassata per annos
Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.
Scilicet immenso, nihil est æquale sub æuo,
Perpetuosq́ tenet flores, unumq́ colorem
Mutantur, sed cuncta diu uariantur in orbe.
Et fœcunda suis subsistunt frugibus arua,
Continuosq́ negant partus effœta creando.
Rursus quæ fuerant steriles ad semina terræ
Post noua sufficiunt, nullo mandante tributa.
Concutitur tellus uariis compagibus hærens.
Subducitq́ solum pedibus, natat orbis in ipso.
Et uenit oceanus pontum, sitiensq́ resoluit
Nec sese ipse capit, sic quondam merserat urbes,
Humani generis cum solus constitit hæres
Deucalion, scopuloq́ orbem possedit in uno.
Necnon cum patrias Phaëthon tentauit habenas
Arserunt gentes, timuitq́ incendia cœlum,
Fugeruntq́ nouas ardentia sidera flammas,
Atq́ uno timuit condi natura sepulchro.
In tantum longo mutantur tempora cuncta.
Atq́ iterum in semet redeunt, sic tempore certo
Signa quoq́ amittunt uires, sumuntq́ receptas.
Causa patet, quod Luna suis defecit in astris

Orba

Orba sui fratris, noctis'que immersa tenebris,
Cum medios Phœbi radios intercipit orbis,
Nec trahit in cæcum, quo fulget Delia lumen.
Hæc quoque signa suo pariter cum sidere languent.
Incuruata simul solito'que excepta uigore
Et ueluti claram Phœben in funere lugent.
Ipsa docet titulos causæ'que ecliptica signa.
Dixere antiqui, pariter sub bina laborant,
Nec uicina loco, sed quæ contraria fulgent
Sicut Luna suo tunc tantum deficit orbe,
Cum Phœbum aduersis currentem non uidet astris.
Nec tamen æquali languescunt tempore cuncta.
Nanque modo infectus totus producitur annus.
Nunc breuius lassata manent, nec longius astra,
Excedunt'que suo Phœbea tempora casu.
Atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,
Implerunt'que suos certa statione labores,
Bina per aduersum cœlum fulgentia signa
Tum uicina labant ipsis hærentia signis,
Quæ prius in terras ueniunt, terras'que relinquunt,
Sidereo non ut pugnet contrarius orbi,
Sed quia mundus agit, cursus inclinat & ipsa.
Amissas'que negat uires, nec munera tanta,
Nec similes reddit noxas, locus omnia uertit.

De diuinitate animi, quo fatorum, cœliq; rationem perspicimus. Cap. V

SEd quid tam tenui prodest ratione nitentem
Scrutari mundum, si mens sua cui'que repugnat?
Spem'que timor tollit, prohibet'que è limine cœli.
Condit enim quicquid uasto natura recessu,
Mortalis'que hebetat uisus, & pectora nostra.
Nec prodesse potest, quod fatis cuncta reguntur,
Cum fatum nulla possit ratione uideri.
Quid iuuat in semet sua per conuitia ferri,
Et fraudare bonis, quæ nec deus inuidet ipse.
Quos'que dedit natura oculos deponere mentis
Perspicimus cœlum, cur non & munera cœli?
In'que ipsos penitus mundum descendere sensus,
Seminibus'que suis tantam componere mollem,
Et pretium cœli sua per nutritia ferre,
Extremum'que sequi portum, terræ'que subire
Pendentis tractus, & toto uiuere in orbe?
Quanta & pars superest rationem discere noctis.
Iam nusquam natura latet, peruidimus omnem,
Et capto potimur mundo, nostrum'que parentem
Pars sua conspicimus, geniti'que accedimus astris.
An dubium est habitare deum sub pectore nostro?
In cœlum redire animas, cœlo'que uenire?
Vt'que sit ex omni constructus corpore mundus
Aetheris atque ignis summi, terræ'que, maris'que

Spiritum

Spiritum & in toto rapidum qui iussa gubernat,
Sic esse in nobis terrenæ corpora sortis.
Sanguineasq́; animas, animi qui cuncta gubernat
Dispensatq́; hominem, quid mirum nōscere mundum
Si possunt homines, quibus est & mundus in ipsis?
Exemplum dei quisq; est in imagine parua?
An quoiquam genitos, nisi cœlo credere fas est
Esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
In terra uel mersa uadis, uel in aëre pendent.
Omnibus una quies, uenter, sensusq́; per artus.
Et quia consilium non est, & lingua remissa.
Vnus & inspectus rerum, uiresq́; loquendi
Ingeniumq́; capax, uarias educit in arteis
Hic partus, qui cuncta regit secessit in orbem.
Et domuit terram ad fruges, animalia cepit.
Imposuitq́; uiam ponto, stetit unus in arce
Erectus capitis, uictorq́; ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusq́; aspectat olympum,
Inquiritq́; Iouem, nec sola fronte decorum
Contentus manet, & cœlum scrutatur in aluo,
Cognatumq́; sequens corpus sic quærit in astris.
Hinc in tanta fidem petimus, quam sæpe uolucres
Accipiunt, trepidæq́; suo sub pectore fibræ.
An minus est sacris rationem ducere signis,
Quam pecudum mortes, auiumq́; attendere cantus.
Atq; ideo faciem cœli non inuidet orbi
Ipse deus, uultusq́; suos, corpusq́; recludit.
Semper uoluendo, seq́; ipsum inculcat & offert,
Vt bene cognosci possit, doceatq́; uidendo,
Qualis eat, doceatq́; suas attendere leges.
Ipse uocat nostros animos ad sidera mundus.
Nec patitur, quia non condit, sua iura latere.
Quis putat esse nefas nasci, quod cernere fas est.
Nec contemne tuas quasi paruo in corpore uires.
Quod ualet immensum est, sic auri pondera parui
Exuperant pretio numerosos æris aceruos.
Sic adamas punctum lapidis, pretiosior auro est.
Paruula sic totum peruisit pupula cœlum.
Quodq́; uident oculi minimum est, cum maxima cernant.
Sic animi sedes tenui sub corde locata
Per totum angusto regnat de limite corpus.
Materiæ ne quære modum, sed perspice uires,
Quas ratio, non pondus habet, ratio omnia uincit.
Ne dubites homini diuinos credere uisus.
Iam facit ipse deos, mittitq́; ad sidera numen
Maius, & augusto crescit sub principe cœlum.

LIBRI QVARTI FINIS

M. MANILII ASTRONOMICΩN

LIBER QVINTVS.

De ui, ac significatione imaginum cœli, & earum locis.


IC alius finisset opus, signis'q; relatis,
Quis aduersa meant stellarum numina quinq;
Quadriiugis, & Phœbus equis, & Delia bigis
Non ultra struxisset opus, cœlo'q; rediret,
Ac per descensum medios decurreret ignis
Saturni, Iouis, & Martis, Solis'q; sub illis
Post Venerem, & Maia natum, te Luna uagantem.
Me properare uiam mundus iubet, omnia circum
Sidera, uectatum toto decurrere cœlo,
Cum semel æthereos iussus conscendere currus
Summum contigerim sua per fastigia culmen.
Hinc uocat Orion magni pars maxima cœli.
Et Ratis heroum, quæ nunc quoq; nauigat astris.
Flumina'q; erra itis late sinuantia flexus.
Et biferum Cetum squammis, atq; ore tremendo.
Hesperidum'q; uigil custos, & diuitis auri.
Et Canis in totum portans incendia mundum.
Ara'q; diuorum, cui uota soluit olympus.
Illinc per geminas Anguis, qui labitur Arctos.
Eniochus'q; memor currus, plaustri'q; Bootes.
Atq; Ariadnææ cœlestia dona coronæ.
Victor & inuisæ Perseus cum falce Medusæ.
Andromedam'q; necat genitor cum coniuge Cepheus
Quaq; uolat stellatus equus, celeri'q; sagittæ,
Delphinus certans, & Iuppiter alite rectus.
Cætera'q; in toto passim labentia cœlo,
Quæ mihi per proprias uires sunt cuncta canenda.
Quid ualeant ortu, quid cum merguntur in undas.
Et quod de bis sex astris par quod'q; reducat.
Ac stellis proprias uires, & tempora rerum
Constituit magni quondam fabricator olympi.
Vir gregis & ponti uictor, cui parte relicta
Nomen onus'q; dedit, nec pelle immunis ab ipsa
Colchidis, & magicas arteis, qui uertere Colchon
Medeam iussit, mouit'q; uenena per orbem,
Nunc quoq; uicinam puppim ceu nauiget Argo,
Ac dextri lateris ducat regione per astra
Sed cum prima suos puppis consurgit in ignis,
Quattuor in parteis cum corniger extulit horas,
Illo quisquis erit terris oriente creatus,
Rector erit puppis, clauo'q; immobilis hærens
Mutabit pelago terras, uentis'q; sequetur
Fortunam, totum'q; uolet tranare profundum
Classibus, atq; alios menses, alium'q; uidere
Phasin & in cautes Tiphin superare trementem.
Tolle istos partus hominum sub sidere tali.
Substuleris bellum Troiæ, classem'q; solutam

Sanguine

Sanguine & apulsam terris, non inuehet undis
Sidera, nec Pelagus Xerxes facietq́, tegetq́.
Roma Syracusas, Salamis non merget Athenas.
Punica nec toto fluitabunt æquore rostra,
Acciacosq́ sinus inter suspensus uterq;
Orbis, & in ponto cœli fortuna natabit.
His ducibus cœco ducuntur in æquore classes.
Et coit ipsa sibi tellus, totusq́ per usus
Diuersos rerum uentis arcessitur orbis.
Sed summa lateris surgens de parte sinistri
Maximus. Orion magnum complexus olympum.
Quo fulgente super terras, cœlumq́ trahente,
Et mentita diem nigras nox contrahit alas
Solertis animos, uelocia corpora finget.
Atq; agilem officio mentem, curasq́ per omneis
Inde relaxato properantia corde uidere,
Instar erit populi, totoq́ habitabit in orbe
Limina peruolitans, unumq́ per omnia uerbum
Mane salutandi portans communis amicus.
Sed cum se terris Aries ter quinq; peractis
Partibus extollit primum iuga tollit ab undis
Heniochus, cliuoq́ rotas conuellit ab imo,
Qua gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis,
Ille dabit proprium studium, cœloq́ retentans
Quas prius in terris agitator amauerat arteis
Stare leui curru moderantem quattuor ora
Spumigeris frenata lupis, & flectere equorum
Præualidas uires, ac torto stringere gyro.
At cum laxato fugierunt cardine claustra,
Exagitare feros, pronumq́ anteire uolanteis.
Vixq́ rotis leuibus summum contingere campum
Vincentem pedibus uentos, uel prima tenentem
Agmina, in obliquum cursus agitare malignos.
Obstantemq́ mora totum præcludere circum.
Vel medium turbæ, nunc dextros ire per orbes
Fidentem campo, nunc meta currere acuta.
Spemq́ sub extremo dubiam suspendere casu.
Necnon alterno desultor fidere dorso
Quadrupedum, & stabilis poterit defigere plantas.
Per quos uadit equos, ludet per terga uolantum.
Aut solo uectatus equo, nunc arma mouebit.
Nunc licet in longo percussus præmia circo.
Quicquid de tali studio formatur, habebit.
Hinc mihi Salmoneus, qui cœlum imitatur in orbe
Motibus impositis, missisq́ per æra quadrigis
Expressisse sonum mundi sibi uisus, & ipsum
Amouisse Iouem terris de fulmine fingit.
Sensit & immensos igneis super ipse secutus.
Morte Iouem didicit generatus quo sit habendus
Hoc genitum credas de sidere Bellerophontem
Imposuisse uiam mundo per signa uolantem,

Cui cœlum campus fuerat,terræ'q;,fretum'q;.
Sub pedibus non ulla tulit uestigia campus.
Hic erit Heniochi surgens tibi forma cauenda,
Cum'q; decem partes Aries duplicauerit ortus,
Incipient hœdi tremulum producere mentum,
Hirta'q; tum demum terris promittere terga,
Qua dexter Boreas spirat,nec crede seueræ
Frontis opus,signo structos nec crede Catones.
Aut Brutum,atq; patrem Tarquinum,& Horatia facta.
Maius onus signi est,hœdis nec tanta petulcis
Conueniunt,leuibus gaudent,lasciua'q; signant
Pectora,& in luxus agiles,agilem'q; uigorem
Desudant,uario ducunt in amore iuuentam.
In uulnus nunquam uirtus,sed sæpe libido
Impellit,turpis'q; emitur uel morte uoluptas.
Et minimum cecidisse malum est,sed crimine uictum.
Necnon & cultus pecorum nascentibus addunt,
Pastorem'q; suum generant,cui fistula collo
Hæreat,& uoces alterna per oscula ducat.
Sed cum bis denas augebit septima partes
Lanigeri,surgunt Hyades,quo tempore natis
Nulla quies placet,in nullo sunt ocia fructu
Sed populum,turbam'q; petunt,rerum'q; tumultus.
Seditio,clamor'q; iuuat,Grachos'q; tenentes
Rostra uolunt,monteis'q; sacros,raros'q; Quirites,
Pacis bella probant,curæ'q; alimenta ministrant.
Immundos'q; greges agitant per sordida rura.
Et fidi interdum non alium genuere Bootem.
Hos generant Hyades mores surgentibus astris.
Vltima lanigeri cum pars excluditur orbi,
Quæ totum ostendit terris,atq; eruit undis
Olenie seruans prægressos tollitur hœdos.
Et gelido stellata polo quæ dextera pars est
Officio magni mater Iouis illa tonanti
Fundamenta dedit,pectus'q; impleuit Hyantis
Lacte suo,dedit & dignas ad fulmina uires
Hinc timidæ mentes,tremebunda'q; corda creantur
Suspensa in trepidis,leuibus'q; obnoxia causis.
His etiam ingenium uisendi ignota cupido
Vt noua per montes'q; ruunt arbusta capellæ
Semper,& ulterius pascentes tendere gaudent.
Taurus in aduersos præceps attollitur ortus.
Sexta parte sui certantes lucis ad horas
Pleiades ducit,quibus aspirantibus almam
In lucem educunt Bacchi,Veneris'q; sequaces.
Per'q; dapes,mensas'q; super petulantia corda,
Et sale mordaci dulceis quærentia risus.
Illis cura sui uultus,frontis'q; decoræ
Semper erit,tortos'q; inflexum ponere crineis.
Aut undis reuocare,& rursus uertice denso
Fingere,& appositis caput emutare capillis,

Pumicibus'que

Pumicibusq; cauis horrentia membra polire,
Atq; odisse uirum, steriles q; optare lacertos.
Fœmineæ uestes, nec in sunt tegmina plantis,
Sed species, fictiq; placent ad mollia gressus.
Naturæ pudet, atq; habitat sub pectore cæco
Ambitio, & morbum uirtutis nomine uitant.
Semper amare parum est, cupient & amare uideri.
Iam uero Geminis fraterna ferentibus astra
In cœlum, summoq; natantibus æquore ponti
Septima pars Leporemq; tulit, quo sidere natis
Vix alas natura negant, uolucrisq; meatus,
Tantus erit per membra uigor referentia uentos.
Ille prius uictor stadio, quàm missus abibit.
Ille cito monitus rigidos eludere cæstus.
Nunc exire leuis missos, nunc mittere palmis.
Ille pilam celeri fugientem reddere planta.
Et pedibus pensare manus, & ludere saltu,
Mobilibusq; citos ictus glomerare lacertis.
Ille potens turbam perfundere certa pilarum,
Per totumq; uagas corpus disponere plantas,
Vt teneat tantos orbeis, sibiq; ipse recludat.
Et uelut edoctos iubeat uolitare per ipsum.
Inuigilat somnis curas industria uincit,
Ocia per uarios exercet dulcia lusus.
Nunc Cancro uicina canam, cui parte sinistra
Consurgunt iugulæ, quibus aspirantibus orti
Te Meleagre colunt flamis habitantibus ustum,
Reddentemq; tuæ per mortem munera matri,
Cuius ante necem paulatim uita sepulta est,
Atq; Atlanteos conatum ferre labores,
Et Calydoniacam bellantem rupe puellam
Vincentemq; uiros, & quam potuisse uideri
Virgine maius erat sternentem uulnere primo.
Quamq; erat Acteon syluis imitandus, & antè
Quàm canibus noua præda fuit, ducuntur & ipsi
Retibus, & claudunt campos formidine mortis.
Mendacesq; parant foueas, laqueosq; tenaces.
Currenteisq; feras pedicarum compede nectunt.
Aut canibus ferroue necant, prædasq; reportant.
Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum
Diuersas facies, & cæco mersa profundo
Sternere littoreis monstrorum corpora habenis.
Horrendumq; fretis in bella lacessere pontum.
Et cælare uagos inductis retibus amneis.
Ac per nulla sequi dubitat uestigia prædas.
Luxuriæ quia terra parum fastidiet orbem
Venter, & ipse gulam Nereus ex æquore pascit.
At Procyon oriens cum iam uicesima Cancro est,
Septimaq; ex undis pars sese emergit in astra,
Venatus non ille quidem, uerum arma creatis
Venandi tribuit, catulos nutrire sagaces.

Et genus à proauis mores numerare per artes.
Retia´q; & ualida uenabula cuspide fixa.
Lenta´q; contextis formant hastilia nodis.
Et quodcunq; solet uenandi poscere cura
In proprios fabricare dabit uenalia quæstus.
Cum uero in uastos surgit Nemeæus hiatus,
Exoritur´q; Canis, latrat´q; Canicula, flammas
Et rapit igne suo, geminat´q; incendia solis,
Qua subdente facem terris, radios´q; mouente
Dimicat in cineres orbis, fatum´q; supremum
Sortitur, languet´q; suis Neptunus in undis.
Et uiridis nemori sanguis decedit & herbis.
Cuncta peregrinos orbeis animalia quærunt.
Atq; eget alterius mundus, natura suismet
Aegrotat morbis, nimios obsessa per æstus.
In´q; rogo uiuit, tantus per sidera feruor
Funditur, atq; uno ceu sint in flumine cuncta.
Hæc ubi se ponto per pronas extulit oras
Nascentem si quem pelagi constrinxerit unda
Effrenos animos, uiolenta´q; pectora fingit.
Iratum´q; dabit fluctus, odium´q; metum´q;.
Totius uulgi præcurrunt uerba loquentis.
Ante os est animus, nec magis condita causis
Corda micant, & lingua rapit, latrat´q; loquendo
Morsibus in crebris, dentes in uoce relinquit.
Ardescit uitio uitium, uires´q; ministrat.
Bacchus, & in flamma sæuas exuscitat iras.
Nec syluas rupes´q; timet, uastos´q; leones,
Aut spumantis apri dentes, atq; arma ferarum,
Effundit´q; suas concesso in robore flammas.
Nec talis mirere arteis sub sidere tali.
Cernis ut ipsum etiam sidus uenetur in astris.
Prægressum quærit Leporem comprendere cursu.
Vltima pars magni cum tollitur ore Leonis,
Crater & auratis surgit stellatus ab astris,
Inde trahit quicunq; genus, mores´q; sequentur.
Irriguos ruris campos, amneis´q; lacus´q;,
Et te Bacche tuos nubentem iungit ad ulmos.
Disponet´q; iugis imitatus fronde choreas.
Robore uel proprio fundentem in brachia ducit.
Te´q; sibi credit semper qui matre refectus
Adiungit calamis, segetem´q; interserit uuis.
Quæ´q; alia innumeri cultus est forma per orbem
Pro regione colit, nec parce uina recepta
Hauriet è miseris, & frugibus ipse fouetur,
Gaudebit´q; mero merget´q; in pocula mentem
Nec solum terræ spem credit inania uota.
Annonæ quoq; uectigal, merces´q; sequetur,
Præcipue quas humor alit, nec deserit undam.
Tales craterum mores effinget amator.
Iam subit Erigone, quæ cum ter quinq; feratur

Partibus

Partibus ereptis ponto tollentur ab undis
Cara Ariadneæ quondam monumenta coronæ.
Et molles tribuent arteis, hinc dona puellæ
Nanq; nitent illinc oriens est ipsa puella.
Ille colit nitidis gemmantem floribus ortum.
Pallenteis uiolas, & purpureos hyacinthos.
Lilia'q; & Tyrias imitata papauera luces,
Vernantis'q; rosæ rubicundo sanguine florem.
Cœruleum foliis uiridem'q; in gramine collem
Conseret, & ueris depinget prata figuris.
Aut uarios nectet flores, sertis'q; locabit.
Effinget'q; sinu, similes'q; in mutua pressos
Incoquet, atq; Arabum syluis mulcebit odores.
Et medicos unguenta dabit referentia flatus,
Vt sit adulterio succorum gratia maior,
Munditiæ cultus'q; adsunt, artes'q; decoræ,
Et lenocinium uitæ præsens'q; uoluptas.
Virginis hoc anni poscunt flores'q; coronæ.
At cum per decimam consurgens horrida partem,
Spica, feret præsens nascentis campus aristas.
Aruorum ingenerat studium, ruris'q; colendi
Semina'q; in fœnus sulcatis reddere terris,
Vsuram'q; sequi maiori sorte receptis
Frugibus innumeris atq; horrea quærere messi.
Quod solum docuit mortaleis nosse metallum,
Nulla fames, non ulla forent ieiunia terris.
Diues erat census saturatis gentibus orbis.
Et si forte labor ruris tardauerat arteis,
Quis sine nulla Ceres, non nullus seminis usus.
Subdere facturos sulcis frumenta, super'q;
Ducere pendenteis orbes, & mergere farra,
Ac torrere focis, hominum'q; alimenta parari,
Atq; unum genus in multas uarias'q; figuras.
Et quia dispositis aptatur spica per artem
Frugibus, instructus similis componitur ordo.
Seminibus'q; suis cellas atq; horrea præbet.
Sculpentem faciet sanctis laquearia templis.
Condentem'q; nouum cœlum per tecta tonantis.
Hæc fuerat quondam diuis concessa figura.
Nunc iam luxuriæ pars, & triclinia templis
Concertant, tecti'q; auro iam uescimur aurum.
Sed parte octaua surgentem cerne sagittam
Chelarum dabit, & iaculum torquere lacertis
Et calamum neruis, glebas & mittere uirgis.
Pendentem'q; suo uolucrem deprendere cœlo.
Cuspide uel triplici securum figere piscem.
Quod totum dederim Teucro sidus'ue genus'ue?
Te'ue Philoctete cui malim credere parti?
Hectoris ille faces arcus & tela fugauit.
Mittebat'q; suos igneis in mille carinas.
Hic autem pharetram Troiæ bellum'q; gerebat

Maior,& armatis hostis subsederat exul.
Quin etiam ille pater tali de sidere cretus
Esse potest,qui serpentem super ora cubantem
Infelix nati somnum'q;,animam'q; bibentem,
Sustinuit misso petere ac prosternere telo.
Ars erat esse patrem,uicit natura periclum.
Et pariter iuuenem somno'q; & morte leuauit.
Tunc iterum natum, & fato per somnia raptum.
At cum secretis improuidus Hœdus in astris
Erranti similis,fratrum uestigia quærit,
Post'q; gregem longo producitur interuallo,
Solertis animos,agitata'q; pectora fundit.
Et fingit uariis non deficientia curis.
Nec tentata domo,populi sunt illa ministra,
Per'q; magistratus & publica iura feruntur.
Non ullo curant digito quaq; ierit hasta.
Defuerit'q; bonis sector,pœnam'q; lucretur
Noxius,& patriam fraudarit debitor æris.
Cognitor est uerbis,necnon lasciuit amores
In uarios,ponet'q; forum,madet atq; liæo.
Mobilis in saltus,& scœnæ mollior arte.
Nunc surgente Lyra testudinis enatat undis
Forma per hæredem tantum prolata tonantis.
Qua quondam sonitum'q; ferens Oeagrius Orpheus
Et sensus scopulis,& syluis addidit aures,
Et diti lachrymas,& morti deniq; finem,
Hinc uenient uoces doctę,belle'q; sonantes.
Garrula quæ modulos diuersa tibia forma.
Et quodcunq; manu loquitur,flatu'q; mouetur.
Ille dabit cantus inter conuiuia dulces.
Mulcebit'q; sono Bacchum,noctes'q; tenebit.
Carmine furtiuo modulatus murmure uocem.
Solus & ipse suas semper cantabit ad aures.
Hic distante Lyra,cum pars uicesima sexta
Chelarum surget,quæ cornua ducit ad astra
Quid regione pari uix partes octo trahentes
Ara ferens thuris,stellis imitantibus ignem,
In qua deuoti quondam cecidere gygantes.
Nec prius armauit uiolento fulmine dextram
Iuppiter,antè deos,quàm constitit ipse sacerdos.
Quod potius fingent ortus,quàm templa colentes,
Atq; authoratos in tertia iura ministros.
Diuorum'q; sacras uenerantes numina uoces.
Pene deos,& qui possunt uentura uidere.
Quattuor appositis Centaurus partibus offert,
Sidera,& ex ipso mores nascentibus addit.
Aut stimulos aget,aut omnes mixtos'q; iugabit
Semine quadrupedes,aut curru celsior ibit.
Aut onerabit equos armis,aut ducet in arma.
Ille tenet medias arteis ad membra feratum,
Et non auditos mutarunt tollere motus,

Hoc est artis opus, non expectare gementis,
Et sibi non ægrum iam dudum credere corpus.
Nunc subit Arcitenens, cuius pars quinta nitentem
Arcturum ostendit ponto, quo tempore natis
Fortuna ipsa suos audet committere census,
Regalis ut opes, & sacra æraria seruent.
Regnantes sub rege manent, rerum'que ministri.
Arcitenens cum se totum produxerit undis
Ter decuma sub parte feri formantibus astris,
Plumeus in cœlum nitidis Olor euolat alis,
Quo surgente trahens lucem, matrem'que relinquens
Ipse quoque aëreos populos, cœlo'que dicatum
Alituum'que genus, studium census'que uocabit.
Mille fluunt artes, aut bellum indicere mundo,
Et medios inter uolucrem pensare meatus,
At nitidos clamare suis ratione sedentem
Pascentem'ue super fugentia ducere lina.
Tutelam'que gerent populi, domibus'ue regendis
Præpositi, curas alieno limite claudent.
Atque hæc in luxum iam uentri longius ibit,
Quod modo militiæ Numidarum pascimur oris,
Phasidos & dantis arcessitur inde macellum,
Vnde aurata nouo conuecta est æquore pellis.
Quin etiam linguas hominum, sensus'que docebit
Aërias uolucres, noua qui commercia ducet.
Verba'que præcipiet naturæ lege negata.
Ipse deum, Cygnus'que colit, uocem'que sub illo
Non totus uolucer, secum'que inmurmurat intus.
Nec te prætereant, clausas qui culmine summo
Pascere aues gaudent, Veneris & reddere cæcas.
Aut certis reuocare notis, totam'que per urbem
Qui gestant caueis uolucres ad iussa paratas,
Quarum omnes paruo consistit pascere census.
Hæserit & similis tribuens Olor aureus artes.
Arcitenens magno circundatus orbe Draconis
Cum uenit in regione tuæ Capricorne figuræ.
Non inimica facit serpentum membra creatis.
Accipiunt sinibus'que suis, peplo'que fluenti.
Oscula'que horrendis iungunt impune uenenis.
At cum se patrio producit in æquore Piscis,
In cœlum'que ferens alienis finibus ibit,
Quisquis erit tali capiens sub tempore uitam
Littoribus, ripis'que suos circunferet annos.
Pendentem & cæco captabit in æquore piscem
Cum'que suis domibus conchas, uallo'que latentis
Protrahit immersas, nihil est audere relictum.
Quæstus naufragio petitur, corpus'que profundo
Immissum pariter quàm præda exquiritur ipsa.
Nam semper tanti merces est parua laboris.
Censibus æquantur conchæ, rapidum'que notari.
Vix quisquam est locuples, oneratur terra profundo.

Tali sorte suas arteis per littora tractat.
Aut emit externos pretio, mutat'q; labores
Institor æquoreæ uaria sub imagine mercis.
Cum'q; Fidis magno succedunt sidera mundo,
Quæsitor scelerum ueniet, uindex'q; reorum,
Qui commissa suis rimabitur argumentis.
In lucem'q; trahet, tacita'q; licentia fraude.
Hinc etiam immitis tortor, pœnæ'q; minister.
Et quisquis uero fauit, culpam'ue perodit.
Proditur, atq; alto qui iurgia pectore tollat.
Cæruleus ponto cum se Delphinus in astra
Erigit, & squammam stellis imitantibus exit
Ambiguus terræ partus, pelago'q; creatur.
Nam uelut ipse citis perlabitur æquora pennis.
Nunc summum scindens pelagus, nunc alta profundi,
Et senibus uires sumit, fluctum'q; figurat,
Sic uenit ex illo quisquis uolitabit in undis
Nunc alterna ferens in lentos brachia tractus,
Et plausa resonabit aqua, nunc æquore mersas
Deducet palmas, furtiuo remus in ipso.
Nunc in aquas rectus ueniet, passim'q; natabit.
Et uada mentitus reddet super æquora campum.
Aut immota ferens in tergum membra, latus'q;
Non onerabit aquas, summis'q; accumbet in undis.
Pendebit'q; super totum sine remige pontum.
Illis in ponto iocundum est quærere pontum,
Corpora qui mergunt undis, ipsum'q; sub antris
Nerea, & æquoreas conantur uisere nymphas.
Exportant'q; maris prædas, & rapta profundo
Naufragia, atq; imas auidi scrutantur arenas.
Pars ex diuerso studet, & sociatur utrunq;
In genus, atq; uno digestum semine surgit.
Ad numeros etiam illa licet cognata per artem
Corpora, quæ ualido saliunt excussa Petauro,
Alternos'q; cient motus, delatus & ille
Nunc iacet, atq; huius casu suspenditur ille.
Membra'q; per flammas orbes'q; emissa flagrantis
Tollitur, & liquidis per humum ponuntur in undis.
Delphinum'q; suos per inane natantia motus,
Et uiduata uolant pennis, & in aëre ludunt,
At si deficient artes, remanebit in illis
Materies tamen apta, dabit natura uigorem.
Atq; alacres cursus, campo'q; uolantia membra.
Sed regione means Cepheus humentis Aquarii.
Non dabit in lusum mores, facit ora manere.
Frontis'q;, ac uultus componit pondere mentes.
Pascentur curis, ueterum'q; exempla reuoluent
Semper, & antiqui laudabunt uerba Catonis,
Tutoris'ue supercilium, patrui'ue rigorem.
Component teneros etiam qui nutriat annos.
Et dominum dominus prætextæ lege sequatur.

Quod'q;

Quod'q; agat, id credat stupefactus imagine iuris
Quinetiam Tragico præstabunt uerba cothurno,
Cuius erit quanquam in chartis stylus ipse cruentus.
Nec minus & scelerum facie, rerum'q; tumultu
Gaudebunt atri luctum memorare sepulchri,
Ructantem'q; patrem natos, solem'q; reuersum,
Et cæcum sine sole diem, Thebana iuuabit
Dicere bella uteri, mixtum'q; in fratre parentem.
Quærere Medææ natos, fratrem'q;, patrem'q;.
Hinc uestis, flammas illinc pro munere missas
Aëriam'q; fugam, uectos'q; ex ignibus annos.
Mille alias rerum species in carmine ducent.
Forsitan ipse etiam gestus referetur in actis,
At si quis studio scribendi mitior ibit,
Comica componet lætis spectacula ludis.
Ardentis iuuenes, raptas'q; in amore puellas,
Elusos'q; senes, agiles'q; per omnia seruos,
Quis in cuncta suam produxit secula uitam
Doctior orbe suo linguæ sub flore Menander.
Qui uita ostendit uitam, cursus'q; sacrauit.
Et si tanta opum uires commenta negarint,
Externis tamen aptus erit, nunc uoce poëtis
Nunc satyro gustu, referet'q; affatibus ora.
Et sua dicendo faciet, solus'q; per omneis
Ibit personas, & turbam reddet in imam.
Aut magnos heroas, aget scænis'q; togatas,
Omnes fortunæ uultus per membra reducet.
Aequabit'q; choros gestu, coget'q; uidere
Præsentem Troiam, Priamum'q; ante ora cadentem.
Nunc Aquilæ sidus referam, quæ parte sinistra
Rorantis iuuenis, quem terris substulit, ipsa
Fertur, & extentis prædam circumuolat alis.
Fulmina missa refert, & cœlo militat ales.
Bis sextam'q; notat partem fluuialis Aquarii.
Illius in terris orientis tempore natus
Ad spolia & partas surget uel cæde rapinas,
Cui'q; hominum dederint strages, dabit ille ferarum.
Nec pacem à bello, ciuem discernet ab hoste.
Ipse sibi lex est, & fert quocunq; uoluntas.
Præcipitat uires, laus est concedere cuncta.
Et si forte bonis accesserit impetus ausis,
Improbitas fiet uirtus, & condere bella
Et magnis patriam poterit ornare triumphis.
Et quia non tractat uolucris, sed suggerit arma,
Immissos'q; refert ignes, & fulmina reddit,
Regis erit, magni'ue ducis per bella minister.
Ingentis'q; suis præstabit uiribus usus
At cum Cassiope bis denis partibus actis
Aequorei iuuenis dextra de parte resurgit
Artifices auri faciet, qui mille figuris
Vertere opus possint, carni'q; acquirere dotem

Materie & lapidum uiuos miscere colores
Hinc Augusta nitent sacratis munera templis,
Et Mitridateos uultus induta trophæa
Aurea Phœbeis certantia lumina flammis
Gemmarum'q; Iuli radiantes lucibus ignes.
Hinc Pompeia manent ueteris monumenta triumphi
Et quod erat regnum pelagus fuit una malorum
Non extincta lues, semper'q; recentia flammis
Hinc lenocinium formæ, cultus'q; repertus
Corporis, atq; auro quæsita est gratia frontis
Per'q; caput ducti lapides, per colla manus'q;
Et pedibus niueis fulserunt aurea uincla
Quid potius matrona uelit tractare creatos,
Quam factum reuocare suos quod possit ad usus
Ac ne materies tali sub munere desit
Quærere sub terris aurum, furto'q; latentem
Naturam eruere, orbem'q; inuertere prædæ
Imperat, & glebas inter deprendere gazam.
Inuitam'q; nouo tandem perducere cœlo
Ille etiam fuluas auidus numerabit arenas
Perfundet'q; nouo stillantia littora ponto
Parua'q; fragmentis faciet momenta minutis
Pertulit ut legeret census spumantis in aurum
Et perlucentis cuperet prensare lapillos.
Verticibus mediis, oculos emittet auaros
Et coquet argenti glebas, uenam'q; latentem
Eruet & silicem riuo saliente liquabit
Et facti mercator erit per utrunq; metalli
Alter & alterius semper mutabit in usus.
Talia Cassiope nascentum pectora fingit,
Andromedæ sequitur sidus, quæ Piscibus ortis
Bis sex in parteis cœlo uenit aurea dextro.
Hanc quondam pœnæ dirorum culpa parentum
Prodidit infestus totis cum uiribus omnis
Incubuit pontus, timuit naufragia tellus
Proposita est merces uesano dedere ponto
Andromedam teneros ut bellua manderet artus
Hic Hymenæus erat, sola'q; in publica damna
Pro natis lachrymans ornatur uictima pœna,
Induitur'q; sinus, non hæc in uota paratos,
Virginis & uiuæ rapitur sine funere funus.
At simul infesti uentum est ad littora ponti
Mollia per duras panduntur brachia cautes
Astrinxere pedes scopulis, iniecta'q; uincla
Et cruce uirginea moritura puella pependit
Scrutatur tamen in pœna, uultus'q;, pudor'q;
Supplicia ipsa docent niuea ceruice rediuis
Molliter ipsa suæ custos est sola figuræ.
Defluxere sinus humeris, fugit'q; lacertos
Vestis, & effusi scapulis hæsere capilli.
Ter circum Alcyones pennis plausere uolantes.

Fleue-

Fleueruntq́ tuos miserando carmine casus.
Et tibi contextas umbram fecere per alas.
Ad tua continuit fluctus spectacula pontus,
Assuetasq́ sibi desiit perfundere ripas
Extulit & liquido Nereis ab æquore uultum:
Et casus miserata tuos rorauit & undas
Ipsa leui flatu reuomens pendentia membra
Aura per extremas resonauit flebile rupes.
Tandem Gorgonei uictorem Persea monstri
Felix illa dies redeuntem ad littora duxit.
Isq́ ubi pendentem uidit de rupe puellam
Diriguit facie, quem non stupefecerat hostis.
Vixq́ manu spolium tenuit, uictorq́ Medusæ
Victus in Andromeda est, iam cautibus inuidet ipsis
Felicesq́ uocat teneant quæ membra cathenas.
At postquam pœnæ causam cognouit ab ipsa
Destinat in thalamos per bellum uadere ponti
Altera si Gorgon ueniat, non territus ire,
Concitat aërios cursus, flentesq́ parentes
Promissu uitæ recreat pactusq́ Hymenæum
Ad littus remeat, grauidus iam surgere pontus
Cœperat, & longo fugiebant agmine fluctus
Impellentis onus monstri, caput eminet undas
Scindentis pelagusq́ mouet, circumsonat æquor
Dentibus, inq́ ipso rapidum mare nauigat ore,
Hinc uasti turgent immensis torquibus orbes
Tergaq́ consumunt pelagus sonat undiq́ Syrtis
Atq́ ipsi metuunt montes, scopuliq́ tuentem,
Infelix uirgo quamuis sub uindice tanto
Quæ tua tunc fuerat facies? ut fugit in auras
Spiritus, ut toto caruerunt sanguine membra
Cum tua fata cauis è rupibus ipsa uideres
Adnantemq́ tibi pœnam, pelagusq́ ferentem
Quantula præda maris? sed pennis subuolat alte
Perseus & cœlo pendens iaculatur in hostem
Gorgoneo tinctum defigens sanguine ferrum.
Illa subit contrà assurgens, conuersaq́ frontem
Erigit, & tortis innitens orbibus alte
Emicat, ac toto sublimis corpore fertur,
Sed quantum illa subit semper iaculata profundo
In tantum reuolat, latumq́ per æthera ludit.
Perseus, & ceti subeuntis uerberat ora
Nec cedit tamen illa uiro, sed sæuit in auras
Morsibus, & uani crepitant sine uulnere dentes.
Efflat & in cœlum pelagus, mergitq́ uolantem
Sanguineis uinclis, pontumq́ extollit in astra.
Spectabat pugnam pugnandi causa puella
Iamq́ oblita sui metuit pro uindice tali
Suspitans, animoq́ magis quàm corpore pendet
Tandem confossis subsedit bellua membris
Plena maris, summasq́ iterum renauit ad undas,

Et magnum uasto contexit corpore pontum,
Tuncquoq; terribilis nec uirginis ore uidenda
Perfudit liquido Perseus in marmore corpus
Maior & ex undis ad cautes peruolat altas.
Soluit'q; hærentem uinclis de rupe puellam
Desponsam pugna nupturam dote mariti
Hic dedit Andromedæ cœlum, stellas'q; sacrauit
Mercedem tanti belli quod condidit ipse
Gorgone non leuius monstrum, Pelagus'q; leuauit,
Quisquis in Andromedæ surgentis tempore ponto
Nascitur immitis, ueniet pœnæ'q; minister
Carceris & duri custos, quo stante superbæ
Prostratæ iaceant miserorum in limine matres,
Per noctes'q; patres cupiant extrema suorum
Oscula, & in proprias animam transferre medullas.
Carnificis'q; uenit mortem ducentis imago
Accensis'q; rogis, & stricta sæpe securi
Supplicium uectigal erit, qui deniq; possit
Pendentem è scopulis ipsam spectare puellam
Vinctorum dominus, socius'q; in parte cathenæ
Interdum pœnis innoxia corpora seruat,
Piscibus exortis cum pars uicesima prima
Signatum terræ lumen fulgebit & orbi
Aerius nascetur equus, cœlo'q; uolabit
Veloces'q; dabit sub tali tempore partus,
Omne per officium uigilantia membra ferentes
Hic glomerabit equo gyros, dorso'q; superbus
Ardua bella geret rector cum milite mixtus,
Nunc studio fraudare fidem poteris'q; uidere
Mentiri passus, & campo tollere cursum.
Quamuis ab extremo citius reuolauerit orbe
Nuntius, extremum uel bis penetrauerit orbem,
Vilibus ille etiam sanabit uulnera succis
Quadrupedum medicas arteis in membra ferarum
Nouerit, humanos & quæ nascentur ad usus,
Nixa genu species, & Graio nomine dicta
Et coma signicula uiuens sub origine constat,
Dextra per extremos attollit lumina Pisces
Hinc fuga nascentum, dolus insidiæ'q; creantur,
Grassator'q; uenit media metuendus in urbe.
Et si forte aliquas animo consurget in arteis
In prærupta dabit studium, uincet'q; periclo
Ingenium, at tenues ausus sine limite gressus
Certa per extentos ponet uestigia fines,
Et cœli medicatus iter fastigia pendet
Apennina petens, populum suspendet ab ipso,
Leua sub extremis consurgunt sidera cœti
Piscibus Andromedam ponto, cœlo'q; sequentis
Hoc trahit in Pelagi cedes, & uulnera natos
Squammigeri gregis extentis laqueare profundum
Retibus, & pontum uinclis armare sequentem

Et uelut in lato secutas æquore phocas
Carceribus claudunt raris, & compede nexant,
Incautosq́ trahunt macularum uimine thynnos
Nec cepisse sat est, luctantur corpora nodis,
Expectantq́ nouas acies, ferroq́ necantur,
Inficiturq́ suo permixtus sanguine pontus
Totus cum toto, iacuerunt littore prædæ.
Altera fit cædi cædes, scinduntur in artus
Corpore, & ex uno uarius describitur usus
Illa datis melior succis pars illa retentis,
Hinc sanies pretiosa fluit, floremq́ cruoris
Euomit, & mixto gustum sale temperat oris,
Illa putris turba est strages, confunditur omnis,
Permiscetq́ suas alterna in damna figuras,
Communemq́ cibis usum, succumq́ ministrat.
At cum ceruleo stetit ipsa simillima ponto
Squammigerum nubes terræq́ immobilis hæret.
Excipitur uasta circumuallata sagena,
Ingentisq́ lacus & Bacchi dolia complet
Humorisq́ uolet socia per mutua dote
Et fluit in liquidas tabes resoluta medullas,
Quin etiam magnas poterunt celebrare Salinas
Et pontum coquere, & ponti secernere uires
Cum solidum certo distendunt margine campum
Ad bellumq́ suo deductum ex æquore fluctum
Claudendoq́ negant dum demum suscipit undas
Area tum pontus per solem humore nitescit.
Congeritur siccum pelagus, mersiq́ profundi
Canicies & nota maris, spumæq́ rigentis
Ingenteis faciunt tumulos, pelagiq́ uenenum
Quodq́ erat usus aquæ succo corruptus amaro
Vitali sale permutant, reddantq́ salubrem.
At reuoluta polo cum primis uultibus Arctos
Ad sua perpetuos reuocat uestigia passus,
Nunquam tincta uadis, sed semper flexilis orbe
Ac Cynosura minor cum prima luce resurgit
Et pariter uastusue Leo, tum Scorpius acer
Nocte sub extrema permittunt iura diei.
Non inimica fere tali sub tempore natus
Ora feret placidus, terget commercia gentis.
Ille manu uastos poterit frenare leones
Et palpare lupos, pantheris ludere captis,
Nec fugiet ualidas cognati sideris ursas.
Inq́ arteis hominum, peruersaq́ munera ducet,
Ille elephanta premet dorso stimulisq́ mouebit
Turpiter in tanto cedentem pondere cunctis,
Ille tigrim rabie soluet, paciq́ domabit
Quæq́ alia infestant syluis animalia terras
Iunget amicitias secum, catulosq́ sagaces.
Tertia Pleiades dotabit forma sorores
Fœmineum rubro uultum suffusa pyropo

Inuenitq́

Inuenitq́ parem sub te Cynosura colorem,
Et quos Delphinus iaculatur quattuor ignes,
Deltotonq́ tribus facibus similiq́ nitentem
Luce Aquilam, & flexos artus per lubrica terga,
Tum quartum quintumq́ genus discernitur omni
E numero, summaq́ gradus qui iungitur Angue
Maxima per minimos censu concluditur uno
Quæ neq per cunctas noctes, neq tempore in omni
Respondent alto cœli summota profundo,
Sed cum clara suos auertit Delia cursus,
Cumq́ uaga est illa & terris sua lumina condit,
Mersit & ardentis Orion aureus ignis
Signaq́ transgressus mutat per tempora Phœbus
Effulget tenebris & nocte accenditur atra,
Tunc conferta licet cœli fulgentia templa
Cernere seminibus desit, totusq́ micare
Spiritus haud solidis, sitq́ hæc discordia concors,
Nec spatium stellis mundo, nec cedere summa
Floribus aut siccæ currunt per littus arenæ
Sed quot eant semper nascentes æquore fluctus,
Quot delapsa cadant foliorum milia syluis,
Amplius hoc ignes numero uolitare per orbem,
Vtq́ per ingentem populus describitur urbem
Præcipuumq́ patres retinent, & proximum equester
Ordo locum, populumq́ equitum, populosq́ subire
Vulgus iners uideas etiam sine nomine turbam.
Sic etiam magno quædam respondere mundo,
Hæc natura facit, quæ cœlo condidit orbem.
Sunt stellæ procerum similes, sunt proxima primis
Sidera, suntq́ gradus, atq omnia iuncta priori.
Maximus est populus, summo qui culmine fertur,
Cuius pro numero uires natura dedisset
Ipse suas æther flammas sufferre nequiret,
Totus & accenso mundus flagraret olympo.

QVINTI ET VLTIMI LIBRI FINIS.

MARCVS Manilius Mathematicus, cuius extat hoc opus elegantissimum, Heroico carmine de Matheseos disciplina compositum, & tam motum, quàm apotelesma, id est, effectum stellarum continens, floruit diui Augusti temporibus, quod ipse in principio huius operis indicat, & Plinius testatur, cum refert xxxvi. lib. naturalis historiæ, cuiusdam Obelisci Cacumini per Manilium Mathematicum auratã pilam fuisse additam ad dignoscendum horarum rationes. Et primus omniũ Latinorum de astris Carmine scripsit. Et ideo non immerito, cum in pluribus huius operis locis de hoc maxime glorietur, ferendus est. Non est enim parui laboris, & ingenii res ita difficiles carmine adeo apte, latine, dilucide explicuisse, ut noster hic Manilius fecit. Cum etiam ista non assecutis, uoluisse tamen, abunde pulchrum, atq magnificũ sit. Huius ergo elegantissimi operis Lectione, quid assequi ualeamus, ex tabula infrascripta dignoscere potes.

M. MANILII ASTROTOMICΩN AD CAESAREM AVGVSTVM LIB. I. INDEX.

De Astrologiæ inuentione, & hominum solertia.
De mundi origine, & terræ forma. Cap. I
De mundi & terræ rotunditate. Cap. II

Deduo-

De duodecim signis zodiaci. Cap. III
De Ariete, & cæteris signis sequentibus. Cap. IIII
De mundi æternitate. Cap. V
De circulis parallelis. Cap. VI
De magnitudine & latitudine mundi, & signorum distantia. Cap. VII
De meridiano & Orizonte. Cap. VIII
De Zodiaco, & Lacteo circulo, & de Cometis. Cap. IX

SECVNDI LIBRI INDEX.

De diuina ratione, quæ est omnium generatorum causa, & de duodecim signorum sexu & effigie. Cap. I
De signis communibus, & biformibus. Cap. II
De signis aduersis in ascensione. Cap. III
De signis diurnis, & nocturnis. Cap. IIII
De signis fœcundis. Cap. V
De signis currentibus, & rectis, & aspectu planetarum. Cap. VI
De signis triangularibus & quadrangularibus. Cap. VII
De signis Hexagonis. Cap. VIII
De signis coniunctis. Cap. IX
De signis oppositis, atque inimicis. Cap. X
De numinibus singulorum signorum tutelæ præsidentibus. Cap. XI
De signis, hominum membris attributis. Cap. XII
De signorum amicitia, aut odio, & de duodecatemoriis. Cap. XIII
De cardinibus mundi. Cap. XIIII
De diuisionib. ætatũ in partes cœli, & de duodecim domorũ significationib. Cap. XV

TERTII LIBRI INDEX.

De natura omniũ gubernatrice, & de partibus duodecim domorũ à quibus hominũ facta dependent, & de gradu cardinum, ac de dierum & noctium uarietate, horarũque inæqualitate. Cap. I
De mensura temporum & signorum. Cap. II
De spatiis quæ duodecim signa in ortu & occasu occupant. Cap. III
De inclinationibus mundi, & quot horis unumquodque signũ in quauis regione ascendat & descendat. Cap. IIII
De uarietate temporum, uidelicet anni, mensis, diei, horarum, secundum signorum ascensiones. Cap. V
De temporibus uitæ, quæ dantur Soli & Lunæ, & gradui ascendentis, per singulos nati annos. Cap. VI
De annis, quos unumquodque signum dat. Cap. VII
De annis uitæ, quos Luna nato tribuit. Cap. VIII
De signis Tropicis, & quatuor anni temporibus. Cap. IX

QVARTI LIBRI INDEX.

De fato, quo omnia reguntur, & quas artes duodecim signa natis polliceantur. Cap. I
De effectu duodecim signorum, id est, quos affectus hominibus immittunt. Cap. II
De diuisione orbis in quatuor partes, & totidẽ uentos, & de descriptione eiusdẽ, & gentiũ diuersitate, de terræ etiã regionib. unicuique signo subiectis. Cap. III
De signis Eclipticis. Cap. IIII
De animi diuinitate, qua fatorum & cœli rationem perspicimus. Cap. V

QVINTI LIBRI INDEX.

De ui ac significatione imaginum cœli, & earum locis.

FINIS

BASILEAE PER IOANNEM HERVAGIVM, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XXXIII





